


THE PENNSYLVANIA STATE UNIVERSITY
1855

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT: GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVEMQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXXIV.

JOANNES ZONARAS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM, IN VIA DICTA *THIBAUT*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864


THE PENNSYLVANIA STATE UNIVERSITY
Library

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII. ANNUS 1190.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS ZONARÆ

OPERA OMNIA

HISTORICA, CANONICA, DOGMATICA.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIOR.

VENEUNT DUO VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUT*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO
D'ENFER NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII, ANNUS 1190.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXXIV CONTINENTUR.

JOANNES ZONARAS.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΗΤΟΥ
ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΔΡΟΥΓΓΑΡΙΟΥ ΤΗΣ ΒΙΓΛΑΣ, ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΑΣΗΚΡΗΤΙΣ

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

—

JOANNIS ZONARÆ

MONACHI

MAGNI ANTEA VIGILUM PRÆFECTI ET PRIMI A SECRETIS

ANNALES.

CAROLUS DU FRESNE, DOM. DU CANGE,

REGI A CONSILIIS, ET FRANCIÆ APUD AMBIANOS QUÆSTOR,

WOLFIANAM EDITIONEM CUM SCRIPTIS CODICIBUS CONTULIT, LATINAM VERSIONEM RECENSUIT, ANNALES NOTIS ILLUSTRAVIT.

—

DUCANGII PRÆFATIO.

Nemo est tum ex nostris tum etiam exteris (1), qui Regiam scriptorum Byzantinorum editionem velut eximium Gallicæ magnificentiæ monumentum non suspiciat. Et merito sane ac jure optimo, cum, præterquam quod historiam minus hactenus notam et quæ tot rerum eventis varietur, Romanique imperii universo pene orbi olim dominantis causas inclinationis atque ruinæ ob oculos proponat, typis illa tam elegantibus chartarumque magnitudine adornata exit in publicum, ut quamdam præ se ferat majestatem, et quotquot litteras amant ad sui lectionem quodammodo sollicitet et alliciat. At cum tot inter Regio isto apparatu insignes, Joannis Zonaræ Annales Græce semel minusque nitide impressos ac in præsens rariores plerique ex eruditis desiderari monuissent, vir illustrissimus marchio de Louvois, regi ab intimis consiliis et secretis, cujus curæ ædificia Regia, artes, ipsaque typographia Regia permissa sunt, in idem etiam consilium conspirante illustrissimo fratre archiepiscopo Rhemensi ac primo Franciæ pari, pro innato non vulgari erga litteras affectu ut auctor Regia editione dignissimus ederetur optimum factum videri sibi significavit. Hacce mihi deinde demandata provincia, qua doctiores alios longe melius defuncturos licet minime dubitem, manum statim admovi, codices veteres quantum per tempus licuit collegi et contuli, notasque adjeci : quod qualecunque est, æqui bonique consulturos benignos lectores confido.

Enimvero ut de hisce qui nunc prodeunt Annalibus ac de eorum auctore Zonara quædam præmittamus, hos præsertim commendat scriptoris eruditio, quæ non ex iis modo colligi potest, sed etiam ex aliis quam plurimis operibus, quorum indicem huicce Præfationi subjicimus; in quibus neque rerum cognitionem neque acre vel solidum judicium ut nec pietatem quispiam desideret. Quin etiam si natalium splendor gestique in imperatorum palatiis magistratus existimationem aliquam scriptori conciliare possunt, quod nemo forte in dubium revocaverit, de illo præcipue qui de rebus politicis, in quibus ver-

(1) Mart. Hankius in Præfat. ad lib. *De script. Byzant.*

satus est, scribere aggreditur, eo sane celebrari poterit et ipse Zonaras : quem cæteroquin ab illo Zonara, qui sub Constantino Porphyrogenito Leonis Sapientis filio in aula vixit (2), genus duxisse suadet omnino nominis similitudo. Quippe in Joannis et Manuelis Comneni, quibus imperantibus vixit, palatio, magni vigiliarum drungarii seu, ut Latini efferebant, vigilum præfecti ac primi a secretis gestæ dignitates, inter illustriores semper habitæ, magno fuisse apud imperatores loco satis arguunt. Atque ex eo, ni fallor, a Theodoro Balsamone (3) et a Matthæo Blastare (4) ὑπερφυής indigitari solet, quod essent inter senatorias præcipuæ, cum hocce epitheto senatum ac ipsos senatores donari solitos constet, uti alibi observamus (5) : quo quidem et nobilitas generis et magistratuum splendor exprimitur, cum, ut ait Gregorius Nazianzenus (6), μέγιστον εἰς εὐγενείας ἀπόδειξιν συγκλήτου μετουσία habeatur.

Verum abdicatis postea palatinis curis, quo sibi in primis vacaret animæque saluti consuleret, monachum induit, relictaque urbe imperii primaria in insulam remotiorem secessit : quod ipsemet in Præfatione ad Annales testatur : quo loco in iis ut par erat conscribendis librorum defectum causatur, αὐτὸς ὑπερόριος ὢν καὶ πόῤῥω τοῦ ἄστεως ἐν νησῖδι ἐνδιαιτώμενος. Quæ vero fuerit insulula ista, tanto ab urbe spatio disparata, non promptum est assequi; sed vel inde saltem licet conjicere, venire in dubium quod tradit Andreas Thevetus, scriptor cæteroquin in aliis haud certæ fidei, sua ætate visum adhuc in quodam Montis Sancti (ita Athos hodie appellatur) monasterio Zonaræ epitaphium hisce verbis conceptum : ΕΝΤΑΔΕ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ, nisi sub vitæ extrema eo dicatur concessisse (7).

Utcunque de hac re sit, vix aliquot in asceterio annos exegerat, cum eum convenere amici (8) hortatique sunt ut solitarium istud otium in negotium aliquod conferret, quod et rem publicam juvaret et æternæ vitæ præmium sibi conciliaret : quod quidem maxime assequi liceret si historiam conscriberet quæ et resecaret supervacanea et res memoratu digniores nullo verborum ambitu in compendium quoddam contraheret. Eos enim qui in hocce scriptionis genere operam hactenus collocassent, rerum quas enarrant seriem fere semper interrumpere inutilibus παρεκβάσεσι seu excessibus, vel etiam descriptionibus aut concionibus, atque adeo intempestivis et quæ annalibus parum conveniant de religione disputationibus, dum fidei mysteria exponunt vel hæreses confutare aggrediuntur, argumentis e sacra Scriptura vel e sanctis Patribus petitis. Quibus quidem ex chronologis aliquot suggillabant qui ea tempestate in omnium manibus versabantur, auctorem forte Chronici quod Alexandrinum vocant, Georgium Syncellum, Georgium Hamartolum, Georgium Cedrenum, aliosque quorum scripta ejusmodi supervacaneis excursibus passim scatent.

Verum tametsi duas res languorem afferre animis, otium et solitudinem, quod aiebat Tullius, persuasum haberet, et apud Christianos, ac monachos in primis, pravas illas seu cogitationes (λογισμοὺς asceticí vocant) seu cupiditates, quæ mentem a negotiis vacuam invadere solent et in peccata fere semper demergunt, avocare unicam posse occupationem, ægre tamen cessit amicorum hortatibus, cum rem esse cerneret quæ librorum, quibus carebat, copiam postularet. At vellicare ii non prius destiterunt quam improbitate stimulandi ad suscipiendum opus impulissent. Victus igitur familiarium flagitationibus, et supra allatis adductus rationibus, ad Annales conscribendos se accinxit, cum in hoc secessu agens, ubi ad condendam historiam necessarii libri non suppeterent, si non omnia dicenda complecteretur, veniam a benigno lectore se impetraturum facile sibi persuaderet. In qua cæteroquin conscribenda ita est versatus, ut præcipua et quæ alicujus viderentur momenti non omiserit, « eaque in epitomen coegerit tanta elegantia, solus ut videatur assecutus quod contra rerum naturam est, brevitas ut obscura non esset ; » quod de Pontio Paulino, qui tres Suetonii libros de Regibus in compendium redegerat, dixit Ausonius (9). Quidam enim sunt, ut aiebat Focas Grammaticus, qui late copioseque scripserunt, ita ut superflua interdum ubertate narrationis memoria legentium confundatur : alii, dum brevitati student, admodum diffusam coartasse materiam, ut sterili compendio nihil ad integram scientiam lectoribus conferant. Neque tamen sibi ipsi satisfecit omnino, cum quibus ad operis quod in manus sumpserat absolutionem necesse erat codicibus persæpe careret, quos cum sæpius quæsisset, reperire non potuerat, seu temporum injuria essent amissi, seu negligentius ab iis inquisiti quibus id negotii dederat (10),

(2) Anonym. Combefis, in Porphyrogen., n. 8. [*Patrol.* t. CIX.]

(3) Ad can. 36 Apost.

(4) Lit. E cap. 11.

(5) In Gloss. med. Græcit.

(6) Orat. 18 in S. Cyprian.

(7) En Theveti verba in *Pourtraits et vies des hommes illustres*, Paris, 1584, in-fol., l. 26 b et 27 a : « ... toutesfois les Grecs du mont Athos m'ont dit que ce fut en un rocher qui peut avoir de tour (compris les escueilz qui l'environnent) quelque lieue, le plus inaccessible lieu que j'aye veu en toute la mer Egée et Archipelague, et de present appellé par les Grecz Caloier d'Andros, autrement dict le bon vieillard, les Turcs le nomment Cahyra, les Hebrieux ou Juifs du pays luy donnent le nom de Charchas, auquel y a encores aujourd'huy un fort beau monastere de Grecz. ... Zonare doncq ayant demeuré cinq ans en ce lieu .. Callineus son Patriarche .. luy commanda se retirer au mont Athos, .. où ayant demeuré treize ans, finit ses jours aagé de quatre-vingtz-huict ans sept moys, et fut depuis honorablement enterré en l'un des monasteres nommé sainct Helie dudict mont, la sepulture duquel se voit encore de present, couverte d'une pierre jaspée contre laquelle sont écritz ces mots en Grec, et la plus part si effacez qu'à grand' peine les peut on lire .. ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΜΝΗΜΕΙΟΝ Ο ΣΟΦΟΣ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ. »

(8) Praef. n. 1.

(9) Epist. 7.

(10) Zonar. lib. IX, n. 31.

dum ipse extorris et procul ab urbe in parva insula vitam ageret : ex quo factum agnoscit ut consulum et dictatorum historia minus sit absoluta. Neque porro mirari debere subdit lectorem, si in iis quos conscripsit Annalibus scriptionis character ubique sibi similis non occurrat, cum aliter fieri vix queat, ut qui historiam e variis scriptoribus veluti stipem colligit, illorum et dictione et compositione in multis non utatur. Quod ita tamen confecit, ut si aliquid de suo interjecerit, id illius stylo quem sequebatur auctoris quantum fieri potuit accommodaverit, ne scriptionis ratio a sese ubique dissidere videretur : cum interim alia longe quam cæteri qui res chronologicas hactenus tractaverant, Annales suos conscriberet, res nempe quasi de suo componens et narrans, et quod laude dignum est eaque summa, non alienorum furtis plausum captans, neque tractatus integros exscribens, ut de ipso Zonara scribit Leo Allatius (11).

Non defuere tamen qui censorio quodam judicio ut minus diligentem, maxime ubi de rebus Romanis agit, vellicarint atque adeo perstrinxerint. « Omnia, inquit horum alter (12), ante Constantinum inepte et parum diligenter (de rebus Latinis loquor) explicavit. » Sed quam sano ille judicio hæc effutierit vel inde patet, quod a paulo æquioribus judicibus, iisque pereruditis quibusvis chronologicis scriptis Annalium Zonaræ pars illa quæ res Latinas pertractat longe anteponatur. Nam cum in recensendis Romanorum gestis ex Dione præsertim, quem minime truncatum ut hodie editus est sed integrum legerat, aliisque scriptoribus qui periere temporum injuria, hanc historiæ partem compegerit, nova fere semper et ab aliis indicta commemorat : ita ut multis in locis de verbo ad verbum Dionem exscripsisse dicatur a Guillelmo Xylandro, Fulvio Ursino, Friderico Sylburgio et Henrico Valesio, istius scriptoris eruditis interpretibus, quibus solemne est ex Zonara aut ipsum Dionem emendare aut Romanos scriptores alios illustrare : unde Theodorus Marcilius (13) Zonaram et Xiphilinum Dionis subdigas vocat. Et certe ita de Zonara sensisse constat eumdem Allatium, « qui » ait ille « licet in historia post Constantinum Magnum jejunior sit, et nonnisi obvia quæque percurrerit, in his vero quæ ante Constantinum ad mundi exordia diligentius et copiosius versatur. » Non mirum igitur si ab Alexandro Brassicano in Præfatione ad Salvianum sinceræ fidei historicus, et a Casaubono (14) dicatur vir eruditissimus. Cedreni codici manuscripto schedam ascripsisse dicitur Wolfius, in qua observabat tractare idem argumentum quod Zonaras, sed habere a Zonara multa de industria prætermissa, brevitatis forte studio, sed certe non prætermittenda, ita ut optione sibi data ab initio Cedrenum Zonaræ prætulisset. Qui, inquit Xylander (15), a quo hæc ex Wolfio referuntur, ad ea respexit præcipue, quæ aliunde quam ex eo repeti non possunt, cum duo priores Zonaræ tomi longe alioquin sint meliores ac laude digniores, quam ea quæ ad Constantinum usque Magnum Cedrenus collegit. Scribit præterea idem Wolfius (16) Zonaram alias prolixiorem videri, ut in Judaica historia, alias breviorem, ut in exterarum gentium gestis. In quo quidem si qua culpa commissa est, excusationem habere videri hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quæ scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit : qui auctores inter se dissimillimi sunt. Quod autem non omnia persecutus est, non tam negligentia quam de industria fecisse.

Verum, licet in iis quæ post Constantinum Magnum scripsit obvia quæque percurrere Zonaram dicat Allatius, longe aliter tamen sensisse videtur exacti vir judicii Henricus Valesius, qui non modo auctorem sat diligentem haud semel indigitat, sed et in iis præsertim quæ ejusdem Constantini familiam spectant, accuratiorem quam in cæteris, neque aliis obvia dicere observat (17). Et sane quanquam in recensendis Cpolitanorum imperatorum gestis, fusioribus forte editis commentariis versati sint Theophanes, Cedrenus, Scylitzes et aliquot alii, constat id Zonaræ in primis consilium fuisse, ut non pleniorem quemadmodum ii historiam, sed contractiorem atque adeo compendium conscriberet, in quo singularia quæque et quæ in re historica præcipui viderentur ponderis perstringeret. Ex quibus facile diluitur quod ait Gerardus Vossius, tum in eo majorem curam et industriam desiderari, tum etiam maxime mirandum esse, virum usque adeo experientem in sui temporis præsertim rebus pleraque perfunctorie tantum dicere, cum multa magnaque iis temporibus gesta sunt, orientali orbe cum occidentali quasi concurrente : adeo ut pauca sint quibus Alexii vitam perstrinxerit. Id, inquam, haud ægre refellitur ex auctoris ipsius Annalium lemmate, vel ex ipsius Præfatione, in qua non historiam sed historiæ compendium scribere se profitetur ; ita ut si prolixiori sui temporis res fuisset persecutus narratione, primum scriptoris officium minime observasse diceretur : cum, ut ait Plinius alter, titulum suum legere debeat, atque identidem interrogare se quid cœperit scribere, scireque si materiæ immoratur non esse longum, longissimum si aliquid arcessit atque attrahit. Atque ex hacce virorum eruditorum varia de Zonaræ Annalibus sententia patet quam infausta sit eorum sors qui aliquid scribere aggrediuntur, cum quibusvis ac fere iniquis hominum judiciis et censuræ ingenii fœtus exponunt.

Cæterum in Annalium decursu occasionem interdum captat Zonaras Græcorum suæ ætatis mores vellicandi, veluti cum virorum ecclesiasticorum Simoniam carpit, comatos et cincinnatos palatinos

(11) *De Georg.*
(12) Apud Allat. *De error. magn. viror. in dicendo*, p. 126.
(13) In not. ad Sueton.
(14) Ad Hist. Aug. p. 202, 2 ed.
(15) In præfat. ad Cedren.
(16) In præfat.
(17) In not. ad lib. XVIII Ammiani.

perstringit (18), et imperatores, quod abdicato patrio vestitu barbaricum amplecterentur (19). Denique in ipsos adhuc Augustos ac eorum in rebus administrandis publicis tyrannidem gravius invehitur. Nam ut Valentis mathematici (20) de urbis Cpolitanæ duratione editum sub Constantino Magno natalitium thema quodammodo tueatur, ne omnino falsum putetur, quam annos 696 duraturam prædixerat, jam olim cum scribebat Zonaras elapsos, subdit aut falsam existimandam Valentis prædictionem, aut annos illos intelligendos esse quibus instituta rei publicæ ac status conservabantur, dum suus honor erat senatui, dum cives sub legitima imperii potestate florebant, non autem cum manifesta vigebat tyrannis dominorum publica sibi pro privatis vindicantium et ad suas voluptates conferentium, easque parum honestas, cum publica quibusvis donarent, nec pastorum instar subditos tractarent, nec lana supervacua detonsa, sed prædonum more oves mactando, ad medullas ipsas exsugerent.

Chronici titulum huicce Zonaræ historiæ ascripsimus quemadmodum Wolfius. Nam et ita laudatur a Michaele Glyca in Annalibus : Ὁ Ζωναρᾶς ἐν τῷ χρονικῷ συντάγματι, et in altero e codicibus Regiis, in quo secunda duntaxat pars continetur, hæc verba in fronte leguntur : Τὸ παρὸν βιβλίον χρονογράφος ὀνομάζεται. Verum in codice Viennensi, quo usus est Wolfius, alia habetur epigraphe, hisce videlicet vocibus concepta : Ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ σοφωτάτου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, τοῦ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις. Et sane compendium historiæ scribere se profitetur ipse Zonaras · Ἐμοὶ δ' ἐπιτομὴν ἱστορίας πεποιημένῳ οὐκ ἐπέοικε τὴν πραγματείαν θέσθαι πολύστιχον, etc. (21).

Universum vero opus duas in partes distribuit : ac in priori quidem historiæ quam vulgo sanctam vocant ex sacris Libris et ex Josephi Archæologia compendium complexus, tum res Græcorum veterum tangit, ac Romanorum deinde ad ea usque tempora historiam perducit, quibus res publica in unius administrationem seu monarchiam delapsa est. Alteram autem a triumviratu orditur, ac recensitis singulorum imperatorum gestis usque ad Alexii Comneni exitum persequitur, id est ad sæculum quo ipse vixit undecimum. Non solum enim Joannis Comneni imperatoris Alexii filii meminit, sed et Manuele Joannis filio imperante vixisse infra docemus. Cæterum hæc Annalium Zonaræ partitio non ex ipsa modo Præfatione percipitur, sed præsertim ex verbis quibus pars prior clauditur (22), atque adeo ex alterius inscriptione, quæ in scriptis codicibus hæc verba præfert : Ἀρχὴ τῆς περὶ τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας. Quibus quidem vocibus in altero ex Regiis istæ, charactere licet paulo recentiori, præfiguntur : Ἱστορίας Ζωναρᾶ τόμος δεύτερος καὶ τελευταῖος. Sed præsertim alter ex Regiis, qui secundam duntaxat partem Annalium Zonaræ complectitur, in primis contextus lineis hanc partitionem prorsus astruit, in quo scriptor ita hanc orditur : Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ μοι προϊστόρηται, βασιλεῦσιν ἡ τῶν Ῥωμαίων, etc. Ubi codex alius Regius et Colberteus præter editionem Wolfianam hæc tantum habent : Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς ἱστόρηται, etc. Sed et in ejusdem codicis Regii initio hæc leguntur : Ἐν προτέρᾳ βίβλῳ περιέχει τὰ Ἑβραϊκὰ καὶ τὰ περὶ Ῥωμαίων ὑπάτων, τῷ δὲ τὰς τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας. Quin etiam Wolfianos codices hanc Annalium Zonaræ partitionem prætulisse arguit quod in fronte Zonaræi codicis a se Cpoli empti præfixit Joannes Dernschwamus, et ex eo descripsit in sua Præfatione Wolfius. Ex quibus abunde colligitur hosce Annales in duos duntaxat tomos a Zonara fuisse dispertitos, non vero in tres, ut illos divisit idem Wolfius : quorum prior de rebus Judaicis ab initio mundi usque ad Hierosolymitanum excidium ; alter historiam Romanam ab Urbe condita usque ad Constantinum Magnum breviter complectitur, in qua tum Dionem, ut diximus, tum etiam Eutropii interpretem Pæanium, quem ad verbum sæpenumero exscribit, ut observatum a Scaligero (23), præsertim sequitur. Tertius denique imperatorum res gestas a Constantino Magno usque ad obitum Alexii Comneni tractat. Falsum tamen constat Dernschwamum, cum dixit priorem Annalium Zonaræ partem in Hierosolymorum excidium desinere.

Licet porro Wolfii divisio tolerari quodammodo possit, ut quæ sacram historiam a Romanæ rei publicæ, rursum paganorum a Christianorum imperatorum historia distinguat, cum ipsius Zonaræ divisioni contraria sit, satius duximus ex virorum eruditorum consilio universum hoc Annalium opus in libros XVIII partiri, libros vero in sectiones,

Sumere ne lector juge paveret opus.

nam ut

Intervalla viæ fessis præstare videtur
Qui notat inscriptus millia crebra lapis (24),

ita librorum divisiones a continua lectionis assiduitate lectoris animum relaxant, cum habet ubi longo quasi itinere defatigatus consistat ; præsertim etiam cum nihil auctori detrahant nec scriptionis seriem abrumpant. Adde quod id partitionis genus ad locos ex scriptoribus laudatos statim reperiendos multum conducat : unde inductum illud fere ab eruditioribus in quibusvis exemplaribus, quæ continua serie absque libris vel absque capitibus describuntur. Quod quidem ita in Zonara confecimus, ut alte-

(18) Lib. VII, sect. 17.
(19) Lib. X, sect. 28.
(20) Lib. XIII, 3.
(21) Lib. III, sect. 26.
(22) Lib. IX, sect. ult.
(23) In not. ad Euseb., p. 241, 242, 2 edit.
(24) Rutilius Numat. lib. II.

ram partem Wolfianam a VII, tertiam vero a XIII libro, ut partem Annalium alteram secundum auctoris receptam divisionem a libro X auspicemur.

Jam vero quid Wolfium impulerit ut ad Zonaræ Annales in Latinam linguam convertendos sese accinxerit, pluribus declarat ipse in Præfatione, quam nostræ hic subjicimus, atque etiam in alia ad Nicephori Gregoræ Historiam a se pariter Latio donatam, quam, ut et Zonaræ, Antonio Fuggero nobili Germano dicavit. In quâ postrema sic loquitur : « Fateor equidem ad Zonaram convertendum præmiis a te propositis, eoque tempore peropportunis, initio excitatum me fuisse potius quam meapte voluntate accessisse : non tam laborum et molestiarum fuga, quibus ita tum quoque assueveram ut ignavo otio nihil mihi esset molestius, quam privatis meis studiis, si quid daretur otii, fruendi, et diuturnam quasi sitim variæ lectionis restinguendi cupiditate. » Cum vero de Fuggerorum nobilium insigni liberalitate ac munificentia in eruendis ab interitu bonis libris idem fere prædicet Guillelmus Xylander, præmiisque illectos ab iis suæ ætatis viros eruditos testetur qui Græcos scriptores Latina toga donarent necdum editos, vel inde patet quantas debeat gratias res litteraria viris principibus, qui propositis subinde coronis publicam utilitatem sibi juvandam proponunt, et Musis non semper opulentis, imo persæpe inopibus, manum ultro porrigunt. Neque enim fateri dedignatur ipsemet Wolfius, quidquid hactenus ediderat, id vel publica utilitate vel temporibus suis adductum fecisse, nec tam famam captasse quam famem vitasse. Sed et Xylander (25) : « Me, » inquit, « ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impulit audax ut libros facerem. » Quem quidem dicentem audivisse scribit Joannes Leunclavius (26), lucubrationem Dioniam et alias non a fama sed fame sibi pariter extortas ac præcipitatas fuisse. Neque nostrorum seculorum isthæc est duntaxat querela, cum legamus (27), Plautum propter annonæ difficultatem ad molas manuarias pistorem se locasse, ibique quoties ab opere vacasset, scribere fabulas solitum et vendere : quomodo etiam Pacuvium Brundusinum tragœdiarum scriptorem Romæ picturam exercuisse ac fabulas vendidisse ferunt. Sed et Lactantium, virum omnium suo tempore eruditissimum, adeo in hac vita pauperem fuisse, ut plerumque etiam necessariis indiguerit, scribit Eusebius. Infausta omnino litteratorum conditio, qui ne panem emendicent, libros conficere coguntur. Debemus igitur illustribus Fuggeris, quod illorum cura et sumptibus in publicum prodierint Joannis Zonaræ, Georgii Cedreni, Nicetæ Acominati et Nicephori Gregoræ historiæ, et quod rerum Byzantinarum hisce editionibus gustum primi quodammodo inspirarint litterarum studiosis. Sed non minus obstricta erit erudita posteritas regum nostrorum munificentiæ, qui non hactenus modo publicatos imperatorum Cpolitanorum historiæ scriptores, sed et novos ac e manuscriptis codicibus ex regia ac locupleti prorsus bibliotheca depromptos magnifico adeo atque splendido apparatu edi quotidie volunt, viris doctis ut in idem consilium una conspirent, suaque conferant studia, Regia præmiorum mercede invitatis ac illectis.

Enimvero ut Wolfius in vertendis Zonaræ Annalibus versatus fuerit, quæque observarit quotve codicibus scriptis in iisdem edendis usus fuerit, pluribus in prædicta ad eosdem Annales Præfatione exponit ; et ut in opere Latine Græceque exscribendo adjutorem sibi asciverit Jeremiam Martium, præclaræ tum indolis adolescentem, medicum deinde physicum Augustanum. Quem quidem ea de re verba facientem præstat audire in Præfatione ad Nonum medicum, quem Argentorati is primus edidit anno 1568 : « Cum itaque, » inquit, « non parvi interesse viderem ut quis quamprimum optimis uteretur præceptoribus, nec ob rei familiaris angustiam alio conferre me, quod unice optabam, possem, commode sane cecidit ut eo ipso tempore Cpoli Augustam afferrentur Annales Joannis Zonaræ et Nicetæ Choniatæ historia, sumptibus magnifici et generosi viri et studiosorum omnium Mæcenatis Antonii Fuggeri. Quos cum prudentissimus vir, in judicium adhibitis doctissimis hominibus, præcipue vero Ludovico Carino, cui et tribuebat multum et quo uno omnium maxime delectabatur, dignos existimaret ut in publicum exirent, tum ob rerum quas tractabant amplitudinem, tum ob historiæ seriem longissimam a condito mundo usque eleganti ordine deductam, sollicite (ut fuit propagandæ posteritatis studiosissimus) de conversione cogitare, et quem ei muneri præficere posset, anxie deliberare secum cœpit, et tandem de multis unum eumque omni liberali doctrina politissimum virum, et in lingua utraque singularem prope, Hieronymum Wolfium, scholæ et urbis vestræ ornamentum, non exigua præmii spe proposita elegit. Quem laborem hoc libentius suscepit, quo juvandæ posteritatis studiosior et Fuggeranæ familiæ laudis propagandæ avidior fuit. Sed cum ob afflictam valetudinem, a qua fere nunquam ob assiduum in litteris studium, ut ego quidem existimo, liber est, solus et versioni et scriptioni vacare non posset, me sibi, accedente auctoritate et consilio Joannis Baptistæ Heintzelii, viri et rerum tractandarum usu eximii et mei amantissimi, a cujus prædicatione invitus digredior, socium laborum adjunxit, meaque opera in exscribendo Zonara et Choniate Græce et Latine ultra integrum annum usus est, eamque non prorsus improbavit. Qui vel ob hoc minus gravis mihi esse debuit, quod et triennii sumptus Antonius Fuggerus, eo exacto, pollicitus est, et liberalissime etiam præstitit, et ego tantum utilitatis ex doctrina et domestica consuetudine Wolfii cepi, ut ejus laboris nunquam me pœnitere debeat. » Hactenus ille.

(25) In præf. ad Cedr.
(26) In præf. ad Dionem.
(27) Euseb. in Chr. lib. I.

Cæterum non una est in mss. codicibus Zonaræ Annalium descriptionis ratio, seu rerum in iis pertractatarum spectentur argumenta, quæ in quibusdam ex iis in marginibus, seu qui interdum, cum nova inchoatur materia, in ipso contextu tituli apponuntur Ac certe quoad notas istas marginales, non semper etiam eædem in omnibus exemplaribus in quibus habentur, nec simili dictione exaratæ. In quibusdam præterea interdum plures ac crebriores quam in aliis, in quibusdam per intervalla longiuscula breviores occurrunt. In aliis denique ac antiquioribus codicibus nullæ fere semper habentur. Scribit Leo Allatius in Diatriba de Georgiis ubi de Cedreno [*imo Scylitza*, c. 27] agit, exstare in bibliotheca Sfortiana codicem ingentem Georgii Scylitzæ nomen præferentem, licet unicos duntaxat Zonaræ Annales contineat. Sed et inter codices Palatinos Romam advectos se vidisse ejusdem Zonaræ historiam principio mutilam, a monarchia Romanorum incipientem, in qua, etsi notis ab historia diversis, præfixum est Γεωργίου τοῦ Σκυλίτζη. Quæ quidem differt, inquit, ab edito Zonara, quod in capita divisa ubique summaria capitum exhibeat. « An summarum,» subdit idem Allatius, « auctor Scylitzes iste? an propterea vel fraude sua vel exscriptorum oscitantia historiæ auctor comminiscitur » seu fingitur? unde prorsus licet conjicere hæcce rerum argumenta non esse ipsius Zonaræ, tum ex eo etiam quod diversis sæpe concepta verbis legantur, tum quod, ut attigi, varie marginibus codicum, alibi scilicet rarius, alibi singulis ferme periodis appingantur. Quod quam inutile sit vel ex eo patet, quod longe satius est quæ in contextu breviter descripta habentur legere, quam in argumentis, cum totidem fere semper verbis constent. Ea qualiacunque sunt et cujusmodi in suis codicibus inveneraṭ Hieronymus Wolfius in interiorem editionis suæ marginem seu ad Græcam columnam edi curavit, et cum non tanti viderentur, eorum omisit interpretationem, notis aliis brevioribus Latinis ad alteram columnam pariter ascriptis, quæ subinde de rerum argumentis lectorem admonerent. Harum plerasque in hac Regia edi curavimus, aliis certis ex causis rejectis, tum etiam ne, si crebrioribus ejusmodi argumentis fuscarentur libri margines, editionis prorsus Regiæ venustas ac majestas commacularetur. Atque id quidem causæ fuit, ut Græca ista argumenta in interiores margines rejicere, quod fecerat Wolfius, visum non fuerit, tum quod illæ in editionibus Regiis vulgo hasce notas hactenus non admiserint, tum etiam quod eo sunt inutiles, quod appositæ Latinæ idem prorsus efficiant. Ne tamen Græcis argumentis fraudare lectorem videamur, ea rursum hic recudimus, aliquot in locis ex mss. codicibus auctiora, eaque secundum librorum et sectionum numeros digesta, ita ut rerum a Zonara in Annalibus descriptarum elenchi seu summarii vicem præstare possint.

Quid porro postremæ huic ac Regiæ prorsus Joannis Zonaræ Annalium editioni accesserit, lectorem interest edocere. Græca contulimus, maxime in locis qui dubietatem quamdam præferebant, cum quatuor codicibus Regiis et uno Colberteo. Regiorum duo [1714, sæc. XIII, et 1716, sæc. XV] integros Annales complectuntur, præterquam quod horum alter [1716] duobus foliis initio mutilus est; tertius [1708, sæc. XIV], secundam Annalium partem; quartus [1718, sæc. XVI] demum, isque recentiori descriptus manu, eosdem Annales ab imperio Diocletiani ad Alexium continet. Codex Colberteus (28) sat bonæ notæ, paucis etiam paginis initio mutilus, desinit in hujusce editionis sectionem 34 libri XII, in Maximini scilicet et Licinii imperium. Varias ex hisce codicibus excerptas lectiones in Notas subinde retulimus, nonnullis quæ extra controversiam videbantur in contextum ipsum immissis. Hieronymi Wolfii versionem Latinam interdum et rarius emendavimus, maxime iis locis ubi auctoris mentem non omnino erat assecutus, quos in Notis fere semper indicamus; sed præsertim in ea parte ubi res Byzantinæ pertractantur quædam potissimum immutavimus, ubi palatinas seu ecclesiasticas dignitates minus consentanee reddidisse videbatur. Annalibus denique Adnotationes nostras subjecimus, una cum Disceptatione de Hebdomo et aliquot additamentis ad nostram Cpolim Christianam, de quibus omnibus initio cujusque lucubrationis lectorem monemus.

Breve denique Chronicon, levioris forte licet momenti, Joannis Zonaræ Annalibus subjicimus, quod temporum ab Adamo ad Alexium Comnenum, quæ ille persequitur, summarium quoddam contineat, cujusmodi nonnulla alia habentur in codicibus manuscriptis bibliothecæ Regiæ, quæ tamen in annorum characterismis non omnino ubique cum eo quod edimus conveniunt, exscriptorum, ut existimo, potius incuria, quam eorum a quibus sunt confecta. Ut tamen cæteris istud præferrem, fecit viri in chronologicis ut et in cæteris disciplinis versatissimi Dionysii Petavii auctoritas, a quo primum editum est cum Nicephori patriarchæ Breviario historico: quod cum in Regia editione ejusdem scriptoris omissum fuerit, hic rursum proponere visum est, tum maxime, ut attigimus, quod eosdem quos Zonaras annos complectatur, a mundo scilicet condito usque ad eumdem Alexium.

Sed priusquam huic Præfationi finis imponatur, præstat, quod supra sumus polliciti, aliorum Zonaræ operum, quorum memoria ad nos pervenit, indicem subjicere, ut vel inde, quam singularis fuerit viri eruditio ac pietas, lector assequatur. Atque ut ab editis sumatur initium, occurrit in primis Commentarius in canones apostolorum et conciliorum (29) et in Epistolas canonicas (30), cujus titulus

(28) Nunc Regius 1717, sæc. XIII. Præter hos Zonaræ codices Parisiis sunt duo alii, alter Coislinianus 137, sæc. XIV, alter paulo post Zonaram a Ducangio editum Parisios advectus, Regius 1715.

(29) Ed. Paris. 1618, in fol. et in *Beveregii* Pandectis Canonum.

(30) Ed. ad calcem *Gregorii Thaumaturgi*, Paris 1621, in fol. et in *Beveregii* Pandectis Canonum.

ita concipitur in codicibus mss. Regiis : Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων Πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις. In istius porro operis Præfatione illud se aggressum ait non sponte sed alterius persuasu, Manuelis forte Comneni imp., ut infra dicemus : Μή τις δέ μοι καταγνοίη προπέτειαν· οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχειρῶ, ἀλλὰ παρακληθεὶς ὑπέκυψα καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἐμαυτὸν ἵνα μὴ δι' ἀντηκοΐαν κατακριθῶ.

Λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἐκροὴν μίασμα ἡγουμένους. Editus habetur in Jure Græco-Rom. [tom. I, p. 351-361 et in Enimundi Boneflidii Jure orientali, p. II, p. 216, 237.]

Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, ἐκ προσώπου τῶν ἀρχιερέων, περὶ τοῦ μὴ δεῖν δύο διεξαδέλφους τὴν αὐτὴν ἀγαγέσθαι πρὸς γάμον (31). Edit. a. v. c. Joanne Baptista Cotelerio, tom. II [p. 883] *Monumentorum Eccl. Gr.*

Laudatur a Petro Lambecio lib. III *De Bibl. Cæsarea*, pag. 39, ejusdem Zonaræ et Nicetæ Thessalonicensis Expositio canonum Anastasimorum S. Joannis Damasceni, hoc titulo : Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις, ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ, cujus initium hisce verbis concipitur : Ἐπεὶ κανόνων ἑρμηνεία ἐστὶ τὸ παρὸν σύνταγμα, χρὴ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ κανόνος, καὶ τὴν τοῦ εἱρμοῦ καὶ τῆς ᾠδῆς κλῆσιν, ἔτι δὲ καὶ τοῦ τροπαρίου (ἐκ τούτων γὰρ ἀπαρτίζεται ὁ κανών) φιλοσοφῆσαι ἡμᾶς. Posterioris vero expositionis titulus est hic, Αὕτη ἡ ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τοῦ πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου, ἄχρι τῆς ς' ᾠδῆς, γέγονε παρὰ ἱερωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυρίου Νικήτα ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, etc. Laudatur pariter Zonaras in canones Anastasimos Damasceni ab Allatio in Syntagmate de Georgiorum scriptis pag. 417, ex quibus quædam fragmenta edidit Jacobus Gretzerus sub initium libri v *De sancta cruce :* et in Octateuchum ejusdem Joannis Damasceni Expositio pulcherrima, ab eodem Allatio in *Symmictis*, pag. 453.

Servatur in bibl. Reg. : Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρωτοασηκρῆτις τοῦ Ζωναρᾶ κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, οὗ ἡ ἀκροστιχίς ΥΣΤΑΤΟΣ ΗΧΟΣ ΥΣΤΑΤΟΝ ΠΛΕΚΕΙ ΜΕΛΟΣ. [ed. in Jo. Bapt. Cotelerii *Ecclesiæ Græcæ Monum.*, tom. III, p. 465-472]. Huic subduntur Νικηφόρου πατρικίου καὶ ἀνθυπάτου Μιτυληναίου στίχοι καταβάσιοι ιβ' εἰς τὴν ποσότητα τῶν ιβ' μηνῶν. Μὴν Σεπτέμβριος, etc.

Quatuor præterea Zonaræ laudantur opuscula a Leone Allatio in Diatriba de Symeonibus, scilicet :

Λόγος εἰς τὴν σταυροπροσκύνησιν, hoc initio, Ἤρετό μέ τις πρόβλημα τῶν ἐκ πνεύματος. Ἐπεὶ δὲ καὶ σωφρονῶν.

Βίος τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου, hoc initio, Οἱ μὲν σεπτοὶ καὶ θεόπται ἀπόστολοι. Proinde alia est Vita ejusdem S. Silvestri edita a Combefisio, cujus initium aliter concipitur.

Ὑπόμνημα εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Σωτῆρος, hoc initio, Πάλιν τοῖς εὐσεβέσι πανήγυρις, καὶ πάλιν μυστήριον ἕτερον. Denique

Εἰς τὸν Ἱεροσολύμων Σωφρόνιον, hoc initio, Οἱ τοῖς θείοις καὶ μακαρίοις Πατράσι συγγράφοντες τὰ ἐγκώμια.

Laudatur etiam a Lambecio lib. v *De bibl. Cæsar.*, pag. 150, opusculum aliud Zonaræ, hoc titulo, Περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ, Ὅτι καὶ δίκαιοι πολλάκις, ἡνίκα τῶνδε μεθίστανται, ὀπτασίας ἁγίων τεθέανται καὶ θείων ὕμνων ἐν οὐρανοῖς αὐτήκοοι γίνονται, etc. Sed hæc epistola est ex iis quæ sub nomine etiam Glycæ circumferuntur ; de quibus mox agemus.

Scribit idem Lambecius lib. IV servari in eadem bibl. Cæsarea anonymi cujusdam auctoris Paraphrases 33 in totidem S. Gregorii Nazianzeni carmina, de quorum auctore nondum liquet, inquit idem Lambecius, nisi sint Nicetæ Davidis Paphlagonis, quem Δαδύβρου scilicet episcopum nominatum ait David Hœschelius (32), cujus Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha et Monosticha Latine versa edita sunt ab Hercule Phaello Imolæ an. 1588, vel potius Joannis Zonaræ, qui non solum S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha, verum etiam alia non pauca partim ejusdem partim diversi generis monumenta antiqua commentariis atque paraphrasibus suis illustravit. Vide pag. 39 et 247 ejusdem lib. IV (33).

Laudatur præterea ejusdem Zonaræ Lexicon, de quo ita Josephus Scaliger in epistola ad Isaacum Casaubonum, quæ est 48 inter Scaligerianas editas : « Ego quoque videor mihi non inutiliter Zonaræ Lexicon tractare, quod est in libris soceri tui » (Henrici Stephani), « si per se et affinem tuum Paulum Stephanum ejus usura brevis mihi contingat. » [Ed. ab I. A. H. Tittmanno, Lips. 1808, 2 vol. in-4, sed de auctore valde dubito.]

(31) Ex cod. Reg. 2038,

(32) In Bibl. August., p. 46.

(33) Zonaræ Prooemium Commentarii in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha editum est in libro inscripto ΝΙΚΗΤΑ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΑΒΙΔ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ μονόστιχα. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἐπιγράμματα τὰ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον παράφρασις. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ ἐπιγράμματα, Venet. ap. Franc. Zanetum 1563, in-4.

Meminit denique Joannes Pontanus, in Præfatione ad historiam Joannis Cantacuzeni, poematum Joannis Zonaræ de Processione Spiritus sancti, quæ a Genebrardo in Latinam linguam conversa esse observat. Ea cum in omnibus fere bibliothecis exacta satis adhibita diligentia conquisierim, nec reperi, nec ubi et in quo Genebrardi volumine edita sint ab hujusce urbis viris doctis rescire potui (34). Sic porro Pontanus : « Zonaram fuisse schismaticum testari possunt ejus poemata aculeatissima de processione sancti Spiritus, et alia adversus Latinos composita, quæ Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat. » Quæ quidem ipsissima Pontani verba exscripsit Allatius in Creygtonum (35).

Enimvero præter supra laudata Joannis Zonaræ opera circumferuntur passim in bibliothecis Epistolæ dogmaticæ, continentes obscuriorum sacræ Scripturæ locorum explicationem, numero sex et quinquaginta, quarum seriem et argumenta descripsit Petrus Lambecius (36); quas quidem Joanni Zonaræ quidam codices, alii Michaeli Glycæ ascribunt, adeo ut hactenus incertum maneat utrius sint : tametsi in eam videatur concedere sententiam Leo Allatius (37) ut Glycæ potius illas tribuat quam Zonaræ, ubi ita scribit : « Hæc et alia Michael Glycas, epistola satis prolixa ad Joannicium monachum, etc. Hujus etiam epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus exercit. in Baronium 16, n. 49, sed sub nomine Zonaræ editam, quam Glycæ esse codices antiqui repræsentant. Cujusnam vero sint illæ epistolæ, quæ sub nomine Glycæ et Zonaræ nomine in mss. prostant, alius erit disserendi locus. » Utinam viri doctissimi et in re veterum libraria peritissimi exstaret super hac difficultate dissertatio, quæ nos ab hac disquisitione levasset. Certe Zonaræ has ascribit codex Regius, sed recentiori manu scriptus, anno scilicet mundi juxta Græcos 6996 (Christi 1488), Ind. 6, hoc titulo Ἐπιστολαὶ κυροῦ Ἰωάννου Ζωναρᾶ καὶ πρωτοσυγκρίτης καὶ δρουγγαρίου τῆς βίγλης. Continet porro hic codex [n. 3015] 45 duntaxat epistolas, quarum prima Joanni Sinaitæ inscribitur, penultima vero, quæ est 38 in indice Lambeciano, videtur esse Manuelis Comneni imper., scripta videlicet, ut præfert inscriptio, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρίῳ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ Εἰ χρὴ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποτρόπαιον ἡγεῖσθαι παντάπασιν. Initium vero illius est, Τὰ τῆς μαθηματικῆς, etc. Atque in hæcce verba desinit : Ἐκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ἱερὰ κεφαλή, ὡς εἱμαρμένη μὲν καὶ γέννησις παντάπασιν ἀπηγόρευνται τὸν κατ' εἰκόνα καὶ γὰρ Θεοῦ πλασθέντα λογικὸν αὐτεξούσιον ἄνθρωπον· οὐ γὰρ φυσικαῖς ἀνάγκαις ὑποκεῖσθαι καταδεξώμεθα· προγνωστικήν δέ τινα τοῖς ἀνθρώποις ἐνδεδόξασθαι δύναμιν, καθὰ καὶ φθάσας ὁ λόγος ὑπέδειξεν, οὐ τοσοῦτον ἀπέοικε δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐνασχολεῖσθαι τούτοις οὐ συγχωρούμεθα, ὅτι μὴ κατὰ λόγον ὀρθὸν αὐτοῖς ἀποχρώμεθα. Istius epistolæ Antapologeticum sequitur in cod. Reg. et in Indice Lambeciano, qui hanc Manueli omnino ascribunt, hoc titulo : Ἀνταπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ γραφὴν τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρός τινα μοναχὸν ἐπιμεμψάμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ διά γε τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικοῦσαν τὸ τοιοῦτον συστῆσαι μάθημα φυσικαῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι. Tum vero illius initium hisce verbis concipitur : Τολμῶν ὑπομιμνήσκω τὸ προγεγονὸς γράμμα τῆς βασιλείας σου καὶ εἰς ἡμῶν ἤδη χεῖρας ἐληλυθέν. Καὶ ἐν πρώτοις μὲν ἀναγνοὺς καὶ περιεπτυξάμην αὐτῷ καὶ θερμῶς κατεφίλησα. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι πιναγίᾳ τῷ ὄντι καὶ ἠρεμαίᾳ φωνῇ, κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ, « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, » πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν τὸν ἀπεριτκέπτως οὕτω τοῦ θεοστεφοῦς καταβοώμενον κράτους σου. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοιοῦτον γράμμα ἐθαύμαζα κατά γε τὸ πρᾳὸν αὐτῷ τῶν λέξεων στρυφνὸν καὶ εὔρυθμον καὶ τὸ τῶν νοημάτων βαθὺ καὶ πυκνόν. Οἷς δὴ νοήμασι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως, περιπεσὼν, χειρωθῆναι πρὸ τοῦ καταπνιγῆναι τὸ τέλεον, etc. Alia ex eadem epistola exscribimus in Notis ad nostrum Zonaram; ubi de Vectio Valente astronomo, qui imperante Constantino Magno vixit, agimus. Sub finem vero hæc subduntur : Πείθομαι οὖν καὶ τοῦτο, κράτιστε βασιλεῦ, ὡς οὐκ ἂν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος πύθοιτό ποτε κατηγορῶν τοῦ μαθήματος, εἴπερ εὐπαράγραπτοί εἰσιν ἐπὶ τοσοῦτον οἱ κατ' αὐτοῦ προσφερόμενοι μάρτυρες. Ad calcem denique codicis Regii describuntur eorum nomina quorum auctoritatibus usus est epistolarum scriptor, Συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοὶ, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσης, Ἰωάννης ὁ Χρυσορρήμων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Συναΐτης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, Γρηγόριος ὁ διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης, σὺν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβὶδ, καὶ τίς ὁ φωτίζων τούτους καὶ μάρτυς ἀψευδὴς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ex hisce epistolis aliquot edidit Bonaventura Vulcanius in notis ad S. Cyrillum contra Anthropomorphitas, ex cod. quem Georgius Douza Cpoli attulerat, recenti et parum fida manu, ut ipse testatur, exscripto, qui Joannis Zonaræ nomen præferebat. Zonaræ ascribuntur prætereα istæ epistolæ in Indice librorum Græcorum ex cod. ms. Reg. 2813. Verum codices duo Cæsarei, quos laudat Lambecius (38), quorum prior 50, alter 56 epistolas continet, Michaelem Glycam auctorem præferunt, hoc lemmate : Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς. Laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycæ, ut et ab Hœschelio ex bibl. Augustana eodem titulo, et a Jacobo Pontano, qui priores duas Latine edidit. Sed et ad calcem

(34) V. *Fabricii* Biblioth. Gr. ed. Harles, t. XI, p. 222.

(35) Pag. 346.

(36) Lib. IV, de Bibl. Cæsar.

(37) *Contra Creygton*, p. 544.

(38) Fol. 30, v.

codicis posterioris Cæsarei hæc scribuntur : Τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ. Promiscue vero hasce epistolas sub nomine Zonaræ sive Glycæ semper laudat Allatius, lib. II *De consensu utriusque Ecclesiæ*, cap. 18, n. 17; lib. III, cap. 15, n. 8, cap. 16, n 24; cap. 18, n. 8, et contra Creyghtonem (39). In quibus quidem locis quasdam ex iis integras exscripsit, ita ut, cùm scribebat, cujus essent non omnino ipsi pro indubitato haberetur. Id duntaxat constat, harum auctorem vixisse sub Manuele Comneno, tum ex Antapologetico cujus meminimus, tum ex viris primariis aulæ Cpolitanæ quibus aliquot inscribuntur, atque in iis Joanne Duca magno hetæriarcha et sebasto, cujus præ cæteris, ut alios prætercam, mentio occurrit apud Nicetam (40), et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo cujus pariter meminit Cinnamus (41).

Quando vero Glycas vixerit, ex illius Historia non promptum est assequi : tametsi Zonara posteriorem fuisse, vel certo post Zonaram scripsisse, ex eo colligimus quod illius Annales non semel laudet (42). Unde illo multo esse posteriorem non desunt qui conjiciunt. Neque perinde ex Annalibus, vel ex aliis hactenus editis operibus, Joannis Zonaræ ætatem plane deprehendimus, nisi quod post imperium Joannis Comneni vitam produxisse ipsemet videatur indicare, atque adeo vixisse Manuele imperante, a quo, ut opinor, ipse et Theodorus Balsamon, tum Magnæ Ecclesiæ Cpolitanæ nomophylax et chartophylax, deinde Antiochenus patriarcha, sunt delecti ut sacros canones inspicerent et quæ in iis obscuriora occurrerent interpretarentur, vel quæ aliquatenus legibus adversari viderentur observarent; quod de se testatur Balsamon in Præfatione ad expositionem Nomocanonis. Quod quidem ad ipsum Zonaram referri potest, qui suos in canones Commentarios non suapte sed alterius jussu se conscripsisse prodit, uti supra observavimus, ita tamen ut Zonaras suos emiserit ante Balsamonem, a quo non semel et cum elogio is laudatur. Ex quibus saltem licet colligere, sub Manuele vixisse Zonaram atque adeo ipsum Glycam; si quidem illius sunt epistolæ de quibus agimus : quod certe suadere videtur scriptionis qua in Annalibus utitur ratio, ubi sacræ Scripturæ potius quam illustrandæ historiæ totus incumbit. Quin etiam in iis astronomos carpit et illos qui astrorum affectionibus quidquid in terra agitur ascribunt, adeo ut τοὺς μὲν πόρνους, τοὺς δὲ μοιχοὺς καὶ ἄλλους πάλιν φονέας καὶ ἅρπαγας efficiant (43); quod et ipsum iisdem ferme verbis habetur in Antapologetico cujus supra meminimus : licet fateatur, ut et auctor Antapologetici, multa ex siderum affectionibus et signis cœlestibus id quod futurum sit nos posse conjectare. Ex quibus non omnino tamen conficitur Michaelem Glycam esse auctorem epistolarum de quibus agimus, cum trivialis et quibusvis obvia sit ejusmodi circa astrorum influxus sententia, atque adeo ipsius sit Zonaræ, qui in Annalibus (44) Deum astra condidisse scribit ut terræ ambitus per ea illustraretur et mensura temporis ex eorum circuitibus peteretur, non vero ut una cum motu stellarum omnia nostra circumferantur. Jam vero Manuelem imperatorem astronomiæ plus quam par erat operam impendisse, et astrologorum nugas pro oraculis excepisse, testatur non uno loco Nicetas in illius Vita (45). Quem quidem haud mirum sententiam suam in epistola ad monachum firmasse tot sacræ Scripturæ et Patrum auctoritatibus, cum a Cinnamo (46) divinis perinde ac humanioribus litteris admodum instructus, et bello clarus habitus, Martem et Mercurium una et simul coluisse dicatur : ita ut Manueli aptari potuerit quod Calpurnius (47) de Carino imperatore cecinit :

Utcunque tamen conspeximus ipsum
Longius, ac, nisi me decepit visus, in uno
Et Martis vultus et Apollinis esse putavi.

(39) P. 541, 544.
(40) In Alexio Man. f. n. 7-9.
(41) Lib. v, n. 14, 15.
(42) Glycas p. 140, 286, 294, 297.
(43) Glycas p. 26.
(44) Lib. i, n. 4.
(45) Lib. II, n. 7; lib. v, n. 2, 8; lib. VII, n. 7.
(46) Lib. vi, n. 2.
(47) Ecl. ult.

LECTORI.

Monitum subsequens præmittebatur Notis historicis Du Cangii quas ex calce t. II revocatas textui subjecimus. Edit.

—

Ejusmodi sunt qui generalem præsertim spectant historiam, quemadmodum sunt Zonaræ quos modo recudimus, Annales, ut fusioribus illustrari commentariis minime debeant : cum qui id faciendum sibi proponeret, inutilibus potius ac supervacaneis Lectorem fatigaret observationibus, quam labore quovis sublevaret. Ea quippe est scriptionis istius ratio, ut quæ ex auctoribus decerpuntur, attingantur duntaxat, nec pleniori oratione conscribantur. Continua gestorum series, et secundum certiores temporum notas digesta, in illis attenditur potissimum, adeo ut ipsas consulere origines necesse habeat, qui prolixiores expetierit narrationes; cum eorum qui condunt annales præcipuum sit consilium ut universali quadam rerum cogni-

Meminit denique Joannes Pontanus, in Præfatione ad historiam Joannis Cantacuzeni, poematum Joannis Zonaræ de Processione Spiritus sancti, quæ a Genebrardo in Latinam linguam conversa esse observat. Ea cum in omnibus fere bibliothecis exacta satis adhibita diligentia conquisierim, nec reperi, nec ubi et in quo Genebrardi volumine edita sint ab hujusce urbis viris doctis rescire potui (34). Sic porro Pontanus : « Zonaram fuisse schismaticum testari possunt ejus poemata aculeatissima de processione sancti Spiritus, et alia adversus Latinos composita, quæ Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat. » Quæ quidem ipsissima Pontani verba exscripsit Allatius in Creygtonum (35).

Enimvero præter supra laudata Joannis Zonaræ opera circumferuntur passim in bibliothecis Epistolæ dogmaticæ, continentes obscuriorum sacræ Scripturæ locorum explicationem, numero sex et quinquaginta, quarum seriem et argumenta descripsit Petrus Lambecius (36); quas quidem Joanni Zonaræ quidam codices, alii Michaeli Glycæ ascribunt, adeo ut hactenus incertum maneat utrius sint : tametsi in eam videatur concedere sententiam Leo Allatius (37) ut Glycæ potius illas tribuat quam Zonaræ, ubi ita scribit : « Hæc et alia Michael Glycas, epistola satis prolixa ad Joannicium monachum, etc. Hujus etiam epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus exercit. in Baronium 16, n. 49, sed sub nomine Zonaræ editam, quam Glycæ esse codices antiqui repræsentant. Cujusnam vero sint illæ epistolæ, quæ sub nomine Glycæ et Zonaræ nomine in mss. prostant, alius erit disserendi locus. » Utinam viri doctissimi et in re veterum libraria peritissimi exstaret super hac difficultate dissertatio, quæ nos ab hac disquisitione levasset. Certe Zonaræ has ascribit codex Regius, sed recentiori manu scriptus, anno scilicet mundi juxta Græcos 6996 (Christi 1488), Ind. 6, hoc titulo Ἐπιστολαὶ κυροῦ Ἰωάννου Ζωναρᾶ καὶ πρωτοσυγκρίτης καὶ δρουγγαρίου τῆς βίγλης. Continet porro hic codex [n. 3015] 45 duntaxat epistolas, quarum prima Joanni Sinaitæ inscribitur, penultima vero, quæ est 38 in indice Lambeciano, videtur esse Manuelis Comneni imper., scripta videlicet, ut præfert inscriptio, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρίῳ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ Εἰ χρὴ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποτρόπαιον ἡγεῖσθαι παντάπασιν. Initium vero illius est, Τὰ τῆς μαθηματικῆς, etc. Atque in hæcce verba desinit : Ἐκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ἱερὰ κεφαλή, ὡς εἱμαρμένη μὲν καὶ γέννησις παντάπασιν ἀπηγόρευνται τὸν κατ' εἰκόνα καὶ γὰρ Θεοῦ πλασθέντα λογικὸν αὐτεξούσιον ἄνθρωπον· οὐ γὰρ φυσικαῖς ἀνάγκαις ὑποκεῖσθαι καταδεξώμεθα· προγνωστικὴν δέ τινα τοῖς ἀνθρώποις ἐνδεδόξασθαι δύναμιν, καθὰ καὶ φθάσας ὁ λόγος ὑπέδειξεν, οὐ τοσοῦτον ἀπέοικε δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐνασχολεῖσθαι τούτοις οὐ συγχωρούμεθα, ὅτι μὴ κατὰ λόγον ὀρθὸν αὐτοῖς ἀποχρώμεθα. Istius epistolæ Antapologeticum sequitur in cod. Reg. et in Indice Lambeciano, qui hanc Manueli omnino ascribunt, hoc titulo : Ἀνταπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ γραφὴν τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρός τινα μοναχὸν ἐπιμεμψάμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ διά γε τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικοῦσαν τὸ τοιοῦτον συστῆσαι μάθημα φυσικαῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι. Tum vero illius initium hisce verbis concipitur : Τολμῶν ὑπομιμνήσκω τὸ προγεγονὸς γράμμα τῆς βασιλείας σου καὶ εἰς ἡμῶν ἤδη χεῖρας ἐληλυθέν. Καὶ ἐν πρώτοις μὲν ἀναγνοὺς καὶ περιπτυξάμην αὐτῷ καὶ θερμῶς κατεφίλησα. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι πανάγια τῷ ὄντι καὶ ἠρεμαίᾳ φωνῇ, κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ, « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, » πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν τὸν ἀπερισκέπτως οὕτω τοῦ θεοστεφοῦς καταβοώμενον κράτους σου. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοιοῦτον γράμμα ἐθαύμακα κατά γε τὸ προσὸν αὐτῷ τῶν λέξεων στρυφνὸν καὶ εὔρυθμον καὶ τὸ τῶν νοημάτων βαθὺ καὶ πυκνόν. Οἷς δὴ νοήμασι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως, περιπεσών, χειροδοθῆναι πρὸ τοῦ καταπνιγῆναι τὸ τέλεον, etc. Alia ex eadem epistola exscribimus in Notis ad nostrum Zonaram; ubi de Vectio Valente astronomo, qui imperante Constantino Magno vixit, agimus. Sub finem vero hæc subduntur : Πείθομαι οὖν καὶ τοῦτο, κράτιστε βασιλεῦ, ὡς οὐκ ἂν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος παύσαιτό ποτε κατηγορῶν τοῦ μαθήματος, εἴπερ εὐπαράγραπτοί εἰσιν ἐπὶ τοσοῦτον οἱ κατ' αὐτοῦ προσφερόμενοι μάρτυρες. Ad calcem denique codicis Regii describuntur eorum nomina quorum auctoritatibus usus est epistolarum scriptor, Συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοί, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσσης, Ἰωάννης ὁ Χρυσορρήμων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Συναΐτης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός, Γρηγόριος ὁ διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης, σὺν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβίδ, καὶ τίς ὁ φωτίζων τούτους καὶ μάρτυς ἀψευδής, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ex hisce epistolis aliquot edidit Bonaventura Vulcanius in notis ad S. Cyrillum contra Anthropomorphitas, ex cod. quem Georgius Douza Cpoli attulerat, recenti et parum fida manu, ut ipse testatur, exscripto, qui Joannis Zonaræ nomen præferebat. Zonaræ ascribuntur præterea istæ epistolæ in Indice librorum Græcorum ex cod. ms. Reg. 2813. Verum codices duo Cæsarei, quos laudat Lambecius (38), quorum prior 50, alter 56 epistolas continet, Michaelem Glycam auctorem præferunt, hoc lemmate : Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς. Laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycæ, ut et ab Hœschelio ex bibl. Augustana eodem titulo, et a Jacobo Pontano, qui priores duas Latine edidit. Sed et ad calcem

(34) V. *Fabricii* Biblioth. Gr. ed. Harles, t. XI, p. 222.

(35) Pag. 346.

(36) Lib. IV, de Bibl. Cæsar.

(37) *Contra Creygton*, p. 544.

(38) Fol. 30, v.

codicis posterioris Cæsarei hæc scribuntur : Τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ. Promiscue vero hasce epistolas sub nomine Zonaræ sive Glycæ semper laudat Allatius, lib. II *De consensu utriusque Ecclesiæ*, cap. 18, n. 17; lib. III, cap. 15, n. 8, cap. 16, n 24; cap. 18, n. 8, et contra Creygtonem (39). In quibus quidem locis quasdam ex iis integras exscripsit, ita ut, cum scribebat, cujus essent non omnino ipsi pro indubitato haberetur. Id duntaxat constat, harum auctorem vixisse sub Manuele Comneno, tum ex Antapologetico cujus meminimus, tum ex viris primariis aulæ Cpolitanæ quibus aliquot inscribuntur, atque in iis Joanne Duca magno hetæriarcha et sebasto, cujus præ cæteris, ut alios prætercam, mentio occurrit apud Nicetam (40), et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo cujus pariter meminit Cinnamus (41).

Quando vero Glycas vixerit, ex illius Historia non promptum est assequi : tametsi Zonara posteriorem fuisse, vel certo post Zonaram scripsisse, ex eo colligimus quod illius Annales non semel laudet (42). Unde illo multo esse posteriorem non desunt qui conjiciunt. Neque perinde ex Annalibus, vel ex aliis hactenus editis operibus, Joannis Zonaræ ætatem plane deprehendimus, nisi quod post imperium Joannis Comneni vitam produxisse ipsemet videatur indicare, atque adeo vixisse Manuele imperante, a quo, ut opinor, ipse et Theodorus Balsamon, tum Magnæ Ecclesiæ Cpolitanæ nomophylax et chartophylax, deinde Antiochenus patriarcha, sunt delecti ut sacros canones inspicerent et quæ in iis obscuriora occurrerent interpretarentur, vel quæ aliquatenus legibus adversari viderentur observarent; quod de se testatur Balsamon in Præfatione ad expositionem Nomocanonis. Quod quidem ad ipsum Zonaram referri potest, qui suos in canones Commentarios non suapte sed alterius jussu se conscripsisse prodit, uti supra observavimus, ita tamen ut Zonaras suos emiserit ante Balsamonem, a quo non semel et cum elogio is laudatur. Ex quibus saltem licet colligere, sub Manuele vixisse Zonaram atque adeo ipsum Glycam; si quidem illius sunt epistolæ de quibus agimus : quod certe suadere videtur scriptionis qua in Annalibus utitur ratio, ubi sacræ Scripturæ potius quam illustrandæ historiæ totus incumbit. Quin etiam in iis astronomos carpit et illos qui astrorum affectionibus quidquid in terra agitur ascribant, adeo ut τοὺς μὲν πόρνους, τοὺς δὲ μοιχοὺς καὶ ἄλλους πάλιν φονέας καὶ ἅρπαγας efficiant (43); quod et ipsum iisdem ferme verbis habetur in Antapologetico cujus supra meminimus : licet fateatur, ut et auctor Antapologetici, multa ex siderum affectionibus et signis cœlestibus id quod futurum sit nos posse conjectare. Ex quibus non omnino tamen conficitur Michaelem Glycam esse auctorem epistolarum de quibus agimus, cum trivialis et quibusvis obvia sit ejusmodi circa astrorum influxus sententia, atque adeo ipsius sit Zonaræ, qui in Annalibus (44) Deum astra condidisse scribit ut terræ ambitus per ea illustraretur et mensura temporis ex eorum circuitibus peteretur, non vero ut una cum motu stellarum omnia nostra circumferantur. Jam vero Manuelem imperatorem astronomiæ plus quam par erat operam impendisse, et astrologorum nugas pro oraculis excepisse, testatur non uno loco Nicetas in illius Vita (45). Quem quidem haud mirum sententiam suam in epistola ad monachum firmasse tot sacræ Scripturæ et Patrum auctoritatibus, cum a Cinnamo (46) divinis perinde ac humanioribus litteris admodum instructus, et bello clarus habitus, Martem et Mercurium una et simul coluisse dicatur : ita ut Manueli aptari potuerit quod Calpurnius (47) de Carino imperatore cecinit :

Utcunque tamen conspeximus ipsum
Longius, ac, nisi me decepit visus, in uno
Et Martis vultus et Apollinis esse putavi.

(39) P. 541, 544.
(40) In Alexio Man. f. n. 7-9.
(41) Lib. v, n. 14, 15.
(42) Glycas p. 140, 286, 294, 297.
(43) Glycas p. 26.
(44) Lib. I, n. 4.
(45) Lib. II, n. 7; lib. v, n. 2, 8; lib. VII, n. 7.
(46) Lib. VI, n. 2.
(47) Ecl. ult.

LECTORI.

Monitum subsequens præmittebatur Notis historicis Du Cangii quas ex calce t. II revocatas textui subjecimus. EDIT.

—

Ejusmodi sunt qui generalem præsertim spectant historiam, quemadmodum sunt Zonaræ quos modo recudimus, Annales, ut fusioribus illustrari commentariis minime debeant : cum qui id faciendum sibi proponeret, inutilibus potius ac supervacaneis Lectorem fatigaret observationibus, quam labore quovis sublevaret. Ea quippe est scriptionis istius ratio, ut quæ ex auctoribus decerpuntur, attingantur duntaxat, nec pleniori oratione conscribantur. Continua gestorum series, et secundum certiores temporum notas digesta, in illis attenditur potissimum, adeo ut ipsas consulere origines necesse habeat, qui prolixiores expetierit narrationes ; cum eorum qui condunt annales præcipuum sit consilium ut universali quadam rerum cogni-

tione, Lectoris animum informent. « Ita Zonaræ illud in primis fuit, ut recte in Præfatione ait Wolfius, certam quamdam historiæ quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis membra, et partes ejus in unum quoddam corpus redigendi. Delegit enim sibi non omnium, sed præcipuarum gentium historias: neque eas omnes, sed vel præcipuas duntaxat, vel eas quæ ad Ecclesiæ seriem perspiciendam facere videbantur. » In hac igitur tot eventuum atque rerum expositione, quam Annales complectuntur, qui mundi primordia, Veterisque Fœderis historias, quæ ex sacris Libris, et ex Josepho, ac Georgio Syncello: aut res Græcanicas, vel etiam Romanas, seu reipublicæ seu imperii tempora spectentur, ex scriptoribus refert Zonaras, cum iis conferre vellet, ac eorum auctoritate firmare qui singulas ex professo pertractarunt, vel quæ ille de industria omisit afferre, duo pariter subiret incommoda, ut et nimium diceret, nec tamen totum, ut Quintiliani verbis utar: fatendum tamen occurrere interdum in iis multa, quæ critica indigeant manu: cum in ipsa videlicet narratione, aut in personarum vel locorum nomenclaturis, atque adeo in factis ipsis a suis discedunt authenticis, de quibus Lectorem interest admonere. Nonnulla sunt præterea, quæ locis exoticis possunt adornari, cum lumen sibi invicem plerumque commodent scriptores: quod quidem in notis, quas hic in præsens edimus, pro virili præstitimus, in iis maxime quæ Byzantinæ historiæ illustrandæ conducunt, quandoquidem hosce Annales publicamus, cæteris rerum Byzantinarum scriptoribus, typis regiis hactenus expressis, adjungendos. Nam ut Theophanem, ac illius Continuatores, vel qui, ut Zonaras, Annales a mundi conditu ad sua tempora, alia forte methodo, perduxerunt, Georgium Cedrenum, Georgium Hamartolum, Symeonem Logothetam, Joannem Scylitzen, Constantinum Manassem, Michaelem Glycam, Joelem, et alios istiusmodi cum ipso Zonara compararem, absonum prorsus visum esset, cum satis et abunde sit, si quæ sunt extra usum communem, vel a cæteris intacta, in notas referantur, ex quibus scriptori lux utcunque affulgeat. Jam vero cum in universam Byzantinam historiam perpetuos, ut ita dicam, seu qui singulis illius scriptoribus aptari possint, commentarios antehac ediderim, duobus publicatis voluminibus, quorum alterum Familias Augustas et Dalmaticas, una cum urbis Constantinopolitanæ descriptione, alterum, ad mediæ et infimæ Græcitatis Glossarium complectatur, in quo non modo vocabula mixobarbara, sed etiam dignitates palatinæ, militares, ecclesiasticæ et monasticæ explicantur: unum supererat, ut sola duntaxat facta illustrari posse arbitrarer. Quod quidem ita a me præstitum est, ut si quid in supra memoratis lucubrationibus excidisset, subinde annotarem, idque sæpe ex scriptoribus ineditis, ne vel ex incuria nostra, vel ex memoriæ lapsu dispendium Lector patiatur. Sed et varias interdum lectiones ex Zonaræ manu descriptis codicibus, quos videre contigit, subinde inserimus, prætermissis interea synonymis, tanquam nullius compendii, quod et se fecisse profitetur Wolfius interpres; cujus alioquin notas priori editioni subditas, cum nostris edi suis locis curavimus, littera nominis initiali W. indicatas, prætermissis quibusdam inutilibus. Atque hæ quidem priorem Annalium partem, et alteram usque ad Constantinum Magnum potissimum spectant, ubi paulo visus est accuratior, quam in iis quæ Byzantinorum imperatorum historiæ erant subjunctæ, in qua minus scientem fuisse palam est, quod et ipsemet ingenue agnoscit; quemadmodum et Xylander in notis ad Cedrenum singulis fere locis, qui res Byzantinas spectant, non modo hæsitare cogitur, sed fatetur ultro vocum sibi insolentiam, partim hybridarum ac μιξοβαρβάρων, partim prorsus et ad apud Latinos et apud Græcos peregrinarum, notiones ignotas, nec alibi lectas: quod non omnino mirandum, siquidem hac tempestate, nulli tum fere essent editi Byzantinæ historiæ scriptores, et in iis illustrandis nemo ex tot viris eruditis studia sua hactenus contulerat.

HIERONYMI WOLFII

IN

JOANNIS ZONARÆ ANNALES

PRÆFATIO,

Ad magnificum et generosum virum D. Antonium Fuggerum Kirchpergæ et Weissenhorni dominum, Cæsareæ majestati a consiliis, etc.

Opus hoc historiarum Joannis Zonaræ, viri sua ætate in Cpolitano imperio clarissimi, longo jam tempore a multis viris doctissimis desideratum, duplici potissimum nomine commendandum esse videtur, tum propter amplitudinem et varietatem rerum quæ in eo continentur, tum ob brevitatem, hominibus vel in re publica vel domesticis negotiis vel studiis gravioribus occupatis, vel iis quorum infirmior est memoria, gratam atque aptissimam. Neque enim cuilibet accommodatum est omnia scripta om-

nium historicorum evolvere, et præcipuas res summorum imperiorum a mundi exordio, quantum quidem mortalitati nostræ concessum est, usque ad hanc ætatem, ignorare turpissimum. Nam si Cicerone auctore inter hominem et belluam hoc maxime interest, quod hæc tantum quantum sensu movetur, ad id solum quod adest quodque præsens est se accommodat, paululum admodum sentiens præteritum aut futurum, homo autem quoniam rationis est particeps, consequentia cernit, principia et causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, et rebus præsentibus adjungit atque adnectit futuras, facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias, vix hominis nomine dignus est qui memoria et cogitatione ultra suam ætatem non progreditur. Ac præscientia rerum futurarum, si qua est, divini potius esse muneris quam humani ingenii creditur : etsi non desunt qui vel natura incitati vel arte adjuti vel usu rerum edocti ea prædicunt quæ multo post futura sunt. Quæ quidem facultas et latius pateret et multo esset illustrior, si tria hæc in uno homine conjungerentur : præteritarum autem ignoratio in homine litteris vel mediocriter imbuto vix ullam habet excusationem. Neque enim in hac, ut in illa, vel de rei difficultate vel de naturæ nostræ imbecillitate queri possumus, sed vel supina negligentia vel occupatio supervacanea vel inane voluptatis studium culpam omnem sustinet. Quis enim omnium mortalium ita negotiis obruitur quin, si parcus et prudens sit temporis pretiosissimi et irreparabilis thesauri dispensator, unam atque alteram horam legendo meditandoque absque ullo incommodo valetudinis et rerum suarum dispendio quotidie possit impendere? Videmus enim quibus nugis, ne quid dicam gravius, plerisque tempus pereat, quod longe rectius studio sapientiæ tribueretur. Nec injuria vir gravissimus Seneca exclamat, magnam vitæ partem nihil agentibus, majorem male agentibus, totam aliud agentibus elabi, eoque fieri ut necessaria ignoremus quoniam supervacanea didicerimus. Supervacanea porro intelligit immodicum voluptatum, honoris, potentiæ, pecuniæque studium, necessaria vero philosophiam, hoc est humanarum divinarumque rerum cognitionem : quæ si ulli mortalium perfecta contingeret, haud dubie omnium oculi atque animi in illum unum tanquam deum quemdam converterentur. Nunc quia nomen inane multi jactitant, perpauci vero ita sunt morati ut recta ratio postulat, fit ut res ipsa vulgo non intelligatur, et nomen odiosum æque atque ridiculum habeatur. Idque haud scio quam recte. Neque enim disciplinæ aut vitæ genus ob hominum inscitiam aut perversitatem jure traducitur : et qui tam severe judicant, ne semetipsos quidem, nisi mentis errore afficiantur, probabunt. Homines enim sunt ut cæteri, et iisdem affectibus obnoxii : et parum liberale est unum atque alterum nævum exagitare dissimulatis virtutibus, quarum in philosophis non minima est studium inquirendi veri et moderandarum cupiditatum, ut intra naturæ præscriptum coerceantur, eodemque pro sua virili producendi quam plurimos. Postulare autem ut ii sese infra omnes infimos homines abjiciant, et in extremis sordibus Cynicorum more vivant, immanis est inscitiæ atque superbiæ. Sed ad historiam redeo, quæ cum crassior quædam philosophia sit, et exemplis potius quam rationibus vitam civilem ac privatam instituat, non dubium est quin magnam habeat utilitatem cum summa suavitate conjunctam. In qua quæ præcipue observanda sint, prudenter Livius his verbis monet : « Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiæque et partum et auctum imperium sit. Labente deinde paulatim disciplina, velut dissidentes primo mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, ventum est. Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monimento intueri : inde tibi tuæque rei publicæ quod imitere capias, inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites. » Hactenus ille. Sed et Cicero, præterquam quod ait « nescire quid antea quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum, » magnis ornat laudibus historiam, cum testem temporum, lucem veritatis, vitam memoriæ, magistram vitæ, nuntiam vetustatis appellat. Quæ cum vera esse non negem (neque enim quorumdam fabulosa commenta rem ipsam corrumpere possunt), tamen, si maxima ex parte omnium ætatum consilia, acta, eventus æstimemus, quid est aliud historia quam ingens quoddam pelagus ac potius naufragium miserabile humanæ stultitiæ, improbitatis et miseriæ, et speculum longe illustrius vitæ privatæ et politicæ, quam ulla comœdia aut tragœdia? Quæ cogitatio in hujus operis elucubratione perpetuo sensibus atque animo meo obversata est. Sive enim sacra sive profana, sive nova sive vetera occurrerent, sive Hebræa sive Græca tractarentur, cramben eamdem repeti, cantilenam eamdem cani videbam : omnia plena erratorum, scelerum, fraudum, mendaciorum, præstigiarum, ærumnarum, dissensionum, cædium, excidiorum. Ut res ipsa abunde doceat, humanum ingenium ab ipso ortu esse depravatum, neque inanem exstitisse divinam exsecrationem, cum ubique sudor vultus, ubique tribuli et spinæ, ubique serpentis insidiæ appareant. Boni et simplices pauci sunt : et si qui sunt, ii alias per imprudentiam in facinus ruunt, alias malis exemplis corrumpuntur, alias a maximo improborum et callidorum numero opprimuntur. Et quanquam naturæ hominum duo insignia munera, facultas rationis et orationis divinitus sunt concessa, quibus ad contemplandum et celebrandum hujus universitatis Opificem, et ad tuendam ac juvandam hominum inter ipsos communitatem utendum erat, in nullum fere alium usum a plerisque ea converti videmus, nisi ad expeditius fallendum et nocendum, et vastitatem efficiendam. Adeo ita plerumque vivitur, ut quemadmodum feræ in solitudine et silvis, pisces in flumi-

nibus et mari, volucres in immensis illis aeris spatiis, magna ex parte quasi naturæ quadam lege imbecilliores opprimunt et devorant, ita etiam in nostro genere callidissimi et potentissimi quique imbecillitatem et simplicitatem cæterorum in suam prædam vertunt, aliquando etiam sine fructu, quid fructu dico? imo etiam cum periculo et incommodo suo aliis nocent; idque cum faciunt, quasi re bene gesta gloriantur. Interea theologi de justo Dei judicio, de præmiis piorum, de suppliciis improborum concionantur; cum ipsi sese, quasi terrigenæ illi fratres, acutis exacerbatæ linguæ pugionibus confodiant, eumdemque morbum in animis auditorum propagent, ut haud injuria dubitari queat an .. sed temperandum est calamo, ne ipse in idem vitium incidam. Philosophi de officiis præcipiunt, et ipsi ab officio sæpe discedunt: neque fere usquam plus est injuriæ quam ubi juris plurimum, neque plus morborum quam in copia remediorum, nusquam plus paupertatis quam in summis opibus, nusquam plus dementiæ quam in summa sapientiæ persuasione. Quæ quidem sapientia consuetudinis inveteratæ, acceptæque a majoribus opinionis, et auctoritatis magistrorum fundamentis haud scio quam firmis innititur. Hinc infinita illa dissidia religionum, doctrinarum, morum, institutorum, et propter opinionum (rei levissimæ) diversitatem capitales inimicitiæ, seditiones perniciosæ, bellaque atrocissima. Inter hæc alii fremunt, alii gemunt, aliqui rident, multi flent, plures indignantur, plerique omnes conqueruntur. Nemo non aliena vitia perspicit et exagitat; sua vero serio et constanter emendat fere nemo, aut sane paucissimi: in quo exiguo grege utinam et ego meipsum numerare possem! Sed nescio quo pacto exemplis magis omnes trahimur quam disciplina et ratione, καὶ τὸν ἐπιχώριον, ut Aristophanes ait, ἀσκοῦμεν τρόπον. Pauci enim ea sunt vel prudentia vel animorum constantia præditi, ut cum vitiis et erroribus suorum temporum pugnare possint. Ita quasi fato quodam præcipites in vitia ruimus, et ex vitiis in calamitates. Quæ fortasse minus multæ aut saltem leviores essent, si rectam rationem et reliquos adhuc in natura nostra divinæ lucis igniculos in tantis fortunæ tenebris tanquam fidelissimos duces sequeremur. Quod si fieret, non toties fatum fatui et cæcam fortunam cæci accusaremus, neque nostros errores et vitia obscuris quibusdam nominibus velaremus. Nulla quidem est in terris vel sapientiæ vel virtutis perfectio, et frustra describitur nobis ille qui apud Horatium:

Uno minor est Iove: dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
Præcipue sanus,

aut apud Gellium ἀκώλυτος, ἀνεκβίαστος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύθερος, εὔπορος, εὐδαίμων. Qualis, ut opinor, nemo unquam fuit neque futurus est. Omnibus enim, quod satyricus perfacete addit, non modo pituita, sed flava et atra bilis aliquando molesta est. Quod utinam minus crebro et in dictis et in factis præstantissimorum virorum cerneretur! Alioqui doctrinam divinarum humanarumque rerum et integriorem et minus controversam et multo expeditiorem haberemus, et vita mortalium ærumnis longe paucioribus premeretur. Sed tantam esse vecordiam et malitiam, ut quasi de industria miseros et nos ipsos et alios esse velimus, id vero est dolendum. Quid enim obstat, morbis et morte exceptis (quorum illos intemperantia voluptatum atque libidinum cumulamus, hanc sæpe quasi refugientem ultro arcessimus), quominus etiam in terris aliquo modo beati simus? cum divina benignitas ad victum et cultum necessaria liberaliter omnia suppeditet, modo recte uteremur et humaniter communicaremus. Nam pestilentiæ quidem et sterilitates et terræ motus et siccitates et inundationes, et si quæ sunt ejus generis alia publica mala, in unius hominis ætatem rarius incidunt. Bella vero nulla naturæ necessitate, sed hominum, eorumque principum et regum, quos virtute et sapientia præstare cæteris et cives suos reddere beatos decebat, vel ambitione vel æmulatione vel avaritia vel crudelitate exsistunt, et longe majorem malorum omnium molem secum trahunt quam quæ naturæ nobis necessitas imposuit. Ne vero cæteri nos excusatos putemus, nunquam principes tantos ciere tumultus possent, nisi inferiores, iisdem morbis laborantes, illorum cupiditatibus non ministros modo sed duces etiam se præberent: qui honesti laboris fuga et scelesti otii cupiditate divina humanaque jura omnia violare non verentur, et horribili furore et plus quam belluina immanitate grassantur; cumque ipsi pessimi sint, bona etiam aut saltem medioeria ingenia corrumpunt, aut cæteros quietos et tranquillos esse non patiuntur. Sævum profecto et horrendum est Martis imperium, qui ferro et igni sævit; sed paulo mitior est Mercurii tyrannis, qui falsis rationibus et callidis verbis miscet omnia, et tela fere suppeditat quæ Mars ejaculetur: pessimi sane demagogi, ut ab astrologis appellantur, ac potius κοσμοκράτορες. Nam vis et fraus, jure et veritate oppressis, plerumque rerum potiuntur. Quod etsi ita in promptu est, ut optabile sit esse obscurius, tamen nescio quo modo lectione historiarum magis animus commovetur et ad considerandam vitæ humanæ sive comico-tragœdiam sive tragico-comœdiam et miseriam simul et vanitatem impellitur: quæ nos ad aliam vitam, piis divinitus promissam, majori studio et ardentioribus votis expetendam excitare debebant, et dum hic sumus, etiam diligentiores, prudentiores et moderatiores efficere. Nam tragicos casus, quorum plenæ sunt historiæ, vel ex superbia et ambitione, vel ex negligentia et temeritate, vel ex animi libidine et injustitia ortum habuisse fere constat; perpaucos autem, dum officio fungerentur, impegisse. Cujus rei Zonaras noster exempla pene innumera, in postremo tomo præsertim (absque quo si esset, posteriorum imperatorum res gestas magna ex parte ignoraremus) compendio proponit. In quo etsi alii alia desiderare

possunt (quis enim satisfaciat omnibus?), tamen conatus ejus egregius atque institutum præclarum fuit, certam quamdam historiæ quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis voluminibus membra et partes ejus in unum quoddam corpus redigendi, ea moderatione adhibita, ut instar lauti magis quam copiosi convivatoris optima potius quam plurima apponeret, nec convivas cum fastidio dimitteret, sed ita affectos, ut Timotheum de Platone dixisse ferunt, cœnas ejus etiam postridie delectare. Delegit enim sibi non omnium, sed præcipuarum gentium historias, neque eas omnes, sed vel præcipuas duntaxat vel eas quæ ad ecclesiæ seriem perspiciendam facere videbantur, consilio judicioque suo. Quod sive probarit sive non probarit omnibus, hoc illi cum multis, illud cum paucissimis scriptoribus, ne dicam nullis, commune erit. In bona tamen spe sum, fore plures qui avide accepturi et gratis animis hoc opus pellecturi sint, quam qui contempturi aut calumniaturi. Morosorum vero et obtrectatorum querelas atque aculeos quis hominum deorumve effugiat? quibus, nisi quod ipsi fecerunt, nihil placet: ac ne ipsi quidem sibi ubique satis placent, alioqui non alias aliud probarent atque improbarent. Non inficior posse videri Zonaram alias prolixiorem, ut in Judaica historia, alias breviorem, ut in exterarum gentium rebus gestis. In quo si qua culpa commissa est, excusationem habere videtur hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quæ scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit; qui auctores inter se dissimillimi sunt. Quod autem non omnia persecutus est, fortasse non negligentia sed de industria fecit. Nam omnium gentium atque urbium res gestas describere immensi est negotii atque adeo infiniti, ut taceam non semper esse fructuosum. Ac parum abest quin dicam, id in tanta amplitudine orbis terrarum non magis esse vel utile vel necessarium, quam si quis in civitate maxima omnium domorum acta cognoscere studeat. Insignia, rara, exquisita, nos aliqua ex parte attingentia ignorare turpe: consectari singula curiositatis potius est quam eruditionis. Si geographis, qui totius terræ formam tenere se profitentur, multas et magnas orbis partes ignorare licuit, cur non idem in historia quoque cum venia liceat? Jam quod ad elocutionem attinet, conciones, strategemata, consilia, eventus, eadem fere ubique recurrunt. Nam finitimos populos plerumque de finibus dimicare, esse causas vel prætextus quosdam bellorum et subitas occasiones, alia atque alia consilia, sententias, eventus, quis nescit?

> *Occidit miseros crambe repetita magistros,*

inquit ille, et alio loco

> *Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,*
> *Gaudia, discursus nostri farrago libelli.*

Quæ cum ita se habeant, et Philosopho auctore singularia infinita sint nec ullis scientiæ limitibus includi possint, præcipua ex iis scire satis est (de hominibus occupatis loquor) et ordinem temporum ac rerum gestarum animo complecti. Quam ad rem non parum adjumenti afferet Zonaras noster, qui ab orbe condito auspicatus ad suam usque ætatem, hoc est ad annos abhinc amplius 400 processit. In quo necesse habuit prima quasi rerum gestarum cunabula ex Litteris sacris, Josepho atque aliis scriptoribus vetustis repetere. Quæ nobis, si absque Mose fuisset, plane ignotæ essent: cui nos ut divinitus edocto religio nostra, quamvis adversante philosophia, credere jubet ac cogit. Ut ut sit, auctorem eo antiquiorem et certiorem non habemus. Est enim Judaica historia veluti fundamentum aut principium cæterarum omnium: et gentis illius mirum quoddam fatum, ut pene totum terrarum orbem pervagata, in summis exterarum gentium odiis et adversationibus, tamen opiniones suas mirabili sive pertinacia sive constantia defenderit, atque etiam hodie tueatur, et multos in suam sententiam pertraxerit. Quale nihil in cæteris populis cernitur: quorum historiæ, insertis etiam et explicatis Danielis et aliorum prophetarum oraculis, obiter attinguntur, ut Ægyptiacæ, Assyriæ, Persicæ, Macedonicæ, Romanæ. Quanquam his peculiare volumen dedicavit, quod ego in duas partes distinxi, et Christianos imperatores ab ethnicis separavi, ut totum opus tripartitum esset. De cujus argumento hactenus. Nunc etiam de stylo auctoris nonnihil est dicendum, qui cum non unius sit generis et formæ, sed pro varietate auctorum e quibus hæc petita sunt, et ipse variet, in ultimo tomo præsertim, qua ætate Græca pariter et Romana lingua degeneravit, eruditi homines in eo nonnihil desiderabunt. Desideravi et ipse nonnihil, parcimoniam in primis Demosthenicæ orationis, quæ meo palato longe fuit gratior et ad convertendum non tantum jucundior sed etiam facilior: ut ut aliis difficilis videatur, et mea tenuitate superior. Nam in hoc auctore multæ sunt aut mihi certe esse videntur περισσολογίαι, quæ ut Græcum sermonem suo quodam genio sæpe non infeliciter lascivientem deceant, Latinis auribus multo severioribus, nisi multum ego fallor, permolestæ futuræ erant. Eaque de causa, ubi citra sententiæ detrimentum fieri potuit, a me alicubi prætermissæ sunt. Idque cum non tam mea sponte, quam monitu doctissimorum virorum, Joachimi Camerarii et Ludovici Carini, fecerim, me facile viris doctis probaturum confido. Imperitorum autem et obtrectatorum judicia, quæ vel nulla vel perversa sunt, contemno, neque facio pluris quam morsum pulicis elephantus Indicus. Fabris enim fabrilia tractanda sunt, neque temere falces in alienam messem immittendæ. Concessa omnibus est ab invidia et imperitia ad æquitatem et eruditionem provocatio. Idem mihi jus, ubi vel decere vel necessarium esse visum est, et in dialogismis ad perpetuam orationem redigendis haud raro permisi, ne propria nomina et pronomina quædam et verbum *inquit* et alia hujusmodi ad fastidium usque inculcanda essent. Quis enim non malit

cum Aristoxeno redire in latomias, quam eamdem cuculi cantilenam audire toties? Ut enim Græci vel ob complures breves et commodas connexionum particulas, vel ob participiorum, quæ præteriti temporis significationem habent, multitudinem, sive etiam aliis de causis, quas hic persequi longum fuerit, a tautologiis et perissologiis minus abhorrent, et omnia minutius et curiosius persequuntur, sic qui apud Latinos imitari eadem voluerit, næ is in horrendam et ineptam incidet loquacitatem? Qui igitur interpretem hujusmodi salebras sine ullo sententiæ detrimento vitantem vel negligentiæ vel malæ fidei accusant, suam vel inscitiam et judicii inopiam vel morbum animi et nulla de causa maledicendi libidinem produnt. Neque tamen indulsi mihi nimium. Nam quod Plato ait, ei qui in disputando respondeat interrogantis vestigia persequenda esse, id multo magis faciendum esse alienæ linguæ interpreti cogitavi. Quod si is scriptor, quem explicandum susceperis, recto itineris præcessit, hoc est si rerum bonitatem cum elegantia dictionis conjunxit, interpres et minus laboris et plus laudis capit: sin illius salebrosa est oratio, et res haud magni momenti continet, alienæ culpæ dare pœnas etiam interpres cogitur. Nam, ut Sophocles alio sensu affirmat, malarum rerum pulchra esse commemoratio non potest, et ordinem ac dispositionem earum immutare vix conceditur. Ut igitur oratio interpretis Latina et pura sit, ipsa tamen compositio horridum quiddam atque asperum sonat, membris et partibus ejus non multo melius quam arena sine calce cohærentibus. Quæ vitia qui effugere volunt, in aliud gravius plerumque incidunt, ut dum orationi poliendæ et exornandæ impense student, ab auctoris sententiis longe aberrent, et gravissimo perfidiæ crimine se obstringant. His incommodis acute perspectis, summo ingenio et doctrina vir Joannes Jovianus Pontanus præclare scripsit, malle se quemque afferre sua, quam offerre aliena: et quod scripsit, ipse in doctrina morum et rerum cœlestium explicanda fecit, a philosophis et astrologis petita materia, quam suo arbitratu et collocaret et exornaret. Sed tanti viri exemplum ego imitari, præsertim in hoc scripti genere, et ingenii tenuitate et aliis incommodis impeditus neque possim neque ausim. Illud mihi satis fuit, ut sententias bona fide appenderem, et dictione, quantum ipse auctor et orationis meæ paupertas pateretur, quam minime aspera uterer aut barbara. Nec tamen ipse mihi ubique satisfeci, et in meæ infelicitatis parte numeravi, quod in auctorem luculentiorem non incidissem. Non quod hunc reprehendam; sed quod vereor ne ab aliis ipse reprehendar, qui nihil nisi florem dictionis sequuntur, qui profecto in brevitate annalium locum non habet. Ubertatem Livii quæris? at orationis divitiæ cum paupertate rerum conjungentur. Diligentiam in minutissimis quibusque persequendis postulas? atqui in immensum volumen excrescet historia, nec jam compendium erit sed dispendium aut potius furtum. Nam quem prolixitas voluminum delectat, is non epitomas sed historias legat. Quas si omnes meminit, bene est: sin minus, Zonara tanquam indice et monitore utatur; ac cogitet nihil ab omni parte beatum esse, et multiplicem variarum rerum in uno non usque adeo magno volumine cognitionem styli incommodis, si qua sunt, comparet. Quæ ratio me quoque movit ut non conquiescerem prius quam saxum hoc, quod toto hoc anno versavi, ad montis cacumen perductum tandem aliquando constitisset, ingenti utique labore et multis sudoribus, quocunque tandem eventu. Nam ut de conversionis ipsius ærumnis taceam, quantum difficultatis in ipsa lectione fuit ob characteres elegantissimos illos quidem sed lectu difficillimos propter affectata illa scribendi compendia et τῆς καλλιγραφίας studium unde infinita errata oriuntur ex facili notarum mutatione: quæ cum alicubi non dissimiles sint, vim diversissimam habent. Unde factum ut, quemadmodum Plutarchus se Latina verba ex cognitione rerum assecutum profitetur, ita ego sæpe de varietate lectionis ex sensu et constructione divinare sim coactus, ratione plane præpostera. Nam et verba rerum, et litteræ verborum notæ ut essent sunt inventæ. Neque tamen hac solertia me expedire ubique potuissem, nisi plures mihi codices suppeditati fuissent. Quorum tres e tua bibliotheca accepi, magnis sumptibus Cpoli comparatos opera atque industria egregii viri et prudentia longinquis peregrinationibus Ulyssis exemplo ac multo rerum usu parta clari, Joannis Dernschwam, qui in fronte vetustissimi illius codicis hæc verba scripsit: « Chronicon Joannis Zonaræ duobus tomis distinctum, quorum prior historiam Judaicam potissimum ab exordio mundi usque ad Hierosolymorum excidium, alter imperatorum tam Græcorum quam Romanorum res gestas usque ad Alexii Comneni obitum complectitur: anno Domini 1554 Cpoli in Pera sive Galata (quam olim κέρας sive Cornu appellatam putant) 150 ducatis Hungaricis emi a magnifico domino Antonio Cantacuzeno: cujus familia, dum res Byzantina stetit, imperatoria fuit, nunc sub Turcico dominatu ad privatam conditionem redacta est: ab eoque rogatus sum ut hoc opus aliquando excuderetur, et impressi codicis sibi copia fieret ob Zonaram conservatum. Præterea secundum Zonaræ tomum de imperatoribus conferendi gratia ab Alexandro chartophylace triginta ducatis Hungaricis comparavi. Alium item Zonaræ libellum de rebus imperii et Ecclesiæ a Constantino usque ad Justinianum imperatorem ex vetusto codice transcribendum curavi. » Hactenus ille. Quartum codicem, qui a Constantino Magno incipiebat, omnibus ornamentis amplissimi viri, domini et Mæcenatis mei, Joannis Jacobi Fuggeri bibliotheca instructissima suppeditavit. Denique præter omnem spem et exspectationem meam accessit Viennensis bibliothecæ codex integer, benignitate singulari clarissimi viri et senatoris regii, domini Gasparis a Nydprug, etc., ultro suppeditatus: quem totum, adjutore Jeremia Martio, præclaræ indolis adolescente (cujus in hoc opere Græce Latineque exscribendo solerti et fideli opera sum usus), contuli, et multas nostri codicis lacunas explevi. Qui sicubi ambo non satisfecerunt, cæteros quo-

que tres inspexi, et e variis difficultatibus me quanto potui studio expedivi: quanto labore, nemo æstimabit melius quam qui ipse operis non dissimilis periculum fecerit. Si qua, in diversitate illa, momenti alicujus esse videbantur, ad finem operis ascripsi. Manifeste vero prætermissa aut depravata non adnotavi. Cujus enim dementiæ fuerit, persequenda librariorum vel inscitia vel negligentia vel perfidia et mihi et lectoribus facessere negotium? Ut enim oculus integer candidum a nigro facile discernit, sic acuto et exercitato ingenio videre non difficile est, quæ lectio vera sit, quæ prætermissa, quæ addita ex supervacuo, quæ depravata sint. Neque his contentus, indicem quoque adjeci: quod genus operæ, quamvis lectoribus utilissimum, ut nihil admodum laudis et ingenii habet, ita multum temporis et laboris sibi vindicat, præsertim si eum indicem per temporis angustias et alias occupationes ita pertexere licuisset uti cœperam. Quid multa? Confido me officio fidelis et non indiserti interpretis sedulo esse functum; in id certe operam dedi. Sin aliis aliud videbitur, illud saltem affirmare possum, me quod scierim et potuerim fide optima fecisse et diligentia summa; sicubi vero aut ingenii vires aut eruditionis nervi mihi defuerint, fortunæ eam esse culpam, infelicitatem meam, quæ cum aliis tantum displiceat, mihi etiam plurimum nocet. Neque tam iniquum ullum esse puto, qui plus a me postulet quam præstare queam. Ego vero iis, qui vel in hoc vel in aliis operibus a me conversis laudem solidam assequentur, gratulabor potius quam invidebo. Cum enim, quidquid hactenus edidi, id vel publica utilitate vel temporibus meis adductus fecerim, nec tam famam captarim quam famem vitarim, si eæ lucubrationes meæ illustrioribus aliorum editionibus, quales aliqui pollicentur, aliqui etiam minantur, abolitæ fuerint, non iniquo animo ferendum erit meum privatum dedecus (si quod tamen infelicis potius quam inhonesti conatus est dedecus) cum rei publicæ litterariæ utilitate conjungi, cui ex animo consultum esse et volo et volui. Vellem equidem id cum laude mea potius et gloria fieri (neque enim amorem nostri ab ipsa natura insitum plane abjecimus), sed si fatis aliter visum est, hoc quoque æqui bonique faciendum erit.

Atque hæc de auctore et argumenti genere et opera mea: nunc ad eam Præfationis partem accedendum est, in qua alioqui multum sudare solitus, quod verebar ne vel in assentationis suspicionem commemorando vel in negligentiæ crimen dissimulando venirem: nunc ut liberiore sim animo, tua modestia vel potius magnitudo animi facit, qua id ab ineunte ætate meditatus esse videris quod apud Ciceronem Scipioni divinitus præcipitur, ut alte spectans atque ad cœlestem sedem et æternam domum contuens, neque sermonibus vulgi dederis te, nec in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum, sed suis te illecebris ipsa virtus traxerit ad verum decus: ut illud Græci poetæ de te dici possit:

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλεις,
Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενῶν καρπούμενος,
Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα·

quibus versibus id Amphiarao suo tribuit Æschylus, ut affirmet eum virum optimum esse malle quam videri, cujus animus tanquam ager fecundus et probe subactus, conceptis virtutum seminibus, honestorum consiliorum et quæ inde oriuntur actionum quamdam quasi segetem proferat. Quæ si per omnem ætatis tuæ decursum, quem ita moderatus es ut honesta negotia suavissimo otio semper anteposueris, singulatim explicare studeam, opus Iliade prolixius mihi nascetur, et tuæ aures satis scio non ferent. Quæ igitur calamo vel tua voluntas vel mea verecundia negat, ea posteritatis sermonibus vel invito te celebrabuntur. Idem enim est gloriæ quod crocodili ingenium: sequentes fugit, fugientes sequitur. Nihil (ut eloquentiæ Romanæ parens testatur) de insignibus ad laudem viris obscure nuntiari solet: famæ nemo unquam imperare potuit. Non patitur illa Hesiodi dea sibi frenos injici: loquitur et clamat, ut ab ipsa posteritate vox ejus audiatur. Prædicabit illa non tantum ornamenta fortunæ, ob quæ cum beatus habearis, tu ea umbræ parietum comparare soles, sed et ingenii magnitudinem et prudentiam tuam periculosissimis temporibus, in re et publica et privata, animi constantiam et æquabilitatem in utraque fortuna, in amplissimis opibus, quas a majoribus acceptas et feliciter conservasti et sine cujusquam injuria amplificasti et ad bene merendum de multis contulisti, eam modestiam et debiti etiam honoris contemptum, qui vel in infimis hominibus raro invenitur; nec tacebit vel benignitatem erga miseros et afflictos, vel liberalitatem erga studiosos et doctos: in quo numero si quis mihi locus est, et si inter Luscinios, Carinos, Tonneros, Streitos, Siphanos atque alios complures, qui tua munificentia fruuntur, numerari mereor (ut autem merear, tua humanitas potius quam mea dignitas facit), et ego nomen meum ex grati animi officio profiteri debeo, qui post multas ærumnas tua liberalitate, Vir amplissime, tandem hoc consecutus videor, ut ad omnes fortunæ casus, qui varii impendent, aliquid parati subsidii (nisi fatalis aliqua calamitas intercesserit) me habere confidam: et hic annus, cui tu tanquam salutare quoddam sidus affulsisti, id mihi attulerit, quod per omnem ætatem exhausti labores non contulerunt. Ita res ipsa me docet, nimis verum illud esse Regii Vatis oraculum, qui frustra ante lucem surgi et panem comedi doloris, Deum autem suis vel dormientibus suppeditare omnia confirmat. Etsi autem in tanto opere neque dormitare neque dormire nimium, ac ne valetudinis quidem semper rationem habere licuit (nam alias nunquam tantum volumen tantillo spatio temporis absolvissem), tamen, si hi decem menses,

quibus in hac lucubratione continenter elaboro, cum omni anteacta vita mea comparentur, plane dormientis rete traxisse videor, meque insigni beneficio tuo devinctum esse hoc publico monumento testor, quod tua munificentia studiosis historiarum nunc primum communicatur. Faxit Deus optimus maximus ut neque te sumptuum tantorum neque me laborum pœniteat; idemque te cum liberis tuis ornatissimis totaque amplissima Fuggerana familia quam diutissime incolumem et florentem conservet. Augustæ Vindelicorum, ex bibliotheca herili : Kalendis Novembris, anno a Nativitate Domini MDLVI.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ
ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

JOANNIS ZONARÆ
ANNALES.

1 PRÆFATIO.

ὸς καλεῖται, τοῦ θῆτα μεταβληθέντος εἰς ταῦ. Οὕτως τῷ Ἰωσήπῳ γέγραπται περὶ τῆς Ταρσοῦ. Ἕτεροι δὲ τὸν Περσέα φασὶν τῇ τῶν Κιλίκων χώρᾳ ἐπιδημήσαντα, καὶ πόλιν βουληθέντα κτίσαι, καὶ τὸν τόπον τῆς πόλεως τοῖς οἰκοδόμοις δεικνύοντα, τῷ ταρσῷ τοῦ ποδὸς κατάξαι τὴν γῆν, κἀντεῦθεν ἐπικληθῆναι τὴν πόλιν Ταρσόν. Χέθιμα δὲ τὴν νῆσον συνῴκισεν ὁ Χεθίμ. Ἡ Κύπρος αὕτη ἐστὶ παρ' Ἑλλήνων οὕτω κληθεῖσα, διὰ τὴν παρ' αὐτοῖς θεόν· τὴν Ἀφροδίτην γὰρ Κύπριν προσαγορεύουσιν. Οἱ δέ γε παῖδες τοῦ Χάμ, τὴν ἀπὸ Συρίας, καὶ Ἀμάνου καὶ Λιβάνου τῶν ὀρῶν γῆν κατέσχον, καὶ ὅσα πρὸς θάλασσαν αὐτῶν ἐτέτραπτο μέχρις Ὠκεανοῦ, κατειλήφασι. Καὶ προήλθοσαν ἐκ μὲν Χοῦς Χουσαῖοι, Αἰθίοπες οὗτοι εἰσί. Μεσρὲμ δὲ, Μεσραίων προπάτωρ ἐγένετο. Οὕτω δὲ καλοῦνται Αἰγύπτιοι, καὶ ἡ τῆς Αἰγύπτου χώρα Μεσρὴν ὀνομάζεται. Φοὺτ δὲ τὴν Λιβύην κατῴκισε, καὶ Φούτους τοὺς τῆς χώρας ἐκάλεσε, Φούτην δὲ τὴν χώραν αὐτήν. Μετεβλήθη δ' ἡ κλῆσις αὐτῆς (27) μετέπειτα εἰς Λιβύην, ἐκ Λιβύος υἱοῦ Μεσρέμ. Χαναὰν δὲ τὴν κληθεῖσαν ὕστερον Ἰουδαίαν συνοικίσας, Χαναναίαν αὐτὴν προσηγόρευσε, καὶ Χαναναίους τοὺς ἐξ αὐτῆς. Οἱ δὲ Μεσρὲμ παῖδες τὴν ἀπὸ Γάζης ἕως Αἰγύπτου κατέσχον γῆν. Μόνου δὲ Φιλιστιεὶμ τὴν ἐπωνυμίαν διεφύλαξεν ἡ ἐκείνου μερίς, ἣν Παλαιστίνην Ἕλληνες ὠνομάκασι. Σιδώνιος δὲ παῖς πρωτότοκος Χαναὰν, ἐν Φοινίκῃ πόλιν ἀνέστησε, Σιδῶνα καλέσας αὐτήν. Ἀμαθεὶ δὲ Ἀμάθην ἔκτισε πόλιν, ἣν Μακεδόνες κατῴκισαν (28), τὴν δὲ πόλιν Πτολεμαῖος Ἐπιφανὴς λεγόμενος, Ἐπιφάνειαν μετωνόμασε. Σὴμ δὲ τῷ υἱῷ Νῶε πέντε τίκτονται παῖδες, οἱ τὴν μέχρις Ὠκεανοῦ τοῦ κατ' Ἰνδίαν οἰκοῦσιν Ἀσίαν, ἀπ' Εὐφράτου ἀρξάμενοι. Ἐλὰμ μὲν οὖν Ἐλυμαίους Περσῶν ὄντας ἀρχηγέτας κατέλιπεν. Ἀσοὺρ δὲ Νῖνον οἰκίζει πόλιν, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν Ἀσσυρίους ὠνόμασε· καὶ Ἀρφαξὰδ Χαλδαίων προπάτωρ ἦν. Ὁ Ἀρὰμ δὲ τοὺς Σύρους κληθέντας ὕστερον, Ἀραμαίους ἐξ ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν. Ὁ δὲ Λοὺδ Λούδους προήγαγεν, οἱ Λυδοὶ μετέπειτα προσερρήθησαν. Τῶν δὲ υἱῶν Ἀρὰμ τεσσάρων ὄντων, ὁ μὲν τὴν Τραχωνῖτιν οἰκίζει, καὶ τὴν Δαμασκόν· μέση δ' ἐστὶ Παλαιστίνης καὶ Κοίλης Συρίας· ὁ δὲ Ἀρμενίαν, Βακτριανοὺς δὲ ὁ ἕτερος. Τοῦ Ἀρφαξὰδ δὲ υἱὸς Καϊνὰν, παῖς Καϊνὰν ὁ Σαλά. Οὗτος δὲ πατὴρ Ἔβερ. Ἔβερ δ' ἔτεκε τὸν Φαλὲγ, οὕτω κληθέντα διὰ τὸν τῆς γῆς μερισμόν. Ὅτε γὰρ ἡ διαίρεσις γέγονε τῶν τότε ἀνθρώπων, καὶ ὁ τῆς γῆς μερισμὸς τότε ἐτέχθη. Φάλεκ γὰρ Ἑβραῖοι τὸν μερισμὸν ὀνομάζουσιν. Ἑβραίων δὲ τὸ ἔθνος ἐκ τοῦ Ἔβερ ἀρχῆθεν ἐκλήθη. Τοῦ Φαλὲγ δὲ ὁ υἱὸς ὁ Ῥαγὰβ πατὴρ τοῦ Σεροὺχ, οὗτος δ' ἔτεκε τὸν Ναχώρ· ἐκ Ναχὼρ δὲ Θάῤῥα προῆλθε, Θάῤῥα δὲ πατὴρ Ἀβραάμ.

mam insulam Chetim excoluit: hæc Cyprus est, quam Græci a dea sua Cypride, hoc est Venere denominant. Chami liberi Syriam et Amanum ac Libanum montes tenuere; et quidquid terræ illius mare spectat, usque ad Oceanum occuparunt. A Chuso Chusæi sunt orti, hoc est, Æthiopes. Mesrem Mesræorum (sic Ægyptii vocantur, et terra Ægypti Mesren) conditor exstitit. Phut Libyam incoluit, et regionis incolas Phutos nominavit, ipsamque regionem Phutam. Post appellatio ejus in Libyam est mutata, a Liby filio Mesremi. Chanaam Chananæam, post Judæam vocatam, incoluit, nomine a se indito: populus Chananæi dictus. Mesremi liberi terram quæ est a Gaza Ægyptum usque tenuerunt. Verum solius Philistiim nomen pars illius retinuit quam Græci Palæstinam dixerunt. Sidonius primogenitus Chanaanis filius, urbem a se in Phœnicia conditam Sydonem appellavit. Amathes urbem Amathan, Macedonibus habitatam, condidit: cujus urbis nomen Ptolemæus cognomento Epiphanes, in Epiphaniam commutavit. Semo Noæ filio quinque nati filii, sumpto ab Euphrate initio, Asiam usque ad Indicum Oceanum incoluerunt. Elam Elymæos Persarum majores reliquit. Asur urbem Ninum condidit, et populum suum Assyrios vocavit. Arphaxad Chaldæorum fuit auctor. Aram eos, qui post Syri nominati sunt, Aramæos a se vocavit. Lud Ludos dixit, qui post Lydi sunt appellati. Cum autem Arami quatuor essent filii, alius Trachonitidem et Damascum condit, quæ inter Palæstinam et Cœlesyriam interjacet: alius Armenios, alius Bactrianos. Arphaxadi filius fuit Cainam, Cainanis Sala. Is Eberis pater. Eber Phalecum genuit, ob terræ divisionem sic appellatum: nam cum illius temporis homines dividerentur, etiam terræ facta est partitio. Hebræi autem partitionem Phalec dicunt, quæ gens ab Ebere auctore suo nomen habet. Phaleci filius **22** fuit Ragab, Ragab autem pater Seruchi. Is Nachorum genuit, Nachorus Tharam, Thara Abrahamum.

Ϛ'. Τοῦ δὲ τῶν Ἑβραίων γένους προπάτωρ καὶ πατριάρχης τῶν αὐτοῦ πατριῶν ὁ μέγας οὗτος γέγονεν Ἀβραὰμ, ὃς Χαλδαῖος μὲν ἦν τὸ γένος, δέκατος ἀπὸ Νῶε γενόμενος, διακοσίων ἐτῶν καὶ ἐνενήκοντα πρὸς δυσὶ διεληλυθότων, ἐξ ὅτου τὴν γῆν ἅπασαν ὁ Θεὸς ἐπομβρίᾳ κατέκλυσεν. Οὗτος προγόνων ὢν ἀσεβῶν, πρῶτος ἔγνω Θεὸν ἕνα, τὸν τῶν ὅλων Δη-

VI. Gentis porro Hebræorum auctor et patriarcha suæ nationis magnus iste Abrahamus exstitit, genere Chaldæus, a Noe decimus, annis CCXCII elapsis, ex quo Deus terram universam undis demerserat. Hic impiis ortus majoribus, primus cognovit Deum unum, rerum universitatis opificem, auctore ex operibus deprehenso, cui soli tribuendum ho-

Variæ lectiones et notæ.

(27) *Ἡ κλῆσις αὐτῆς*. Cod. Colbert. et Wolf. Ἡ κλῆσις τῆς χώρας.

(28) *Ἣν Μακεδόνες κατῴκισαν*. Ἣν Μακεδόνες ἀφ' ἑνὸς τῶν Πτολεμαίων Ἐπιφανοῦς λεγομένου Ἐπιφάνειαν μετωνόμασαν, *Cujus nomen Macedones a Ptolemæo quodam Epiphane in Epiphaniam mutarunt.* Ita codd. Wolf. Reg. et Colbert.

norem asserebat. Qua de re controversia inter eum A et Chaldæos orta, demigravit illinc, auctore quem cognoverat Deo, et Chananæam tenuit. Quam cum fames premeret, abiit in Ægyptum, ibique ob sapientiam admirationi habitus, arithmeticam et astronomiam rudibus tum artium illarum Ægyptiis tradidit : quæ quidem a Chaldæis in Ægyptum, atque inde in Græciam transisse perhibentur. Assyriis autem Sodomitas aggressis, apud quos Lotus fratris Abrahami filius, et Saræ frater habitabat, ac multis Sodomitarum interfectis, cæterisque captiis, Lotus etiam inter cæteros capitur. Quo Abrahamus intellecto, cum cccxviii vernis et iii amicis Assyrios persequitur, Lotum ac Sodomitas liberat. Revertentem ab hostium persecutione, urbis Solymæ rex nomine Melchisedecus (qui Græcis *regem* B *justum* significat) excipit. Solyma vero tum dicebatur urbs Jerusalem. Adeo vetusta illa est, atque omnes antiquitate superat. Deus approbata virtute Abrahami, remunerationem illi pollicetur. Illo autem dicente, quodvis sibi beneficium insuave fore, qui hærede careret (nequedum enim germanam sobolem susceperat, Saræ vulva obstructa), Deus etiam filium ei se daturum promittit, a quo magnus populus esset propagandus, stellis numero par : eumque una cum suis masculi sexus pudenda circumcidere jussit, ne genus ejus cum aliis gentibus confunderetur : itaque circumciduntur. Abrahamo jam centenario nascitur e Sara filius, Dei jussu Isaacus appellatus. quod *risum* significat : sive C quod Sara, dato oraculo de partu suo riserat : quod ob effetam ætatem, promissioni fidem habere difficile, neque ulla spes prolis erat (nonagenaria enim Isaacum **23** peperit) : sive quod puer, risus occasio fuerit parentibus, hoc est, alacritatis et lætitiæ. Octavo post nativitatem die puer circumciditur : qui mos etiam a Judæis observatur. Arabes vero anno xiii circumcidere pueros solent, quod Ismael gentis conditor circa eam fuerit ætatem circumcisus. Nam quo tempore circumcisionem Abrahamo mandarat Deus, xiii annorum fuerat. Significat autem Ismaelis nomen *divinitus vocatum ;* quippe quod Deus Abrahamum supplicis voti compotem reddidisset, dato filio. Genuit autem hunc ex ancilla, D cum qua eum Sara rem habere jusserat. Nam quia tum ex sese nihil parere poterat, a marito petiit, ut cum ancilla domestica, Ægyptia genere, cui nomen Agar erat, concumberet : e qua natum Ismaelem, pro filio sibi vendicavit. Post tamen Isaacum genitum, Agarem cum filio ex æmulatione relegavit. Cum adolevisset Isaacus, aut, ut Josephus Hebræus tradit, vir factus esset (nam Isaacum tum quindecim annorum fuisse ait), Deus periculum facit Abrahami, et filium immolare jubet, atque in monte quodam adolere unigenitum illum et dilectum. Non refragatur Abrahamus : sed filio assumpto, et in

A μιουργὸν, ἐκ τῶν πειραμάτων καταλαβὼν τὸν ποιητὴν, καὶ τούτῳ μόνῳ τὴν τιμὴν ἀπονέμειν δεῖν ἔλεγε. Στασιασάντων δὲ διὰ ταῦτα πρὸς αὐτὸν τῶν Χαλδαίων, μετῴκησεν ἐκεῖθεν, τοῦ γνωσθέντος αὐτῷ κελεύσει Θεοῦ, καὶ τὴν Χαναναίαν ἔσχηκε γῆν. Λιμοῦ δὲ τὴν Χαναναίαν πιέζοντος, μεταναστεύει εἰς Αἴγυπτον. Καὶ θαυμασθεὶς ἐπὶ συνέσει, τὴν ἀριθμητικὴν τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ τὰ περὶ ἀστρονομίας, ἀμαθῶς τούτων ἔχουσι, παραδίδωσιν. Ἐκ Χαλδαίων γὰρ λέγεται φοιτῆσαι ταῦτα πρὸς Αἴγυπτον, κἀκεῖθεν πρὸς Ἕλληνας (29), Ἀσσυρίων δ' ἐπελθόντων τοῖς Σοδομίταις· οἷς συνῴκει καὶ Λὼτ, ἀδελφόπαις ὢν Ἀβραὰμ, τῆς Σάῤῥας τε ἀδελφὸς, καὶ πολλῶν μὲν πεσόντων Σοδομιτῶν, αἰχμαλωτισθέντων δὲ τῶν λοιπῶν, καὶ Λὼτ τοῖς Σοδομίταις συνηχμαλώτευτο. B Ὁ μαθὼν Ἀβραὰμ, σὺν τριακοσίοις ὀκτὼ καὶ δέκα οἰκέταις αὐτοῦ, καὶ φίλοις τρισὶ, κατεδίωξεν ὀπίσω τῶν Ἀσσυρίων, καὶ τούς τε Σοδομίτας ἔσωσε, καὶ τὸν Λώτ. Ἐπανιόντι δ' ἐκ τῆς διώξεως, ὁ τῆς Σόλυμα πόλεως βασιλεὺς αὐτὸν ὑποδέχεται, κεκλημένος Μελχισεδέκ. Σημαίνει δὲ τοῦτο μεθαρμοζόμενον εἰς τὴν Ἑλλήνων διάλεκτον, *βασιλεὺς δίκαιος*. Σόλυμα γὰρ ἦν ὄνομα τότε τῇ πόλει Ἱερουσαλήμ· οὕτως ἀρχαία λίαν ἡ πόλις, καὶ χρόνῳ τὰ πρεσβεῖα κληρωσαμένη κατὰ πασῶν. Τῆς ἀρετῆς δὲ τὸν Ἀβραὰμ ἀποδεξάμενος ὁ Θεὸς ἀμοιβὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἐπηγγέλλετο· τοῦ δὲ φαμένου ἄχαρι πᾶν αὐτῷ δοκεῖν εὐεργέτημα, μὴ ἔχοντι τὸν τοῦτο διαδεξόμενον (ἦν γὰρ ἔτι γονῆς ἀμοιρῶν γνησίας, ὅτι τὴν μήτραν ἡ Σάῤῥα πεπήρωτο) ὁ Θεὸς καὶ παῖδα δώσειν αὐτῷ καθυπέσχετο, καὶ ἐξ ἐκείνου μέγα προελθεῖν ἔθνος, τοῖς C ἄστρασι τὸν ἀριθμὸν ἐξισούμενον· καὶ περιτμηθῆναι τὰ αἰδοῖα αὐτὸν καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐκέλευσεν ἄῤῥενας, ἵν' εἴη τὸ γένος αὐτοῦ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν ἀνεπιμικτὸν, καὶ περιετμήθησαν. Γίνεται τοίνυν τῷ Ἀβραὰμ παῖς ἑκατὸν γεγονότι ἐνιαυτῶν ἐκ τῆς Σάῤῥας, ὃν ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ καλέσαι προσέταξε. Δηλοῖ δὲ τὸ ὄνομα γέλωτα, ἢ ὅτι μειδίαμα τῇ Σάῤῥᾳ ἐγένετο, τέξεσθαι αὐτὴν τοῦ Θεοῦ χρηματίσαντος, διὰ τὸ τῆς ὑποσχέσεως δύσελπι, παρήλικι οὔσῃ, καὶ μὴ προσδοκώσῃ τεκεῖν (ἐνενήκοντα γὰρ ἐτῶν τὸν Ἰσαὰκ τεκοῦσα ἐτύγχανεν) ἢ ὅτι γέλωτος ὑπόθεσις τοῖς γονεῦσι τὸ παιδίον ἐγένετο, θυμηδίας δηλαδὴ καὶ χαρᾶς. Τεχθέντα δὲ τὸν παῖδα τοῦτον, κατὰ τὴν D ὀγδόην ἡμέραν ὁ πατὴρ περιέτεμεν. Ὅθεν οὕτω καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνενόμιστο περιτέμνεσθαι. Ἄραβες δὲ μετὰ τρισκαιδέκατον ἔτος τοὺς παῖδας περιτέμνειν εἰώθασιν, ὅτι καὶ Ἰσμαὴλ ὁ προπάτωρ αὐτῶν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ περιετέτμητο. Τρισκαίδεκα γὰρ ἦν ἐτῶν, ὅτε τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ἐπέταξε τὴν περιτομήν. Σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα τοῦτο *Θεόκλητον*, ὡς τοῦ Θεοῦ τῆς ἱκεσίας Ἀβραὰμ ἀκούσαντος, καὶ παῖδα δόντος αὐτῷ. Ἐγείνατο δὲ τοῦτον ἐκ παιδίσκης, ἣν ἡ Σάῤῥα αὐτῷ συγκατέκλινεν. Ἰδίας γὰρ ἀμοιροῦσα τότε γονῆς, οἰκείᾳ παιδίσκῃ, Ἄγὰρ ὀνομασθείσῃ, Αἰγυπτίᾳ τὸ γένος, μιγῆναι τὸν ἄνδρα

Variæ lectiones et notæ.

(29) Πρὸς Ἕλληνας. Ei;. Et post αἰχμαλωτισθέντων pro αἰχμαλωτευθέντων. W.

ἠγάγετο, καὶ τεκούσης ἐκείνης τὸν Ἰσμαήλ, ᾠκειώσατο τὸ παιδίον ἡ Σάῤῥα. Τεκοῦσα δέ γε τὸν Ἰσαάκ, τῆς Ἄγαρ σὺν τῷ υἱῷ φυγὴν διὰ ζηλοτυπίαν κατεψηφίσατο. Ἁδρυνθέντος δὲ τοῦ Ἰσαάκ, ἢ ἀνδρωθέντος κατὰ τὸν Ἑβραῖον Ἰώσηπον (εἰκοσι γὰρ καὶ πέντε ἐνιαυτῶν φησιν εἶναι τὸν Ἰσαὰκ τότε) πεῖραν ὁ Θεὸς ἐπάγει τῷ Ἀβραάμ, καὶ καλέσας αὐτὸν θῦμα προσαγαγεῖν κελεύει τὸν υἱόν, καὶ εἰς ἓν τῶν ὀρέων ἀπαγαγόντα τὸν μονογενῆ, τὸν ἀγαπητόν, ὁλοκαυτῶσαι. Καὶ οὐκ ἀντεῖπεν ὁ Ἀβραάμ, ἀλλὰ τὸν παῖδα προσειληφώς, καὶ εἰς τὸ ἐπιταχθὲν αὐτοῦ ὄρος ἀναγαγών, τὸν θεῖον αὐτῷ κοινοῦται χρησμόν, καὶ γενναίως οἴσειν τὴν καθιέρωσιν παραινεῖ, κελεύοντος τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ πείθεται, καὶ ἑκὼν ἑαυτὸν παρέχει πρὸς καθιέρωσιν, μὴ δίκαιον εἶναι φήσας Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀντιτείνειν θελήματι. Οὕτω ταῦτα τῷ Ἰωσήπῳ ἱστόρηται. Εἶτα φείσασθαι τοῦ υἱοῦ κελεύεται Ἀβραάμ, καὶ κριὸς αὐτομάτως εἰς ὁλοκαύτωσιν ἀντιδίδοται. Μετὰ ταῦτα θνήσκει μὲν Σάῤῥα, ἐτῶν οὖσα ἑκατὸν εἴκοσι πρὸς ἑπτά. Ὁ δ' Ἀβραὰμ ἑτέραν ἠγάγετο, κεκλημένην Χετοῦραν ἐξ ἧς υἱεῖς αὐτῷ φύονται ἕξ. Τῷ Ἰσαὰκ δὲ περὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος γεγονότι, μνηστεύεται ὁ πατὴρ Ῥεβέκκαν ἐκ Μεσοποταμίας, θυγατέρα Βαθουὴλ, υἱοῦ Ναχὼρ, ἀδελφοῦ Ἀβραάμ. Ἔπειτα τελευτᾷ μὲν ἔτη ζήσας ἑκατὸν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε. Γήμας δὲ τὴν Ῥεβέκκαν ὁ Ἰσαάκ, διδύμους παῖδας ἐκ ταύτης γεννᾷ· ὧν τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ καθόλου τοῦ σώματος δασεῖα ἐφύετο θρὶξ, ὅθεν καὶ Ἡσαῦ ἐκλήθη, διὰ τὴν τρίχωσιν. Τῷ νεωτέρῳ δὲ ἡ χεὶρ εἴχετο τῆς πτέρνης τοῦ ἀδελφοῦ, τῆς μητρικῆς προεκθορόντος γαστρὸς, διὸ καὶ Ἰακὼβ ὠνομάσθη. Πτερνιστὴν δὲ τὸ ὄνομα κατ' Ἑβραίους δηλοῖ.

Z'. Γηράσας ἐπὶ τούτοις ὁ Ἰσαὰκ καὶ τὰς ὄψεις πεπήρωται. Καὶ τὸν Ἡσαῦ προσκαλεσάμενος (προτετίμητο γὰρ ἐκείνῳ διὰ τὰ πρωτοτόκια) καὶ θηρᾶσαι κελεύει, καὶ ἑτοιμάσαι δεῖπνον αὐτῷ, ἵνα φαγὼν (φησὶν) *εὐλογήσω σε πρὸ τοῦ με ἀποθανεῖν*. Καὶ Ἡσαῦ μὲν ἔξεισι πρὸς θήραν. Ἡ δὲ Ῥεβέκκα φιλοῦσα μᾶλλον τὸν Ἰακὼβ, καὶ τοῦτον καλέσασα, εἶπεν ἃ ὁ πατὴρ ἐπέταξε τῷ Ἡσαῦ. Καὶ σπεῦσαι παρεκελεύσατο πρὸς τὸ ποίμνιον, καὶ δύο κομίσαι ἁπαλοὺς ἐρίφους αὐτῇ, ὡς ἂν ἐκ τούτων ἐδέσματα ἑτοιμάσῃ τῷ γέροντι, οἷα φιλεῖν ἐκεῖνον ἐπίσταται, καὶ φαγὼν εὐλογήσῃ αὐτόν. Ὁ δὲ ποιεῖ κατὰ τὰς μητρικὰς ἐντολάς. Ἤδη δὲ παρεσκευασμένων τῶν ἐδεσμάτων, τοὺς βραχίονας τοῦ παιδὸς περιελίσσει ταῖς τῶν ἐρίφων δοραῖς, καὶ δίδωσι τὸ δεῖπνον ἀπαγαγεῖν τῷ πατρί. Ἰσαὰκ δὲ τῇ φωνῇ τὸν Ἰακὼβ εἶναι τὸν προσιόντα αἰσθόμενος, ἔγγιστα προκαλεῖται αὐτόν, καὶ τῶν χειρῶν ἐπαφᾶται. Τοῦ Θεοῦ δὲ πάντως τὸν Ἡσαῦ εὐλογίας ἀνάξιον κρίναντος, ἔδοξεν Ἰσαὰκ τὸν πρωτότοκον αὐτῷ παρεστάναι υἱόν. Ἠπάτητο δὲ τάχα διὰ τὸ βαθὺ τῆς τριχὸς, καὶ φαγὼν εὐλόγησε τὸν Ἰακώβ. Ἐπανῆλθε δὲ καὶ Ἡσαῦ, καὶ εἰσήγαγε δεῖπνον τῷ πατρί, καὶ ᾔτει τὴν εὐλογίαν. Ὁ δὲ ἔγνω τὸ σόφισμα, καὶ ἐλθών, ἔφη. *Ὁ ἀδελφός σου ἔλαβε τὴν εὐλογίαν σου*. Τοῦ δὲ ὀλοφυρομένου καὶ ἀξιοῦντος εὐλογηθῆναι (μηδὲ γὰρ μίαν εἶναι παρ' αὐτῷ εὐλογίαν) παρακληθεὶς Ἰσαὰκ ὥρμησε μὲν εὐλογῆσαι. Ὅτι δὲ μὴ τῷ ἐνηχοῦντι ἐκεῖνον ἐδόκει θείῳ πνεύματι εὐλογίας τυχεῖν τὸν Ἡσαῦ, ἐπεὶ μηδ' ἄξιος ἦν αὐτῆς, εἰς ἀρὰν ἀντ' εὐλογίας ἐτυποῦτο τῷ Ἰσαὰκ ἡ φωνή. Δυσμενῶς εἶχε διὰ ταῦτα πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὁ Ἡσαῦ. Ὁ δὲ τὸν ἀδελφὸν δεδοικώς, συμβουλῇ τῆς μητρὸς εἰς Μεσοποταμίαν ἀπέρχεται. Ἀπιὼν δὲ ἀξιοῦται καθ' ὕπ-

A designatum a Deo montem abducto, communicat oraculum: hortatus ut, quoniam Deus ita jussisset, consecrationem fortiter ferret. Paret ille, et ultro se offert victimam. Neque enim æquum esse, Dei et patris voluntati adversari. Sic ista Josephus refert. Deinde filio parcere jubetur Abrahamus, et aries ultro ad incensum substituitur. Post hæc Sara moritur, annos nata CXXVII. Abrahamus aliam uxorem ducit, Cheturam nomine, e qua filii sex ei nascontur. Isaaco annos circiter XL nato, Rebeccam filiam Bathuelis, fratre Abrahami Nachore nati, in Mesopotamia despondet. Deinde moritur, cum vixisset annos CLXXV. Isaacus Rebecca ducta, gemellos ex ea procreat, quorum natu major, ob hirtos corpore pilos, Esau vocatus. Minor plantam majoris, qui prior B ex utero materno exsilierat, manu retinet: ob id Jacobus appellatus, quod supplantatorem notat.

VII. Post senio confectus Isaacus, atque orbatus oculis, vocat Esaum (is enim ob ætatem prærogativam **24** præferebatur alteri), venatum ablegat, ut cœnam sibi pararet: *Quo* (inquit) *ante obitum meum tibi bene precer*. Esau venatum proficiscitur. C Rebecca Jacobi amantior, illi accersito, quid pater Esao jussisset, dicit. Mandat ut e grege duos teneros hædos afferat, quo ex iis edulia conficeret seni, quibus eum delectari sciebat: iisque comesis, ipsi bene precaretur ille. Paret maternis jussis Jacobus. Paratis jam edulliis, brachia filii pellibus hædorum involvit mater, et cœnam dat patri offerendam. Isaacus Jacobum ex voce agnitum, proxime se accedere jubet, manusque contrectat. Sed quia Deus Esaum faustis ominibus semel indignum judicarat, putavit Isaacus primogenitum sibi filium astitisse (pilorum forsan asperitate deceptus), ciboque sumpto bene precatus est Jacobo. Redit et Esaus, oblataque patri cœna, faustam comprecatio- D nem postulat. Agnoscit ille imposturam: et: *Frater tuus*, inquit, *illam intercepit*. Quo ejulante, et faustam comprecationem flagitante (neque enim unicam duntaxat illi esse) motus precibus Isaacus, bene precari homini instituit ille quidem, sed quia id resonanti in eo Spiritui sancto non placebat, quod tali fortuna indignus esset Esaus, Isaaci vox pro fausta precatione in exsecrationem vertebatur. His de causis infensus fratri fit Esaus: qui illius metu perculsus, de concilio matris in Mesopotamiam discedit. Inter proficiscendum, ostentum illud scalæ celebratum in somnis videt, cujus una pars terræ, altera cœlo inniteretur, et futurarum cognitione rerum divinitus instruitur. Locum oblatæ visionis Bæthel vocat, quod *divinum domicilium* Græcis so-

nat. Profectus Carram, apud Labanem Rebeccæ A matris fratrem divertit : a quo exceptus hospitaliter, curæ gregum præficitur. Labani porro duæ erant filiæ : natu majori Liæ, minori Rachelis nomen erat. Jacobus amore junioris corripitur, quæ sororem forma superabat : et Labanem de ea alloquitur. Is desponsurum se illam ei pollicetur, si septem sibi annos inserviat. Annuit amator, tempus elabitur, nuptias apparat socer : sed noctu filiam natu majorem Jacobo in thalamum adducit. Qui mane impostura cognita, cum socero de injuria expostulat. Ille autem Rachelem etiam ei
25 post alterius septenii servitutem pollicetur. Eam conditionem Jacobus amore subactus denuo accipit : et alteris septem annis elapsis, Rachelis B etiam matrimonio potitur. Lia jam e Jacobo liberos habebat, Rubenem primogenitum, quod ex divina misericordia is sibi contigisset. Ægre ferebat enim amorem mariti erga sororem : sperabatque se honoratiorem fore, si uterum ferret. Secundum Simeonem appellat, quod vota ipsius exaudisset Deus. Post hunc Levis nascitur, qui *conjunctionis confirmationem* significat. Hunc Judas sequitur, quod nomen *gratiarum actionem* sonat. Rachel, quia liberos non babebat, verita ne minus gratiosa esset, maritum orat, ut cum ancilla sua congrederetur : ille obtemperat. Ex eoque Jacobi cum Balla (id enim ancillæ nomen erat) congressu, Dan nascitur : *divinum judicium* hoc vocabulum significat. Rursus eadem Nephtalim parit, hoc est *astutum* : quod C hoc astu fecunditati sororis se opposuisset. Lia æmulatione incitata, Zelpham ancillam suam et ipsa Jacobo despondet, quæ Gadum peperit : *fortuitus* vocari queat. Alium post hunc Asserem parit, quem *prosperum* interpreteris licet : quod Lia ob liberorum multitudinem celebris et beata per illum partum habenda esset. Cum autem Ruben Liæ filius mandragoræ mala attulisset, Rachel partem sibi dari petiit, concesso Liæ nocte illa, quæ sibi debebatur, mariti concubitu : e quo muliercula Isacharem suscipit, quod nomen *mercede genitum* significat : et alterum filium Zabulonem, hoc est, *pignus benevolentiæ* erga se; ac filiam Dinam. Nascitur et Racheli filius Josephus : id nomen accessionem rei alicujus futuræ notat.

A νους τοῦ ᾀδομένου θεάματος τῆς κλίμακος, ἧς τῶν ἄκρων τὸ μὲν τῇ γῇ, τὸ δὲ τῷ οὐρανῷ προσήρειστο, καὶ μυεῖται τὰ μέλλοντα ἐκ τοῦ κρείττονος, καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ ὅραμα εἶδε, Βαιθὴλ προσηγόρευσε· δηλοῖ δὲ *θείαν ἑστίαν* καθ' Ἕλληνας. Καταντήσας δὲ εἰς Κάῤῥαν, κατήχθη πρὸς Λάβαν τὸν τῆς μητρὸς τῆς Ῥεβέκκας ὁμαίμονα, καὶ ξενίας παρ' ἐκείνῳ τετύχηκε, καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ποιμνίων πιστεύεται. Δύο δὲ τῷ Λάβαν θυγατέρες ἐτύγχανον, ὧν ἡ μὲν πρεσβυτέρα Λεία, ἡ δ' ἑτέρα Ῥαχὴλ ἐπεκέκληντο. Εἰς ἔρωτα οὖν τῆς νεωτέρας ἠρέθιστο Ἰακὼβ, ἀστείας οὔσης τὸ εἶδος παρὰ τὴν ἀδελφὴν, καὶ προσάγει λόγους τῷ Λάβαν περὶ αὐτῆς. Ὁ δὲ ὁμολογεῖ κατεγγυῆσαι τῷ Ἰακὼβ τὴν Ῥαχὴλ, εἰ ἐπὶ ἔτη ἑπτὰ δουλεύσει αὐτῷ. Κατανεύει πρὸς τοῦτο B ὁ ἐραστὴς, παρέρχεται ὁ καιρὸς, ἑτοιμάζει τοὺς γάμους ὁ πενθερός. Νυκτὸς δὲ τὴν πρεσβυτέραν τῶν θυγατέρων συνευνάζει τῷ Ἰακώβ. Γνοὺς δὲ μεθ' ἡμέραν, ὡς ἐξηπάτηται, ἀδικίαν ἐπενεκάλει τῷ πενθερῷ. Ὁ δὲ καὶ τὴν Ῥαχὴλ αὐτῷ ἐπηγγέλλετο μετὰ δουλείαν ἑτέρας ἑπταετίας. Πείθεται οὖν αὖθις δουλεῦσαι ὁ Ἰακὼβ, δουλούμενος ἔρωτι. Καὶ μεθ' ἑτέραν ἑπταετίαν καὶ τῇ Ῥαχὴλ συνευνάζεται. Τῇ μὲν οὖν Λείᾳ παῖδες ἦσαν ἐξ Ἰακώβ. Καὶ Ῥουβὶμ μὲν καλεῖ τὸν πρωτότοκον, ὅτι κατ' ἔλεον αὐτῇ γένοιτο τοῦ Θεοῦ. Ἐδάκνετο γὰρ ἐρωμένης τῆς ἀδελφῆς τῷ ἀνδρὶ, καὶ προσεδόκα μᾶλλον ἐντιμοτέρα γενήσεσθαι, εἰ σχοίη κατὰ γαστρός. Τὸν δεύτερον δὲ Συμεὼν ὀνομάζει. Δηλοῖ δὲ τοῦτο ἐπήκοον τὸν C Θεὸν γενέσθαι αὐτῇ. Καὶ ἐπὶ τοῦτο γεννᾶται Λευῒ, *κοινωνίας* τοὔνομα σημαίνει *βεβαιωτήν*. Μεθ' ὃν Ἰούδας αὐτῇ ἀποτίκτεται *εὐχαριστίας* ἡ *κλῆσις* δηλωτική. Τῇ δὲ Ῥαχὴλ παιδίον οὐκ ἦν, καὶ δεδοικυῖα μὴ δι' ἀτεχνίαν παρευδοκιμηθῇ, δέεται τοῦ ἀνδρὸς τῇ θεραπαίνῃ αὐτῆς συνελθεῖν. Ὁ δὲ καὶ πείθεται, καὶ τῇ Βάλλᾳ συνέρχεται, καὶ παιδίον ἐξ Ἰακὼβ ἡ Βάλλα γεννᾷ, καὶ Δὰν ἐκλήθη ὁ παῖς, *θεόκριτον* εἴποιεν (30) Ἕλληνες. Κἀκ τῆς αὐτῆς αὖθις τίκτεται Νεφθαλεὶμ, *εὐμηχάνητος*, οἷον διὰ τὸ ἀντιτεχνάσασθαι πρὸς τὴν εὐτεχνίαν τῆς ἀδελφῆς. Ζηλοῖ ἐπὶ τούτοις ἡ Λεία, καὶ παρακατακλίνει κἀκείνη τῷ Ἰακὼβ Ζελφὰν τὴν ἰδίαν θεράπαιναν. Υἱὸν δὲ καὶ αὐτὴ ἐγείνατο Γάδ· *τυχαῖον* ἄν τις καλέσῃ αὐτόν. Καὶ ἐπὶ τούτῳ τίκτει καὶ ἕτερον, οὗτος D δ' ἦν ὁ Ἀσσὴρ· λέγοιτο δὲ *μακαριστὴς* ὡς εὐκλείας τῇ Λείᾳ διὰ τὴν πολυτεκνίαν καὶ μακαρισμοῦ γενόμενος αἴτιος. Τῇ Λείᾳ δὲ Ῥουβὶμ τοῦ υἱοῦ μανδραγόρου μῆλα κομίσαντος, ᾔτει Ῥαχὴλ μεταδοῦναι τούτων αὐτῇ, καὶ ἀμοιβὴν προὐτίθει τῇ ἀδελφῇ τὸν κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα λέκτρον τοῦ Ἰακώβ. Ἡ γὰρ νὺξ ἐκείνη τῇ Ῥαχὴλ προσκεκλήρωτο. Καὶ συνευνάζεται διὰ τοῦτο τῇ Λείᾳ ὁ Ἰακὼβ, καὶ τίκτει παῖδας ἔτι δύω τὸ γύναιον, τὸν Ἰσάχαρ· τὸν ἐκ *μισθοῦ* δὲ *γεγονότα* σημαίνει τὸ ὄνομα· καὶ Ζαβουλών· δηλοῖ δὲ τὸν *ἠνεχυρασμένον εὐνοίᾳ* τῇ πρὸς αὐτήν· καὶ θυγατέρα κληθεῖσαν Δεῖναν. Γίνεται δὲ καὶ τῇ Ῥαχὴλ υἱὸς Ἰωσήφ· τὸ δ' ὄνομα προσθήκην τινὸς γενησομένου δηλοῖ.

VIII. Sic annis viginti Jacobus soceri opilio

Η'. Ἔτη μὲν οὖν εἴκοσι ἐποίμαινε τῷ πενθερῷ

Variæ lectiones et notæ.

(30) *Θεόκριτον εἴποιεν*. Hæc Latine satis commode reddi non possunt, sive *divinum judicium*, aut *judicem*, sive *divinitus judicatum* dicas. Εὐμηχάνητος passivæ significationis potius esse videtur : quare *arte quæsitum* vertere malui, quam *astutum*, aut *artificiosum*. Ita etiam μακαριστ[illegible], si dicere liceat, quam *beatum* potius significat. *Prosperum* ego verti. W.

Ἰακὼβ. Εἶτα ὑποχωρῆσαι θέλων, οὐ συγκεχώρητο. Ὅθεν κρύφα μετὰ τῶν γυναικῶν σὺν ταῖς θεραπαινίσι καὶ τοῖς παισὶν ἀπεδίδρασκεν, καὶ τὴν κτῆσιν προσεπαγόμενος, καὶ τῶν βοσκημάτων ἅπερ αὐτῷ τοῦ ποιμαίνειν μισθὸς προσνενέμηντο. Ῥαχὴλ δὲ καὶ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς ἐπεφέρετο, οὐχ ὡς τιμῶσα, ἀλλ' ἵν' ἔχοι ταῦτα καταφυγὴν, εἰ ἐπιδιώξας αὐτοὺς ὁ πατὴρ καταλάβοι. Τοῦ δὲ Λάβαν καθ' ἑβδόμην ἡμέραν καταλαβόντος, κατ' ὄναρ ἐπέταξεν αὐτῷ ὁ Θεὸς σπείσασθαι τῷ Ἰακώβ. Μεθ' ἡμέραν δὲ λόγοι ἀμφοῖν γίνονται, καὶ τοῦ Ἰακὼβ μηδὲν ἀδικεῖν ἀποδείξαντος περὶ τῶν πατρῴων θεῶν ἐπενεκάλει ὁ Λάβαν αὐτῷ. Ὁ δὲ μηδὲν περὶ αὐτῶν συνειδὼς, ἐρευνᾷν παρεχώρει, καὶ γίνεται ἡ ἔρευνα (31). Ἡ Ῥαχὴλ δὲ τὰ εἴδωλα τῇ ἀστράβῃ τῆς φερούσης αὐτὴν καμήλου ἐντίθησι, καὶ αὐτὴ ἐπεκάθητο, φάσκουσα τὴν τῶν ἐμμήνων ῥύσιν αὐτῇ ἐνοχλεῖν. Ὁ δὲ Λάβαν μὴ ἄν ποτε τὴν θυγατέρα μετὰ τοιούτου πάθους τοῖς θεοῖς αὐτοῦ προσελθεῖν οἰηθεὶς, παρῆλθεν αὐτήν. Καὶ ὁ μὲν ἀνέζευξεν· ὁ δὲ Ἰακὼβ, τὸν ἀδελφὸν δεδιὼς, προπέμπει, δηλῶν αὐτῷ τὴν ἐπάνοδον, καὶ δῶρα στέλλει αὐτῷ. Νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης, φαντάσματι συντυχὼν διεπάλαιε, καὶ ἐδόκει κρατεῖν. Αἰσθόμενος δὲ ἄγγελον εἶναι Θεοῦ, εἰπεῖν αὐτῷ παρεκάλει, τίνα μοῖραν ἕξει. Ὁ δὲ τὸ κρατῆσαι θείου ἀγγέλου μεγάλων ἀγαθῶν σημεῖον ἡγεῖσθαι δεῖν ἔλεγε. Καὶ Ἰσραὴλ αὐτὸν καλεῖσθαι ἐκέλευεν. Τοῦτο δὲ οἱ μὲν ἄλλοι *νοῦς ὁρῶν Θεὸν*, ἑρμηνεύουσιν. Ἰώσηπος δὲ, τὸν ἀντιστάντα θείῳ ἀγγέλῳ, σημαίνειν φησίν. Ἰακὼβ δὲ τὸν τόπον καλεῖ Φανουὴλ, τουτέστι, *Θεοῦ πρόσωπον*. Γενομένου δ' ἐν τῇ πάλῃ τῇ πρὸς τὸν ἄγγελον ἀλγήματος αὐτῷ περὶ τὸ νεῦρον τὸ πλατὺ, ἐκεῖνός τε τὴν τούτου βρῶσιν ἀπείπατο, καὶ δι' ἐκεῖνον, καὶ τῷ ἐκείνου γένει παντὶ ἀπηγόρευται· ὑπαντήσαντος δὲ τῷ ἀδελφῷ τοῦ Ἠσαῦ, συνέβαλον ἀλλήλοις, καὶ ἠσπάσαντο. Εἶτα ὁ μὲν Ἠσαῦ ἀπηλλάγη, Ἰακὼβ δ' ἀφίκετο πρὸς τὰ Σίκιμα. Τῶν δὲ Σικιμιτῶν ἑορτὴν ἀγόντων, ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Δεῖνα εἰς τὴν πόλιν παρῆλθε, τὰ τῆς ἑορτῆς ἱστορήσουσα. Θεασάμενος οὖν αὐτὴν Συχὲμ ὁ τοῦ τῆς πόλεως βασιλέως υἱὸς, φθείρει δι' ἁρπαγῆς. Ἔπειτα ὁ τούτου πατὴρ ἐδέετο τοῦ Ἰακὼβ, συζεῦξαι τὴν Δεῖναν τῷ Συχέμ. Ὁ δὲ οὐ κατένευσε. Συμεὼν δὲ καὶ Λευὶ τῆς κόρης ὁμομήτριοι ἀδελφοὶ, διὰ τὴν ἑορτὴν εὐωχουμένων τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ καρηβαρούντων, νύκτωρ παρελθόντες, πᾶν ἄρσεν ἡβηδὸν ἀναιροῦσι, καὶ τὸν βασιλέα, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Ταῦτά φησιν ὁ Ἰώσηπος. Πιθανώτερον δὲ περὶ τούτων ἡ βίβλος ἱστορεῖ τῆς Γενέσεως. Λέγει γὰρ, ὅτι Ἐμμὸρ τοῦ πατρὸς Συχὲμ ἀξιοῦντος συζευχθῆναι τὴν Δεῖναν τῷ υἱῷ αὐτοῦ, Συμεὼν καὶ Λευὶ εἶπον, ὡς Εἰ περιτμηθεῖεν οἱ ἐν τῇ πόλει ἄρρενες πάντες, δώσομεν τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν τῷ υἱῷ σου. Καὶ ὅτι κατεδέξαντο τὸν λόγον, καὶ περιετμήθησαν ἅπαντες. Κατὰ δὲ τὴν ἐκ τῆς περιτομῆς τρίτην ἡμέραν, πονηρῶς τῶν περιτμηθέντων δια-

A fuit: et cum discessurus esset, non situs est. Itaque clam cum uxoribus, ancillis et liberis fugam capit, abductis una bonis suis, et pecudibus, quas pastionis mercede nactus fuerat. Rachel etiam simulacra patris abstulit: non quod illa veneraretur, sed ut ad ea confugere posset, si a patre persequente deprehensa esset. Cum autem Laban eos die septimo consecutus esset, somnio divinitus monetur, ut reconcilietur Jacobo. Postridie verbis utrinque **26** factis, etsi Jacobus demonstrarat, nullam a se ortam fuisse injuriam, Laban tamen de patriis diis eum accusabat. Qui ejus rei nescius, inquisitionem illi permittit. Inquirit ille. Sed Rachel simulacris sellæ cameli, qua vehebatur, subjectis insidens, menstruorum fluxu laborare se ait. Laban, B qui filiam ad deos suos eo malo conflictantem, nunquam accessuram, persuasum haberet, ea præterita, domum revertitur. Jacobus vero fratrem metuens, suum reditum illi, muneribus præmissis, denuntiat. Nocte superveniente, cum spectro sibi decertare, victoriaque potiri visus, cum angelum esse Dei animadvertisset, orat, ut sibi diceret, quo fato usurus esset. Ille victoriam divini angeli, magnorum bonorum signum habendam esse asserit, et Israelem vocari jubet. Quam vocem alii *mentem, quæ Deum videat*, interpretantur. Josephus, cum qui divino angelo restiterit, significare tradit. Jacobus locum illum Phanuel, hoc est, *Dei faciem* vocat. Et quia in lucta cum angelo, poplitis dolore C affectus fuerat, cum ipse illius esu abstinuit, tum omnis ejus posteritas ab eo, ut illicito, abhorret. Frater Esaus obviam illi progressus, salute dicta acceptaque recedit. Jacobus Sicima pervenit. Sicimitis autem festum celebrantibus, filia ejus Dina, spectandæ festivitatis gratia, urbem ingreditur. Quam conspectam Sychemus regius adolescens rapit, raptam stuprat. Rex adolescentis pater Jacobum orat, ut Dinam Sychemo despondeat. Re non impetrata, Symeon et Levi uterini puellæ fratres, civibus ob festivitatem convivantibus atque inebriatis, urbem noctu ingressi, mares prorsus omnes, psumque regem cum filio trucidant. Hæc Josephus tradit. Sed liber Geneseos probabilius his de rebus disserit. Cum, inquit, Emmor Syche-D mi pater Dinam filio uxorem peteret, Symeonem et Levim dixisse, si mares urbis omnes circumciderentur, se filio ejus sororem suam desponsuros, qua accepta conditione, circumcisos esse omnes. Ac die inde tertio, cum ex cruciatu ardoris male haberent, ab illis trucidatos, Jacobo ignorante. Quem facinus illud graviter ferentem, bono animo **27** Deus esse jubet. Inde Bethlelem profectus Jacobus, ubi somnium viderat, rem divinam facit, ac progressus, Rachelem ex partu mortuam Ephratæ sepelit, puero ob matris ex eo dolorem Benjamine appellato. Chebronem profectus, patrem Isaacum

Variæ lectiones et notæ.

(31) *Καὶ γίνεται ἡ ἔρευνα*. Καὶ ὡς ἡ ἔρευνα γίνεται. Et paulo post, pro ἄν ποτε, ἄμποτε. W.

adhuc viventem invenit : sed Rebecca jam obierat. Nec multo post etiam Isaacus moritur, et una cum uxore in patrio monumento sepelitur, expletis vitæ annis supra CLXXXV.

A χειμένων, καὶ ὀδυνωμένων διὰ τὴν φλεγμονήν, ἐπέθεντο αὐτοῖς, καὶ ἀνεῖλον ἅπαντας, ἀγνοοῦντος τοῦ Ἰακὼβ· ᾧ χαλεπαίνοντι διὰ ταῦτα, θαῤῥεῖν ἐκέλευσεν ὁ Θεός. Ἐλθὼν δὲ ἐν Βαιθὴλ ὁ Ἰακὼβ, ὅπου τὸν ὄνειρον ἐθεάσατο, ἔθυσεν. Καὶ προϊὼν, τὴν Ῥαχὴλ ἐκ τοκετοῦ θανοῦσαν, ἐν Ἐφρατᾷ θάπτει. Καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς παιδίον Βενιαμὶν ἐκάλεσε, διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ γενομένην τῇ μητρὶ ὀδύνην. Ἐλθὼν δ' εἰς Χεβρὼν, πόλιν τῶν Χαναναίων, κατέλαβε τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰσαὰκ ἔτι ζῶντα· ἡ δὲ Ῥεβέκκα ἔφθη θανεῖν. Θνήσκει δὲ μετὰ βραχὺ καὶ ὁ Ἰσαὰκ, καὶ θάπτεται σὺν τῇ γυναικὶ παρὰ τῷ γονικῷ μνημείῳ, βιώσας ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν.

IX. Esaus autem Idumææ imperabat, regioni a se dato nomine. Edom enim vocatus fuerat, quod aliquando famelicus a venatu reversus, cum a fratre petiisset, ut lentem, quam ille sibi coxerat, daret, jurejurando adactus, ætatis prærogativam illi concessit. Ex eo cognominatus est Edom, ob rufum admodum lentis colorem. Edom porro Hebræis *rufum* significat. Jacobus Josephum ob et vultus elegantiam, et ingenii dexteritatem, præ cæteris diligebat. Itaque et patria charitas, et somnia quæ viderat, fratrum invidiam illi conciliarunt. Somnia hujusmodi fuerunt. Unum : Tempore messis cum fratribus metens, manipulos sibi ligare et componere, ac suos immotos stare, quos fraterni accurrentes adorarent : alterum, a sole et luna ac reliquis stellis adorari sibi videbatur. Has visiones fratribus etiam præsentibus patri referens quid sibi vellent, scire cupiebat. At ille felicitatem nato denuntiabat, ac fore tempus, quo et a parentibus et a fratribus coleretur, et adoraretur. Hæc fratres ægre ferre, et torve adolescentulum intueri. Post hæc pater Josephum ad filios, greges Sicimis pascentes, visum mittit. Quo conspecto, ad eum perimendum sunt concitati. Sed Ruben monebat, ne fraterno sanguine manus pollucrent, sed in proximum puteum conjectum emori sinerent : sic levius fore facinus. Quo consilio adolescentibus probato, puerum sensim in puteum demisit. Judas vero Arabicis mercatoribus visis, auctor fit fratribus vendendi illis Josephi. Assentiuntur, eumque viginti minis vendunt, annos natum septemdecim. Ruben noctu ad puteum accedit, ut Josephum inde ereptum clam fratribus conservaret. Quo non invento, lugens, fratres criminatur : sed re ex
28 illis cognita, lugere desinit. Illi tunica adolescentis hircino sanguine polluta, ad patrem veniunt, dicentes, se Josephum nec vidisse, nec quomodo interiisset scire : sed tunicam illam reperiisse, cruentatam et laceratam. Jacobus sacco indutus, Josephum luget. At illum a mercatoribus emit Petephres, homo Ægyptius, Pharaonis regis coquis præfectus, et honorifice tractat. Herilis autem uxor, et forma et dexteritate ejus in amorem illecta, verbis ad eum de congressu factis, repulsam fert : ac nihilo tamen secius cupiditatis ardore subacta, speque persuadendi dejecta, vim parat. Ut autem adolescens veste relicta exsilit, illa tristis et perturbata sedet : maritoque reverso, Josephum accusat, demonstrans vestem, quam ille violaturus dominam, reliquisset. Petephres Josephum in car-

Θ'. Ἡσαῦ δὲ ἦρχε τῆς Ἰδουμαίας, καλέσας τὴν χώραν ἀφ' ἑαυτοῦ. Ἐδὼμ γὰρ ἐκεῖνος ἐκέκλητο, ὅτι ἀπὸ θήρας ποτὲ λιμώττων ἐπανελθὼν, καὶ τὸν ἀδελφὸν εὑρὼν φακὴν ἑτοιμάσαντα ἑαυτῷ πρὸς τροφὴν, ἠξίου δοῦναι αὐτῷ. Ὁ δὲ ἀποδόσθαι αὐτῷ τὸ πρεσβεῖον ἠνάγκασεν ἀντὶ τῆς φακῆς, καὶ παραχωρεῖ τούτου
B μεθ' ὅρκων διὰ τὸν λιμόν· ὅθεν Ἐδὼμ ἐπεκλήθη, διὰ τὴν ξανθότητα τῆς φακῆς· σφόδρα γὰρ ἦν τὴν χροίαν τοιαύτη. Ἐδὼμ δὲ παρ' Ἑβραίοις τὸ *ἐρυθρὸν* ὀνομάζεται. Ἰακὼβ δὲ τὸν ἐκ τῆς Ῥαχὴλ Ἰωσὴφ, διά τε τὴν τοῦ προσώπου εὐφυΐαν, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, πλέον τῶν ἄλλων παίδων ἠγάπα. Ἥ τε γοῦν τοῦ πατρὸς στοργὴ, καὶ οἱ ὄνειροι οὓς ἐθεάσατο, εἰς φθόνον αὐτοῦ τοὺς ἀδελφοὺς κεκινήκασι. Τῶν δὲ ὀνειράτων τὸ μὲν ἦν τοιοῦτον. Ἐν ὥρᾳ θέρους ἐδόκει, μετὰ τῶν ἀδελφῶν θερίζων, δράγματα δεσμεῖν καὶ τιθέναι, καὶ τὰ μὲν αὐτοῦ ἠρεμεῖν, τὰ δὲ τῶν ἀδελφῶν προστρέχοντα προσκυνεῖν τοῖς αὐτοῦ. Τὸ δὲ, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀστέρων προσκυνεῖν ἐδόκει αὐτῷ. Ταύτας τὰς
C ὄψεις τῷ πατρὶ διηγούμενος, παρόντων καὶ τῶν συγγόνων, τὴν δήλωσιν ἐζήτει μαθεῖν. Ὁ δὲ εὐδαιμονίαν κατήγγειλε τῷ παιδί· καὶ καιρὸν ἥξειν, καθ' ὃν ὑπὸ τῶν γονέων καὶ τῶν ἀδελφῶν τιμηθήσεται καὶ προσκυνηθήσεται. Ταῦτα τοὺς ἀδελφοὺς ἐλύπησε τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ ὑπεβλέποντο τὸ μειράκιον. Νεμόντων δὲ τὰ ποίμνια τῶν παίδων τοῦ Ἰακὼβ ἐν Σικίμοις, ὁ πατὴρ πέμπει τὸν Ἰωσὴφ, ἐκείνους ἐπισκεψόμενον. Οἱ δὲ τοῦτον ἰδόντες, ὥρμησαν ἀνελεῖν. Ῥουβὶμ δὲ συνεβούλευε, μὴ αὐτόχειρας γενέσθαι τοῦ ἀδελφοῦ, ἀλλ' εἰς τὸν παρακείμενον λάκκον ῥίψαι αὐτὸν, ἵνα ἀποθάνει ἐκεῖ, καὶ οὕτω μετριώτερον ἔσοιτο τὸ κακόν. Συναινεσάντων δὲ τῷ λόγῳ τῶν νεανίσκων, λαβὼν ὁ Ῥουβὶμ τὸ μειράκιον, ἠρέμα καθίμησεν εἰς τὸν λάκκον. Ἰούδας δὲ ἐμπόρους ἰδὼν
D Ἄραβας, συνεβούλευσε τοῖς ἀδελφοῖς τὸν Ἰωσὴφ ἀπεμπολῆσαι αὐτοῖς. Καὶ δόξαν τοῦτο, τοῖς ἐμπόροις αὐτὸν ἀποδίδονται μνῶν εἴκοσι, ἐτῶν ἑπτακαίδεκα γεγονότα. Ῥουβὶμ δὲ νύκτωρ ἐπὶ τὸν λάκκον ἐλθὼν, ἵν' ἐξενέγκῃ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ σώσῃ, τοὺς ἀδελφοὺς λαθὼν, καὶ μὴ εὑρὼν αὐτὸν, πενθῶν ᾐτιᾶτο τοὺς ἀδελφούς. Τῶν δὲ τὸ πραχθὲν φρασάντων, παύεται τοῦ πένθους. Τὸν δὲ χιτωνίσκον τοῦ μειρακίου αἵματι τράγου μολύναντες, ἧκον πρὸς τὸν πατέρα, καὶ εἶπον, τὸν μὲν Ἰωσὴφ μήτ' ἰδεῖν, μήθ' ὅπως διέφθαρται γνῶναι· χιτῶνα δὲ τοῦτον εὑρεῖν, ᾑμαγμένον καὶ διεῤῥωγότα. Ἰακὼβ δὲ ἐπὶ τῷ μειρακίῳ πενθῶν ἐκαθέζετο, καὶ σάκκον ἐνδύσας. Τὸν Ἰωσὴφ δὲ ἐκ τῶν ἐμπόρων ὠνήσατο Πετεφρὴς, ἀνὴρ Αἰγύπτιος, ἐπὶ τῶν βασιλέως Φαραὼ μαγείρων,

καὶ εἶχεν αὐτὸν ἐν τιμῇ. Τῆς δὲ τοῦ δεσπότου γυναικὸς διά τε εὐμορφίαν καὶ τὴν αὐτοῦ δεξιότητα ἐρωτικῶς διατεθείσης, καὶ λόγους περὶ μίξεως προσαγαγούσης, παρέπεμπε τὴν ἀξίωσιν. Ἡ δὲ δεινῶς πολιορκουμένη τῷ ἔρωτι, δευτέραν ἐπῆγε πεῖραν, καὶ τὸ πείθειν ἀπογνοῦσα, βιάζεσθαι ἤθελεν. Ὡς δὲ καὶ τὸ ἱμάτιον ὁ νεανίσκος καταλιπὼν, ἐξεπήδησε, καθῆστο κατηφὴς καὶ συγκεχυμένη. Ἐλθόντι δέ τ' ἀνδρὶ κατηγόρει τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ τὸ ἱμάτιον ἐπεδείκνυεν, ὡς ὅτ' ἐπεχείρει βιάζεσθαι, καταλιπόντος αὐτό. Πετεφρὴς δὲ εἰς τὴν τῶν κακούργων εἱρκτὴν ἐμβάλλει τὸν Ἰωσὴφ, ἐν ᾗ καὶ ὁ οἰνοχόος Φαραὼ κατ' ὀργὴν ἐνεκέκλειστο, καὶ ὁ ἀρχισιτοποιός· οἷς συνήθης γενόμενος, ἠξιοῦτο φράσαι αὐτοῖς τῶν ἐνυπνίων τὴν δήλωσιν. Ὁ μὲν γὰρ οἰνοχόος ἄμπελον ὁρᾷν ἔδοξεν, ἐξ ἧς τρία ἐφύοντο κλήματα, ὧν ἀπῃωρῆντο μεγάλοι καὶ πέπειροι βότρυες. Τούτους δ' ἀποθλίβειν εἰς φιάλην, καὶ προσάγειν τῷ Φαραὼ, κἀκεῖνον λαβεῖν προσηνῶς. Ἀγαθὰ γοῦν σημαίνειν αὐτῷ τὸν ὄνειρον ἐξηγεῖτο ὁ Ἰωσήφ. Ἐν γὰρ τρισὶν ἡμέραις ταῖς προσαγούσαις εἰς τὸ πρότερον ἀποκαταστήσεται διακόνημα, καὶ ἠξίου μεμνῆσθαι αὐτοῦ, εὐπραγήσαντα. Ὁ δὲ ἀρχισιτοποιὸς τρία κανᾶ ἐδόκει φέρειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, δύο μὲν ἄρτων πλήρη, τὸ δ' ἕτερον ὄψου καὶ ποικίλων βρωμάτων. Τὰ δὲ διαρπαγῆναι ὑπὸ πτηνῶν καθιπταμένων. Ἔφη δὲ καὶ τούτῳ ὁ Ἰωσὴφ τὰ τρία κανᾶ τριῶν ἡμερῶν εἶναι σημαντικὰ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ μέλλειν αὐτὸν κρεμασθέντα, σαρκοφάγοις ἔσεσθαι βορὰν πετεινοῖς. Γέγονε δ' ἐπ' ἀμφοῖν, ὡς Ἰωσὴφ ἐξηγήσατο.

A cerem maleficorum conjici jubet, quo et pincerna Pharaonis per iracundiam conjectus fuerat, et magister pistorum: qui inita cum eo familiaritate, petebant somnia sibi ab eo sua declarari. Pincerna vitem sibi videre visus fuerat, unde tres palmites enascerentur, de quibus magnæ et maturæ uvæ dependerent, quas in phialam exprimeret, eamque Pharaoni offerret, qui benigne acceptaret. Josephus bonam somnii esse significationem asserebat: nam intra triduum pristinam ei functionem restitutum iri: petebatque, ut is rebus suis secundis, sui recordaretur. Pistorum autem magister visus sibi fuerat tria canistra in capite ferre, duo plena panibus, tertium obsonio et variis cibis refertum, quæ a devolantibus alitibus diriperentur. Dixit autem huic
B etiam Josephus, tria canistra significare triduum, ac die tertia suspensum cum carnivoris alitibus fore cibum. Utrique accidere quæ Josephus prædixerat.

Γ'. Εἶτα τῷ Φαραὼ ὁ Θεὸς ὄψεις ἐνυπνίων ἐπιπέμπει διττὰς, καὶ τὰς δηλώσεις ἀμφοῖν. Ὁ δὲ τῶν μὲν ὄψεων ἐμιμνήσκετο, τῶν δ' ἐξηγήσεων ἐπελάθετο. Συγκαλεῖ τοίνυν τοὺς τῶν Αἰγυπτίων σοφοὺς, καὶ ἀπαγγέλλει αὐτοῖς τὰ ἐνύπνια, καὶ τὴν δήλωσιν ἀπαιτεῖ· ἀπορούντων δ' ἐκείνων, ὀργίζεται. Ὁ δ' οἰνοχόος, εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλὰ τότε πρὸς μνήμην ἧκε τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ διδάσκει περὶ ἐκείνου τὸν Φαραώ. Ἄγεται τοίνυν αὐτίκα. Ὁ δέ φησι· *Νεανία, φράσαι μοι τὴν κρίσιν τῶν ὀνειράτων, ὧνπερ τεθέαμαι. Ἔδοξα βόας εὐτραφεῖς ἑπτὰ προϊόντας τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὸ ἕλος χωρεῖν· ἑτέρους δ' ἑπτὰ ἰσχνοὺς, καὶ τετηγμένους λιμῷ τοῦ ἕλους ἐξελθόντας συναντῆσαι τούτοις, καὶ βρωθῆναι παρὰ τῶν δευτέρων τοὺς πρώτους καὶ πίονας, καὶ μένειν ἔτ' αὐτοὺς ὁμοίως ἰσχνούς. Αὖθις δ' ὁρῶ στάχυας ἑπτὰ ἐκφύντας ῥίζης μιᾶς θαλεροὺς καὶ κεκλιμένους τῷ βάρει τῷ τοῦ καρποῦ. Πλησίον δ' αὐτῶν ἰσαρίθμους ἐδόκουν ὁρᾷν στάχυας ἀδρανεῖς ὑπὸ ἀδροσίας καὶ πρὸς ὅρασιν ἀηδεῖς, οἳ καὶ ἀνήλισκον τοὺς εὐκάρπους τε καὶ ὡραίους.* Ὁ δ' Ἰωσήφ· *Κἂν διττὰ,* φησὶν, *ὦ βασιλεῦ, εἰσὶ τὰ ἐνύπνια, ἀλλὰ μίαν ἔχουσι τῶν μελλόντων τὴν δήλωσιν. Οἵ τε γὰρ βόες, ζῶον ἐπ' ἀρότρῳ πονοῦν, ὑπὸ τῶν χειρόνων κατεσθιόμενοι, καὶ οἱ θάλλοντες στάχυες ὑπὸ τῶν ἀδρανῶν δαπανώμενοι, λιμὸν ἐπὶ τοσοῦτον ἔτη τῇ χώρᾳ σου καταγγέλλουσιν ἐν ἰσαρίθμοις ἐνιαυτοῖς εὐθηνηθείσῃ πρότερον τοῖς καρποῖς, ὡς τὴν τούτων εὐφορίαν ἀναλωθῆναι ὑπὸ τῶν ἔπειτα. Εἰ δὲ σὺ ταμιεύσεις τὰ τῆς προτέρας εὐδαιμονίας, εἰς τοὺς τῆς ἀφορίας ἐνιαυτοὺς, θήσεις τοῖς Αἰγυπτίοις ἀνεπαίσθητον τὸ*

X. Post hæc Deus Pharaoni bina visa in somnis offert, eorumque enarrationes. At ille visa quidem meminerat, enarrationum autem oblitus fuerat. Itaque sapientes Ægyptiorum convocat, somnia enarrat,
C interpretationem expetit: quibus hæsitantibus irascitur. At pincerna, etsi pridem oblitus, tandem Josephi redit in memoriam: de eo regem edocet. Adducitur 29 ille statim. Cui rex: *Adolescens*, inquit, *somniorum quæ vidi judicium mihi declara. Vidi boves* VII *pingues e flumine ascendentes, se conferre ad paludem, quibus alii* VII *occurrerent tenues et fame confecti: atque pinguibus illis devoratis, æque tenues manerent. Rursus vidi spicas* VII, *ex uno vegeto calamo enatas, pondere granorum inclinatas: ac prope illas totidem videre videbar spicas tenues, et ob squalorem aspectu fœdas, quæ et ipsæ fecundas et pulchras consumerent.* Ad hæc Josephus: *Etsi, o rex*, inquit, *somnia bina sunt, eadem tamen est utriusque in futurum significatio. Nam et boves,*
D *animal arando exerceri solitum, a deterioribus devorati, et spicæ florentes a tenuibus absumptæ, tot annorum famem tuæ regioni portendunt, cum quidem totidem annis proventus annonæ uberrimus a posterioribus sit absumendus. Tu vero, si priorem copiam in sterilitatis annos seposueris, sensum istius calamitatis Ægyptiis adimes.* Pharao Josephi sapientia obstupefactus, tum ob somniorum conjecturam, tum propter consilium: *Tu*, inquit, *ipse, rerum istarum conjector et suasor, idem etiam consiliorum administrator eris.* Itaque potestatem suam in eum confert, ut et sigillo Pharaonis uteretur, et purpuram gestaret, et curru veheretur. Accidit hoc Josepho 30 annos nato, quem Pharao Psonthomphanechum, hoc est, *occultorum interpre-*

tem vocabat : eique uxorem Asenetham nomine, Heliopolitani pontificis filiam, despondet : e qua ante famem liberos suscipit, quorum natu majorem Manassem ab oblivione vocat, quod calamitatum oblitus esset : minorem Ephraimum, a retributione, quod majorum suorum libertas sibi restituta esset. Adventat interea penuriæ tempus : neque Ægyptum duntaxat invadit fames, sed eam quoque regionem, in qua Jacobus inquilinum agebat. Mittit igitur filios in Ægyptum, ad emendum frumentum, solo Benjamine apud se retento, ut natu minimo. Accedunt illi Josephum; qui non agnitus, agnoscit fratres, et exploratum venisse illos ait. Illi et unde venerint, et se uno patre natos esse, adhuc superstite, ac alium fratrem natu minimum esse apud patrem, dicunt. Josephus tum demum se fidem illis habiturum dicit, si fratrem minimum ad se adduxissent. **30** Dat eis frumentum : argentoque sacco cujusque clam imposito, Symeonem reditus illorum vadem retinet. Redeunt ad Jacobum filii, frumentum afferentes, et quid sibi accidisset nuntiantes. Ille retentum esse Symeonem ægre fert, Benjaminem in Ægyptum perduci se passurum negat. Frumento autem jam consumpto, cum eis alia conditione reverti in Ægyptum non liceret, nisi Benjamine etiam adducto, victus necessitate pater concedit : et duplex frumenti pretium, ac Josepho munera addit. Ut in Ægyptum venere, Josepho munera offerunt : qui Benjamine viso, miseratione commotus, ad lacrymas dissimulandas secedit. Deinde fratribus ad cœnam adhibitis, duplis Benjaminem portionibus appositis honorat : et quæstorem frumentum illis dare jubet, et pretium in saccos imponere, et in Benjaminis sarcinam scyphum argenteum conjicere. His factis discedunt fratres, recepto Symeone. Eos abeuntes circumdant equites, objicientes furtum scyphi : quem, inquisitione facta, in Benjaminis sarcina reperiunt. Benjaminem equites ad Josephum abducunt, quem fratres, scissis vestibus, plorantesque sequebantur. Josephus insectatus eos, ut ingratos, missos facit, solius Benjaminis retentione contentus : cæteri attoniti astant. Judas vero causam agere exorsus, cum multa ad commiserationem apta dixisset, affectum Josephi ita commovit, ut nec iram diutius simulare posset, et se fratribus agnoscendum præberet, et gratiam eis haberet, ut qui consiliorum Dei de se ex parte fuissent adjutores : *Abite ergo*, inquit, *et hæc significate patri : ipsoque et omni ejus cognatione assumpta, huc commigratote : nam fames adhuc quinquennium duratura est*. Hæc

A *δυστύχημα*. Φαραὼ δὲ τὴν Ἰωσὴφ ἐκπλαγεὶς σοφίαν, διά τε τὴν ἐξήγησιν καὶ τὴν συμβουλήν· *Αὐτὸς ὁ τούτων*, ἔφη, *κριτής τε, καὶ σύμβουλος, καὶ οἰκονόμος ἔσῃ τῶν βουλευθέντων*. Καὶ παρέσχεν αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ, ὥστε σφραγίδι χρῆσθαι τῇ Φαραὼ, καὶ πορφύραν ἐνδύεσθαι, καὶ ἐλαύνειν ἐφ' ἅρματος. Ἦν δὲ τότε τριάκοντα γεγονὼς ἐτῶν Ἰωσήφ. Προσηγόρευε δὲ αὐτὸν ὁ Φαραὼ Ψονθομφάνηχον (32). Σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα, *κρυπτῶν εὑρετήν*. Συζεύγνυσι δὲ αὐτῷ καὶ γυναῖκα Ἀσενὲθ κεκλημένην, τὴν θυγατέρα τοῦ ἐν Ἡλίου πόλει ἱερέων πρωτεύοντος. Ἐξ ἧς αὐτῷ γίνονται παῖδες πρὸ τοῦ λιμοῦ, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἦν Μανασσῆς· ἐπίληθον δὲ δηλοῖ, ὅτι λήθην εὕρατο τῶν ἀτυχημάτων. Ἐφραῒμ δὲ ὁ νεώτερος· ἀποδιδοὺς δὲ τοῦτο, B σημαίνει, διὰ τὸ ἀποδοθῆναι αὐτῷ τὴν τῶν προγόνων ἐλευθερίαν. Ἐντεῦθεν ἧκεν ὁ τῆς ἐνδείας καιρὸς οὐ μόνης δὲ τῆς Αἰγύπτου κατεκράτησεν ὁ λιμὸς, ἀλλὰ καὶ τῆς χώρας, καθ' ἣν παρῴκει ὁ Ἰακώβ. Πέμπει τοίνυν τοὺς υἱοὺς εἰς Αἴγυπτον, σῖτον ὠνησαμένους, μόνον παρ' ἑαυτῷ κατασχὼν τὸν Βενιαμὶν, ὡς νεώτατον. Οἱ μὲν οὖν προσῆλθον τῷ Ἰωσήφ. Ὁ δὲ μὴ γνωσθεὶς ἐπέγνω τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ κατασκόπους ἔλεγεν ἥκειν αὐτούς. Οἱ δὲ ὅθεν τε ἥκοιεν ἔλεγον, καὶ ὡς ἑνὸς εἶεν πατρὸς ἔτι ζῶντος, καὶ ὡς ἕτερος νεώτερος ἀδελφός ἐστι παρὰ τῷ πατρί. Πληροφορίαν δ' ἔλεγεν Ἰωσὴφ δοῦναι αὐτῷ ἀληθείας, εἰ τὸν νεώτερον ἀδελφὸν κομίσουσι πρὸς αὐτόν. Δίδωσιν οὖν σῖτον αὐτοῖς, καὶ τὸ ἀργύριον τῷ ἑκάστου σάκκῳ ἐνθέμενος λάθρα· κατέσχε δὲ τὸν Συμεὼν, C τῆς ἐπανόδου ἐσόμενον ὅμηρον. Ἐπανῆλθον πρὸς τὸν Ἰακὼβ οἱ υἱοὶ, τὸν σῖτον κομίζοντες, καὶ τὰ συμβάντα ἀπήγγειλαν, καὶ λύπην αὐτῷ ἡ τοῦ Συμεὼν ἐποίει κατάσχεσις, δοῦναι τε τὸν Βενιαμὶν ἀπαχθῆναι εἰς Αἴγυπτον οὐ κατένευσεν. Ἤδη δὲ τοῦ σίτου δαπανηθέντος, ἐπεὶ μὴ ἄλλως ἐξῆν αὐτοῖς εἰς Αἴγυπτον ἀπελθεῖν, εἰ μὴ καὶ τὸν Βενιαμὶν συνεπάγοιντο, ὑπείκων ἀνάγκῃ δίδωσιν αὐτὸν ὁ πατὴρ, καὶ τὴν τοῦ σίτου τιμὴν διπλασίονα, καὶ τῷ Ἰωσὴφ δωρεάς. Ὡς δ' ἦλθον εἰς Αἴγυπτον, προσήγαγον τὰ δῶρα αὐτῷ. Ὁ δὲ τὸν Βενιαμὶν ἰδὼν, καὶ συνθρυπτόμενος, ἵνα μὴ δακρύων καταφανὴς γένοιτο, μετέστη. Εἶτα ἐπὶ δεῖπνον παραλαμβάνει τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ διπλασίοσι μοίραις ἐδεξιοῦτο τὸν Βενιαμὶν, καὶ D τὸν τοῦ σίτου ταμίαν δοῦναι σῖτον αὐτοῖς κελεύει, καὶ τὴν τιμὴν ἐνθεῖναι τοῖς σάκκοις, εἰς δὲ τὸ τοῦ Βενιαμὶν φορτίον καὶ σκύφον ἀργύρεον ἐμβαλεῖν. Τούτων δὲ γεγονότων, ἀπῄεσαν οἱ ἀδελφοὶ, λαβόντες καὶ τὸν Συμεών. Περικυκλοῦσι δὲ ἀπιόντας αὐτοὺς ἱππεῖς, ἐπεγκαλοῦντες τὴν τοῦ σκύφου κλοπὴν, καὶ ἐρευνῶντες εὗρον τὸν σκύφον παρὰ τῷ φόρτῳ Βενιαμίν. Οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς ἦγον πρὸς τὸν Ἰωσὴφ τὸν

Variæ lectiones et notæ.

(32) *Ψονθομφάνηχον*. Ita reposuimus ex Josepho lib. I, cap. 19. Wolfius perperam ediderat τοθομφάνηχον. Duo codd. Regii et Colbertens ψοθομφάνηχον præferunt. Sed ut Josephus, ita et Philo Judæus in lib. *De mutat. nomin.* hanc vocem sic effert, cujus significationem ita declarat in lib. *De Josepho* : Μετονομάζει δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὀνειροκριτικῆς ἐγχωρίῳ γλώττῃ προσαγορεύσας. Paulo aliter hanc effert auctor *Chronici Alexandrini*, quo loco scribit Mosem, haud secus Josephum, eodem nomine fuisse ab Ægyptiis appellatum, quod futura prædixerit : Τὸν Μωϋσῆν μετὰ τὸ ἐπαγαγεῖν αὐτὸν τὰς πληγὰς, οἱ Αἰγύπτιοι ψομθομφαχὴ προσηγόρευσαν, ὃ ἑρμηνεύεται, ᾧ ἀπεκαλύφθη μέλλον.

Βενιαμίν. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, τὰς στολὰς διαῤῥήξαντες, ἔκλαιον καὶ συνείποντο. Ἰωσὴφ δὲ τούτους ὀνειδίσας ὡς ἀχαρίστους, ἠλευθέρου μὲν τοὺς λοιπούς, μόνῃ δ' ἠρκεῖτο τῇ τοῦ Βενιαμὶν κατοχῇ, τοὺς δὲ ἀπορία συνεῖχεν. Ἰούδας δὲ διαλεχθεὶς καὶ πολλὰ πρὸς ἔλεον δημηγορήσας ἐπαγωγά, εἰς ἔλεγχον ἤγαγε τοῦ πάθους τὸν Ἰωσήφ. Ὁ δὲ μηκέτι δυνάμενος ὑποκρίνεσθαι τὴν ὀργήν, γνωρίζει τοῖς ἀδελφοῖς ἑαυτόν, καὶ χάριν αὐτοῖς ὡμολόγει, ὡς συναιτίοις γενομένοις τῶν τῷ Θεῷ βεβουλευμένων περὶ αὐτοῦ. *Ἄπιτε οὖν*, φησί, *καὶ ταῦτα δηλώσατε τῷ πατρί, αὐτόν τε καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν ἀναλαβόντες ἐνταυθοῖ μετοικίζεσθε· ἔτι γὰρ ἐπὶ πενταετίαν ἔσται λιμός.* Ταῦτα εἰπὼν περιβάλλει τοὺς ἀδελφούς, καὶ δωρεαῖς δεξιοῦται. Καὶ οἱ μὲν ἀπῆλθον.

A locutus, fratres amplexus, muneribus prosequitur. Itaque illi abeunt.

ΙΑ'. Ὁ δὲ Ἰακὼβ μαθὼν τὰ περὶ Ἰωσήφ, ὥρμησεν εὐθὺς πρὸς αὐτόν, πᾶσαν τὴν συγγένειαν αὐτοῦ ἐπαγόμενος. Ἦσαν δὲ ἑβδομήκοντα πέντε. Ἤδη δὲ τῆς Αἰγύπτου πλησίον ὄντι αὐτῷ, προσυπαντᾷ Ἰωσήφ. Ὁ δ' ὑπὸ χαρᾶς μικροῦ δεῖν ἐξέλιπε. Παραγεγονότα δὲ τὸν Ἰακὼβ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον ἀκούσας ὁ Φαραώ, χαίρων ἦν, καὶ παραγενόμενον τὸν Ἰακὼβ πρὸς αὐτόν, ἀσπάσατο. Καὶ μαθὼν ποιμένας εἶναι τοὺς μετ' αὐτοῦ, συνεχώρησεν αὐτοῖς τὴν ἐν Ἡλίου πόλει κατοίκησιν. Τοῦ δὲ λιμοῦ ἐπιτεινομένου, χρημάτων τοῖς Αἰγυπτίοις ἀπεδίδου τὸν σῖτον ὁ Ἰωσήφ. Τούτων δ' ἐπιλειπόντων, τῶν βοσκημάτων ὠνοῦντο αὐτόν· εἶτα καὶ τῆς γῆς παρανεχώρουν, ἵνα τραφεῖεν. Οὕτω δὲ τοῦ Φαραὼ πάσης περιουσίας κυρίου γενομένου, πλὴν τῶν ἱερέων (τούτοις γὰρ ἔμενεν ἡ χώρα αὐτῶν), ὡς ἤδη ἐλώφησεν ὁ λιμός, συλλέγων τοὺς Αἰγυπτίους ὁ Ἰωσήφ, ἕκαστον εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ, τήν τε γῆν αὐτοῖς ἐχαρίζετο, καὶ φιλεργεῖν παρεκάλει, τὴν πέμπτην τῶν καρπῶν τελοῦντας τῷ Φαραώ. Ἰακὼβ δὲ ἑπτακαίδεκα ἔτη ἐν Αἰγύπτῳ διαγαγών, νοσήσας ἐξέλιπε, προειπὼν πῶς μέλλοιεν οἱ ἐκ τῆς γενεᾶς αὐτοῦ τὴν Χαναναίαν οἰκεῖν. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις τῶν υἱῶν κτῆσιν ἀγαθῶν ἐπευξάμενος, τοῦ Ἰωσὴφ δ' ἐγκώμιον διεξελθών, ὅτι μὴ μνησικακήσειε τοῖς ἀδελφοῖς, προσέταξε τοῖς υἱοῖς, ἵνα τοὺς παῖδας τοῦ Ἰωσὴφ Ἐφραῒμ καὶ Μανασσῆ συναριθμήσωσιν ἑαυτοῖς, συνδιαιρούμενοι τούτοις τὴν Χαναναίαν. Εὐλογηθῆναι δὲ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ Ἰωσὴφ παραστήσας τῷ Ἰακώβ, τὸν μὲν πρεσβύτερον κατὰ τὴν δεξιὰν ἔστησε χεῖρα· τὸν δὲ νεώτερον, κατὰ τὴν λαιάν. Ὁ δὲ τὰς χεῖρας ἐναλλὰξ ταῖς τῶν παίδων κεφαλαῖς ἐπιθέμενος, τὴν μὲν δεξιὰν τῷ νεωτέρῳ ἀπένειμε, τῷ πρεσβυτέρῳ δὲ τὴν εὐώνυμον. Καὶ τοῦ Ἰωσὴφ μὴ οὕτω χρῆναι τὴν ἐπίθεσιν ποιήσασθαι τῶν χειρῶν φήσαντος τῷ πατρί, ἐκεῖνος ἀλλοιῶσαι τὸν τῶν χειρῶν οὐκ ἐπείσθη σχηματισμόν. Οὐ γάρ, ὡς ὑπείληφεν Ἰωσήφ, οὐκ ᾔδει ὃ ἐποίει, τῷ βαθεῖ τοῦ γήρως βλαβεὶς τὴν διάνοιαν. ἀλλ' ὡς προφήτης τὰ μέλλοντα ὑπηνίττετο, καὶ τὸν σωτήριον ἐτύπου σταυρόν, καὶ τὸν νέον λαὸν τὸν ἐξ ἐθνῶν δηλαδὴ δεξιὸν ἐδήλου λογισθήσεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ τοῦ πρεσβυτέρου προτιμηθήσεσθαι, φημὶ δῆτα τοῦ Ἰουδαϊκοῦ. Τελευτᾷ δὲ Ἰακὼβ βιώσας ἔτη τριῶν δέοντα ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. Ἰωσὴφ δὲ τοῦ Φαραὼ συγχωρήσαντος, ἄπεισιν εἰς Χεβρῶνα, καὶ θάπτει τὸν πατέρα πολυτελῶς. Τῶν δὲ ἀδελφῶν δεδιότων συνυποστρέφειν αὐτῷ, ἵνα μὴ μνησικακήσας ἀνταποδοίη αὐτοῖς, πείθει μηδὲν ὑφορᾶσθαι. Τελευτᾷ δὲ καὶ οὗτος, ἔτη βιώσας ἑκατὸν δέκα, ἐντειλάμενος, ὅτι μεταναστεύουσι τῆς Αἰγύπτου, οἱ ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ, ἐκκομίσαι καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ, καὶ εἰς τὴν Χαναναίαν ἀπαγαγεῖν.

XI. Jacobus Josephi rebus cognitis, statim ad eum properat cum omni sua cognatione, qui omnes LXXV erant. Cum vero jam prope Ægyptum venisset, obviam ei Josephus progreditur. At ille præ gaudio pene animo linquitur. Pharao audito Jacobi cum suis in Ægyptum adventu, gaudet, B eumque secum congressum salutat : et quia illius domesticos, opiliones esse cognorat, **31** sedes eis Heliopoli assignat. Fame porro crescente, Josephus pecunia frumentum vendit Ægyptiis : ea exhausta, pecoribus id emunt. Denique agris etiam cedunt, ut haberent unde viverent. Sic Pharaone omnibus copiis potito (agris sacerdotum exceptis, qui suis possessoribus manebant) ut jam fames remiserat, Josephus Ægyptios in urbes quosque suas convocat, terram eis donat, et operi intentos esse jubet, ut quintas frugum Pharaoni penderent. Jacobus, annis XVII in Ægypto transactis, ex valetudine moritur, cum prædixisset ante, ut sui posteri in Chananæa habitaturi essent; ac cæteris quidem filiis fausta comprecatus, et Josephi laudibus C prædicatis, quod fraternæ injuriæ oblitus esset, mandat filiis, ut Josephi liberos Ephraimum et Manassem, in suum numerum referrent, et in Chananææ terræ portionem admitterent. Josephus, filiis suis ad Jacobum adductis, ut eis bene precaretur, majorem ad dextram statuit, juniorem ad lævam. At ille manibus decussatim puerorum capitibus impositis, dextram juniori admovet, sinistram majori. Ob quod factum a Josepho reprehensus, collocationem manuum mutare noluit. Neque enim (ut Josephus putabat) per errorem ita fecerat, hebescente ob senium ingenio : sed vatis instar futuros eventus per ambages denuntiabat, et salutarem crucem informabat : ac recentem D populum, e gentibus conflatum scilicet, dextrum a Deo judicatum iri significabat : antiquiori, Judaico nimirum, præferendum. Obiit Jacobus annos CL tribus demptis. Josephus permissu Pharaonis Chebronem proficiscitur, patremque magno sumptu sepelit : et fratribus dubitantibus an cum eo reverterentur (verebantur enim ne veterem injuriam ulcisceretur), scrupulum illum eximit. Et ipse etiam moritur, expletis annis centum et decem : cum mandasset, ut populares sui ex Ægypto remigraturi, sua etiam ossa in Chananæam terram secum asportarent.

hostem ducit. Noctu, uno milite secum assumpto, castra hostium ingressus, audit quemdam suo contubernali narrantem se vidisse in somnis panem hordeaceum, qui per castra volutaretur et regis atque exercitus tabernacula dejiceret: alter somnium id, exercitus interitum portendere conjicit, Gedeonem cum suis ob paucitatem et imbecillitatem pani hordeaceo comparans. His Gedeon auditis, animum recepit, et in castra reversus, suos in armis esse, exercituque in tres centurias diviso, amphoram vacuam singulos cum face ardente et arietino cornu ferre jubet. Circa vigiliam noctis quartam educit eos contra hostes: quibus cum appropinquassent, et cornibus cecinerunt, et amphoras confregerunt, et clamore sublato cum facibus irruerunt. Hæc horrorem hostibus incussere: et dum alii ab hoste B cæduntur, alii, et quidem longe plures, quippe noctu, a suis trucidantur, **52** fere omnes sunt deleti, cum duobus regibus Orebo et Zebo. Reliquiæ ducum atque exercitus fugientes, a Gedeonis comprehensi, omnes ceciderunt. Tenuit imperium Gedeon annos quadraginta, et senex obiit, filiis legitimis e pluribus uxoribus septuaginta relictis, et uno e concubina, Abimelecho: qui fratribus omnibus, uno Joathame fuga elapso, trucidatis, tyrannidem occupavit. Sicimitæ mota seditione Abimelechum urbe pellunt, Is unius civis opera adjutus, urbem dolo captam omnibus puberibus occisis solo æquat. Aliam item urbem Thebas, primo impetu capit. Multitudo urbana in C unam turrem in urbe media sitam, ægre confugit. Cujus portis Abimelechum imminentem, muliercula molæ fragmine in caput dejecto occidit. Hebræorum principatus Jairo ex Manassea tribu post hunc creditur, quo ille annos duo et viginti functus obit. Tum Ammanitæ cum Palæstinis regionem diripiunt. Cum autem Ammanitæ Galaditicam vastarent, incolæ Jephtam ducem eligunt: qui cum hostibus congressurus, vovet, si victoria potiretur, quidquid redeunti sibi primum occurrisset, id se immolaturum esse. Commisso prælio vincit. Revertenti unica filiola occurrit, virgo adhuc. Suspirat ille; sed ne fidem falleret, immolat puellam et cremat. Cum autem Ephramitæ illi irascerentur, quod ad Ammanitici belli societatem non D accersiti essent, neque ullam ejus excusationem acciperent: pugna inita mulos eorum cædit, et sex annos principatu administrato moritur. Ei succedit Amesas ex tribu Judaica, qui septem annis administrato imperio decedit. Post illum Labdon ex tribu Ephraimitica dux creatus, moritur senex, octavo magistratus anno.

A πόκον γενέσθαι δρόσον, καὶ ἐγένετο. Καὶ αὖθις δρόσον ᾔτησεν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν γενέσθαι, ἐπὶ τὸν πόκον δὲ ξηρασίαν· καὶ γέγονεν οὕτως. Πείθεται οὖν ὁ Γεδεὼν, καὶ σὺν μυρίοις κατὰ τῶν ἐναντίων ὡπλίζετο. Εἶτα ἐντολῇ τοῦ Θεοῦ ἄγει πάντας κατὰ μεσημβρίαν, ἐπὶ τὸν ποταμόν. Καὶ τοὺς μὲν λάψαντας ἐν τῷ πίνειν, καὶ μετὰ σπουδῆς ὡς περιφόρους (45) πιόντας (τριακόσιοι δὲ ἦσαν οὗτοι) ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, ἀπῄει πρὸς τὸν πόλεμον. Τοὺς δὲ λοιποὺς καταλέλοιπεν. Νυκτὸς δὲ ἕνα τῶν στρατιωτῶν προσλαβόμενος, ἀπῆλθεν εἰς τὸ (46) τῶν ἐναντίων στρατόπεδον. Καὶ ἀκούει ἑνός τινος τῶν πολεμίων τῷ συσκηνοῦντι διηγουμένου, ὡς ἔδοξεν ὁρᾷν καθ' ὕπνους μάζαν κριθίνην διὰ τοῦ στρατοπέδου κυλιομένην, ἣ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν κατέβαλε, καὶ B τὰς τοῦ στρατεύματος· ὁ δὲ, τοῦ στρατοῦ δηλοῦν ὄλεθρον τὸ ἐνύπνιον ἔκρινεν, ἀπεικάζων μάζῃ κριθίνῃ τὸν Γεδεὼν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, διὰ τὴν ὀλιγότητα καὶ τὸ ἀσθενές. Τούτων ἀκούσας ὁ Γεδεὼν, ἀνεθάρσησε. Καὶ ὑποστρέψας, ἐν τοῖς ὅπλοις εἶναι τοῖς ἑαυτοῦ ἐνετείλατο. Καὶ εἰς τρεῖς ἑκατοστύας τὴν στρατιὰν διελὼν, ἀμφορέα κενὸν κομίζειν ἕκαστον καὶ λαμπάδα ἡμμένην καὶ κριοῦ κέρας ἐκέλευσε. Κατὰ τετάρτην τε φυλάκην τῆς νυκτὸς, ἐξῆγεν αὐτοὺς κατὰ τῶν ἐναντίων. Καὶ ἤδη πλησίον ὄντες αὐτῶν, ἐσάλπισαν μὲν τοῖς κέρασι, τοὺς δ' ἀμφορέας κατέαξαν, καὶ μετὰ τῶν λαμπάδων ὥρμησαν ἀλαλάξαντες. Ταῦτα δὲ τοῖς πολεμίοις πτοίαν ἐνέβαλον. Καὶ οἱ μὲν ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἐκτείνοντο· οἱ δέ γε C πλείους ὑπ' ἀλλήλων, οὔσης νυκτὸς, διεφθάρησαν. Καὶ σχεδὸν ἅπαντες ὤλοντο, καὶ δύο τῶν βασιλέων αὐτῶν Ὠρὴβ τε καὶ Ζήβ. Οἱ δὲ περιλειφθέντες τῶν ἡγεμόνων καὶ τοῦ στρατεύματος φεύγοντες, καταλαμβάνονται παρὰ Γεδεὼν καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, καὶ πεπτώκασιν ἅπαντες. Ἔσχηκε δὲ τὴν ἀρχὴν Γεδεὼν ἐν τεσσαράκοντα ἔτεσι, καὶ ἐτελεύτησε γηραιὸς, καταλιπὼν ἐκ διαφόρων γυναικῶν γνησίους υἱοὺς ἑβδομήκοντα, ἕνα δ' ἐκ παλλακῆς Ἀβιμέλεχ καλούμενον. Ὃς τοὺς ἀδελφοὺς κτείνας ἅπαντας, ἄνευ ἑνὸς Ἰωαθάνου φυγόντος, τετυράννηκεν. Ὁ δὲ λαὸς ἐπαναστάντες κατὰ τοῦ Ἀβιμέλεχ ἐξελαύνουσιν αὐτὸν τῆς πόλεως τῶν Σικίμων. Ὁ δὲ συνεργούμενος ὑφ' ἑνὸς τῶν Σικιμιτῶν, δόλῳ τὴν πόλιν αἱρεῖ, καὶ τοὺς Σικιμίτας ἡβηδὸν ἀναιρεῖ, τὴν πόλιν δὲ κατα- D σκάπτει. Ἤλαυνε δ' ἐπὶ Θήβας ἑτέραν πόλιν, καὶ εἷλεν αὐτὴν ἐξ ἐπιδρομῆς. Τὸ δὲ πλῆθος εἰς ἕνα πύργον μόγις συνέδραμεν, ὄντα ἐν μέσῳ τῆς πόλεως. Πλησιάσαντα δὲ ταῖς πύλαις τούτου τὸν Ἀβιμέλεχ, θραύσματι μύλου γύναιον ἄνωθεν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔβαλε καὶ ἀπέκτεινε. Τὴν δὲ τῶν Ἑβραίων ἡγεμονίαν Ἰαεὶρ ἐμπεπίστευτο, ἐκ τῆς Μανασσῆ τυγχάνων φυλῆς. Δύο δὲ καὶ εἴκοσι οὗτος ἐνιαυτοὺς ἰθύνας τὴν ἀρχὴν ἐτελεύτησεν. Ἀμμανῖται σὺν Παλαιστηνοῖς εἰσέπειτα τὴν χώραν διήρπαζον. Ληϊζομένων δὲ τὴν Γαλαδηνὴν τῶν Ἀμμανιτῶν, ἡγεμόνα τὸν Ἰεφθάε οἱ ἐπιχώριοι εἵλοντο. Ὃς συμμῖξαι μέλλων τοῖς πολεμίοις, εὐχὴν ἐποιήσατο, εἰ νικήσειεν, πᾶν ὃ πρῶτον αὐτῷ συναντήσει ἐπανιόντι,

Variæ lectiones et notæ.

(45) *Περιφόρους*. Περιφόβους, *ut formidolosos*. Ita cod. Reg. et Colbert.

(46) *Εἰς τό*. Ita Colb. alter πρὸς τό.

τοῦτο ἱερουργήσειν. Καὶ συμβαλὼν νικᾷ. Ἀναστρέφοντι δ' ὑπήντησεν αὐτῷ τὸ θυγάτριον μονογενὲς ἐν αὐτῷ, καὶ ἔτι παρθενευόμενον. Ὁ δ' ἀνῴμωξεν. Ἵνα δὲ μὴ ψεύσεται τὴν ὑπόσχεσιν, ἔθυσε τὴν παῖδα, καὶ ὡλοκαύτωσε. Τῶν δὲ τῆς Ἐφραῒμ φυλῆς ὀργιζομένων αὐτῷ, ὅτι μὴ συμπαρέλαβεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸν κατὰ τῶν Ἀμμανιτῶν πόλεμον, ἐπεὶ μὴ ἔπειθεν αὐτοὺς παραιτούμενος, πολλοὺς ἀνεῖλε μαχεσαμένους αὐτῷ· ἓξ δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἀνύσας ἐνιαυτοὺς, κατέλυσε τὴν ζωήν. Παραλαμβάνει δὲ τὴν ἀρχὴν Ἀμεσὰ, ἐκ τῆς Ἰούδα τυγχάνων φυλῆς, καὶ ἐπὶ χρόνον ἑπταετῆ κρίνας τὸν Ἰσραὴλ τετελεύτηκε. Καὶ μετ' ἐκεῖνον Λαβδὼν τῆς Ἐφραῒμ προελθὼν φυλῆς, ἡγεμὼν ἀπεδείχθη. Καὶ τέθνηκε γηραιὸς, ἄρξας ἔτη ὀκτώ.

ΚΔ'. Εἶτα Παλαιστηνοὶ κρατοῦσι τῶν Ἰσραηλιτῶν, A καὶ ὑποφόρους ἔσχον αὐτοὺς, ἐπὶ ἐνιαυτοὺς τεσσαράκοντα. Τότε δὲ γεννηθεὶς ὁ Σαμψὼν (ἰσχύος δὲ ἡ κλῆσις σημαντικὴ) τοῖς Παλαιστηνοῖς ἐπετίθετο. Ἡ δ' εἰς τὸν βίον αὐτοῦ πρόοδος τοιαύτη ἐγένετο. Μανωὲ τῆς φυλῆς ὑπάρχων τοῦ Δὰν, συνῴκει γυναίῳ στειρεύοντι, καὶ ᾔτουν τὸν Θεὸν παῖδα δοθῆναι αὐτοῖς. Ὤφθη γοῦν ποτε μόνῃ οὔσῃ τῇ γυναικὶ, νεανίας μέγας τε καὶ καλὸς, τόκον παιδὸς αὐτῇ εὐαγγελιζόμενος, καὶ μὴ πιεῖν οἶνον ἢ μέθυσμα αὐτῇ ἐνετείλατο, μὴ δὲ τὴν κόμην ἀποθρίξαι τὴν τοῦ παιδός. Ναζωραῖον δὲ ἔλεγεν εἶναι τῷ Κυρίῳ τὸν παῖδα, ἅγιον δηλαδὴ, καὶ τὸν Ἰσραὴλ σωθήσεσθαι δι' αὐτοῦ ἐκ τῆς τῶν ἀλλοφύλων χειρός. Ἡ δὲ, τῷ ἀνδρὶ κατήγγειλε ταῦτα. Καὶ ὃς ὀφθῆναι καὶ αὐτῷ τὸν φανέντα τῇ γυναικὶ, ἐδέετο τοῦ Θεοῦ. Αὖθις οὖν ἧκε B πρὸς τὴν γυναῖκα ὁ ἄγγελος. Ἀπὴν δὲ αὐτῆς ὁ Μανωέ. Καὶ ἡ γυνὴ προσμεῖναι αὐτὸν παρεκάλει τὴν τοῦ ἀνδρὸς παρουσίαν. Ἐλθὼν δὲ Μανωὲ ἠρώτα τὸν ἄγγελον, τί ἂν τοῦ παιδὸς γεννηθέντος ποιήσειαν; Ὁ δὲ *Οἶνον*, ἔφη, *οὐ πίεται, οὐδὲ μέθυσμα, καὶ ἀκάθαρτόν τι οὐ φάγεται, καὶ τὴν κόμην οὐ ξυρηθήσεται.* Καὶ ὁ Μανωὲ τὸ ὄνομα τοῦ ὁμιλοῦντος αὐτῷ ἐζήτει μαθεῖν. Ὁ δὲ θαυμαστὸν εἶναι τοῦτο εἰπὼν, ἀπεσιώπησεν αὐτό. Ὁ Μανωὲ δὲ ἔριφον ἐνεγκὼν ἔθυσε, καὶ ἄρτους προσήνεγκεν. Ὁ δὲ θεῖναι τὰ κρέα καὶ τοὺς ἄρτους ἐπὶ τὴν πέτραν προσέταξεν. Τεθέντων δὲ, τῇ ῥάβδῳ αὐτοῦ ἅπτεται τούτων, καὶ πῦρ ἐξαφθὲν ἐκεῖθεν, κατέκαυσεν αὐτὰ, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν διὰ τῆς φλογὸς ἀνῄει ὁ ἄγγελος, ὁρώντων τοῦ Μανωὲ καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικός.

XXIV. Deinde Palæstini subactos Israelitas per annos quadraginta tributarios habuerunt. Quo tempore natus Sampson, (*robur* hoc nomen significat) illos infestavit, cujus quidem ortus hujusmodi exstitit. Manoes Daniæ tribus vir mulierem sterilem in matrimonio cum haberet, uterque sobolem orat Deum. Semel mulieri soli adolescens magnus et pulcher apparet, partum filii nuntians, eique mandat ne vinum aut quidquam quod **53** inebriaret, biberet, neve comam tonderet pueri: eum enim Nazaræum, hoc est sanctum, fore Domino, et Israelem per eum e potestate alienigenarum eripiendum esse. Mulier domum reverso marito hæc nuntiat. Tum ille, ut idem sibi quoque appareret, orat Deum. Angelus absente Manoe denuo redit ad mulierem. Illa orat, ut mariti adventum exspectet. Reversus Manoes, rogat, nato puero quid faciendum esset. At ille: *Vinum*, inquit, *non bibet, neque aliud quidquam quod inebriet, neque ulla re immunda vescetur, neque comam radet.* Tum Manoes nomen ejus quicum colloquebatur, sciscitans, non aliud responsum accipit, nisi id esse admirabile: et hædum immolat, ac panes affert. Ille carnes et panes in petra collocari jubet. Quo facto, baculo quem gerebat, ferit: ignis inde ortus illa consumit, in eaque flamma, vidente Manoe et uxore, angelus in cœlum ascendit.

Τίκτεται οὖν αὐτοῖς μετὰ ταῦτα ὁ παῖς, καὶ Σαμ- C ψὼν ὀνομάζεται. Ἡδρύνετό τε καὶ πνεῦμα Κυρίου συνεπορεύετο αὐτῷ. Ἰδὼν δὲ ἐν Θαμνᾷ πόλει τῶν Παλαιστινῶν κόρην τῶν ἀλλοφύλων, ἐρᾷ τῆς παιδός. Παραιτουμένων δὲ τῶν γονέων αὐτοῦ τὸν γάμον τῆς ἀλλοφύλου, ἐκνικᾷ γῆμαι αὐτήν. Συχνάζων δὲ πρὸς τῆς κόρης τοὺς γονεῖς, συναντᾷ λέοντι. Καὶ μή τι φέρων εἰς ἄμυναν, ταῖς χερσὶ τὸ θηρίον συνέτριψε, καὶ ἐκκλίνας τῆς ὁδοῦ, ἔῤῥιψε πρὸς τὸ ὑλῶδες αὐτό. Καὶ μεθ' ἡμέρας αὖθις πρὸς τὴν μνηστὴν πορευόμενος, σμῆνος μελισσῶν ἐν τῷ στόματι συνηγμένον τοῦ λέοντος εὕρηκε. Καὶ λαβὼν ἐκεῖθεν μέλιτος κηρίον ἔφαγε, καὶ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ ἀπεκόμισεν. Ἀπελθὼν δ' εἰς τοὺς ἀλλοφύλους, πρόβλημα τοῖς αὐτῷ συνεστιωμένοις ἐν τοῖς γάμοις τριάκοντα νεανίσκοις προτίθησι· καὶ εἰ εὕροιεν ἐφ' ἡμέραις D ἑπτὰ τὴν λύσιν, δοῦναι συνέθετο σινδόνα καὶ στολὴν ἑκάστῳ αὐτῶν· εἰ δὲ μὴ λῦσαι δυνηθεῖεν τὸ πρόβλημα, αὐτῷ δοθῆναι παρ' ἑκάστου στολὴν καὶ ὀθόνην ἀπῄτησε. Συνθεμένων δὲ καὶ τῶν νεανίσκων, προεβάλετο τὸ ἐρώτημα εἰπών· *Ἐξ ἐσθίοντος*

Post hæc nascitur Sampson, grandescit, ac Spiritus Domini fertur super eo. Cum autem Thamnæ (Palæstinorum id oppidum est) puellam vidisset, amore captus, etsi parentibus alienigenæ conjugium recusantibus, tamen improbitate orandi impetrat. Dum autem puellæ parentes frequenter adit, in leonem incidit: et quia non alia ad defensionem arma suppetebant, manibus belluam conficit, et a via deflectens, in saltum abjicit. Post dies aliquot iterum ad sponsam proficiscens, examen apum in ore leonis reperit, et ipse de favo comedit, et patri ac matri affert. Reversus ad alienigenas, triginta adolescentibus inter nuptiales epulas quæstionem proponit, cujus solutionem intra dies septem si invenissent, cuique sindonem et stolam daturum pollicetur. Sin minus, tantumdem a singulis illorum stipulatur. Assensis adolescentibus, quæstionem proponit, hoc modo: *De comedente exiit cibus, et de forti dulcedo.* Illi quæstionem non intelligentes, puellam orant, ut eam ex marito cognitam sibi renuntiaret. Orat illa,

Sampson refragatur initio: tandem victus sponsæ lacrymis, rem aperit. Illa prodit adolescentibus, qui die septima Sampsoni dicunt: *Quid est melle dulcius? quid leone fortius?* Sampson igitur iratus, adolescentibus quidem dat quæ promiserat, **54** sed nuptam abdicat: quam a patre alteri desponsam ægre ferens, trecentas vulpes capit, eas facibus ardentibus caudis illarum alligatis, in Palæstinorum arva immittit, segetem jam fere adultam et vineas incendit: pro quo facto Palæstini uxorem dudum ejus, cum cognatis in ignem conjectam, concremarunt. Sampson vero, multis alienigenarum interfectis, in rupe consedit. Illi, expeditione suscepta, Israelitis edicunt, si insontes haberi vellint, ut Sampsonem dedant. Accessere ad rupem armati ter mille. Sampson descendit, ultro se popularibus offert, qui eum Palæstinis vinctum tradunt. At ille, abruptis vinculis, et asini maxilla temere illic jacente arrepta, mille alienigenas ea perimit, reliquos fugat. Unde locus ille Maxilla dicitur. Cum autem præ siti deficiens Deum cum ploratu obtestaretur, aqua e fissura terræ, quam projecta maxilla fecerat, scaturiit. Potu refectus, Gazam adit, ubi cum Gazæi portis clausis cavere vellent, ne elaberetur, ille sub mediam noctem surgit, portam, limina et postes in humeris sublata, et in montis perlata verticem deponit. Post hæc Sampson Palæstinam metriculam deperit, nomine Dalidam. Cum ea proceres alienigenarum agunt, multa polliciti, si tantarum virium causam e Sampsone cognitam sibi renuntiasset. Illa multifariam aggressa virum, ut id eliceret, a Sampsone aliud atque aliud dicente, cum rei periculum faceret, eluditur. Sed cum illa instaret, oraretque vehementius, arcanum tandem prodit: Se Dei jussu comam alere, qui interdixerit ne eam radat, in eaque repositum esse robur suum. Mulier dormienti comam radit, imbecillem hostibus tradit, illi oculos ei effodiunt. Ita ille prius formidabilis, ludibrio habetur. Progressu temporis coma illa renascitur, viresque redeunt. Cum autem Palæstini potarent, eorumque proceres et magnates convivarentur in domo quæ columnis fulciebatur, etiam Sampson a puero ad illudendum adducitur. Ad illam domum multitudo virorum et mulierum circiter trium millium confluit, ut ludibria Sampsonis spectet. Qui cum dicteriis incesseretur et alapis cæderetur, puerum ducem jubet se ad columnas adducere, *ut defessus*, inquit, **55** *eis innitar et quiescam.* Tum duabus columnis convulsis, ædificium dejecit, cujus ruina et ipse et omnes qui in eo erant, sunt oppressi. Et hunc exitum ille habuit, cum Israelitico populo per annos viginti jus dixisset.

A *ἐξῆλθε βρῶσις, καὶ ἀπὸ ἰσχυροῦ γλυκύ.* Οἱ δὲ, μὴ δυνάμενοι νοῆσαι τὸ πρόβλημα, τὴν κόρην ἱκέτευσαν μαθεῖν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀπαγγεῖλαι αὐτοῖς. Ὁ Σαμψὼν δὲ παρακαλούσης αὐτὸν τῆς κόρης εἰπεῖν αὐτῇ τὸ τοῦ προβλήματος νόημα, τὸ μὲν πρῶτον ἀντεῖχε. Δακρυούσης δ' ἐκείνης, ἐξεῖπε τὸ πᾶν. Ἡ δὲ τοῖς νεανίσκοις ἀπήγγειλε. Καὶ κατὰ ἑβδόμην ἡμέραν εἶπον ἐκεῖνοι τῷ Σαμψών· *Τί γλυκύτερον μέλιτος, ἢ τί λέοντος ἰσχυρότερον;* Ὠργίσθη οὖν ὁ Σαμψὼν, καὶ τοῖς μὲν νεανίσκοις ἔδωκεν ἃ ὑπέσχετο, τὸν δὲ γάμον ἀπείπατο. Καὶ ἔδωκεν ἑτέρῳ τὸ γύναιον ὁ πατήρ. Παροξυνθεὶς δὲ ὁ Σαμψὼν διὰ τοῦτο, καὶ συλλαβὼν τριακοσίας ἀλώπεκας, λαμπάδας ἡμμένας ταῖς οὐραῖς ἐκείνων προσέδησε, καὶ ταῖς τῶν Παλαιστινῶν ἐπαφῆκεν B ἀρούραις, θέρους ἐνισταμένου. Καὶ οὕτω τὰ σφῶν κατέκαυσε λήϊα, καὶ τὰς ἀμπέλους. Παλαιστινοὶ δ' ἀντὶ τούτων τὴν γενομένην αὐτοῦ γυναῖκα, καὶ τοὺς αὐτῇ προσήκοντας ἐνέπρησαν καὶ κατέκαυσαν. Σαμψὼν δὲ πολλοὺς ἀποκτείνας τῶν ἀλλοφύλων, ἐν πέτρᾳ ἐκάθισεν, οἱ δὲ κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐξεστράτευσαν, λέγοντες· Εἰ βούλεσθε ἀναίτιοι εἶναι, δότε ἡμῖν τὸν Σαμψὼν ὑποχείριον. Καὶ ἀπῆλθον ἐπὶ τὴν πέτραν ὁπλῖται τρισχίλιοι. Καταβὰς δὲ Σαμψὼν, ἑκὼν τοῖς φυλέταις παρέδωκεν ἑαυτόν. Κἀκεῖνοι δεδεμένον παρέδοσαν τοῖς Παλαιστινοῖς. Ὁ δὲ διαῤῥήξας τὰ δεσμὰ, καὶ ὄνου σιαγόνα ἐκεῖ που ἐῤῥιμμένην ἁρπάσας, χιλίους τῶν ἀλλοφύλων ἀπέκτεινεν ἐν αὐτῇ. Τοὺς δὲ ἄλλους ἐτρέψατο, ὅθεν Σιαγὼν ἐξ ἐκείνου ὁ τόπος ἐκλήθη. Εἶτα ἐδίψησεν ὡς ἐκλείπειν C ἀπὸ τῆς δίψης, καὶ ἔκλαυσε δεόμενος τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ Θεὸς πηγὴν ὕδατος ἀνῆκεν ἀπὸ τοῦ ῥήγματος, ὃ τὴν σιαγόνα ῥίψας κατὰ γῆς πεποίηκεν ὁ Σαμψὼν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς Γάζαν. Ἐνήδρευσαν δὲ αὐτὸν οἱ Γαζαῖοι· καὶ ἵνα μὴ λάθῃ αὐτοὺς ἐξιὼν, τὰς πύλας τῆς πόλεως ἔκλεισαν. Ὁ δὲ περὶ μέσας νύκτας ἀναστὰς, τάς τε πύλας καὶ τὰς φλιὰς αὐτῶν καὶ τὰς παραστάδας ἐπωμισάμενος, εἰς τὴν τοῦ ὄρους ἀνήνεγκε κορυφὴν, κἀκεῖσε κατέθετο. Ἐρασθεὶς δ' ἑταίρας Παλαιστινῆς, Δαλιδᾶς καλουμένης, συνῆν αὐτῇ. Καὶ οἱ προύχοντες τῶν ἀλλοφύλων, πολλὰ τῇ γυναικὶ ἐπηγγείλαντο, εἰ μάθῃ παρὰ τοῦ Σαμψὼν τί τὸ αἴτιον αὐτῷ τῆς δυνάμεως, καὶ ἀπαγγείλῃ αὐτοῖς. Ἡ δὲ ποικίλως μετῄει τὸν ἄνδρα, ζητοῦσα D γνῶναι, ὅθεν αὐτῷ ἡ τοσαύτη ἰσχύς. Ἐκεῖνος δὲ ἄλλοτε ἄλλας πλαττόμενος αἰτίας τῇ γυναικὶ ἔλεγε. Καὶ ἡ γυνὴ πειρωμένη τῶν λόγων, ἀπάντας αὐτοὺς εὕρισκεν. Ἐγκειμένης δὲ καὶ δεομένης θερμότερον, τὸ κρύφιον αὐτῇ ἀνεκάλυψε· κατ' ἐντολὴν εἰπὼν τοῦ Θεοῦ τὴν κόμην τρέφειν, ἐντειλαμένου μὴ κείρειν αὐτὴν· καὶ ἐν ταύτῃ προσῆναι αὐτῷ τὴν ἰσχύν. Κείρει τὴν κόμην κοιμωμένου αὐτοῦ ἡ γυνὴ, καὶ παραδίδωσι τοῖς ἐναντίοις αὐτὸν ἀσθενῆ. Ἐκκόπτουσιν ἐκεῖνοι τὰ ὄμματα τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ὁ πρὶν φοβερὸς, εἰς παίγνιον κατέστη αὐτοῖς· Προϊόντος δὲ τοῦ καιροῦ, ηὔξετο αὖθις ἡ κόμη αὐτῷ, καὶ ἡ ἰσχὺς ἐπανήρχετο. Πότου δὲ τοῖς Παλαιστινοῖς ὄντος, καὶ τῶν ἀρχόντων καὶ μεγιστάνων εὐωχουμένων ὁμοῦ ἐν οἴκῳ κίοσιν ἀνεχομένῳ, ἤχθη καὶ ὁ Σαμψὼν παιχθησόμενος, καὶ παιδάριον ἐχειραγώγει αὐτόν. Συνήχθη δὲ παρὰ τὸν οἶκον πλῆθος ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ὡσεὶ τρισχιλίων, ἵν' ὁρῷεν τὸν Σαμψὼν παροινούμενον. Ὁ δὲ παιζόμενός τε καὶ ῥαπιζόμενος, λέγει τῷ χειραγωγοῦντι αὐτόν· Ἀπάγαγέ με παρὰ τοὺς κίο-

νας, ὡς ἂν αὐτοῖς ἐπιστηριχθῶ, δεόμενος ἀναπαύσασθαι. Δραξάμενος δὲ τῶν δύο κιόνων ἐπικατέσεισεν ἑαυτῷ τὸν οἶκον, καὶ αὐτός τε καὶ οἱ ἐν τῷ οἴκῳ πάντες ἀπώλοντο. Καὶ τὸ μὲν τοιοῦτον ἐγένετο, ἐπὶ ἔτη εἴκοσι κρίναντι τὸν τῶν Ἑβραίων λαόν.

ΚΕ'. Οὐκέτι δὲ Κριταὶ ἦγον τὸν Ἰσραήλ, ἀλλ' ὁ ἀρχιερεὺς Ἠλεὶ προέστη αὐτῶν, ἐφ' οὗ λιμὸς γέγονε. Καί τις ἀνὴρ ἐκ Βηθλεέμ, Ἀβιμέλεχ καλούμενος, σὺν τῇ γυναικὶ, καὶ δύο υἱοῖς διὰ τὸν λιμὸν εἰς τὴν Μωαβῖτιν μεταναστεύει. Ἄγεται οὖν τοῖς υἱοῖς γαμετὰς Μωαβίτιδας. Ἕνδεκα μέντοι ἐνιαυτοῖς, ὅ τε Ἀβιμέλεχ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ τεθνήκασι. Καὶ κατελείφθησαν χῆραι, ἥ τε Νοεμὶν ἡ συνοικοῦσα τῷ Ἀβιμέλεχ, καὶ αἱ γυναῖκες ἄμφω τῶν παίδων αὐτοῦ, Ὀρφά τε καὶ Ῥούθ. Ἡ Νοεμὶν δὲ εἰς τὴν πατρίδα ὑπέστρεφε. Τῶν δέ γε νυμφῶν αὐτῆς ἡ μὲν Ὀρφὰ παρακληθεῖσα τῆς πενθερᾶς, ἔμεινε παρὰ Μωαβίταις. Ἡ δὲ Ῥοὺθ σὺν τῇ Νοεμὶν ἀπελήλυθε· καὶ ἤδη παραγενομένας εἰς Βηθλεὲμ, ξενίζει Βοὸζ, Ἀβιμέλεχ ὢν συγγενής. Προσαγορευομένη δὲ παρὰ τῶν πολιτῶν ἐξ ὀνόματος ἡ γυνή· *Μή με Νοεμὶν* (ἔλεγεν) *ἀλλὰ Μάραν καλεῖτε* (Νοεμὶν δὲ *εὐτυχίαν* δηλοῖ· Μάραν δὲ, *ὀδύνην*, καὶ πικρασμόν)· *πλήρης γὰρ πορευθεῖσα, κενὴ ὑπενόστησα*. Ἀμητοῦ δὲ ὄντος, ἐξῄει κατὰ γνώμην τῆς πενθερᾶς καλαμησομένη ἡ Ῥούθ, εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ Βοόζ. Ὁ δὲ τὴν κόρην ἰδὼν, καὶ μαθὼν τίς ἐστιν, θερίζειν ὃ δύναιτο καὶ ἔχειν ἐπέτρεψεν, ἄριστόν τε παρέχειν αὐτῇ τῷ ἀγροκόμῳ ἐπέταξεν. Ἡ δὲ καὶ ἄλφιτα παρ' αὐτοῦ λαβοῦσα, τῇ πενθερᾷ συνετήρησε. Καὶ ἀπῆλθεν ὀψὲ κομίζουσα καὶ τὰς κριθὰς, ἃς συνέλεξε. Καὶ τὰ παρὰ τοῦ Βοὸζ αὐτῇ διηγήσατο. Καὶ αὖθις ἀπῄει σὺν ταῖς θεραπαινίσι Βοόζ. Ἡ Νοεμὶν δὲ συγκατακλίνειν αὐτῷ τὴν Ῥοὺθ ἐβουλεύσατο. Καὶ πέμπει τὴν νύμφην, ὑποθεμένη παρὰ τοῖς ποσὶ τοῦ ἀνδρὸς ὑπνώττοντος ἐν τῇ ἅλωνι, πεσοῦσαν ὑπνῶσαι. Καὶ ἡ μὲν οὕτω πεποίηκεν. Αἰσθόμενος δ' ὁ Βοὸζ περὶ μέσην νύκτα, ἤρετο τίς ἐστι. Καὶ μαθὼν, τότε μὲν ἡσύχασεν· ἕωθεν δ' ἐξεγείρας τὴν Ῥούθ, πορεύεσθαι πρὸς τὴν πενθερὰν ἐνετείλατο. Αὐτὸς δὲ, *Τὸν ἐγγύτερον ἐμοῦ ἀγχιστεύοντά σοι ἐρήσομαι· καὶ εἰ μὲν ἐκεῖνος ἄγεσθαί σε βούλεται, ἀπελεύσῃ πρὸς τὸν ἄνδρα· παραιτουμένου δὲ, νομίμως συνοικήσεις ἐμοί*. Ἀπῆλθεν οὖν ἡ γυνὴ, καὶ δεδήλωκε πάντα τῇ Νοεμίν. Ὁ δέ γε Βοὸζ παρὰ τῇ γερουσίᾳ τήν τε Ῥοὺθ καὶ τὸν συγγενῆ συνεκάλεσε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· *Ἀβιμέλεχ τοῦ συγγενοῦς ἡμῶν, καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ κατέχεις κλῆρον;* Συνθεμένου δ' ἔχειν ἐκείνου, κατὰ τοὺς νόμους δι' ἀγχιστείαν· *Οὐκοῦν οὐχ ἐξ ἡμισείας*, ἔφη, *τῶν νόμων μεμνῆσθαι δεῖν, ἐπὶ πᾶσι δὲ ποιεῖν κατ' αὐτοὺς λοιπὸν, καὶ τὸ τοῦ Μαλλὼν γύναιον υἱοῦ Ἀβιμέλεχ γῆμαί σε χρὴ, ἵνα ἀναστήσῃς σπέρμα τῷ συγγενεῖ.* Ὁ δὲ παρῃτήσατο, καὶ τοῦ κλήρου καὶ τῆς γυναικὸς παραχωρήσας αὐτῷ. Κατὰ γοῦν τὸν νόμον ἐνώπιον τῆς γερουσίας, ἡ Ῥοὺθ ὑπελύσατο καὶ τὸ ὑπόδημα τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, καὶ ἔπτυσεν αὐτοῦ εἰς τὸ πρόσωπον. Καὶ οὕτως αὐτὴν ἠγάγετο ὁ Βοὸζ, καὶ ἔτεκεν ἐξ αὐτῆς τὸν Ὠβήδ. Ἑλληνιστὶ δ' ἑρμηνεύεται, *δουλεύων*. Ἐξ Ὠβὴδ δὲ γίνεται Ἰεσσαὶ, καὶ ἐκ τούτου Δαβὶδ, ὃς τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ἐβασί-

A XXV. Post Sampsonem non amplius Judices populo præfuerunt, sed Elei pontifex: sub quo fame ingravescente, vir quidam Bethleemiticus, Abimelechus nomine, cum uxore et duobus filiis in Moabitidem transmigrat. Ibi filiis Moabiticas uxores despondet, et intra decem annos una cum filiis moritur, relicta vidua uxore Noemide, duabusque nuribus Orpha et Rutha Noemis patriam repetit, ac Orpha nuruum altera monitu socrus apud Moabitas manet. Rutha cum Noemide proficiscitur. Bethleemæ Boozus Abimelechi cognatus eas hospitio excipit. Ibi mulier a civibus suo compellata nomine: *Ne me*, inquit, *Noemin, sed Maram appellate* (significat autem Noemis *felicitatem*, Mara *dolorem* et *acerbitatem*); B *nam cum plena discesserim, vacua sum reversa.* Tempore messis Rutha, de socrus sententia ad spicilegium in Boozi agrum egreditur. Ille agnita puella, permittit, ut quod posset, meteret et auferret, ac prandium ei præberi jubet a villico. Illa de cibo etiam quem acceperat, aliquid socrui conservat, et vesperi hordeum quod collegerat, domum ferens, ut a Boozo tractata esset, refert, ac cum Boozi ancillis denuo egreditur. Ibi Noemis consilium despondendæ Boozo Ruthæ capit, ac nurum ablegat, monitam ut ad pedes Boozi in area dormientis procumbens, somnum caperet. Obtemperat illa. Quod Boozus cum sub mediam noctem sensisset, quæ esset rogat; re cognita tum quidem quiescit; mane autem excitatam Rutham ad so- C crum ire jubet: *Ipse*, inquit, *interrogabo eum, qui est tibi sanguine propior: qui si te ducere voluerit, ad illum te conferes: sin recusarit, legitima mihi conjux eris.* Abit mulier, Noemidi exponit omnia. Boozus Rutham et cognatum ejus ad senatum accersit, eique dicit: *Abimelechi cognati nostri et filiorum ejus hæreditatem tenes?* Affirmante illo, tenere se ob propinquitatem ex lege: *Non ergo*, inquit, *ex semisse observandæ* **56** *sunt leges, sed in omnibus rebus illis obtemperandum? Restat igitur ut Mallonis Abimelechi filii uxorem ducas, et cognato semen excites.* Recusat ille, ac Boozo tam hæreditate quam muliere cedit. Rutha, ut lege jubebatur, soluto viri illius calceo, in faciem ejus exspuit, itaque Boozo nubit, et filiolum ei parit D Obedum (*servientem* id nomen significat). Obedo nascitur Jessæus, eoque David, qui regnum Israelitarum obtinuit, et filiis suis imperium reliquit, ad genus primum et vicesimum propagatum. Elio autem, qui, ut diximus, populum gubernabat, duo fuere filii, homines nefarii, et omni genere scelerum cooperti, Ophnis et Phinees: neque paternis monitis quidquam movebantur. Horum iniquitati iratus Deus, per Samuelem puerum adhuc, Elio significat clades ipsi liberisque et domui ejus imminentes. Erat autem Samuel viri Levitæ Helcanæ filius, qui duas habebat uxores, Annam et

Phenannam : quarum hæc liberos ex Helcana susceperat, Anna non pepererat. Viro Silonem cum uxoribus profecto, cum peractis sacris, convivii tempus adesset, ac Phenennæ liberi assiderent : Anna orbitatem suam deplorat, et propere tabernaculum Domini ingressa, Deum orat ut liberos sibi det, primogenitum se Deo consecraturam vovet. Dum precibus immoratur, Elius pro tabernaculo sedens, ebriam ratus, eam discedere jubet. At illa : *Neque vinum*, inquit, *bibi*, *domine*, *neque aliud quidquam quod inebriet : sed dolore orbitatis contabesco*. Tum sacerdos : *Abi*, inquit, *ac Deus te voti compotem reddat*. Domum reversa cum marito, concipit, et Samuelem parit, quem Deoptatum possis dicere. Puerum jam grandiusculum ex voto ad Elium ducit, Deo educandum, alentem comam, in æde vitam degentem, et aquæ potu utentem. Is duodecim natus annos, vaticinatur. Et quodam tempore dormiens, nominatim a Deo vocatus, ad pontificem accedit quasi ab eo vocatus esset ; idque ter contigit. Tum Elius intelligens divinam esse vocationem, Samuelem jubet, si iterum vocetur dicere : *En adsum, Domine*. Cum ita fecisset puer, ait ei is qui vocarat, magnam cladem Israelitis imminere, Elii filios una perituros,
57 et sacerdotium in Eleazari familiam transiturum. Ea verba cum sacerdoti Samuel referre nollet, tandem jurejurando adactus, omnia quemadmodum audierat, recenset.

A λυσε, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ κατέλιπε τὴν αρχην, ἐπὶ εἴκοσι γενεὰς πρὸς μιᾷ διαρκέσασαν. Ἠλεὶ δὲ τοῦ ἀρχιερέως, ὡς ἤδη ἱστόρηται, τὸν λαὸν ἄγοντος, οἱ δύο υἱοὶ αὐτοῦ Ὀφνὶ καὶ Φινεὲς ὑπῆρχον λοιμοὶ, παρανομοῦντες ἐν ἅπασι, καὶ παροινοῦντος τοῦ πατρὸς αὐτοῖς μὴ ἐπιστρεφόμενοι. Ὁ δὲ Θεὸς ὀργισθεὶς διὰ τὰς ἐκείνων παρανομίας, διὰ τοῦ Σαμουὴλ ἔτι παιδὸς ὄντος δεδήλωκε τῷ Ἠλεὶ, ἅπερ αὐτός τε καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ πεισόνται. Σαμουὴλ δὲ Ἐλκανᾶ Λευΐτου ἀνδρὸς ἐτύγχανε παῖς· ᾧ συνῴκουν διτταὶ γαμεταὶ, ὧν τῇ μὲν Ἄννα, τῇ δὲ Φενάννα ἦν τὰ ὀνόματα. Καὶ τῇ μὲν παῖδες ἦσαν ἐξ Ἐλκανᾶ, ἡ δὲ Ἄννα ἠμοίρει γονῆς. Ἀφικομένου δὲ τοῦ ἀνδρὸς μετὰ τῶν γυναικῶν ἀμφοῖν εἰς Σηλὼν, καὶ θύσαντος, ἐπεὶ καιρὸς ἦν εὐωχίας, καὶ τῇ Φενάννᾳ οἱ παῖδες B αὐτῆς συνεκάθηντο· ὅτι ἡ Ἄννα μεμόνωτο, ἑαυτὴν ἀπεκλαίετο, καὶ εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ Θεοῦ δραμοῦσα, ἐδέετο τοῦ Κυρίου γονὴν αὐτῇ παρασχεῖν, εὐξαμένη καθιερώσειν Θεῷ τὸ πρωτότοκον. Χρονιζούσης δὲ ἐν ταῖς εὐχαῖς, πρὸ τῆς σκηνῆς Ἠλεὶ καθεζόμενος, ὡς μεθύουσαν αὐτὴν ἐλογίσατό τε καὶ ἀπεπέμπετο. Ἡ δὲ, *Οὐκ οἶνον*, ἔφη, *πέπωκα*, *οὐδὲ μέθυσμα*, *κύριε· ἀλλὰ κατώδυνος οὖσα δι' ἀπαιδίαν*, *ἐκτέτηκα*. Καὶ ὁ ἱερεὺς, *Πορεύου*, εἶπεν αὐτῇ, *καὶ δῴη σοι τὸ αἴτημα ὁ Θεός*. Ὑποστρέψασα δὲ σὺν τῷ ἀνδρὶ οἴκαδε, συλλαμβάνει, καὶ τίκτει τὸν Σαμουὴλ, θεαίτητον ἄν τις εἴποι. Ἀδρυνθέντος δὲ τοῦ παιδὸς προσάγει αὐτὸν τῷ Ἠλεὶ κατὰ τὴν εὐχὴν αὐτῆς τῷ Θεῷ τραφησόμενον, κόμην τε τρέφοντα, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ διαιτώμενον, καὶ ὕδατι κεχρημένον εἰς πόσιν. Ἤδη δὲ δωδεκαέτης γενόμενος, προεφήτευσε. Καί ποτε κοιμώμενον αὐτὸν, ἐξ ὀνόματος ἐκάλεσεν ὁ Θεός. Ὁ δὲ τῷ ἀρχιερεῖ προσεληλύθει, ὡς ὑπ' ἐκείνου τάχα καλούμενος. Καὶ τοῦτο τρισσάκις ἐγένετο. Ἠλεὶ δὲ συνεὶς θεόθεν εἶναι τὴν κλῆσιν, ἔφη τῷ Σαμουήλ· Εἰ ἔτι κληθῇς, εἰπὲ *Ἰδοὺ, ἐγὼ, Κύρις*. Οὕτω δὲ ποιήσαντος τοῦ παιδὸς, ἔφη αὐτῷ ὁ καλῶν, συμφορὰν ἔσεσθαι τοῖς Ἰσραηλίταις βαρεῖαν, καὶ τοὺς Ἠλεὶ παῖδας ἅμα τεθνήξεσθαι, καὶ τὴν ἱερωσύνην εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἐλεάζαρ μεταπεσεῖν. Οὐκ ἤθελε δὲ τοὺς λόγους ὁ Σαμουὴλ ἐκφῆναι τῷ ἱερεῖ. Ὅρκοις δ' ἐκβιασθεὶς, ἀπήγγειλε πάντα καθάπερ ἀκήκοεν.

XXVI. Dehinc Palæstini bellum Israelitis inferentes, pugna superiores evadunt. Populus arcam subsidio ferri postulat. Missa illa cum Elii filiis, redintegratur prælium, funduntur Hebræi, ad triginta millia cadunt, inter quos et filii pontificis, arca item in hostium potestatem venit. Elius pontifex, qui in sublimi sellà sederet, strage exercitus, et cæde filiorum, arcæque captivitate cognita, præ mœrore de sella delapsus moritur, annos nonaginta natus, cum quadraginta populo præfuisset. Alienigenæ arcam in urbem Azotum perlatam, Dagoni (sic deum suum appellabant) consecrant. Mane in Dagonis ædem ingressi, simulacrum ante arcam humi projectum repererunt, idque sublatum in suam basim restituunt. Ut autem hoc sæpius factum deprehendunt, et statuam quoties erexissent, toties ante arcam adorantis specie projectam reperissent, obstupescunt, dubitantes quid rei esset. Ex hoc Azotiorum urbem et agrum lues invadit : nam et homines circa sedem laborare (dysenteriam fuisse ait Josephus) et mori complures cives et mures e terra exorti agrum omnem vastare. Sero demum arcam sibi malorum esse cau

C ΚϚʹ. Ἐντεῦθεν Παλαιστινοὶ κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐκστρατεύουσι, καὶ ἦσαν τῇ μάχῃ ἐπικρατέστεροι. Ὁ δὲ λαὸς κομισθῆναι τὴν Κιβωτὸν αἰτοῦσιν εἰς ἀρωγήν. Πεμφθείσης δ' ἐκεῖσε τῆς κιβωτοῦ συν τοῖς υἱοῖς τοῦ Ἠλεὶ, συγκεκρότητο μάχη, καὶ ἥττηντο οἱ Ἑβραῖοι. Ἔπεσον δὲ ὡσεὶ τρισμύριοι, καὶ οἱ τοῦ ἀρχιερέως υἱοὶ, καὶ ἡ κίβωτος ἐλήφθη τοῖς πολεμίοις. Ἠλεὶ δὲ ὁ ἀρχιερεὺς ἐφ' ὑψηλοῦ καθῆστο δίφρου, καὶ μαθὼν τὰ τῆς μάχης, καὶ τὴν σφαγὴν τῶν υἱῶν, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῆς κιβωτοῦ, περιαλγήσας, ἐξέπεσε τοῦ θρόνου, καὶ τέθνηκεν, ἐνενηκοντούτης γενόμενος, τεσσαράκοντα δὲ τούτων ἐνιαυτοὺς τοῦ Ἰσραὴλ ἡγησάμενος. Οἱ δὲ ἀλλόφυλοι εἰς Ἄζωτον πόλιν ἀπαγαγόντες τὴν κιβωτὸν, τῷ Δαγὼν (οὕτω γὰρ τὸν ἑαυτῶν ἐκάλουν Θεὸν) ἀνέθεντο. Ἕωθεν δὲ D εἰς τὸν οἶκον Δαγὼν εἰσελθόντες, εὗρον κείμενον τὸ ξόανον ἐνώπιον τῆς κιβωτοῦ ἐπὶ γῆς. Καὶ ἀναστήσαντες αὐτὸ, ἐπὶ τῆς προτέρας ἔστησαν βάσεως. Ὡς δὲ συχνάκις εὗρον τοῦτο γινόμενον, καὶ πολλάκις τὸ εἴδωλον ἀνορθώσαντες, τοσαυτάκις κείμενον κατελάμβανον ἐν σχήματι προσκυνοῦντος τὴν κιβωτὸν, ἐθαμβοῦντο καὶ διηπόρουν. Ἔπειτα δ' ἐνέσκηψε τῇ τῶν Ἀζωτίων πόλει καὶ τῇ χώρᾳ φθορά. Νόσος μὲν

τοῖς ἀνθρώποις περὶ τὰς ἕδρας ἦν, δυσεντερίαν φησὶν ὁ Ἰώσηπος, καὶ ἔθνησκον συχνοὶ ἐξ αὐτῆς. Μύες δὲ τῆς γῆς ἀναδοθέντες, τὴν χώραν ἅπασαν ἐκράϊζον. Ὀψὲ δὲ συνῆκαν τὴν κιβωτὸν αἰτίαν αὐτοῖς εἶναι τῶν παθῶν οἱ Ἀζώτιοι, καὶ πέμπουσιν αὐτὴν εἰς Ἀσκάλωνα, καὶ ἔπασχον κἀκεῖνοι τὰ ὅμοια. Καὶ οὕτω πέντε τῶν Παλαιστινῶν ἀμείβει πόλεις ἡ κιβωτὸς, καὶ πάσαις εἰς κάκωσιν γέγονεν. Συνῆλθον οὖν οἱ τῶν κακουμένων πέντε πόλεων ἄρχοντες, Γήτης, καὶ Ἀκκαρῶν, Ἀσκάλωνός τε καὶ Γάζης, καὶ Ἀζώτου. Καὶ οἱ μὲν ἄλλα περὶ τῆς κιβωτοῦ, οἱ δ' ἕτερα συνεβούλευον. Καὶ τέλος ἔδοξε πᾶσιν, ἕδρας πέντε χρυσᾶς, καὶ μύας τοσούτους χρυσοῦς ποιῆσαι, καὶ θέσθαι ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ, ἅμαξάν τε καινουργῆσαι. καὶ βόας πρωτοτοκούσας τῇ ἁμάξῃ ὑπαγαγεῖν, τοὺς δὲ μόσχους αὐτῶν κατασχεῖν. Καὶ ἐπιθεῖναι τῇ ἁμάξῃ τὴν κιβωτὸν, τὰς βόας δ' ἀπαγαγόντας ἐπὶ τριόδου καταλιπεῖν, ἵν' ἐπ' αὐταῖς εἴη ἀπιέναι καθ' ἣν ὁρμήσουσι. Καὶ εἰ μὲν εὐθὺ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀπελεύσονται, διὰ τὴν κιβωτὸν οἴεσθαι σφίσιν ἐπάγεσθαι τὰ κακὰ, καὶ μὴ κωλύειν τὴν εἰς ἐκείνους πορείαν. Εἰ δ' ἀλλοσέ πη ἀπίοιεν, ἐπιστρέψαι αὖθις τὰς βόας τε καὶ τὴν ἅμαξαν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς. Ἐπιτελέσαντες τοίνυν τὰ δόξαντα, ἀφῆκαν τὰς βόας, μήκοθεν ἑπόμενοι καὶ αὐτοὶ ἵν' ὁρῷεν τὸ ἐκβησόμενον. Αἱ δὲ κατ' εὐθὺ τῶν Ἑβραίων ἀπῄεσαν, καὶ οὐ πρότερον ἔστησαν πρὶν εἰς μέγα πεδίον ἐν Βεθσαμοῖς κατηντήκασιν. Ὡς δ' εἶδον οἱ τῆς κώμης ἐκείνης ἄνδρες τὴν κιβωτὸν, ὡρμήκασιν ἐπ' αὐτήν· καὶ καθελόντες ἐκ τῆς ἁμάξης αὐτὴν, ἔθυσαν τὰς βόας, καὶ τοῖς ξύλοις οἷς ἡ ἅμαξα εἰργαστο, αὐτὰς ὡλοκαύτωσαν. Ὅπερ ἰδόντες οἱ Παλαιστινοὶ, ὑπενόστησαν. Τοὺς δ' ἁψαμένους τῆς κιβωτοῦ, μὴ ὄντας ἱερεῖς, ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς ἐθανάτωσεν. Οἱ δέ γε λοιποὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἑβραίων ἐγνώρισαν τὰ περὶ τῆς κιβωτοῦ· κἀκεῖνοι λαβόντες αὐτὴν, ἀπάγουσιν εἰς Καριαθιαρεὶμ, καὶ εἰς οἰκίαν Ἀμιναδὰβ (ἐκ τῆς Λευϊτικῆς οὗτος φυλῆς) κατατίθενται. Καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ ἔτη εἴκοσι, παρὰ δὲ τοῖς ἀλλοφύλοις μῆνας τέσσαρας. Σαμουὴλ δὲ ὁ προφήτης μέγα ἤδη σχὼν ὄνομα, καὶ δόξης ἥκων ἐπὶ πολὺ, συναγαγὼν τὸν λαὸν περὶ ἐλευθερίας αὐτῷ διελέχθη, καὶ ἔπεισε ταύτης ἀντιποιήσασθαι. Ὃ μαθόντες οἱ Παλαιστινοὶ, ἀπροσδοκήτως τοῖς Ἑβραίοις ἐπίασι. Καὶ κατεπτόησαν αὐτοὺς, ὡς τῷ Σαμουὴλ προσδραμεῖν λέγοντας, ἀπεγνῶσθαι τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς, εἰ μὴ αὐτὸς σφίσι τὴν ἐκ τοῦ θείου ἐπικουρίαν αἰτήσεται. Καὶ ὃς θαῤῥεῖν παρεγγυᾷ, καὶ τὸν Θεὸν ἐπαρῆξαι διαβεβαιοῦται αὐτοῖς· καὶ θύσας ἄρνα, ἐδέετο τοῦ Θεοῦ. Μήπω δὲ τὴν θυσίαν τῆς ἱερᾶς δαπανησάσης φλογὸς, προβάλλουσι τοῖς Ἑβραίοις οἱ ἀντιπόλεμοι, ῥᾷον αὐτῶν κρατήσειν ὡς ἀόπλων οἰόμενοι. Σεισμῷ δὲ τῆς γῆς κλονηθείσης ὑπὸ Θεοῦ, καταῤῥαγεισῶν τε βροντῶν, καὶ ἐξαφθεισῶν ἀστραπῶν, εἰς δειλίαν ἐνέπεσον οἱ πολέμιοι, καὶ ἐτράπησαν εἰς φυγήν. Κατεδίωξε δὲ Σαμουὴλ καὶ τὸ πλῆθος ὀπίσω αὐτῶν, καὶ πολλοὺς διεφθάρκασι, καὶ οὐκέτι μετὰ τὴν πληγὴν ταύτην ἐπὶ τοὺς Ἰσραηλίτας ἐστράτευσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν χώραν ἥνπερ ἀφείλοντο, ἐπανεσώσατο αὖθις τοῖς Ἑβραίοις ὁ Σαμουήλ. Ἔκρινε δὲ τὸν λαὸν, καὶ ἦρχεν αὐτῆς.

A sam Azotii intelligentes, Ascalonem mittunt: iis etiam eadem accidunt. Sic quinque Palæstinorum urbes arca pervagata, omnibus calamitosa exstitit. Itaque magistratus quinque urbium iis malis conflictantium congressi, videlicet Getæ, Accaronis, Ascalonis, Gazæ et Azoti, aliis aliud de arca censentibus, tandem decrevere omnes, sedes quinque aureas, totidemque mures item aureos arcæ imponere, et novum fabricare currum, et vaccas quæ primum peperissent currui jungere, sed earum vitulos retinere, ac currui arca imposita, boves in trivium abductas relinquere, ut quorsum impetus tulerit eant. Quæ si versus Israelitas abeant, ob arcam mala illa se perpeti statuendum, neque prohibendum quominus illo eant: sin alio se converterint, B reducendas boves et currum, et quæ in **58** eo sint. His, ut decretum fuerat, peractis, dimisere boves, eminus ipsi sequentes, ut eventum viderent. At illæ recta versus Hebræos ire, neque subsistere prius, quam in magnum campum Bethsames pervenissent. Ut autem pagi illius viri arcam viderunt, accurrunt, de curru tollunt, boves immolant: et lignis e quibus currus confectus erat, cremant. Quo Palæstini viso, retro abierunt. Deus autem iis qui arcam attigerant, cum profani essent, iratus, necem attulit. Reliqui commune Hebræorum de arca recepta certiores reddunt. Illi eam Cariathiarim abducunt, et in Aminadabi Leviticæ tribus hominis ædibus collocant, ubi annis C viginti mansit, cum apud alienigenas quatuor menses fuisset. At Samuel propheta jam celebris, et magna præditus auctoritate, populo convocato, de vindicanda libertate disserit ac persuadet. Quo Palæstini cognito, inopinata aggressione Israelitas perterrefaciunt; qui ad Samuelem confugientes, de salute sua esse actum aiunt, nisi ipse numinis opem exorarit. Ille bonis animis esse jubet, et Dei auxilium pollicetur, agnoque immolato, Deum orat. Nondum flamma victimam consumpserat, cum hostes impetum in Hebræos faciunt, facilius eos inermes superari posse rati. Sed et terra divinitus concussa, et tonitribus erumpentibus, et fulguribus emicantibus perterriti, in fugam vertuntur. Fugientibus Samuel cum populo instat, ac multos cædit. D Post eam cladem non amplius Israelitas invasere: sed et terram quam Hebræis ademerant, Samuel recepit. Ita is populo jus dicebat, et imperabat.

ΚΖ'. Ἤδη δὲ γεγηρακὼς, τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ τὴν τοῦ λαοῦ προστασίαν καὶ τὸ δικάζειν διένειμεν· ὄνομα τῷ πρεσβυτέρῳ Ἰωήλ· τῷ νεωτέρῳ δὲ, Ἀβιά. Οἱ οὐκ ἐπορεύθησαν ἐν ταῖς ὁδοῖς τοῦ πατρὸς αὐτῶν, ἀλλ' ἐκκλίναντες, δώρων τὸ δίκαιον προεδίδοσαν.

XXVII. Verum jam senex populi gubernandi munus ac juris dicundi provinciam filiis distribuit, quorum majori Joelis, minori Abiæ nomen erat: qui morem patris non secuti, ad largitionum corruptelas deflexerunt, et ius atque æquum venale

habuerunt. Hæc populus ægre ferens, ad Samuelem confluit, et : *Quoniam tu*, inquit, *per ætatem nobis præesse non potes, regem creato, qui et gentem gubernet, et adversarios nostros oppugnet.* Ea re cum Samuel tristaretur, dicit eis Deus : *Non te pro nihilo habuit populus, sed me*; *quem vero tibi monstraro, eum regem ungito.* **59** Hebræis igitur convocatis, Samuel proponit, se electurum eis esse regem, prædicens fore ut pœniteret eos, ac liberationem a regibus Deum oraturos. Illi instant, regem flagitantes, de rebus futuris securum esse jubent. Tum Samuel : *Abite nunc*, inquit, *ubi cognovero, quem vobis Deus dederit, accersam vos.* Accidit autem, ut Benjamita quidam, nomine Cis, Saulem filium, hominem statura et forma excellenti, cum servo ad asinarum quas amiserat inquisitionem mitteret. Quas ille cum passim quæsivisset, nec invenisset, Samuelem de asinabus interrogaturus, Armathaim venit. Ibi Deus Samueli revelat, eum esse quem populo Hebræorum imperare velit. De asinabus igitur rogatus, incolumes esse respondet : et Saulem hospitio exceptum mane prosequitur. Urbem egressus, cum adolescentem seduxisset, oleo caput ejus perfundit, ac deosculatus : *Unxit te Deus*, inquit, *regem populi sui, cujus unctionis illud tibi signum erit, quod circa Rachelis sepulcrum duo tibi viri occurrent, asinas repertas gratulaturi.* Adjicit et alia signa confirmandæ veritatis ergo, atque inter cætera, ubi Gabatam venerit, cum illius loci prophetis vaticinaturum. Mandat etiam, cum a se accersatur, ut Galgala veniat. Post coacto populo sortem mittere tribus jussit, ut constaret, cujus futurus esset rex. Cecidit autem sors in Benjamiticam, deinde in gentem Battarim : quæ cum viritim sortiretur, Sauli sors obvenit. Quæritur ille, nec invenitur. Samuel divinitus monstratis ejus latebris, adductum in medio statuit. Erat autem proceræ staturæ, et humeris eminebat supra omnes. Tum ad populum Propheta : *Hunc*, inquit, *regem vobis unxit Dominus, cujus inter vos omnes non est similis.* Populus gratulabundus acclamat : *Vivat rex.* Saulem ita regno potitum, multi observabant ut regem, et ut par erat honorabant. Multi etiam spernebant et irridebant. Post mensem Naas Ammanitarum rex Jaben Galaaditicæ obsidet, non alia conditione se viris parcere velle dicens, nisi dextrum oculum sibi quisque eruendum traderet. Illi septem dierum inducias petunt : iis impetratis, nuntios in Galaaditicam **60** mittunt. Auditis Ammanitæ verbis, populus luget : Saul vero ingenti ira percitus, duos boves membratim concisos in omnes fines Israelitarum mittit, comminatus, eodem modo se tractaturum eos, qui ad propulsandos Ammanitas non adessent. Concursu populi facto, numeroque inito, inventa sunt virorum septingenta millia : et Saul numine afflatus prædicit, Jabinos postridie fore salvos. Totamque noctem cum exercitu profectus, circa primam vigiliam ad Ammanitas per-

A καὶ λήμμασι τὰς κρίσεις ἐδίκαζον. Ὁ δὲ λαὸς διὰ ταῦτα πρὸς Σαμουὴλ ἀθροισθεὶς, *Ἐπεὶ μὴ οἷός τε σὺ*, ἔφησαν, *προεστάναι ἡμῶν διὰ γῆρας, ποίησον ἡμῖν βασιλέα, ὃς καὶ τοῦ ἔθνους ἡγήσεται, καὶ τοῖς ἐναντίοις ἀντιστρατεύσεται.* Λυπουμένου δ' ἐπὶ τούτοις τοῦ Σαμουὴλ, εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός· *Οὔ σε ἐξουθενήκασιν ὁ λαὸς, ἀλλ' ἐμέ· ἄκουσον τοίνυν αὐτῶν, καὶ ὃν ἀναδείξω σοὶ, εἰς βασιλέα χρῖσον αὐτοῖς.* Συναθροίσας δὲ τοὺς Ἑβραίους ὁ Σαμουὴλ, κατέθετο χειροτονήσειν αὐτοῖς βασιλέα. Μεταμελήσειν δὲ προέφη αὐτοῖς, καὶ αἰτεῖσθαι μέλλειν παρὰ Θεοῦ τῶν βασιλέων ἀπαλλαγήν. Οἱ δὲ ἐνέκειντο βασιλέα ζητοῦντες, καὶ ἠξίουν αὐτὸν, μὴ φροντίζειν τῶν ἐσομένων. Ὁ δὲ Προφήτης, *Ἄπιτε νῦν*, εἶπεν, *ὅταν δὲ μάθω*
B *τίνα δίδωσιν ἡμῖν ὁ Θεὸς βασιλέα, μεταπέμψομαι ὑμᾶς.* Ἀνὴρ δέ τις Βενιαμίτης (Κεὶς ὄνομα τῷ ἀνδρὶ) ὄνους ἀπολέσας, τὸν υἱὸν, ὃς ἦν αὐτῷ μέγας τε καὶ ὡραῖος, κεκλημένος Σαοὺλ, εἰς ἀναζήτησιν τῶν ὄνων σὺν ἑνὶ τῶν δούλων ἀπέστειλεν. Ὁ δὲ περιελθὼν, καὶ ζητήσας, καὶ μὴ εὑρὼν, εἰς Ἀρμαθαῒμ πρὸς τὸν Σαμουὴλ παραγέγονεν, ἐρωτήσων περὶ τῶν ὄνων. Δηλοῖ τοίνυν τῷ Σαμουὴλ ὁ Θεὸς, τοῦτον εἶναι ὃν βούλεται βασιλεῦσαι τοῦ λαοῦ τῶν Ἑβραίων. Ἐρωτηθεὶς οὖν περὶ τῶν ὄνων ὁ Σαμουὴλ, σεσῶσθαι εἶπεν αὐτάς. Καὶ ξενίσας τὸν Σαοὺλ, προέπεμψεν ἕωθεν. Καὶ ἔξω τοῦ ἄστεος σὺν αὐτῷ πορευθεὶς, μόνον τε ἰδίᾳ τὸν νεανίαν ἀπολαβὼν, ἔλαιον καταχέει τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς. Καὶ
C φιλήσας αὐτὸν, *Κέχρικέ σε Κύριος ἄρχοντα*, ἔφη, *ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἔστω σημεῖον τοῦ χρίσματος, τὸ συναντῆσαι σοι περὶ τὸν τάφον Ῥαχὴλ, ἄνδρας δύο τὴν εὕρεσιν τῶν ὄνων εὐαγγελιζομένους σοι.* Καὶ ἄλλα δὲ σημεῖα τοῦ ἀληθεύειν εἶπεν αὐτῷ, καὶ ὅτι προφητεύσει ἐν Γαβαθᾷ γεγονὼς μετὰ τῶν ἐκεῖ προφητῶν. Καὶ ἥξειν εἰς Γάλγαλα αὐτῷ ἐνετείλατο, ἡνίκα μεταπεμφθῇ παρ' αὐτοῦ. Συνήθροισε δ' ἔπειτα τὸν λαὸν, καὶ κλήρους βαλεῖν ἐκέλευσε τὰς φυλὰς, ἵν' ἀναδειχθείη ἐκ ποίας ὁ βασιλεύσων ἔσεται. Ἔπεσεν οὖν ὁ κλῆρος εἰς τὴν Βενιαμίτιδα, εἶτα εἰς τὴν πατριὰν Βατταρί. Κατ' ἄνδρα δὲ τῆς πατριᾶς κληρωθείσης, εἰς τὸν Σαοὺλ ὁ κλῆρος ἐξέπεσεν. Ὡς δὲ ζητούμενος οὐχ ἦν, μυεῖται ὁ Σαμουὴλ παρὰ τοῦ Θεοῦ ὅπου
D ἐκέκρυπτο· καὶ ἀχθέντα, ἔστησε μέσον. Καὶ ἦν ὑπερωμίας, καὶ πάντων ὑπερέχων κατὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ σώματος. Καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἔφησεν ὁ προφήτης, *Τοῦτον ἔχρισεν ὑμῖν εἰς βασιλέα ὁ Κύριος, ᾧ οὐκ ἔστιν ὅμοιος ἐν πᾶσιν ὑμῖν·* ὁ δὲ λαὸς ἐπευφήμησε, καὶ εἶπεν· *Ζήτω ὁ βασιλεύς.* Οὕτω δὲ τῷ Σαοὺλ βασιλεύσαντι, πολλοὶ μὲν προσεῖχον ὡς βασιλεῖ, καὶ κατὰ τὸ προσῆκον ἐτίμων αὐτὸν, πολλοὶ δὲ κατεφρόνουν τε καὶ ἐχλεύαζον. Μετὰ δὲ μῆνα, Νάας ὁ τῶν Ἀμμανιτῶν βασιλεὺς, στρατεύει ἐπὶ Ἰαβεὶς Γαλαὰδ, μὴ ἄλλως λέγων φείσασθαι τῶν ἀνδρῶν, εἰ μὴ δῶσιν αὐτῷ τὸν ἑκάστου ἐξελεῖν δεξιὸν ὀφθαλμόν. Οἱ δὲ ἀνοχὴν ἐζήτησαν ἑπτὰ ἡμερῶν· καὶ λαβόντες, πέμπουσιν ἀγγέλους εἰς Γαλαάδ. Καὶ ἀκούσαντες οἱ ἐκεῖ τοὺς λόγους τοῦ

Ἀμμανίτου, ἐθρήνησαν. Ὁ δὲ Σαοὺλ ἐθυμώθη A σφόδρα· καὶ λαβὼν δύο βόας, ἐμέλισεν αὐτούς, καὶ ἀπέστειλεν εἰς πᾶν ὅριον Ἰσραήλ, ἀπειλῶν οὕτω θήσειν τοὺς μὴ κατὰ τῶν Ἀμμανιτῶν συνεκστρατεύσαντας αὐτῷ. Συνδραμόντος δὲ τοῦ λαοῦ, ἠρίθμησεν αὐτούς, καὶ εὗρε μυριάδας ἑβδομήκοντα. Καὶ ἐφήλατο πνεῦμα Κυρίου ἐπὶ Σαοὺλ, καὶ προεφήτευσεν, εἰπὼν ὡς αὔριον ἔσται τοῖς ἀνδράσιν Ἰαβεὶς σωτηρία. Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη αὐτός τε καὶ ὁ λαὸς δι' ὅλης τῆς νυκτός. Καὶ περὶ τὴν πρώτην φυλακὴν ἐπῆλθε τοῖς Ἀμμανίταις, τριχῇ τὸ στράτευμα διελών. Καὶ κυκλωσάμενος αὐτούς, πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε, καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα Νάας· τοὺς δὲ περισωθέντας, ἐτρέψατο εἰς φυγήν, καὶ εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ἐμβαλών, καὶ πλείστην λείαν λαβών, λαμπρῶς ἐπανέζευξεν. Οὐκέτι γοῦν ἠδόξει παρά τισιν, ἀλλ' ἐπ' ἀνδρείᾳ διαβεβόητο, καὶ τετίμητο καὶ τοῖς πρώην αὐτὸν χλευάζουσι. Συναγαγὼν δὲ αὖθις ὁ Σαμουὴλ τὸν λαὸν, δὶς ἀναγορεύει τὸν Σαοὺλ βασιλέα χρίσας τῷ ἐλαίῳ καὶ πάλιν αὐτόν. Μετέπεσεν οὖν ἡ τῶν Ἑβραίων πολιτεία εἰς βασιλείαν ἐξ ἀριστοκρατείας· ἐπὶ γὰρ Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ ἀριστοκρατούμενοι ἦσαν· εἶτα ἐπ' ἔτη δέκα καὶ ὀκτὼ, ἄναρχοι διετέλεσαν· εἰσέπειτα δ' ἤρχθησαν ὑπὸ τῶν καλουμένων κριτῶν, τῷ ἀρίστῳ δικάζειν περὶ τῶν ὅλων καὶ οἰκονομεῖν ἐπιτρέποντες.

venit : ac trifariam divisis copiis, hostes circumdat, multos cædit, ipsumque regem Naam. Reliquos fundit, et impressione in eorum regionem facta, opimaque præda parta, illustris domum revertitur, neque jam contemptui habetur, sed ob fortitudinem celebratur, et honoratur ab iis etiam, a quibus dudum subsannatus fuerat. Itaque Samuel rursus congregato populo, Saulem denuo regem proclamat, iterum inunctum oleo. Sic Hebræorum respublica ex optimatum imperio in regnum est mutata : nam sub Mose et Jesu parebant optimatibus, post, per annos octodecim magistratu caruerunt ; deinde sub iis fuere, qui Judices vocabantur, judiciorum et rerum omnium summa uni ex optimis permissa.

ΚΗ'. Τοῦ δὲ Σαμουὴλ ἐξορκίσαντος τὸν λαὸν B εἰπεῖν, εἴ τι ἄδικον εἰργάσατο εἰς αὐτοὺς, πάντες δικαίως αὐτὸν καὶ καλῶς προστῆναι τοῦ ἔθνους ἐβόησαν. Ὁ δὲ αὐτοῖς ἀπεκρίνατο, *Ἴστε ὡς μεγάλα ἡμαρτήκατε, βασιλέα ἑαυτοῖς αἰτησάμενοι, κἀκ τούτου παρωργίσατε τὸν Θεόν. Ἔσται δὲ τοῦτο σημεῖον ὑμῖν, τὸ θέρους ἐν ἀκμῇ χειμῶνα γενήσεσθαι.* Καὶ κατὰ τὸν προφήτου λόγον βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ γεγόνασι, κατηνέχθη τε χάλαζα, ὡς δέος ἐμπεσεῖν τῷ λαῷ, καὶ ἱκετεύειν τὸν Σαμουὴλ ἱλεώσασθαι τὸν Θεὸν αὐτοῖς ἁμαρτήσασι. Τῶν δὲ Παλαιστινῶν τοὺς Ἑβραίους καταστρεφόντων, καὶ τὰ ὅπλα σφῶν ἀφαιρουμένων, σιδήρῳ τε κεχρῆσθαι ἀπαγορευόντων, ὁ Σαοὺλ εἰς Γάλγαλα καταβὰς, ἐπ' ἐλευθερίᾳ τὸν λαὸν κατὰ τῶν Παλαιστινῶν διαναστῆναι ἠρέθιζεν, οἱ δ' ηὐλαβοῦντο διὰ τὸ πλῆθος C τῶν ἐναντίων. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Σαμουὴλ ἐκάλει πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ὃς μεθ' ἡμέρας ἓξ παραγενέσθαι ὑπέσχετο, θύσειν τε τῇ ἑβδόμῃ, ἵν' οὕτω τοῖς ἀλλοφύλοις συμμίξωσιν. Ὁ δέ γε Σαοὺλ ὁρῶν τὸν λαὸν ὑποῤῥέοντα καὶ καταλιμπάνοντα αὐτὸν, ἔθυσεν. Ἀκούσας δὲ ἄρτι προσιόντα τὸν Σαμουὴλ, ἐξῆλθε συναντήσων αὐτῷ. Ὁ δὲ, *Τί τοῦτο ἐποίησας,* ἔφη, *παραβὰς μου τὴν ἐντολήν; Ἴσθι τοίνυν, ὡς οὐ συσταθήσεταί σου ἡ βασιλεία, ἀλλὰ ζητήσει Κύριος ἄνθρωπον κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ.* Καὶ ἀνεχώρησεν Σαμουήλ. Σαοὺλ δὲ καὶ Ἰωνάθαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἧκεν εἰς Γαβαὼ, σὺν στρατιώταις ἑξακοσίοις. Εἰς τρία δὲ διαιρεθέντες οἱ ἀλλόφυλοι, τὴν χώραν τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐληΐζοντο. Σαοὺλ δὲ καὶ D Ἰωνάθαν καὶ Ἀχιὰ ὁ ἀρχιερεὺς ἀφ' ὕψους ὁρῶντες τὰ δρώμενα, καὶ ἀμύναι δι' ὀλιγανδρίαν μὴ σθένοντες, ἤχθοντο. Ὁ δὲ Ἰωνάθαν μηδὲν εἰπὼν τῷ πατρὶ, καταβὰς ἀπὸ τοῦ βουνοῦ σὺν μόνῳ τῷ ὁπλοφόρῳ αὐτοῦ, *Προσβάλλωμεν,* ἔφη, *τῇ τῶν ἀλλοφύλων παρεμβολῇ· καὶ εἰ μὲν εἴπωσιν ἡμῖν, Ἀπόστητε, οὐκ ἀναβησόμεθα πρὸς αὐτούς· εἰ δ' Ἀνάβητε πρὸς ἡμᾶς, φήσουσι, σύνθημα νίκης τὸν λόγον νομι-*

XXVIII. Samuele porro sacramento populum adigente, ut dicerent, num qua injuria illos affecisset : exclamarunt omnes, eum juste et bene genti præfuisse. Tum ille : *Scitote,* inquit, *vos rege flagitando graviter deliquisse, eaque re irritasse Deum : cujus illud vobis signum erit, quod adulta æstate tempestas orietur.* Nec mora, tonitrua et fulgura, ut Propheta dixerat, eruperunt, et grando delata est, ut populus perterrefactus Samuelem rogaret ut sibi delictorum a Deo veniam impetraret. Cum autem Palæstini Hebræos subigerent, armis ademptis et usu ferri interdicto, Saul Galgala descendit, populum ut ad vindicandam contra Palæstinos libertatem exsurgeret cohortatus. Illis vero multitudinem hostium reformidantibus, rex Samuelem ad se vocat. Is post sex dies venturum constituit, ut die septimo re divina facta cum hostibus confligant. At Saul cum videt populum clam abire, seque deseri, immolat : et audito Samuelis

61 accessu, obviam progreditur. Ibi vates : *Quid,* inquit, *istud egisti, violatis præceptis meis ? Scito igitur non stabile fore regnum tuum : sed quæsiturum esse Deum hominem ex animi sui sententia.* Ita discessit Samuel. Saul vero et Jonathas filius ejus cum sexcentis militibus Gabaonem profecti sunt. Alienigenæ autem copiis trifariam divisis, agros Israelitarum populabantur. Id Saul, Jonathas et Achia sacerdos ex alto conspicientes, et ob paucitatem ad opem ferendam impares, animis angebantur. At Jonathas, patre inconsulto, cum solo armigero de colle descendens : *Aggrediamur* inquit, *castra hostium : qui si nobis dixerint : Discedite, non ascendemus ad eos. Sin ascendere jusserint, ea verba victoriæ tessera habenda erunt.* Itaque ad castra hostium fertur. Illi : *Ascendite ad nos,* inquiunt, *est enim quod vobiscum colloquamur.* Ea vox animum auxit Jonathæ, atque inde digressus aliunde cum suo comite arrepit, hostes dormientes

invadit ; ac cæsis ad viginti, cæteris terrorem incutiunt, ut perturbati et fugientes alii ab aliis interirent. Saul castra hostium perturbata videns, et filii atque armigeri illius absentia cognita, impetum et ipse in hostes perturbatos facit. Tum qui dudum præ metu se occultarant, receptis animis cum rege se conjungunt, hostes persequuntur, cædunt. Saul diras imprecatur suis, si quis ante noctem, cæde hostium intermissa, cibum gustaret. Inter persequendum, Jonathas exsecrationis paternæ ignarus, cum in silvam esset ventum, in qua apiarium erat, favum comedit. Saul castra hostium oppugnaturus, per sacerdotem oraculum consulit, num victoriam largiatur Deus? Sed Deo nihil respondente, auctorem offensi Numinis quærit ; ac : *Ipsum Deum testor*, inquit, *me sontem occisurum, etiamsi filius meus Jonathas fuerit*. Sorte ducta, Jonathas designatur, qui rogatus quid deliquisset, se nullius peccati sibi esse conscium ait, nisi quod pridie, paternæ exsecrationis ignarus de favo gustasset. Eo pater audito, se illum occisurum jurat. Populus contra et ipse jurat se non passurum ut victoriæ auctor occidatur : eoque erepto, votis Deum placat. Saul Palæstinorum circiter sexaginta millibus occisis, regreditur : ac Ammonitis, **62** Moabitis, Pælestinis, Idumæis, Amalechitis, necnon Subæ rege subactis, Israelitas e manu exterorum eripit.

στέον ἡμῖν. Καὶ ὥρμησαν ἐπὶ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον. Καὶ αὐτοῖς οἱ ἀλλόφυλοι, Ἀνάβητε, ἔλεγον, *πρὸς ἡμᾶς καὶ γνωριοῦμεν ὑμῖν ῥῆμα*. Τοῦτο θάρσος ἐνῆκε τῷ Ἰωνάθαν· καὶ ἀποστὰς ἐκεῖθεν, ἑτέρωθεν ἀνερπύσας μετὰ τοῦ ἑπομένου αὐτῷ, ἔπεισι τοῖς πολεμίοις ὑπνώττουσι, καὶ κτείνουσι μὲν ὡς εἴκοσι· τοῖς δὲ λοιποῖς δειλίαν ἐνέβαλλον, οἳ θορυβούμενοί τε καὶ φεύγοντες, ὑπ' ἀλλήλων διώλλυντο. Ἰδὼν δὲ ταραττόμενον ὁ Σαοὺλ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον, καὶ ἀπόντα τὸν υἱὸν ἅμα τῷ ὁπλοφόρῳ κατανοήσας, προσβάλλει καὶ αὐτὸς τεταραγμένοις τοῖς ἐναντίοις· καὶ οἱ πρὶν δὲ διὰ φόβον κρυβέντες ἀναθαρσήσαντες, τῷ βασιλεῖ προσετίθεντο· καὶ διώκων τοὺς πολεμίους ἐκτίννυεν. Ἐπαρᾶται τοίνυν τοῖς αὐτοῦ, εἴ τις ἀποσχόμενος τοῦ φονεύειν τοὺς ἐχθρούς, φάγοι, εἰ μὴ νὺξ αὐτοὺς παύσοι. Ἐν δὲ τῷ διώκειν κατά τινα δρυμὸν ἐν ᾧ μελισσῶν ἦν, καὶ λαβὼν ὁ Ἰωνάθαν κηρίον μέλιτος, ἔφαγεν· οὐ γὰρ ἦν ἀκηκοὼς τῆς ἀρᾶς τοῦ πατρός. Ἐπελθεῖν δὲ βουληθεὶς ὁ Σαοὺλ τῇ τῶν ἐναντίων παρεμβολῇ ἠρώτα διὰ τοῦ ἀρχιερέως τὸν Θεόν, εἰ δίδωσι νίκην; Τοῦ δὲ Θεοῦ μὴ δηλοῦντος, ἐζήτει τὸ αἴτιον. Καί, *Ὄμνυμι*, ἔφη, *αὐτὸν τὸν Θεόν, ἀποκτεῖνειν τὸν ἁμαρτόντα, κἂν Ἰωνάθαν εἴη ὁ παῖς ὁ ἐμός*. Καὶ κληρωσαμένων, ἐπὶ Ἰωνάθαν ὁ κλῆρος ἔπεσεν. Ὁ δὲ περὶ ἁμαρτίας ἀνακρινόμενος, οὐδὲν εἶπεν ἑαυτῷ συνειδέναι, ἢ ὅτι χθὲς τὴν ἀρὰν ἀγνοήσας, ἐν τῷ διώκειν ἐγευσάμην κηρίου. Ἀκούσας δὲ ὁ πατήρ, ἀποκτενεῖν αὐτὸν ὤμοσε. Καὶ ὁ λαὸς ἀντώμοσε, μὴ περιόψεσθαι τὸν αἴτιον τῆς νίκης ἀποθανούμενον. Καὶ ἐξαρπάσαντες αὐτόν, εὐχαῖς τὸν Θεὸν ἐξιλάσκοντο. Διαφθείρας δὲ ὁ Σαοὺλ ὡσεὶ μυριάδας ἓξ τῶν Παλαιστινῶν, ἀνθυπέστρεψε. Χειροῦται δὲ Ἀμμανίτας καὶ Μωαβίτας, Παλαιστινούς τε καὶ Ἰδουμαίους καὶ Ἀμαληκίτας, καὶ τὸν βασιλέα τῆς Σουβά. Καὶ ἐξείλετο τὸν Ἰσραὴλ ἐκ χειρὸς τῶν ἀλλοφύλων.

XXIX. Sauli filii fuere tres, Jonathas, Jesus et Melchisus : ac filiæ duæ, Meroba et Melchol. Imperatorem crearat Abenerem, Neris cognati sui filium. Dixerat autem Sauli Samuel, jubere Deum ut cæderet Amalechum, victoriaque potitus, nemini parceret, non mulieribus, non infantibus, non jumentis ; non pecudibus, sed eorum nomen funditus deleret. Itaque Saul cum Amalechitis congressus, hostes vincit, cædit omnes. Sed Agagum illius terræ regem in potestatem redactum, admiratione formæ et magnitudinis, non occidit : armenta etiam, greges, cæteraque eximia, divini mandati immemor, conservat. Proinde Samuel a Deo edoctus, pœnitere eum Saulis creati regis, occurrit regi. Is ait se gratiam habere Deo, cujus munere vicisset hostes, et ut jussus fuerit, administrasse omnia. Tum Samuel : *Vocem*, inquit, *audio jumentorum et aliarum pecudum, unde ista?* Saul respondet populum ea in victimam asservasse Deo : cæterum Amalechitas omnes, rege eorum excepto, deletos esse. Ad ea Samuel : *Quoniam*, inquit, *Dei jussis non obtemperasti, scito te regnum amissurum*. At ille, se peccasse fassus, Prophetam orat, ut per sacrificia Deum sibi recon-

ΚΘ'. Ἦσαν δὲ τῷ Σαοὺλ υἱοὶ τρεῖς, Ἰωνάθαν καὶ Ἰησουὶ καὶ Μελχισουί· καὶ θυγατέρες δύο, Μερὸβ καὶ Μελχόλ. Ἀρχιστρατηγὸν δὲ εἶχε τὸν Ἀβεννήρ, υἱὸν Νὴρ συγγενοῦς αὐτοῦ. Ἔφη δὲ Σαμουὴλ τῷ Σαοὺλ, κελεύειν αὐτῷ τὸν Θεὸν πατάξαι τὸν Ἀμαλήκ, καὶ κρατήσαντα, μηδενὸς φείσασθαι, μὴ γυναικῶν, μὴ νηπίων, μὴ ὑποζυγίων, μὴ βοσκημάτων, ἐξαλεῖψαι δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς γῆς. Καὶ ὁ Σαοὺλ τῷ Ἀμαλὴκ συμβαλών, κατὰ κράτος νικᾷ, καὶ κτείνει πάντας. Χειροῦται δὲ καὶ τὸν βασιλέα τῆς χώρας, Ἄγαγ ὠνομασμένον, καὶ οὐκ ἀπέκτεινεν, ἀγασθεὶς αὐτὸν διὰ κάλλος, καὶ μέγεθος, καὶ τὰ τῶν βουκολίων καὶ ποιμνίων, καὶ τῶν ἄλλων ἐξαίρετα περιεποιήσατο, ἀμνημονήσας τῆς θείας προστάξεως. Χρηματισθεὶς δὲ Σαμουὴλ παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἰπόντος μεταμελῆσαι (49), ὅτι ἐβασίλευσε τὸν Σαοὺλ, συνήντησε τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ εὐχαριστῆσαι ἔλεγε τῷ Θεῷ δόντι κράτος αὐτῷ κατὰ τῶν πολεμίων, καὶ πάντα δὲ τὰ κεκελευσμένα ποιῆσαι. Καὶ ὁ προφήτης, *Βοῆς*, εἶπεν, *ἀκούω ὑποζυγίων καὶ βοσκημάτων ἄλλων. Πόθεν ταῦτα;* Σαοὺλ δέ, τὸν λαόν, εἶπεν, εἰς θυσίαν τετηρηκέναι αὐτὰ τῷ Θεῷ· τοὺς δὲ Ἀμαληκίτας πάντας ἐξαφανισθῆναι ἄτερ τοῦ βασιλέως αὐτῶν. Πρὸς ταῦτα ὁ Σαμουήλ, *Ἐπεὶ τὰ κε-*

Variæ lectiones et notæ.

(47) *Μεταμελῆσαι*. Legendum μεταμεμελῆσθαι, ut præfert cod. Reg. et Colbert.

κελευσμένα σοι, ἔφη, *πρὸς Θεοῦ παραβέβηκας ἴσθι ὅτι τὴν βασιλείαν ἀφαιρεθήσῃ*. Ὁ δὲ κατετίθετο ἁμαρτῆσαι, καὶ ἱλαστήρια θῦσαι τὸν προφήτην ἐκέλευε. Καὶ ὃς ὑπεχώρει, Σαοὺλ δὲ τῆς διπλοΐδος ἐπιλαμβάνεται αὐτοῦ, καὶ διαῤῥήσσει ταύτην, βιαζόμενος αὐτὸν κατασχεῖν. Καὶ ὁ προφήτης, *Οὕτως*, ἔφη, *ἡ βασιλεία σου διαῤῥηχθήσεται, καὶ δοθήσεται ἀνδρὶ δικαίῳ καὶ ἀγαθῷ*. Δεομένου δ' ἔτι τοῦ βασιλέως, πείθεται, καὶ ἀχθῆναι τὸν Ἄγαγ αἰτεῖ, καὶ κτανθέντος ἐκείνου κελεύσει αὐτοῦ, αὐτίκα εἰς Ἀρμαθαῒμ ἀποχωρεῖ, καὶ αὐτῷ ἐντέλλεται ὁ Θεὸς πρὸς Ἰεσσαὶ ἀπελθεῖν, καὶ χρῖσαι τῷ ἐλαίῳ εἰς βασιλέα ἕνα τῶν ἐκείνου υἱῶν, ὃν ἂν δείξῃ αὐτῷ. Καὶ ἀπελθὼν εἰς Βηθλεὲμ, καὶ θύσας, κέκληκε τὸν Ἰεσσαὶ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. Καὶ ἰδὼν τὸν πρωτότοκον μέγαν τε καὶ καλὸν, ᾠήθη ἐπ' αὐτῷ τὸν Θεὸν εὐδοκεῖν. Ὁ δὲ Θεὸς, *Μὴ ἐπιβλέψῃς*, εἶπεν, *ἐπὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ, μηδ' εἰς τὸ τοῦ σώματος μέγεθος. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰς πρόσωπον ὄψεται, ὁ δὲ Θεὸς εἰς καρδίαν*. Παρελθόντων δὲ καὶ τῶν ἄλλων παίδων τοῦ Ἰεσσαὶ, ἐπ' οὐδενὶ εὐδόκησεν ὁ Θεός. Καὶ εἶπε Σαμουήλ· *Οὐκ ἐξελέξατο Κύριος ἐν τούτοις. Καὶ εἴ ἐστιν ἔτι λοιπὸς, παρελθέτω*. Καὶ Ἰεσσαὶ, *Μικρὸς ἔτι περιλέλειπται*, ἔφη, *ποιμαίνων*. Κληθῆναι οὖν αὐτὸν ὁ προφήτης ἐκέλευσεν. Ὡς δ' ἧκε κληθεὶς ὁ Δαβὶδ, παῖς πυῤῥάκης μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν καὶ τἄλλα καλὸς, τοῦτον εἶναι τὸν χρισθησόμενον δηλοῖ τῷ Σαμουὴλ ὁ Θεός. Καὶ λαβὼν ἐκεῖνος τὸ κέρας τοῦ ἐλαίου, ἔχρισεν αὐτὸν ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ· καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ἀρμαθαΐμ. Πνεῦμα δὲ θεῖον ἐφήλατο ἐπὶ Δαβὶδ, ἐκ δὲ Σαοὺλ ἀπέστη, καὶ πνεῦμα πονηρὸν μετῄει αὐτὸν, συμπνῖγον καὶ κακοῦν τὸν ἄνδρα. Ἔδοξεν οὖν, παρίστασθαί τινα τῷ βασιλεῖ, εἰδότα ψάλλειν μετὰ κινύρας, ἵν' ὅτε προσπέσοι αὐτῷ τὸ δαιμόνιον ἐκταράττον, ψάλλῃ ἐν τῇ κιννύρᾳ, καὶ κατευνάζῃ τὸν τάραχον. Μεταπέμπεται τοίνυν ὡς τοιοῦτον τὸν Δαβίδ· καὶ ἠγαπήθη ὁ νεανίας σφόδρα παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς ὁπλοφόρον αὐτῷ ἐχρημάτισε. Καὶ ἐν τῷ ἐπιέναι τῷ βασιλεῖ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, κατεπῇδεν αὐτὸ καὶ ἀφίστατο, καὶ εἰς ἑαυτὸν ὁ Σαοὺλ ἐπανήρχετο. Οἱ δ' ἀλλόφυλοι κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐπεστράτευσαν. Ἀντικατέστησαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ἐν μεταιχμίῳ τῶν στρατευμάτων ἀμφοῖν ἀνήρ τις τῶν ἀλλοφύλων στὰς, Γολιὰθ ἐκείνῳ τὸ ὄνομα, ἀνὴρ δυνατὸς καὶ πάντων ὑπερανεστηκώς· πηχέων γὰρ ἓξ καὶ σπιθαμῆς τὸ ὕψος αὐτῷ, καὶ ὁ θώραξ αὐτῷ πεντακισχιλίων σίκλων εἷλκε σταθμὸν, καὶ τὸ δόρυ αὐτοῦ ὡς ἀντίον ὑφαινόντων, καὶ ἡ λόγχη τοῦ δόρατος σίκλων ἑξακοσίων (48)· οὗτος ἐν μέσῳ στὰς, ἀνεβόησε πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· *Καταβήτω τις ἐξ ὑμῶν, καὶ ἀντιστήτω μοι: καὶ ἐὰν πατάξῃ με, δουλεύσομεν ὑμῖν· ἐὰν δὲ ἐγὼ καταβαλῶ αὐτὸν, ἔσεσθε ἡμῖν εἰς δούλους*. Καὶ τοῦτο ἐπὶ τεσσαρά-

A cilicet. Discedit vates; quem dum Sau. per vim retinere nititur, vestem ejus abrumpit. Ibi Propheta: *Sic*, inquit, *regnum a te abrumpetur, ac viro justo et bono dabitur*. Rege autem ne sic quidem remittente preces paret; et Agago adduci occidique jusso, illico Armathaim revertitur; ac mandante Deo Jessæum accedit, ut unum ex filiis illius oleo regem inauguraret, qui sibi monstratus esset. Bethleemam cum venisset, re divina facta, Jessæum cum filiis accersit, et cum primogenitum, virum magnum formosumque vidisset, illum Deo placere opinatur Sed Deus: *Ne*, inquit, *vultum ejus intuere, nec proceritatem corporis: nam ut homo faciem spectet, animum Deus intuetur*. Prætergressis igitur Jessæi filiis omnibus, nec ullo eorum Deo
B placente, Jessæ dicit Samuel: *Nullum horum elegit Deus, sed si quis alius tibi est, is prodeat*. Tum Jessæus **63**: *Parvulus adhuc restat, qui oves pascit*. Eum accersi propheta jubet. David accitus venit, rufus cum pulchritudine oculorum, cætera etiam formosus: eum esse qui ungendus esset. Samueli significat Deus. Itaque, sumpta ampulla, oleo eum in medio fratrum inungit, ac Armathaim redit. Spiritus autem divinus in Davidem insilit, ac a Saule recedit, pro quo illum malus spiritus invadit, præfocans et exagitans. Visum igitur est regi adjungere hominem cinnyra psallendi peritum, ut dæmonii insultus ac turbatio cantu illo sopiretur. Accersitur David, ut idoneus ad eam rem, et a
C rege magnopere diligitur, adeo ut armiger ejus appellaretur. Quoties igitur spiritus ille malus regem invadebat, carminibus illius abigebatur, et Saul ad se redibat. Cum autem Palæstini bellum Israelitis intulissent, atque hi in procinctu starent, quidam ex alienigenis stans in medio amborum exercituum, nomine Golias, vir robustus et magnitudine corporis omnibus superior, quippe statura sex cubitorum et dodrantis, cujus thorax siclorum quinque millia pendebat, hasta instar jugi textorii erat, mucrone ferreo, sexcentorum siclorum pondere. Is igitur in medio stans, exclamat ad Israelitas: *Descendat aliquis vestrum, et mecum congrediatur. Qui si me percusserit, serviemus vobis: sin ego illum dejecero, vos nostri servi eritis*.
D Idque quadraginta diebus continenter fecit. David autem a Saule ad patrem Jessæum remissus, subinde in castra missitabatur, ad afferendum fratribus militantibus commeatum. Nam tres ex natu majoribus Saulem sequebantur. Cum igitur ad fratres venisset, Golias rursus de more singulare certamen poscebat, et Hebræis exprobrabat, neminem secum congredi audere. His verbis auditis indignatus David, ad eo qui aderant ait, se cum illo pugnaturum. Quo nuntiato, rex Davidi, *Non*, inquit

Variæ lectiones et notæ.

(48) *Περὶ τετρακοσίους*. Postea subinde ἑξακοσίων fit mentio, quare totidem hic etiam legendi videntur, quamvis Regum lib. I, cap. 22, non plures enumerentur. Fortassis igitur post id tempus alii CC accesserunt. W

poteris pugnam committere cum isto incircumciso, cum puer adhuc sis. Tum David, se Deo fretum esse respondet, qui sibi contra ursam vires dedisset, et contra leonem, qui gregem invasissent, et pecudes rapuissent, eos se persecutum, et rapta recuperasse et percussisse bestias atque occidisse. Eo igitur se **64** esse fretum, qui et alienigenam illum sibi perimendum sit traditurus, et ignominiam Israeliticæ gentis depulsurus. Ac ille quidem hæc dicebat. Rex autem ire permittens, sua illi arma accommodat, quibus David gravatus, uti recusat : sed baculo sublato, et quinque lapidibus in pera conditis, cum funda sua ad alienigenam properat. At ille per derisum interrogat, num ad canem cum baculo et lapidibus iret. David respondet, eum sibi cane deteriorem videri. Tum ille iratus, verbis arrogantibus se carnem ejus feris et alitibus daturum minitans, contra Davidem ruit : qui et ipse celeriter lapide fundæ imposito, frontem hostis ictu adeo vehementi ferit, ut is pronus in faciem corrueret. David accurrit, eductoque Goliæ gladio, caput illi præcidit, et spolia ejus legit. Ea re alienigenæ territi, in fugam vertuntur. Saul immisso fugientibus exercitu suo, magnam turbam occidit, plures vulnerat, castra diripit. David Goliæ caput Sauli offert, gladium Deo consecrat.

A κοντα ἐποίει ἡμέρας. Τοῦ δὲ Σαοὺλ τὸν Δαβὶδ πρὸς Ἰεσσαὶ ἀναπέμψαντος, ὁ πατὴρ αὐτὸν ἔσταλκεν, εἰς τὸ στρατόπεδον, τοῖς στρατευομένοις τῶν ἀδελφῶν κομιοῦντα τὰ ἐπιτήδεια. Τρεῖς γὰρ ἦσαν οἱ πρεσβύτεροι τῷ Σαοὺλ συνεπόμενοι. Ἐλθόντος δὲ τοῦ Δαβὶδ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, ὁ ἀλλόφυλος Γολιὰθ, πάλιν, ὡς ἔθος αὐτῷ, εἰς μονομαχίαν προὐκαλεῖτο, καὶ τοὺς Ἑβραίους ὠνείδιζεν, ὅτι μηδεὶς αὐτῷ συμμῖξαι θαῤῥεῖ. Ἀκούσας δὲ τῶν λόγων τούτων Δαβὶδ, ἠγανάκτησε, καὶ εἶπε πρὸς τοὺς παρόντας· Ἐγὼ μονομαχήσω αὐτῷ. Ἀνηγγέλη τοῦτο τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ παραστάντι αὐτῷ (49) τῷ Δαβὶδ, *Οὐ δυνήσει*, ἔφη, *διὰ μάχης χωρῆσαι πρὸς τοῦτον τὸν ἀπερίτμητον· παῖς γὰρ σὺ εἶ*. Καὶ ὁ Δαβὶδ θαῤῥεῖν ἔλεγεν ἐπὶ τῷ Θεῷ ὃς αὐτὸν κατὰ τῆς ἄρ-
B κτου ἐνίσχυσε, καὶ κατὰ τοῦ λέοντος, ἐπερχομένων τῇ ποίμνῃ, καὶ θρέμματα ἁρπαζόντων, οὓς διῶξαι εἶπε, καὶ τὰ μὲν ἡρπαγμένα ἐπανασώσασθαι, πατάξαι δὲ τοὺς θῆρας, καὶ ἀνελεῖν. Ἐπὶ τούτῳ ἔφη θαῤῥεῖν, ὡς καὶ τὸν ἀλλόφυλον πατάξαι δώσει αὐτῷ, καὶ ἐξελεῖν ὄνειδος ἐξ υἱῶν Ἰσραήλ. Ὁ μὲν οὖν εἶπε ταῦτα. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπέτρεψέν οἱ πορεύεσθαι, καὶ περιέθετο τὰ οἰκεῖα ὅπλα αὐτῷ. Καὶ ἦσαν ἄχθος αὐτῷ, καὶ ἀπεδύσατο ταῦτα. Ἄρας δὲ τὴν βακτηρίαν, καὶ πέντε λίθους ἐν τῷ καδδίῳ ἐνθέμενος, καὶ τὴν σφενδόνην φέρων ἐν τῇ χειρὶ, πρὸς τὸν ἀλλόφυλον ὥρμησεν. Ὁ δὲ κατεγέλα αὐτοῦ, καὶ ἐπυνθάνετο, εἰ πρὸς κύνα τῇ βακτηρίᾳ καὶ τοῖς λίθοις πορεύεται; Καὶ ὁ Δαβὶδ καὶ χείρω κυνὸς ἡγεῖσθαι αὐτὸν ἀπεκρίνατο. Ἐκεῖνος δὲ ὀργισθεὶς καὶ μεγαλαυχήσας, δώσειν τὰς σάρκας αὐτοῦ τοῖς πετεινοῖς τε καὶ τοῖς θηρσὶν, ὥρμησεν ἐπ' αὐτόν. Ταχύνας δὲ ὁ Δαβὶδ, καὶ λίθον τῇ σφενδόνῃ ἐνθέμενος, ἐπὶ μέτωπον ἐπάταξε τὸν πολέμιον. Καὶ ἦν ἡ πληγὴ κραταιὰ, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ὁ ἀλλόφυλος. Δραμὼν δὲ Δαβὶδ καὶ τὴν ἐκείνου ῥομφαίαν σπασάμενος, ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν Γολιὰθ, καὶ σκυλεύει τὰ ὅπλα αὐτοῦ. Τοῦτο τοῖς ἀλλοφύλοις δειλίαν ἐνέβαλε, καὶ ἔκλιναν εἰς φυγήν. Σαοὺλ δὲ τὸ οἰκεῖον αὐτοῖς ἐπάγει στράτευμα φεύγουσι, καὶ κτείνεται τῶν Παλαιστινῶν πλῆθος πολὺ, καὶ πλείονες τραυματίζονται, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν διαρπάζεται. Τὴν κεφαλὴν δὲ Γολιὰθ προσάγει Δαβὶδ τῷ Σαοὺλ, τὴν δὲ ῥομφαίαν τῷ Θεῷ ἀνατίθησιν.

XXX. Redeunti domum exercitui occurrunt mulieres et saltantes, Saulem mille occidisse, canunt; Davidem vero decem millia delevisse, respondent virgines. Ea verba Saulem ad invidiam incitarunt, ut diceret : *Quid ei præter regnum deest?* et Davidem suspectum haberet. Itaque cum malo spiritu corriperetur, eumque David de more excantaret, lanceam contra illum mittit, idque iterato factum; sed David præsidio divino septus, ictum declinat. Deinde rex Davidem metuens, tribunum militum creat, ut inter hostes periclitetur. At ille Deo adjutore rem bene gerit, populo charus, necnon Melchol filia regis illius amore capi-

C Λ'. Ἐπανιούσης δὲ τῆς στρατιᾶς, αἱ γυναῖκες συνήντων αὐτῷ, καὶ χορεύουσαι, χιλιάδας ὀλέσαι τὸν Σαοὺλ, ᾖδον· αἱ δὲ παρθένοι, μυριάδας τὸν Δαβὶδ ἀφανίσαι, ἀντῇδον. Τοῦτο πρὸς φθόνον ἠρέθισε τὸν Σαοὺλ, φήσαντα, *Καὶ τί αὐτῷ ὑστερεῖ πλὴν ἡ βασιλεία;* Καὶ ὑπεβλέπετο τὸν Δαβίδ. Ἐπιπεσόντος δὲ τῷ Σαοὺλ πνεύματος πονηροῦ, καὶ τοῦ Δαβὶδ κατεπᾴδοντος, ὡς ἔθος αὐτῷ, τὸ δόρυ ἔβαλεν ὁ Σαοὺλ κατ' αὐτοῦ· καὶ δὶς τοῦτο ἐποίησε. Καὶ ὁ Δαβὶδ ἐξέκλινε· Κύριος γὰρ ἦν μετ' αὐτοῦ. Δεδιὼς δὲ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, χιλίαρχον ἐποιήσατο ἵν' εἰς τοὺς πολεμίους ἀπιὼν, κινδυνεύσῃ. Ὁ δὲ τῷ Θεῷ συμμαχούμενος, εὐοδοῦτο. Καὶ ὁ λαὸς ἠγάπα αὐτὸν

Variæ lectiones et notæ.

(49) *Παρεστηκὼς τότε αὐτῷ.* Ambiguum utrum sacerdoti, an Davidi, an Sauli. Sed ad Saulem si refertur, ut apparet, est περισσολογία Græca, quod genus in vertendo propter aliam Latini sermonis rationem, quo antecedentia ex iis quæ sequuntur intelligi solent, recte omittitur. Nam si ipse Degregi id factum nuntiavit, astitisse aut accessisse illum nemo dubitat. Sic paulo post, τοῖς περιστῶσιν αὐτῷ ὁπλίταις, verti, *a satellitibus occidi jubet.* Quod si quis mihi controversiam facit, participium *astantibus* non esse supervacaneum, sed habere ἐνέργειαν, concedo sane : sed illud contra dico a Latinis id ἐνεργείας genus ob participiorum alium et minus frequentem usum fere negligi : id quod ei liquido apparebit, qui eamdem sententiam a Latino et Græco scriptore tractam, quæ multæ passim exstant, contulerit : me exempla persequi occupationes et instituta brevitas hoc tempore non patiuntur. W.

καὶ ἡ τοῦ βασιλέως θυγάτηρ Μελχὸλ ἤρα Δαβίδ. A Προσηγγέλθη οὖν ὁ ἔρως τῷ βασιλεῖ, καὶ ὃς εἰς λαβὴν ἐπιβουλῆς ἐχρῆτο τῷ ἔρωτι. Ἔφη γὰρ δώσειν αὐτῷ τὸ θυγάτριον, εἰ ἑκατὸν ἀκροβυστίας ἐνέγκοι αὐτῷ· οἰηθεὶς πεσεῖσθαι αὐτὸν τοῖς ἀλλοφύλοις μαχόμενον. Τοῦτο μαθὼν ὁ Δαβίδ, ἐπορεύθη μετὰ τῶν ὑπ' αὐτόν, καὶ ἐπάταξεν ἐν τοῖς ἀλλοφύλοις, καὶ ἤνεγκεν ἀκροβυστίας τῷ Σαοὺλ ἑκατόν. Ὁ δὲ Ἰώσηπος οὐχ ἑκατὸν ἀκροβυστίας κομίσαι τὸν Δαβίδ, ἀλλὰ ἑξακοσίας κεφαλὰς ἀλλοφύλων. Καὶ ζεύγνυσιν αὐτῷ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Μελχόλ. Ὁρῶν δὲ τὸν Δαβὶδ καὶ τῷ Θεῷ συμμαχούμενον, καὶ τῷ πλήθει φιλούμενον, ἔτι μᾶλλον ἐδεδίει, καὶ ἐπεβούλευσεν αὐτῷ, καὶ κτανεῖν ἐπεχείρει. Τῷ οὖν υἱῷ Ἰωνάθαν καὶ τοῖς πιστοτάτοις τῶν οἰκετῶν τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ ἐπιτάσσει. B Ἰωνάθαν δὲ φιλῶν τὸν Δαβίδ, δηλοῖ αὐτῷ τὸ ἐπίταγμα, καὶ φυλάττεσθαι παραινεῖ, καὶ ἐπαγγέλλεται διαλεχθήσεσθαι περὶ αὐτοῦ τῷ πατρί, καὶ τὸ πᾶν ἐκφῆναι αὐτῷ. Καὶ μέντοι καὶ διελέχθη, καὶ μετήνεγκε πρὸς πραότητα· μεταβαλὼν γάρ, μηδὲν ἀδικήσειν ὤμοσε τὸν Δαβὶδ ὁ Σαούλ. Ἰωνάθαν δὲ ταῦτα δεδηλωκὼς τῷ Δαβίδ, εἰσάγει πρὸς τὸν βασιλέα αὐτόν, καὶ ἦν ὡς πρώην αὐτῷ παραμένων. Τῶν δὲ Παλαιστινῶν κινηθέντων καὶ πάλιν, καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιόντων, ἀντιταξόμενος αὐτοῖς παρὰ Σαοὺλ ὁ Δαβὶδ ἀποστέλλεται, καὶ μετὰ νίκης ἐπάνεισι. Τοῖς δ' εὐτυχήμασι τοῦ ἀνδρὸς καὶ ὁ κατ' αὐτοῦ φθόνος συνηύξετο τῷ Σαούλ, καὶ τοῦ πονηροῦ πνεύματος αὖθις ἐπελθόντος αὐτῷ καὶ συμπνίγοντος, παρῆν ὁ Δαβὶδ τὴν κινύραν κρούων, καὶ C κατεπᾴδων αὐτό. Ὁ Σαοὺλ δέ, τὸ δόρυ κατέχων, ἠκόντισεν αὐτὸ κατὰ τοῦ Δαβίδ. Ὁ δὲ προγνοὺς ἐξέκλινέ τε καὶ ἀνεχώρησεν. Ἀπέστειλε δὲ Σαοὺλ νυκτὸς φύλακας εἰς τὸν οἶκον Δαβίδ, ἵνα μεθ' ἡμέραν κτείνῃ αὐτόν. Γνοῦσα δὲ τοῦτο Μελχὸλ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, διὰ θυρίδος τὸν ἄνδρα κατήγαγε, καὶ ἀπέδρα. Ἕωθεν δὲ τοῦ Σαοὺλ πέμψαντος ἐπὶ τὸν Δαβίδ, ἡ Μελχὸλ τὴν κλίνην ἑτοιμάσασα, ὡς τινος ἐν αὐτῇ κειμένου, καὶ τοῖς ἐπιβλήμασιν ὑποθεῖσα ἧπαρ αἰγὸς νεοσφαγοῦς, ὡς ἂν τῇ τούτου κινήσει τὸ ἐπίβλημα σαλευόμενον δόκησιν παράσχῃ κεῖσθαι παρὰ τῇ κλίνῃ τινά, εἰσάγει τοὺς σταλέντας, καὶ νοσεῖν τὸν ἄνδρα φησίν. Οἱ δὲ ἀπήγγειλαν τῷ Σαούλ. Καὶ ὃς ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτὸν ἀχθῆναι διακελεύεται. Ἀπελθόντες D δὲ οἱ πεμφθέντες, καὶ τῆς κλίνης ἀράμενοι τὸ ἐπίβλημα, τὸ τέχνασμα κατενόησαν, καὶ τῷ βασιλεῖ κατηγγέλκασιν. Οὕτω δὲ τὸν θάνατον ὁ Δαβὶδ ἐκφυγών, τῷ Σαμουὴλ εἰς Ἀρμαθαὶμ προσελήλυθε, καὶ σὺν ἐκείνῳ διῆγεν ἐν Ναβιὼθ εἰς Ῥαμά. Πέμπει τοίνυν κἀκεῖ ὁ Σαοὺλ τοὺς ἄξοντας τὸν Δαβίδ. Οἱ δ' ἀπελθόντες, καὶ προφητῶν ἐκκλησίαν εὑρόντες, καὶ αὐτοὶ προεφήτευον. Τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεύς, ἑτέρους πέμπει· κἀκείνων σχόντων ὁμοίως, ἄλλους ἀπέστειλε. Καὶ τῶν τρίτων δὲ κατόχων γεγονότων τῷ πνεύματι, αὐτὸς ἐξώρμησεν ὑπ' ὀργῆς, καὶ πλησιάσας, προφητεύειν ἤρξατο καὶ αὐτός. Ὅτε καὶ τὸ ᾀδόμενον οἱ ἐκεῖ παρόντες ἐφθέγξαντο, τό, *Εἰ καὶ Σαοὺλ ἐν προφήταις;* Ἐλθὼν δὲ ὅπου ἦν Σαμουήλ, ἔκφρων ὥσπερ γενόμενος, καὶ τὴν ἐσθῆτα περιδυσάμενος, γυμνὸς ἔκειτο δι' ὅλης τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός.

tur. Quod Saul nuntiato, statuendarum insidiarum occasionem arripit, filiam ei se daturum pollicens, si centum præputia alienigenarum sibi attulisset: fore sperans ut in prælio caderet. Eo David intellecto, cum suis militibus profectus, et cæsis hostibus, centum Sauli præputia affert (Josephus non centum præputia, sed sexcenta capita attulisse narrat), itaque Melcholis conjugio potitur. Cæterum Saul, qui eum et divinitus foveri, et publice charum haberi cerneret, magis etiam formidare, insidiari, moliri **65** necem. Igitur Jonathæ filio, et famulorum fidelissimis, cædem ejus mandat. Verum Jonathas, qui Davidem amaret, mandatum patris ei refert, cavere jubet, cum patre acturum promittit, eique indicaturum omnia. Facit ita, et patris animum ad clementiam traducit, ut mutata sententia juraret, se Davidi nullam facturum injuriam: et Davidem, his renuntiatis, ad regem adducit, ut sicut prius, ei præsto esset. Cum autem Palæstini denuo se moverent, et Hebræos invaderent, David contra eos a Saule missus, re bene gesta revertitur. Sed quo hic pluribus successibus utitur, eo graviorem regis invidiam subit. Itaque cum Sauli, quem malus genius denuo invaserat atque angebat, cum cinnyra præsto esset et excantaret, Saul hastam correptam contra eum conjicit: at ille præviso declinatoque ictu, discedit; Saul vero satellitibus noctu in Davidis ædes missis, mane eum tollere decreverat. Quo Melchol cognito, Davidem per fenestram demissum eripit. Mane cum David abducendus esset, Melchol ita parato lectulo, quasi aliquis in eo jaceret, et stragulis corde recens mactatæ capræ supposito, cujus motu stragula agitata opinionem afferrent, quasi aliquis in lectulo recumberet, missos introducit, maritum ægrotare dicens: quo Saul nuntiato, eum in lecto afferri jubet. Illi sublato lectulo, rejectisque operimentis, commentum deprehensum regi nuntiant. Sic David vitata morte, Armathaim ad Samuelem sese confert, cum eo Nabiothæ Ramæ degens. Saul eo quoque mittit satellites, qui Davidem abducerent: qui cum eo pervenissent, invento prophetarum conventu, vaticinari et ipsi cœperunt. Eo cognito rex alios mittit, quibus et ipsis eodem modo affectis, iterum mittit alios: qui cum et ipsi numine afflati essent, ipse ira percitus, propere descendit; cumque prope accessisset, itidem vaticinari cœpit. Quo tempore qui ibi erant, celebratum illud protulerunt: *Nunquid et Saul inter prophetas?* Cum vero ad Samuelem accessisset, alienata mente, exutisque vestibus, totum diem totamque noctem nudus jacuit.

ΛΑ'. Ὁ δὲ Δαβὶδ ἐκεῖθεν ἀπέδρα, καὶ τῷ Ἰωνάθαν τὴν κατ' αὐτοῦ τοῦ πατρὸς μεμήνυχεν ἐπιχείρησιν· ὁ δὲ ἠπίστει. Ἠξίου δὲ αὐτὸν ὁ Δαβὶδ ἀποπει-

XXXI. David inde aufugiens Jonathæ patris contra se conatum significat. Quod cum ille non crederet, **66** petit ut paterni animi periculum fa-

ciat, et sibi extra urbem manenti nuntiet. Itaque Jonathas Davidis apud patrem facta mentione, cum eum illius sitire sanguinem intellexisset, illi clam ipse omnem rem nuntiat, et fuga salutem quærere jubet: Davidemque jurejurando sibi obstringit, ut sui recordaretur, et quod si ipse mortuus esset, liberis suis benefaceret. His Jonathas dictis revertitur, David Nabam ad Abimelechum pontificem se confert. Ei miranti cur solus iret David: *Mihi rex*, inquit, *arcani aliquid mandavit, quod ne quis resciscerel, solus adsum: hic autem convenire me famulos meos jussit*. His dictis, panes petiit. Sacerdos se nonnisi sacros habere respondit: verum si a mulieribus puri essent, acciperet atque ederet. Tum David gladium etiam dari sibi petit: sed cum sacerdos non alia arma nisi Goliæ gladium se habere diceret, quem ipse Deo consecrasset, eo David accepto, Gethain ad regem alienigenarum Anchum se confert. Ibi agnitus, et perterrefactus, insaniam simulans, quasi mentis impos et incedere et agere omnia. Sic ab alienigenis elapsus in tribum Judaicam proficiscitur, et in spelunca Odola delitescit, ubi fratres et cognati eum conveniebant. Post et alii ad eum confluxere, circiter quadringenti. Inde in Moabitidem abiens, regem orat, ut parentibus suis illic exsulare liceret, donec suæ res exitum aliquem sortirentur. Obsequitur ille, et Jessæo cum sua familia suscepto, David Gadis prophetæ jussu in terram Judaicam redit. Saul ubi cognovisset, Davidem manum fecisse, convocat amicos, cum eis expostulat, quasi cum Davide colludentibus. Doeg autem Syrus, Saulis servus, qui adfuerat, cum pontifex Davidi panes et Goliæ gladium dedisset, regi nuntiat, ut Davidem ad pontificem profectum viderit, ut pontifex ejus nomine Deum consuluerit, ut commeatum et Goliæ gladium illi dederit. Rex pontificem accersitum conjurationis cum Davide initæ accusat, et a satellitibus cum omni progenie occidi jubet. Illis cædem virorum Deo sacra offerentium reformidantibus, Doego id negotii dat. Is jussa regis exsequitur, omnibus interfectis, **67** numero quinque et trecentis: in civitatem eorum quoque grassatus, sublatis prorsus omnibus, nullo ætatis aut sexus respectu. Unus duntaxat pontificis filius Abiathar fuga elapsus, Davidi nuntiat quid accidisset. Cum autem alienigenæ Ceilam impressione facta, prædas ex agro agerent, David auctore Deo cum quadringentis eos aggressus, cædit, omnemque prædam recipit. Tum Saul copias militum ad eum occidendum mittit; sed David relicta Ceila, in desertum se confert. Saule autem ne sic quidem ab ejus occidendi consilio discedente, Jonathas ad Davidem profectus, confirmat hominem, et spem bonam habere jubet: sed cum David in petram deserti Maanis confugisset, Saule cum ma-

A ραν ποιήσασθαι τῆς γνώμης τῆς πατρικῆς, καὶ ταύτην δηλῶσαι αὐτῷ ἔξω προσμενοῦντι τῆς πόλεως. Προσαγαγὼν οὖν λόγους ὁ Ἰωνάθαν τῷ πατρὶ περὶ τοῦ Δαβίδ, καὶ τὴν πατρικὴν προαίρεσιν ἐγνωκὼς διψῶσαν τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρὸς, ἀπαγγέλλει πάντα αὐτῷ λάθρα δι' ἑαυτοῦ, καὶ σώζειν προτρέπεται ἑαυτὸν, καὶ ὥρκισε τὸν Δαβὶδ μεμνῆσθαι αὐτοῦ· κἂν τύχῃ θανὼν, ἐνδείξασθαί τι χρηστὸν εἰς τοὺς ἐξ αὐτοῦ. Ταῦτ' εἰπὼν Ἰωνάθαν, ὑπέστρεψε. Δαβὶδ δὲ φεύγων εἰς Ναβὰ, παραγίνεται πρὸς Ἀβιμέλεχ τὸν ἀρχιερέα. Ὁ δὲ, πῶς μόνος ἥκει διεπυνθάνετο. Κἀκεῖνος· *Ἐντετάλθαι τι παρὰ τοῦ βασιλέως*, εἶπεν, *ἀπόῤῥητον· καὶ ἵνα μή τις γνῷ περὶ τούτου, μεμόνωμαι· ἐνταῦθα δέ μοι συνελθεῖν τοῖς παιδαρίοις ἐπέταξε*. Ταῦτα εἰπὼν, ἄρτους ᾔτησε. Καὶ B ὁ ἀρχιερεὺς μὴ ἔχειν εἶπεν ἄλλους ἢ τοὺς ἁγίους. Καὶ, Εἰ ἀπὸ γυναικὸς ἐφυλάξασθε, λάβετε τούτους, καὶ φάγετε. Ὁ δὲ καὶ ῥομφαίαν αὐτῷ δοθῆναι ἐζήτησε. Μὴ ἔχειν μέντοι ὁ ἀρχιερεὺς ὅπλον ἕτερον ἀπεκρίνατο ἢ τὴν ῥομφαίαν τοῦ Γολιὰθ, ἣν αὐτὸς ἀνέθετο τῷ Θεῷ, καὶ ταῦτα λαβὼν ὁ Δαβὶδ, εἰς Γὲθ ἀπελήλυθε πρὸς βασιλέα τῶν ἀλλοφύλων Ἀγχοὺς (50). Καὶ γνωσθεὶς ὅστις εἴη, καὶ φοβηθεὶς, μανίαν ὑπεκρίθη, καὶ ὡς ἔκφρων ἐπορεύετό τε καὶ ἔπραττεν. Οὕτω δ' ἐκ τῶν ἀλλοφύλων διασωθεὶς εἰς τὴν Ἰούδα φυλὴν παραγίνεται, καὶ κρύπτεται εἰς τὸ σπήλαιον Ὀδολάμ· ἔνθα οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ οἱ συγγενεῖς προσῆλθον αὐτῷ. Εἶτα καὶ ἄλλοι ἐκεῖ συνεῤῥύησαν, ὡς γενέσθαι πάντας περὶ τετρακοσίους. Ἄπεισι δ' C ἐκεῖθεν εἰς τὴν Μωαβῖτιν, καὶ παρακαλεῖ τὸν βασιλέα Μωὰβ παροικῆσαι παρ' αὐτῷ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ, ἕως ἂν εἴς τι τέλος ἥξει τὰ κατ' αὐτόν. Ὁ δὲ πείθεται, καὶ προσδέχεται τὸν Ἰεσσαὶ καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Καὶ ὁ Δαβὶδ ἐπορεύθη εἰς τὴν γῆν Ἰούδα, τοῦτο Γὰδ τοῦ προφήτου κελεύσαντος. Ὁ Σαοὺλ δὲ μαθὼν, ὅτι πλῆθος ἤθροισται πρὸς Δαβὶδ, συγκαλεσάμενος τοὺς φίλους, ὠνείδιζεν αὐτοὺς, ὡς ἐκείνῳ προστιθεμένους. Δοῦλος δέ τις Σαοὺλ, Σύρος τὸ γένος, Δωὴκ τοὔνομα, παρατυχὼν ὅτε τοὺς ἄρτους ὁ ἀρχιερεὺς ἔδωκε τῷ Δαβὶδ, καὶ τὴν ῥομφαίαν τοῦ Γολιὰθ, παρεστηκὼς τότε αὐτῷ, ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ, ὡς εἶδε τὸν Δαβὶδ παραγενόμενον πρὸς τὸν ἀρχιερέα, καὶ ἐρωτῶντα δι' αὐτοῦ τὸν Θεὸν, καὶ ἐπισιτισμὸν λαβόντα, καὶ τὴν ῥομφαίαν. Μεταπεμ- D ψάμενος δὲ τὸν ἀρχιερέα ὁ βασιλεὺς, ἐπενεκάλει αὐτῷ συνωμοσίαν μετὰ Δαβίδ· καὶ προσέταξε τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ ὁπλίταις κτεῖναι τὸν ἀρχιερέα, καὶ πᾶσαν τὴν γενεὰν αὐτοῦ. Εὐλαβηθέντων δ' ἐκείνων ἐπενεγκεῖν χεῖρα τοῖς τῷ Θεῷ ἱερωμένοις, τῷ Δωὴκ ἐπιτρέπει τοὺς φόνους. Καὶ ὃς ἀπέκτεινεν ἅπαντας τριακοσίους ὄντας καὶ πέντε. Καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐπάταξεν, ἡβηδὸν ἅπαντας ἀνελὼν, οὐ γυναικῶν, οὐ νηπίων, οὐχ ἑτέρας ἡλικίας φεισάμενοι. Εἷς δὲ μόνος υἱὸς τοῦ ἀρχιερέως διέδρα τὸν θάνατον, Ἀβιάθαρ καλούμενος, ὃς φυγὼν πρὸς Δαβὶδ, ἀπήγγειλε τὰ γενόμενα. Τῶν δὲ ἀλλοφύλων ἐμβεβληκότων εἰς

Variæ lectiones et notæ.

(50) Ἀγχοὺς. Qui in Bibliis Achis dicitur. Wolfius.

Κεϊλὰ, καὶ τὴν χώραν ληϊζομένων, ὁ Δαβὶδ κελεύσαντος τοῦ Θεοῦ ἐπῆλθεν αὐτοῖς μετὰ τῶν τετρακοσίων, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς, καὶ τὴν λείαν ἅπασαν ἐπανήγαγεν. Σαοὺλ δὲ στέλλει πλῆθος στρατιωτῶν ἐκεῖ αὐτὸν ἀναιρήσοντας. Ὁ δὲ ἀπῆλθεν ἐκ Κεϊλὰ εἰς τὴν ἔρημον. Καὶ Σαοὺλ οὐκ ἐπαύετο ζητῶν θανατῶσαι αὐτόν. Ἰωνάθαν δὲ ἧκει παρὰ τὸν Δαβὶδ, καὶ παρεθάῤῥυνεν αὐτὸν, καὶ παρεκάλει ἐλπίδας ἔχειν χρηστάς. Ἐπεὶ δὲ Δαβὶδ ἐπὶ τὴν πέτραν κατέφυγε τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ Μαὰν, καὶ ὁ Σαοὺλ ἐπῆλθε μετὰ πλήθους πολλοῦ, ἐκινδύνευε ληφθῆναι Δαβὶδ, εἰ μὴ ἄγγελος ἧκε τῷ Σαοὺλ, ὡς ἀλλόφυλοι τῇ χώρᾳ ἐπέθεντο. Καταλιπὼν γὰρ τὸν Δαβὶδ, ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξώρμησεν. Εἶτα ἀπηγγέλη αὐτῷ, ὡς ἐν τῇ ἐρήμῳ Γαδδὶ αὐλίζεται ὁ Δαβὶδ, καὶ τρισχιλίους λαβὼν ἐπορεύετο. Ἀπιὼν δὲ ὑπὸ τῆς γαστρὸς ἠνωχλήθη. Καὶ ἦν τι σπήλαιον ἐκεῖ, ἐν ᾧ Δαβὶδ, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐνδότερον κατεκρύπτοντο. Τοῦτο εἰσέδυ Σαοὺλ εἰς ἀπόπατον. Καὶ Δαβὶδ ἠρεθίζετο παρὰ τῶν μετ' αὐτοῦ κτεῖναι Σαούλ. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη. Ἀλλὰ τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος αὐτοῦ λάθρα ἐκτεμὼν, ἔλαβε. Καὶ ἐξελθόντος τοῦ βασιλέως, προελήλυθεν ὁ Δαβὶδ, καὶ ἐβόησεν ὀπίσω Σαούλ. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπεῖδε πρὸς τὴν φωνήν. Καὶ προσεκύνησε Δαβὶδ, καὶ εἶπε· *Μὴ πίστευε ταῖς διαβολαῖς· ἰδοὺ παρέδωκέ σε Κύριος εἰς τὰς χεῖράς μου. Ὅτε γὰρ ἐν τῷ σπηλαίῳ τὸ τῆς διπλοΐδος σου πτερύγιον ἔτεμον, ῥᾷον ἦν μοι καὶ ἀνελεῖν σε.* Καὶ ἅμα τὸ τμῆμα αὐτῷ ὑπεδείκνυε, καὶ, *Δικάσαι Κύριος ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ*, ἐξεβόησε. Καὶ Σαοὺλ πρὸς ταῦτα κατανυγεὶς, ἦρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ. καὶ κλαύσας, ἔφη τῷ Δαβὶδ· *Δίκαιος σὺ, ἐγὼ μὲν γὰρ αἴτιός σοι κακῶν· σὺ δέ μοι ἀνταπέδωκας ἀγαθά. Ὅθεν πείθομαι, ὅτι βασιλέα σε Ἰσραὴλ τηρεῖ ὁ Θεός. Δὸς δή μοι πίστεις, ὡς οὐκ ἐξολοθρεύσεις τὸν οἶκόν μου, ἀλλὰ διατηρήσεις τὸ γένος μου.* Καὶ ὤμοσε Δαβὶδ τῷ Σαούλ, καὶ ἀπῆλθον ἀπ' ἀλλήλων.

A gnis copiis aggresso, in periculo captivitatis fuisset, nisi nuntiata hostium in regionem impressione, Saul relicto Davide, ad sua tuenda se recepisset. Post hæc Sauli nuntiatur Davidem in deserto Gaddi versari. Assumptis igitur delectorum tribus millibus, inter eundum turbatis intestinis, in speluncam ad requisita naturæ secedit, in qua David cum sua cohorte latitabat : qui cum a suis ad occidendum Saulem incitaretur, non obsequitur, sed laciniam vestis ejus clam præcidit. Rege egresso, et ipse procedit, clamore post eum sublato : ad quem, conversum regem adorat, et sic infit : *Noli fidem adhibere, o rex, calumniis. Ecce tradidit te Dominus in manus meas. Nam cum in spelunca vestis tuæ laciniam præciderem, multo facilius teipsum* B *occidissem.* Simulque illam profert, et : *Dijudicet inter me et te Deus*, exclamat. Quæ cum regis animum perculissent, sublata voce cum ejulatu Davidi dicit : *Tu justus es, nam cum ego male de te sim meritus, tu in me beneficus exstitisti. Quare credo te ad regnum Israelis asservari a Deo. Verum dato mihi fidem te domum meam non eversurum, sed conservaturum esse genus meum.* Jurat Sauli David, itaque discedunt invicem.

ΛΒ'. Ἀπέθανε δὲ τότε καὶ Σαμουὴλ ὁ προφήτης, ἀνὴρ δίκαιος καὶ χρηστός· ὃς ἦρξε τοῦ Ἰσραὴλ μετὰ τὸν Ἠλεὶ, μόνος μὲν ἔτη δώδεκα, μετὰ δὲ Σαοὺλ ὀκτωκαίδεκα. Καὶ Δαβὶδ εἰς τὴν ἔρημον ἀπῆλθε Μαὰν, καὶ ἀπέστειλε πρὸς Νάβαλ τὸν Καρμήλιον πλούσιον ἄνδρα, κείροντα τὰ ποίμνια αὐτοῦ, τοὺς προσεροῦντας αὐτῷ, καὶ ἀξιώσοντας δοῦναι τοῖς μετ' αὐτοῦ καὶ αὐτῷ, καθὼς ἂν προαιροῖτο, ἀνέπαφα τηρήσασι τὰ ποίμνια καὶ τοὺς ποιμένας αὐτοῦ. Νάβαλ δὲ, σκληρὸς τυγχάνων καὶ ἰταμὸς, ἀπανθρώπως τοῖς τοῦ Δαβὶδ ἀπεκρίθη καὶ ἀναιδῶς, *Τίς ὁ Δαβίδ; καὶ τίς ὁ υἱὸς Ἰεσσαί;* καὶ δραπέτην καλέσας αὐτόν. Ἐπὶ τούτοις θυμοῦται Δαβὶδ, καὶ ὤμοσεν ἐξολοθρεῦσαι πάντα τὰ τοῦ Νάβαλ. Καὶ ἄπῃει πρὸς ἐκεῖνον σὺν τετρακοσίοις ὁπλίταις. Ἡ δὲ τοῦ Νάβαλ γυνὴ, συνετὴ οὖσα καὶ ὡραία, μαθοῦσα ὅπως τε Δαβὶδ προσεῖπε τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, καὶ ὡς ἀσινῆ τὰ αὐτῶν συνετήρησε, καὶ ὅσα τῷ Δαβὶδ ἀνταπεκρίθη ὁ Νάβαλ βλάσφημα, μηδὲν κοινωσαμένη τῷ οἰκείῳ ἀνδρὶ, λαβοῦσα ἐπὶ τῶν ὄνων ξένια παντοῖά τε καὶ πολλὰ, πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐπορεύετο· καὶ συναντήσασα τούτῳ, προσεκύνησεν. Ἐδεῖτο δὲ μὴ μνησικακῆσαι τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. Εἶναι γὰρ ἐκείνῳ κατὰ τὴν κλῆσιν τὸ φρόνημα, (*ἀφροσύνην* γὰρ ὁ Νάβαλ δηλοῖ) ἀφεῖναι δὲ τὴν ὀργὴν, καὶ τὰ προσαγόμενα δέξασθαι. Ὁ δὲ καὶ ἐπῄνεσε τὴν γυναῖκα καὶ συγγνώμην νείμας, ὑπέστρεψεν. Ἐπανελθοῦσα δὲ ἡ γυνὴ πρὸς τὸν Νάβαλ, τὴν τοῦ Δαβὶδ ἔφοδον ἐκείνῳ μεμήνυκε. Καὶ

C XXXII. Sub id tempus Samuel etiam moritur, vir justus et bonus, qui post Elii obitum Israelitis præfuerat annos duodecim solus, cum Saule octodecim. David in desertum Maanis recedit, et ad Nabalem Carmelitam, hominem divitem qui greges suos tondebat, legatos 68 mittit, petitum ut sibi et suis, quantum ipsi visum esset, impertiretur, ob defensos et greges et pastores ejus. Nabal homo asper et ferox, Davidicis inhumaniter respondet, et impudenter : *Quis*, inquit, *est David? quis est Jessæi filius?* eumque fugitivum vocat. His contumeliis irritatus David, se Nabalem cum omnibus suis deleturum jurat, et cum quadringentis armatis adversus eum proficiscitur. Verum Nabalis uxor, matrona prudens et formosa, cum rescivisset D quemadmodum David maritum allocutus esset, et bona ipsorum custodisset, atque ut maritus Davidi contumeliose respondisset, re cum illo non communicata, asinos multis et variis muneribus onerat, Davidi obviam proficiscitur. Ad quem cum pervenisset, honore præbito, rogat ut injuriæ mariti sui oblitus, cujus ingenium nomini responderet (Nabal enim *recordiam* significat), iraque deposita, ea quæ offerrentur, acceptaret. Ille collaudata muliere, dataque venia, recedit. Reversa domum Nabali Davidis hostilem accessum indicat : quo audito, et terrore et mœrore tanto oppressus est, ut post diem decimum vitam abruperit. Quo cognito

David ad Abigæam mittit, eamque ambit. Illa, etsi talis viri conjugio se indignam esse diceret, tamen ei nubit. Interea Saul Davidi nihilominus insidiatur, cum tribus delectorum millibus juxta collem Echelam castris positis, quo in loco David cum suis quadringentis viris versabatur. Is cum Amesa noctu in castra Saulis profectus, usque in tentorium regis dormientis penetrat, ubi Amesam ad trucidandum regem incitatum inhibet, hasta duntaxat et hydria regis ablata discedunt, nemine animadvertente : quamvis Abnerus, multique alii circum regem jacerent. Itaque montis cacumine conscenso, Abnerem his verbis inclamat : *Cur non custodis regem? Ecce vobis ignaris quidam ingressi sunt, ad eum occidendum. Quære hastam et hydriam regis, ut intelligas, quale vos periculum fefellerit.* Saul agnita voce Davidis, qui cum occidere potuisset, denuo sibi pepercisset, se peccasse fatetur, ac mentis errore affici : Davidemque bono animo esse jubet, domumque suam reverti. At ille : *Dominus*, inquit, *quem-*
69 *que pro justitia et fide sua remuneretur.* Cumque sexcentis suis ad Anchum Gethæ regem se confert, atque ibi menses quatuor commoratur. Cum autem Palæstini bellum Israelitis illaturi essent, Anchus Davidi ait : *Nunquid et tu cum tuis mecum ad bellum egredieris?* Respondet ille, se strenuam operam navaturum. Hostibus jam fines Israelitarum ingressis, Saul perturbatus, Deum consulit, utrum pugna ineunda sit : quo non respondente, Engastrimythum quærit, et mulierem convenit, mutato habitu ne agnosceretur, petitque Samuelis sibi manes elici : qui cum evocati quibusdam carminibus viderentur, Saul : *Vehementer*, inquit, *angor : nam et alienigenæ contra me convenerunt, et Deus a me recessit.* Samuelis spectrum respondet : *Fecit ea Dominus, quæ per me prædixerat, regnum abs te auferens, idque Davidi tribuens, et populum hostibus subjiciens. Tu vero filiique tui cras cadetis.* His auditis, Saul ingenti mœrore affectus, discedit. Jam castra posuerant hostes, et David cum suis sexcentis a tergo eorum stativa habebat. Verum satrapis non probabatur ea societas. Causabantur enim, metuendum esse ne qua sibi clades ab eo inferretur in bello, ad populares suos se conferente. Itaque petunt ut discedat : et Anchus satrapis obsequens, eum abire jubet. Discedit igitur cum suis David Sicelagem, ab Ancho sibi ad habitandum assignatam. Incensam reperit : uxoresque suas ambas cum omnibus qui ibi fuerant, captas ab Amalecitis. Ea clade deplorata, per Abiatharem sacerdotem Deum consulit, an persequendi sint hostes? Deo permittente, cum quadringentis persequitur, ducentos ad impedimentorum custodiam relinquit. Et sparsim comedentes bibentesque adeptus, et ex improviso aggressus, omnes

A ὅς, δειματί τε καὶ λύπῃ κατασχεθεὶς, οὐ πλείους τε τῶν δέκα ἐπιβιοὺς ἡμερῶν, ἀπέῤῥηξε τὴν ζωήν. Καὶ τοῦτο μαθὼν ὁ Δαβὶδ, ἀπέστειλε πρὸς Ἀβιγαίαν μνώμενον αὐτὴν ἑαυτῷ. Ἡ δὲ οὐκ ἀξίαν εἶπεν ἑαυτὴν εἶναι πρὸς συνοίκησιν τοιούτῳ ἀνδρί. Ὅμως μέντοι ἀπῆλθε, καὶ ἔλαβεν αὐτὴν εἰς γυναῖκα Δαβίδ. Ὁ δὲ Σαοὺλ ἐπεβούλευεν ἔτι αὐτῷ, καὶ μετὰ τρισχιλίων λογάδων στρατοπεδεύεται παρὰ τὸν βουνὸν Ἐχελὰτ, ὅπου διέτριβεν ὁ Δαβὶδ μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ τετρακοσίων ἀνδρῶν. Νυκτὸς δὲ ἐπορεύθη Δαβὶδ αὐτὸς καὶ Ἀμεσὰ εἰς τὴν παρεμβολὴν τοῦ Σαοὺλ, καὶ εἰσῆλθον, ὅπου ἦν καθεύδων Σαούλ. Καὶ τοῦ Ἀμεσὰ ἀνελεῖν ὡρμηκότος αὐτὸν, οὐκ εἴασεν ὁ Δαβίδ. Τὸ δόρυ δὲ τοῦ βασιλέως καὶ τὸ ἀγγεῖον τοῦ ὕδατος λαβόντες ἐξῆλθον, μή τινος αἰσθομένου· καὶ B ταῦτα τοῦ Ἀβεννὴρ τοῦ ἄρχοντος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ πολλῶν ἑτέρων κύκλῳ κειμένων τοῦ βασιλέως. Ἀνελθὼν δὲ ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ὄρους Δαβὶδ, ἐβόησε πρὸς τὸν Ἀβεννήρ· *Τί ὅτι οὐ φυλάσσεις τὸν βασιλέα; Ἰδοὺ γὰρ εἰσῆλθόν τινες κτεῖναι αὐτὸν, καὶ ὑμεῖς οὐκ ἐγνώκατε. Ζήτησον οὖν τὸ δόρυ, καὶ τὸν φακὸν τοῦ ὕδατος, καὶ οἷος εἴσῃ ὑμᾶς παρελήλυθε κίνδυνος.* Ἐπιγνοὺς δὲ τὴν φωνὴν Δαβὶδ ὁ Σαοὺλ, καὶ ὡς ἐφείσατο καὶ αὖθις αὐτοῦ δυνάμενον αὐτὸν ἀνελεῖν, ἁμαρτεῖν εἶπε, καὶ μεματαιῶσθαι, καὶ ἠξίου θαῤῥεῖν αὐτὸν, καὶ ἐπιστρέφειν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ὁ δὲ, *Κύριος*, ἔφη, *δώῃ ἑκάστῳ κατὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν πίστιν αὐτοῦ.* Καὶ ἀπῆλθε μετὰ C τῶν σὺν αὐτῷ ἑξακοσίων Δαβὶδ πρὸς Ἀγχοὺς τὸν βασιλέα τῆς Γὲθ, καὶ διῆγεν ἐκεῖ τέσσαρας μῆνας. Τῶν δὲ Παλαιστινῶν ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐκστρατεῦσαι βουλομένων, ἔφη πρὸς Δαβὶδ ὁ Ἀγχούς· *Συνεξελεύσῃ μοι εἰς τὸν πόλεμον σὺ, καὶ οἱ μετὰ σοῦ;* κἀκεῖνος αὐτῷ προθύμως συμμαχήσειν ὑπέσχετο. Ἤδη δὲ τῶν ἀλλοφύλων τῇ χώρᾳ προσελασάντων τῶν Ἰσραηλιτῶν, ὁ Σαοὺλ τεθορύβητο, καὶ τοῦ Θεοῦ ἐπυνθάνετο, εἰ μαχήσεται; Μὴ ἀποκρινομένου δὲ, ἐγγαστρίμυθον ἐζήτησε, καὶ ἐπορεύθη πρὸς αὐτὴν μεταμφιασάμενος, ἵνα μὴ ὅστις εἴη ἐπιγνωσθῇ, καὶ ᾔτησεν ἀναχθῆναι αὐτῷ τοῦ Σαμουὴλ τὴν ψυχὴν, καὶ ἐπῳδαῖς τισιν ἀναχθῆναι δοξάσῃ, εἶπε Σαούλ· *Θλίβομαι σφόδρα, ὅτι συνήχθησαν κατ' ἐμοῦ οἱ ἀλλόφυλοι, καὶ ὁ Κύριος ἀφέστηκεν* D *ἀπ' ἐμοῦ.* Τὸ δὲ τοῦ Σαμουὴλ φάντασμα ἀπεκρίθη, ὡς *Πεποίηκέ σοι ὁ Κύριος ὅσα πρὸς σὲ μεμήνυκε* (51) *δι' ἐμοῦ, καὶ ἀφαιρεῖταί σου τὴν βασιλείαν, καὶ δίδωσιν αὐτὴν τῷ Δαβὶδ, καὶ τὸν λαὸν ὑποτάσσει τοῖς πολεμίοις. Σὺ δὲ καὶ οἱ υἱοί σου αὔριον πεσεῖσθε.* Καὶ ἐλυπήθη σφόδρα τούτων ἀκούσας Σαοὺλ, καὶ ἀπῆλθε. Καὶ οἱ ἀλλόφυλοι ἐστρατοπεδεύσαντο· καὶ Δαβὶδ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἑξακόσιοι ὄπισθεν. Τοῖς δὲ σατράπαις οὐκ ἤρεσκε συστρατεύεσθαι αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ, λέγουσι, Μή τι κακὸν ἐργάσηται εἰς ἡμᾶς, ἐν τῷ πολέμῳ τοῖς ὁμοφύλοις προσθέμενος. Καὶ ἀποστρέφειν αὐτὸν ἠξίουν.

Variæ lectiones et notæ.

(51) *Ὅσα προμεμήνυκεν*. Ὅσα πρὸς σὲ μεμήνυκεν. W.

Καὶ ὁ Ἀγχοὺς, τοῖς σατράπαις πειθόμενος, ἀπελθεῖν A ἐκέλευσε τῷ Δαβίδ. Καὶ ὃς ἀπῆλθε μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ. Καὶ εὗρε τὴν Σικελὰγ, ἣν δέδωκεν αὐτῷ Ἀγχοὺς εἰς κατοίκησιν ἐμπεπυρισμένην, καὶ τὰς γυναῖκας ἑαυτοῦ ἀμφοτέρας, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκεῖ, αἰχμαλωτισθέντας παρὰ τῶν Ἀμαληκιτῶν. Καὶ ἀνῴμωξεν ἐπὶ τούτῳ Δαβὶδ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ. Καὶ ἠρώτησε τὸν Θεὸν διὰ τοῦ ἀρχιερέως Ἀβιάθαρ, εἰ καταδιώξεται ὀπίσω αὐτῶν; Ἐπιτρέψαντος δὲ τοῦ Θεοῦ, κατεδίωξε μετὰ τῶν τετρακοσίων. Τοὺς δὲ διακοσίους ἐπὶ φυλακῇ τῶν σκευῶν καταλέλοιπε. Καὶ εὑρὼν ἐσκεδασμένους αὐτοὺς, ἐσθίοντάς τε καὶ πίνοντας, καὶ αἰφνηδὸν αὐτοῖς ἐπιθέμενος, πλὴν τετρακοσίων ἐν δρομάσι πεφευγότων καμήλοις, πάντας ἀπέκτεινε, καὶ τὴν λείαν ἅπασαν διεσώσατο. B Ἀναστρέψαντες δὲ οἱ μετὰ Δαβὶδ τετρακόσιοι, οὐκ ἤθελον συμμεριστὰς αὐτοῖς καὶ τοὺς διακοσίους γενέσθαι. Ἀρκεῖσθαι δ' ἠξίουν σεσωσμέναις ταῖς ἑαυτῶν γυναιξίν. Ἄδικον δὲ τὴν γνώμην ταύτην ἔκρινεν ὁ Δαβὶδ, καὶ ἐπίσης πᾶσι δεῖν μερισθῆναι τὴν ὠφέλειαν ἀπεφήνατο. Ὃ καὶ νόμος ἔκτοτε γέγονε, συμμερίζειν κελεύων τοῖς μαχομένοις τὰ λάφυρα κατὰ τὸ ἴσον τοὺς τὰ σκεύη φυλάσσοντας. Πολέμου δὲ συῤῥαγέντος τοῖς Ἰσραηλίταις καὶ τοῖς Παλαιστινοῖς, πλεῖστοι μὲν κτείνονται τῶν Ἑβραίων, καὶ οἱ τρεῖς δὲ παῖδες Σαοὺλ ἔπεσον, καὶ αὐτὸς Σαοὺλ ἐτέτρωτο εἰς τὰ ὑποχόνδρια. Καὶ γνοὺς καιρίως βεβλημένος, καὶ οὐ ζησόμενος, εἶπε τῷ ὁπλοφόρῳ αὐτοῦ, ἐκκεντῆσαι αὐτὸν, ἵνα μὴ ζῶν ἔτι τοῖς πολεμίοις ληφθῶ. Τοῦ δὲ μὴ πειθομένου ποιῆσαι τὸ κελευόμενον, αὐτὸς ἐπέπεσεν ἐπὶ τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν. Καὶ ὁ ὁπλοφόρος αὐτοῦ, ὡς εἶδε πεσόντα τὸν βασιλέα, καὶ αὐτὸς ἀπέκτεινεν ἑαυτόν. Τῇ δ' ἐπαύριον σκυλεύοντες οἱ ἀλλόφυλοι τοὺς πεσόντας τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἐνέτυχον τοῖς νεκροῖς τοῦ Σαοὺλ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι Γελβουὲ, καὶ ἐκτεμόντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, εἰς τὴν οἰκείαν ἔπεμψαν χώραν, πανταχοῦ θεατρίζοντες ταύτας, καὶ εὐαγγελιζόμενοι. Καὶ τὰς πανοπλίας αὐτῶν ἀνέθεντο τοῖς οἰκείοις θεοῖς, τὰ δὲ σώματα ἀνεσταύρωσαν παρὰ τὸ τεῖχος Μεθορὰμ, ἣ μετέπειτα ἐκλήθη Σκυθόπολις. Τῶν δὲ τὴν πόλιν Ἰαβεὶς οἰκούντων ἐν Γαλαὰδ μαθόντων ὅσα συνέπεσον τῷ Σαοὺλ, ἐξῆλθον οἱ δυνατώτατοι, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς συντείναντες τὴν πορείαν, καθεῖλον τὰ σώματα Σαοὺλ καὶ Ἰωνάθαν. Καὶ ἐπαναγαγόντες εἰς Ἰαβεὶς, ἔκαυσαν ταῦτα. Καὶ τὰ ὀστᾶ συλλέξαντες, ἔθαψαν. Ἐβασίλευσε δὲ Σαοὺλ, ζῶντος ἔτι τοῦ Σαμουὴλ, ὀκτωκαίδεκα ἔτη, ἐκείνου δ' ἀποθανόντος, δύο καὶ εἴκοσι.

A cædit præter quadringentos, qui cursoribus camelis effugerunt, omnemque prædam recuperat. Quadringenti Davidici reversi, manubias cum ducentis partiri recusant : bene cum illis actum dicentes, quod uxores suas recepissent. Verum David eam sententiam ut injustam damnat : et quidquid partum esset, ex æquo jubet dividi. Quæ lex eo ex tempore adhuc durat, ut ad impedimentorum custodiam relicti, in partem manubiarum veniant cum **70** iis qui pugnavere. Prælio inter Palæstinos et Israelitas commisso, plurimi ex Hebræis cadunt, et tres filii Saulis : qui et ipse lethaliter in præcordiis se vulneratum sentiens, ab armigero se confodi jubet, ne vivus in hostium potestatem veniat : quod cum ille recusaret, gladio incumbens moritur. B Quo armiger viso, et ipse necem sibi consciscit. Postridie Palæstini dum interfectos Israelitas spoliant, Saulis et liberorum illius cadavera in montibus Gelboënis reperiunt, ac resecta eorum capita domum mittunt, ubique spectatum proponunt, victoriam sibi gratulantes, armis eorum diis suis dedicatis. Cadavera vero in cruces sustulerunt juxta mœnia Methoræ, quæ postea Scythopolis est appellata. Saulis clade apud Jabinos Galaaditas cognita, fortissimi quique, itinere per totam noctem continuato, Saulis et Jonathæ cadavera sublata Jabim retulere : iisque crematis, ossa sepeliverunt. Regnavit Saul, superstite adhuc Samuele, annos octodecim : eo defuncto, viginti duos.

LIBER SECUNDUS.

Α'. Ἄρτι δ' ἐπανῆλθε Δαβὶδ ἐκ τῆς τῶν ἀλλοφύλων C κοπῆς, καί τις ἀνὴρ προσῆλθεν αὐτῷ ἐπαγγέλλων τὴν ἧτταν τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ τὸν θάνατον τοῦ Σαοὺλ καὶ τοῦ Ἰωνάθαν. Ἀνακρινόμενος δὲ εἰ ἀληθῆ ἀπαγγέλλει, εἶπε καιρίαν πληγῆναι τὸν Σαοὺλ, καὶ μὴ οἷόν τε ὄντα δι' ἀσθένειαν ἑαυτὸν ἀνελεῖν, παρακαλέσαι αὐτὸν, ἵνα μὴ ζῶν τοῖς πολεμίοις ἁλῷ, ἐπιῤῥῶσαι αὐτῷ τὴν πληγὴν ἐπιπεσόντι τῇ ἰδίᾳ ῥομφαίᾳ, καὶ ποιῆσαι κατὰ τὸ ἐπίταγμα, καὶ τὸν βασιλέα διαχειρίσασθαι. Καὶ εἰς πίστιν τῶν λόγων προέτεινε τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐκείνου βασίλειον στέφανον, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς βραχίοσι χρυσὸν, καὶ ἐδίδου Δαβίδ. Ἐθρήνησεν οὖν Δαβὶδ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τὸν Σαοὺλ καὶ τὸν Ἰωνάθαν. Τὸν δὲ τὸν

I. Davidi recens a cæde hostium reverso, vir quidam Israelitarum stragem, et Saulis ac Jonathæ interitum nuntiat. Rogatus, num vera nuntiaret, respondet : Saulem lethali vulnere accepto, cum ipse sese ob imbecillitatem occidere non posset, suam opem implorasse, ne vivus in hostium potestatem veniret : juvisse igitur, ut qui gladio proprio jam incubuisset, eo ictu conficeretur : et sustulisse regem, ut mandasset. Quæ ut vera crederentur, regii capitis coronam et armillas aureas Davidi offert. Saulem igitur et Jonatham David cum suis luget : sed hominem illum supplicio afficit, qui uncto Domini manus attulisset. Deinde jussu Dei Chebronem ascendit, urbem Judaicam,

cum utraque uxore, Achinoa et Abigaa, ejusque
milites cum omni familia. Ibi a tribu Judaica rex
declaratur, et Jabincs ob sepulti Saulis et Jonathæ
officium collaudat. Abenerus autem Saulis dux, reli-
quum herilem filium Jebosthem, totius **71** Israe-
litici populi, Judaica tribu excepta, regem salutat,
tum annos quadraginta natum, qui biennium impe-
ravit. Idemque Abenerus Judaicæ tribui ob Davidem
regem creatum infensus, bellum infert. Cui Joabus
Davidis imperator cum suis copiis occurrit, ac
principio duodeni utrinque concurrunt : quibus
mutua cæde sublatis, et exercitibus congressis,
Abenerii succumbunt. Joabi fratres erant Abesa et
Asahel, quorum hic pedum celeritate fretus, Abe-
nerum persequebatur : monet ille, ut redeat : non
obtemperantem, a tergo opportuno ictu illato, con
ficit. Tum perempti fratres Asahelis cæde irritati,
infesto cursu Abenerum petunt. At ille in vertice
collis stans, Joabum inclamat : *Ne inter populares
pugnam concites : nam et Asahel, parum feliciter
contemptis meis monitis, occubuit.* Joabus his verbis
obtemperandum ratus, receptui cani jubet, ac per-
secutionem inhibet. Exstitit Hebræis hoc intestini
belli exordium, quod longissimo duravit tempore,
cum quidem Davidicorum vires augerentur, Sauli-
norum minuerentur. Davidi Chebrone habitanti, e
diversis uxoribus sex nati sunt filii, quorum natu
maximus fuit Ammon. Jebosthis porro indignatio
propter Abeneri cum patris Saulis pellice consue-
tudinem, causam illi præbuit ad Davidem defi-
ciendi. David missis ad Jebosthem legatis uxorem
suam Melcholem repetitum, obtinet, ut ea sibi
a marito, cui viro exsulante a Saule desponsa
fuerat, avulsa, remitteretur. Interim Abenerus
cum senioribus populi et centurionibus agit, ut
ad Davidem se conferrent. Quo haud grava-
tim ab omnibus imperato, ad Davidem fide
utrinque jurejurando firmata profectus, cupi-
deque exceptus, ad convocandum populum abit,
ut David ab omnibus rex consalutaretur. Joabus
autem Chebronem profectus, Abeneri defectione
cognita, cum virum apud Davidem multis crimi-
nibus objectis frustra calumniatus esset, clam
nomine Davidis accersendum curat. Reversum, et
ungius a suis, tanquam arcani quid cum eo actu-
rus, seductum, pugione in ilia impacto, perimit.
Quæ res ingenti mœrore Davidem affecit, adeo ut
diras ultrices interfectori **72** imprecaretur, et
mortui exsequias magno cum luctu honorefice cele-
braret. Paulo post Jebosthes per insidias dormiens
occiditur, ejusque caput a duobus qui facinus id
perpetrarant, Davidi affertur. Is vero adeo gratiam
eis non habendam esse censuit, ut supplicio affici
juberet, ob cædem domini. Deinde omnes Israelitæ
ad Davidem se conferunt, eumque regem omnium
tribuum ungunt. Judaicæ tribus regnum suscepit
David anno ætatis tricesimo, eique soli Chebrone
annos septem imperavit, genti vero universæ tres
et triginta.

A Σαοὺλ ἀνελόντα ἐκόλασεν, ὅτι τῷ χριστῷ Κυρίου
τὴν χεῖρα ἐπήνεγκε. Καὶ μετὰ ταῦτα, τοῦ Θεοῦ
κελεύσαντος, εἰς Χεβρὼν ἀνέβη, πόλιν Ἰούδα, μετὰ
ἀμφοῖν τῶν γυναικῶν αὐτοῦ, Ἀχινοὸμ καὶ Ἀβι-
γαίας, καὶ οἱ ἄνδρες οἱ μετ' αὐτοῦ πανοικί. Ἔνθα
βασιλεὺς αἱρεῖται παρὰ τῆς Ἰούδα φυλῆς. Εὐλόγησε
δὲ Δαβὶδ τοὺς ἄνδρας Ἰαβεὶς, ὡς θάψαντας τοὺς
τοῦ Σαοὺλ καὶ τοῦ Ἰωνάθαν νεκρούς. Ὁ δὲ τοῦ
Σαοὺλ ἀρχιστράτηγος Ἀβεννὴρ λαβὼν τὸν περί-
λοιπον υἱὸν τοῦ κυρίου αὐτοῦ τὸν Ἰεβοσθὲ, βα-
σιλέα ἐπὶ πάντα τὸν Ἰσραὴλ, τοῦ Ἰούδα χωρὶς,
ἀνηγόρευσεν. Ἦν δὲ τεσσαράκοντα ἐτῶν, ὅτε ἐβα-
σίλευσεν ὁ Ἰεβοσθὲ, καὶ δύο ἔτη τῆς βασιλείας ἐκρά-
τησεν. Ὁ δὲ Ἀβεννὴρ δι' ὀργῆς ἐποιεῖτο τὴν τοῦ
Ἰούδα φυλὴν ὡς βασιλεύσασαν τὸν Δαβὶδ, καὶ ὥρ-
B μησε κατ' αὐτῆς. Ἀπήντησε δ' αὐτῷ μετὰ δυνά-
μεως Ἰωὰβ, ὃς ἦν τοῦ Δαβὶδ ἀρχιστράτηγος. Καὶ
πρῶτον μὲν δώδεκα ἐξ ἑκάστης ἐμονομάχησαν στρα-
τιᾶς. Πάντων δὲ πεπτωκότων ἐκείνων, καὶ ἄμφω
αἱ στρατιαὶ ἀλλήλαις προσέβαλον, καὶ ἡττήθησαν
οἱ τοῦ Ἀβεννὴρ. Ἀβεσὰ δὲ καὶ Ἀσαὴλ ἀδελφοὶ
Ἰωάβ. Ὁ δὲ Ἀσαὴλ, ἐπὶ ποδῶν ὠκύτητι σεμνυνό-
μενος, ἐδίωκεν ὄπισθεν Ἀβεννήρ. Ὁ δὲ ἀναστρέ-
φειν παρῄνει· ἐπεὶ δὲ μὴ ἔπειθε, πλήξας αὐτὸν ἐξ-
όπισθεν καιρίως, ἀπέκτεινε. Τοῦ τεθνεῶτος δ', οἱ
σύγγονοι διὰ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ σφαγὴν ὀργιζόμενοι,
μετέθεον τὸν Ἀβεννήρ· ἐκεῖνος δὲ στὰς ἐπὶ κορυφῆς
ἑνὸς τῶν βουνῶν, ἐβόησε πρὸς Ἰωὰβ, λέγων, *Μὴ
παρόξυνε πρὸς μάχην ἄνδρας ὁμοεθνεῖς· καὶ
C Ἀσαὴλ γὰρ ἡμάρτηκε, μὴ πεισθείς μοι συμβου-
λεύοντι ἀναστρέφειν, κἀντεῦθεν τέτρωταί τε καὶ
τέθνηκε.* Παράκλησιν οὖν τοὺς λόγους τούτους ὁ
Ἰωὰβ ἡγησάμενος, ἀνακλητικὸν ἠχῆσαι κελεύει τὴν
σάλπιγγα, καὶ τὴν δίωξιν ἔστησεν. Ἀρχὴν δὲ ἐξ
ἐκείνου παρ' Ἑβραίοις ἔλαβεν ὁ ἐμφύλιος πόλεμος,
καὶ διέμεινεν ἐπὶ πλεῖστον, τῶν μὲν τοῦ Δαβὶδ κρα-
ταιουμένων, ἀσθενούντων δέ γε τῶν τοῦ Σαούλ.
Ἐτέχθησαν δὲ τῷ Δαβὶδ ἐν Χεβρὼν ὄντι ἐκ γυναι-
κῶν διαφόρων υἱοὶ ἕξ, ὧν ἦν πρωτότοκος ὁ Ἀμνών.
Τοῦ δὲ Ἀβεννὴρ παλλακῇ μιχθέντος Σαοὺλ, ἠγα-
νάκτησεν Ἰεβοσθὲ κατ' αὐτοῦ, διὰ τὴν παλλακὴν
τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Τοῦτο γέγονεν αἴτιον τοῦ προσ-
ρυῆναι τὸν Ἀβεννὴρ τῷ Δαβίδ. Ὁ δὲ Δαβὶδ, στείλας
πρὸς τὸν Ἰεβοσθὲ, τὴν ἰδίαν γυναῖκα ἐζήτει Μελ-
D χόλ. Ὁ δὲ ἀποσπάσας αὐτὴν τοῦ ἀνδρὸς, ᾧ μετὰ
τὴν φυγὴν τοῦ Δαβὶδ ἡρμόσατο αὐτὴν ὁ Σαοὺλ,
ἀπέστειλε τῷ Δαβίδ. Ἀβεννὴρ δὲ, τοῖς γηραιοῖς τοῦ
πλήθους τῶν Ἰσραηλιτῶν καὶ τοῖς ταξιάρχαις δια-
λεχθεὶς, μεταθέσθαι συνῄνεσε πρὸς Δαβὶδ, τοῦτο καὶ
πάντων προθυμουμένων. Τοῦτο δὲ ποιήσας, ἧκε
πρὸς τὸν Δαβὶδ, ἐνόρκους πίστεις ληψόμενος. Καὶ
δεχθεὶς ἀσμένως, ἀπῄει συναθροίσων τὸ πλῆθος,
ἵνα παρὰ πάντων ἀναῤῥηθῇ ὁ Δαβίδ. Ἐλθὼν δὲ
πρὸς Χεβρὼν Ἰωὰβ, καὶ μαθὼν τὰ περὶ Ἀβεννὴρ,
δείσας μὴ ὑπερέξει ἐκεῖνος αὐτοῦ, κατεῖπε μὲν
πολλὰ τοῦ ἀνδρὸς πρὸς Δαβίδ· μὴ πείθων δὲ, στέλ-
λει λάθρα τὸν καλέσοντα τὸν Ἀβεννὴρ ὡς ἐκ τοῦ
Δαβίδ. Κἀκεῖνος ἀνέστρεψε, καὶ ὑπαντήσας αὐτῷ
Ἰωὰβ, καὶ ὥς τι μυστικώτερον αὐτῷ διαλεξόμενος,

πόῤῥω τῶν οἰκείων ἀπαγαγὼν αὐτὸν κτείνει, ξίφει πατάξας ὑπὸ λαγόνα. Δαβὶδ δὲ, τοῦτο μαθὼν, ἤλγησε σφόδρα, καὶ τῷ τὸν ἄνδρα κτείναντι κατηράσατο, καὶ ἐθρήνησε τὸν θανόντα, καὶ φιλοτίμως ἐνεταφίασεν. Ἰεβοσθὲ δὲ, μετὰ μικρὸν ἐπιβουλευθεὶς, ἐσφάγη κοιμώμενος. Καὶ οἱ τοῦτον ἀνελόντες, δύο ὄντες, τὴν κεφαλὴν λαβόντες αὐτοῦ, τῷ Δαβὶδ ἀπεκόμισαν. Ὁ δὲ οὐ μόνον μὴ κεχαρισμένα πρᾶξαι αὐτῷ τοὺς ἄνδρας ἡγήσατο, ἀλλὰ καὶ ἀναιρεθῆναι προσέταξε, δίκας τοῦ φόνου πραττόμενος. Εἶτα πᾶς Ἰσραὴλ πορεύεται πρὸς Δαβὶδ, καὶ χρίουσιν αὐτὸν εἰς βασιλέα πασῶν τῶν φυλῶν. Ἦν δὲ τριακονταέτης Δαβὶδ, ὅτε ἐπὶ τὸν Ἰούδαν ἐβασίλευσεν. Καὶ ἦρξεν ἐν Χεβρὼν τῆς τοῦ Ἰούδα μόνης φυλῆς ἐνιαυτοὺς ἑπτὰ, τριάκοντα δὲ καὶ τρεῖς τοῦ παντὸς Ἰσραήλ.

Β'. Ἀπῆρε δ' ἐκ Χεβρὼν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ παραγέγονεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Κατῴκουν δὲ τότε τὴν πόλιν καὶ τὴν γῆν ἐκείνην Ἰεβουσαῖοι, ὅθεν Ἰεβοῦς ἐκαλεῖτο ἡ πόλις. Χαναναίοις δ' ἦσαν κατὰ γένος προσήκοντες, οἳ, τοὺς τυφλοὺς καὶ χωλοὺς, καὶ ἄλλως πεπηρωμένους στήσαντες ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ἐπὶ χλεύῃ, μὴ παραχωρεῖν αὐτοὺς ἔλεγον τῷ Δαβὶδ τῆς εἰς τὴν πόλιν εἰσόδου. Ὀργισθεὶς δὲ διὰ ταῦτα Δαβὶδ, πολιορκίᾳ τὴν πόλιν εἷλε, καὶ τοὺς Ἰεβουσαίους ἐκεῖθεν ὠσάμενος, καὶ ἀνοικοδομήσας αὐτὴν, εἰς ὄνομα οἰκεῖον πόλιν Δαβὶδ ἐπωνόμασεν, ἐπὶ Ἀβραὰμ Σόλυμα καλουμένην· καὶ διέτριβεν ἐν αὐτῇ, βασίλεια δομησάμενος. Ἐγένοντο δὲ ἔτι παῖδες αὐτῷ ἐκ γυναικῶν πλειόνων καὶ παλλακῶν. Καὶ οἱ ἀλλόφυλοι ἐστράτευσαν κατὰ τοῦ Δαβίδ. Ὁ δὲ, τοῦ Θεοῦ ἐπινεύσαντος, ἔξεισι κατ' αὐτῶν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς, καὶ νικᾷ. Οἱ δὲ, πολὺ πλείους συναθροισθέντες, πάλιν ἐπῆεσαν. Ἐρομένου δὲ καὶ αὖθις τὸν Θεὸν τοῦ Δαβὶδ, ἐν τοῖς ἄλσεσι τοῦ Κλαυθμῶνος προσέταξεν ὁ Θεὸς αὐλίζεσθαι σὺν τῇ στρατιᾷ· καὶ μὴ ἄλλως προσβάλλειν τοῖς ἐναντίοις, πρὶν ἂν τὰ ἄλση σαλεύεσθαι ἄρξωνται. Καὶ οὕτω ποιήσας, τρέπει τοὺς πολεμίους. Καὶ ἄχρι τῶν ὁρίων αὐτῶν διώκων αὐτοὺς, ἔκτεινε. Μετὰ ταῦτα συνεκάλεσε Δαβὶδ τοὺς ἱερεῖς καὶ Λευΐτας, καὶ ἅπαντα τὸν λαὸν εἰς Καριαθιαρεῖμ. Καὶ ἐπεβίβασαν οἱ ἱερεῖς τὴν κιβωτὸν Κυρίου ἐφ' ἅμαξαν καινὴν, κατάγοντες αὐτὴν εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ ὁ λαὸς καὶ ὁ βασιλεὺς ᾖδον ἔμπροσθεν αὐτῆς πορευόμενοι. Ἀνατραπῆναι δὲ κινδυνευούσης τῆς Κιβωτοῦ, Ὀζὰν ὁ υἱὸς τοῦ Ἀμιναδὰβ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κατέσχεν αὐτὴν, καὶ ἐπεστήριζε μὴ πεσεῖν. Θνήσκει οὖν αὐτίκα, ὀργισθέντος τοῦ Θεοῦ ὅτι ἥψατο τῆς κιβωτοῦ, ἐπεὶ μὴ ἱέρωτο. Καὶ ἐκλήθη ὁ τόπος ἐκεῖνος ἐντεῦθεν Διακοπή. Καὶ ηὐλαβήθη Δαβὶδ εἰσαγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν τὴν κιβωτόν. Κατέθετο δὲ αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον Ἀβεδδαρὰ Λευΐτου ἀνδρὸς, καὶ ἦν ἐκεῖ τρεῖς μῆνας. Καὶ ἀπήλαυσεν ὁ οἶκος τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου πολλῶν ἀγαθῶν. Καὶ ἀκούσας Δαβὶδ, μετεκόμισεν ἐκεῖθεν τὴν κιβωτὸν εἰς τὴν πόλιν τὴν ἑαυτοῦ, ἑπτὰ χορῶν προαγόντων. Καὶ αὐτὸς τὴν κιννύραν ἔκρουε, καὶ ἐχόρευε παίζων. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν ὀρχούμενον καὶ σκιρτῶντα ἡ γυνὴ αὐτοῦ Μελχὸλ, ἐμέμψατο αὐτῷ ὡς ἀσχημονοῦντι· ὁ δὲ οὐκ αἰδεῖσθαι εἶπεν· ἐπεὶ μὴ ἀσχημοσύνη ταῦτα, γινόμενα εἰς Θεόν. Εἰσήνεγκαν δὲ τὴν κιβωτὸν, καὶ κατέθεντο εἰς τὴν σκηνὴν, ἣν ἔπηξεν αὐτῇ ὁ Δαβίδ. Εἶτα οἶκον δομήσασθαι τῇ κιβωτῷ ἠβουλήθη. Καὶ ὁ Θεὸς τῷ προφήτῃ Νάθαν ἐντέλλεται εἰπεῖν τῷ Δαβὶδ, ὅτι *Οὐ σὺ οἰκοδομήσεις μοι οἶκον, ἀλλ' ὁ υἱός σου, ὃς, σοῦ θανόντος, τὴν βασιλείαν σου διαδέξεται.* Ταῦτα τοῦ προφήτου τῷ Δαβὶδ ἀπαγγείλαντος, ἐκεῖ-

II. Regno confirmato, Chebrone cum suis Hierosolymam proficiscitur. Jebusæi tum urbem illam et terram tenebant, cognati Chananæis, a quibus ipsa etiam urbs Jebus appellabatur. Ii cæcis et claudis, aliisque mutilatis ad propugnacula per derisum collocatis, eos aiunt urbis ingressu Davidem prohibituros. Quo ludibrio commotus David, urbem obsidione capit, et Jebusæis inde pulsis, instaurat, ac de suo nomine Davidis urbem vocat, cum Abrahami temporibus Solyma diceretur: constructaque regia ibi habitat, et alios liberos e pluribus uxoribus et concubinis suscipit. Alienigenas bellum inferentes, Dei nutu cum suis copiis egressus, vincit. Qui cum exercitu longe majori reparato, denuo adessent, David oraculo consulto, in lucis Luctus considere jubetur cum exercitu, neque prius hostes aggredi, quam luci agitari cœpissent. Paret David, hostes fundit, et usque ad fines ipsorum cædibus persequitur. Post hæc sacerdotes et levitas omnemque populum Cariathiarim convocat, arcamque in currum novum sublatam sacerdotes Hierosolyma advehunt, populo et rege cum cantu antecedentibus: quæ cum in periculo esset ne everteretur, Oza filius Aminadabi extenta manu eam tenens, a lapsu defendit, iratoque Deo, quod homo profanus eam contrectasset, statim moritur. Unde locus ille Diacopes nomen obtinuit. Veritus itaque David in urbem introducere arcam, domi Abeddaræ levitæ deposuit: apud quem tres menses mansit, ac viri illius domus multis bonis affecta est. Quo David audito, eam in urbem suam transfert, septem cœtibus præcedentibus, cinnyram **73** ipse pulsans, et ludibundus saltans. Quem Melchol conspicata, ut indecore se gerentem increpat. At ipse ejus facti non pudere se ait, neque indecora esse illa, ut quæ ad Dei honorem referrentur. Sic arcam intulerunt, et in tabernaculo, quod David in eum usum erexerat, collocarunt. Cæterum ædem illi exstructurum, Nathan propheta jussu Dei deterrens: *Non tu*, inquit, *ædem mihi construes, sed filius tuus, qui regnum te mortuo suscepturus est.* His David a propheta nuntiatis, ad gratiarum actionem conversus, non multo post alienigenas eorumque socios cædit fugatque, et Syriam sibi vectigalem reddit, præsidio Damasci collocato. In reditu item Idumæos sternit, omnibus in servitutem redactis. Deinde recordatus icti cum Jonatha Saulis filio fœderis, quærit num quis ex ejus familia superstes sit, cognitoque, Jonathæ filium, Memphibosthem nomine, captum pedibus, superesse, accersit hominem, omnes avitas opes ei donat, victu secum communi perpetuo uti jubet, paternis etiam servis

ei traditis : quorum unum Sibam procuratorem fecit, ut proventus fundorum, quos herus dono acceperat, colligeret. Sic Mempbibosthes Hierosolymis habitat, mensaque regia fruitur.

A diebus exercitus quievere: septimo autem, prælio commisso, terga dant Syri: quos Achabus persequens, multos occidit, multi etiam Apheccam elapsi, ubi ruina murorum oppressi perierunt. Aderis porro filius cum paucis in fuga occultatur. Ejus satellites, induti saccis et funibus capita vincti, ad Achabum accessere, ut dominum suum conservaret supplicantes. Annuit rex: adducunt illi ducem suum ad Achabum curru vehentem: qui eum curru recipit, salutat, bono animo esse jubet. Deinde, fœdere icto, cum multis muneribus dimittit. Tum propheta Michæas a quodam popularium caput suum verberari jubet. Recusanti illi: *At te leo*, inquit, *verberabit*. Itaque factum est ut prædixerat. Cum idem alium jussisset, isque eum B verberasset, obligato capite Achabum accessit: *A tribuno militum*, inquit, *captivus meæ custodiæ traditus, effugit, ob quod ille me ad necem quærit*. Id ubi justum esse Achabus pronuntiat, soluto capite Michæas agnitus, Achabo ait: *Quoniam Syriæ regem, hominem pestilentem, impune dimisisti, ipse illius loco morieris, et populus tuus pro illius populo*. His auditis rex turbatus est. Actaque pace per triennium, urbem Remmath, ut ad se pertinentem, Syris erepturus, a Josaphato Hierosolymitano rege petit ut una militet. Annuit ille, Deumque per prophetam consuli jubet, an expeditionem illam probet. Achabus prophetas suos convocat, an bellum sit ineundum rogat. Illis victoriam pollicen- C tibus, Josaphatus etiam prophetam Domini quærit. Achabus esse quemdam respondet, sed sibi invisum esse, mala prædicere solitum. Josaphatus eum vocari jubet. Accersitum Achabus rogat, pugnandum sit, an non. Respondet ille: *Vidi Israelitas in montibus dispersos ut gregem sine pastore. Sed Dominus mihi dixit, illos quidem incolumes redituros, te vero solum Remmathæ casurum*. Hæc Michæa locuto, Achabus Josaphato: *Nonne dixi*, inquit, *eum mihi male ominaturum esse?* Sedechias autem quidam ex pseudoprophetis alapam dedit Michææ. Cui ille inquit: *Tu paulo post ex alio conclavi in aliud transibis, latebras quæritans*. Cæterum Achabus **95** Michæam in carcere custodiri jubet ad reditum suum. Tum ille: *Si tu*, inquit, *incolumis* D *redieris, non locutus est per me Dominus*. Regibus jam profectis, etiam Syrorum rex aciem instruit, et suis mandat ne quem petant nisi solum Achabum. Is vero, habitu regio deposito, privatum sumpserat. Itaque Syrorum duces Josaphatum, regaliter cultum, Achabum esse putaverunt, cumque circumdederunt: sed cum non esse regem Israelitarum vidissent, reliquerunt. Achabus autem, sagitta ictus, cum lethale esse vulnus sensisset, auriga currum e pugna educere jusso, circa solis occasum moritur. Ejus obitu Syri cognito domum redierunt. Regis autem cadaver Samariam relatum

Variæ lectiones et notæ.

(63) Ῥεμμάθ. Ita cod. Colb. et LXX. Josephus Ἀράμανθαν habet. Wolfius Ῥύεμμαν ediderat.

sepelitur. Sed currum de cæde ejus cruentum in A fonte Samariæ occultarunt. Sic et canes sanguinem ejus linxerunt, et scorta fonte illo lavabantur, ut Elias vaticinatus fuerat. Mortuus est Achabus, ut Michæas prædixerat, interitu, quamvis ante audisset, non evitato, cum regnasset annos duos et viginti. Regnum suscepit filius ejus Ochozias.

Ταῦτα τοῦ Μιχαίου εἰπόντος, ὁ Ἀχαὰβ πρὸς Ἰωσαφὰτ ἔφη· *Οὐκ εἶπόν σοι, ὡς κακά μοι ἀεὶ προφητεύει;* Σεδεκίας δέ τις τῶν ψευδοπροφητῶν ἐῤῥάπισε τὴν σιαγόνα Μιχαίου. Ὁ δὲ ἔφη αὐτῷ· *Μετ' ὀλίγον ταμεῖον ἐκ ταμείου ἀμείψεις κρυπτόμενος.* Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀχαὰβ καθειρχθῆναι αὐτὸν, καὶ φυλάττεσθαι, μέχρις ἂν αὐτὸς ὑποστρέψῃ, προσέταξε. Καὶ ὁ Μιχαίας· *Ἐὰν ὑποστρέψῃς ἐν εἰρήνῃ σὺ,* εἶπεν, *οὐκ ἐλάλησεν ἐν ἐμοὶ Κύριος.* Ἤδη δὲ πορευθέντων τῶν βασιλέων, καὶ ὁ τῶν Σύρων βασιλεὺς αὐτοῖς ἀντιπαρετάξατο, ἐντειλάμενος τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ μηδενὶ πολεμεῖν τῶν ἄλλων, εἰ μὴ μόνῳ τῷ Ἀχαάβ· τὴν βασιλικὴν ἀμείψας στολὴν, ἰδιωτικὴν ἐνεδύσατο. Ἰδόντες δὲ οἱ τῶν Σύρων στρατάρχαι τὸν Ἰωσαφὰτ κεκοσμημένον βασιλικῶς, ᾠήθησαν εἶναι τὸν Ἀχαὰβ, καὶ ἐκύκλωσαν αὐτόν. Ὡς δ' ἔγνωσαν μὴ ὄντα τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ, ἀνεχώρησαν. Εἷς δέ τις, τὸ τόξον ἐντείνας, βάλλει τὸν Ἀχαάβ. Γνοὺς δὲ καιρίως πληγῆναι, τῷ ἡνιόχῳ ἐκέλευσε τὸ ἅρμα τῆς μάχης ἐξαγαγεῖν, καὶ περὶ δύσιν ἡλίου ἐξέλιπε. Καὶ οἱ μὲν Σύροι, γνόντες τεθνηκότα τὸν Ἀχαὰβ, ἀπῆλθον πρὸς ἑαυτούς. Ὁ δὲ τοῦ βασιλέως νεκρὸς κομισθεὶς εἰς Σαμάρειαν θάπτεται. Τὸ δὲ ἅρμα καθῃμαγμένον τῷ φόνῳ τοῦ βασιλέως ἀπέκρυψαν ἐν τῇ κρήνῃ τῆς Σαμαρείας, καὶ οἵ τε κύνες τὸ αἷμα ἔλειξαν, αἵ τε πόρναι ἐπὶ τῇ κρήνῃ ἐλούοντο, ὡς Ἠλίας προειρήκει. Ἀπέθανε καὶ Ἀχαὰβ, ὅπου ὁ Μιχαίας προηγόρευσε, τὸν ὄλεθρον μὴ φυγὼν, καίτοι προῤῥηθέντα αὐτῷ, βασιλεύσας ἔτη δύο καὶ εἴκοσι. Τὴν δὲ βασιλείαν ὁ παῖς αὐτοῦ Ὀχοζίας μετ' ἐκεῖνον παρέλαβεν.

XV. Josaphatum regem Hierosolymitanum ab B expeditione domum redeuntem, Jehus propheta increpat, quod homini impio opem tulisset, eumque a Deo, quamvis ea re offenso esse conservatum. Rex gratias agit: lustrataque omni ditione sua, leges observari et, judicibus passim constitutis, rite fieri judicia edixit. Cum autem, Moabitis et Ammanitis, qui etiam Arabes asciverant, Judæam aggressis, divinam opem imploraret: propheta quidam Deum pro eo pugnaturum ait, ac educere quidem exercitum jubet, non tamen invadere hostes, sed stantes divinum auxilium exspectare. Rex mane egressus exercitum stare jubet, sacerdotes cum tubis ante exercitum consistere, Levitas et cantores gratiarum actionem cantare C Deo. Tum hostes concitati, mutuis sese cædibus confecerunt, ut ne unus quidem superesset. Josaphatus castra hostium exercitui diripienda concedit. Ab eo tempore Barbari, eum ut Deo adjutore nixum veriti, quieverunt. Ochozias autem, Israelitarum rex, improbitatis parentum imitator fuit. Ejus regni anno secundo Moabitæ vectigalia retinuerunt, quæ patri **96** pendere soliti fuerant. Ipse ægrotans ad Accaronensem deam, Muscam nomine, percontatum misit, an convaliturus esset? Legatis in itinere occurrit Elias, ac domum reverti jubet, eique a quo missi essent dicere, quia miserit ad Barbarorum deum, quasi Israeli Deus non esset, eum e lecto suo non surrecturum. Illi regressi audita referunt. Ochozia rogante quisnam D id dixisset, atque illis ignorare se dicentibus, de forma illius hominis percontatur: quem cum illi hirsutum esse dicerent, pelliceo cingulo cinctum, Eliam esse intelligit, ac, centurione cum quinquaginta millibus misso, eum adduci jubet. Qui, cum eum in vertice montis invenisset, ad regem ire jubet. Verum ad Eliæ preces ignis de cœlo delapsus illum cum suis omnibus consumpsit. Alii porro totidem a rege missi pari exitio perierunt. Tertius ablegatus centurio cum suis militibus,

ΙΕ'. Ἰωσαφὰτ τῷ βασιλεῖ Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ τῆς πρὸς Ἀχαὰβ συμμαχίας ἐπανελθόντι Ἰηοῦς ὁ προφήτης ἐπενεκάλει, ὅτι ἀνθρώπῳ συνεμάχησεν ἀσεβεῖ· ῥυσθῆναι δ' αὐτὸν ἔλεγε παρὰ τοῦ Θεοῦ, καίτοι τῷ ἔργῳ αὐτοῦ προσοχθίσαντος. Ὁ δὲ βασιλεὺς ηὐχαρίστει. Εἶτα τὴν ὑπ' αὐτὸν περιερχόμενος χώραν, τοὺς νόμους τηρεῖν ἐνετέλλετο, καὶ κριτὰς πανταχοῦ καταστήσας, δικαίως κρίνειν προσέταττε. Μοαβιτῶν δὲ καὶ Ἀμμανιτῶν προσλαβομένων καὶ Ἄραβας ἐπελθόντων αὐτῷ, ἐπεκαλεῖτο τὸν Θεὸν εἰς βοήθειαν. Προφήτης δέ τις ὑπερμαχῆσαι αὐτοῦ τὸν Θεὸν εἶπε, καὶ κελεύει ἐξαγαγεῖν μὲν τὴν στρατιὰν, μὴ συμμῖξαι μέντοι τοῖς πολεμίοις, ἑστῶτας δ' ὁρᾷν τὴν θεόθεν ἐπικουρίαν. Ἕωθεν δ' ἐξελθὼν μετὰ τῆς στρατιᾶς ὁ βασιλεὺς, τῇ μὲν ἵστασθαι ἐνετέλλετο, τοὺς ἱερεῖς δὲ προεστάναι τοῦ στρατεύματος μετὰ τῶν σαλπίγγων, καὶ τοὺς Λευΐτας καὶ τοὺς ὑμνῳδοὺς ᾄδειν εὐχαριστήριον τῷ Θεῷ. Οἱ δὲ, πολέμιοι κατ' ἀλλήλων κινηθέντες, ἀλλήλους ἀπέκτεινον, ὡς μηδένα σωθῆναι. Ἰωσαφὰτ δὲ εἰς διαρπαγὴν ἀφῆκε τῇ στρατιᾷ τὴν τῶν ἐναντίων παρεμβολήν. Ἐντεῦθεν ὡς τὸ Θεῖον ἔχοντα σύμμαχον, δείσαντες αὐτὸν, οἱ ἀλλόφυλοι ἠρέμουν. Ὀχοζίας δὲ ὁ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς, τοῖς αὐτοῦ γονεῦσιν εἰς πονηρίαν ὡμοίωτο. Περὶ δὲ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐπέσχον οἱ Μοαβῖται τοὺς φόρους, οὓς εἰσέφερον τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Νοσήσας δὲ, πρὸς τὴν Ἀκκαρῶν θεὸν, Μυῖας ὠνομασμένην, ἔπεμψεν, ἐρωτῶν εἰ ἀναῤῥωσθήσεται. Ἠλίας δὲ, τοῖς ἐσταλμένοις ὑπαντήσας, ἀναστρέφειν ἐκέλευε, καὶ λέγειν τῷ πέμψαντι πρὸς τὴν τῶν ἀλλοφύλων θεὸν, ὡς τῷ Ἰσραὴλ μὴ ὄντος Θεοῦ, ὅτι ἐκ τῆς κλίνης οὐκ ἀναστήσεται. Καὶ οἱ ἄνδρες, ἐπανελθόντες, εἶπον ἃ ἤκουσαν. Ὀχοζίας δὲ, τίς ὁ ταῦτα εἰρηκὼς εἴη, ἠρώτα. Τῶν δὲ μὴ εἰδέναι φησάντων, τὸ εἶδος τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου λέγειν ἀπῄτει αὐτούς. Εἰπόντων δὲ δασὺν εἶναι, καὶ ζώνην δερματίνην περιεζῶσθαι, συνῆκεν ὡς Ἠλίας ἦν. Καὶ πέμψας πεντηκόνταρχον σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν, ἀχθῆναι τὸν προφήτην ἐκέλευσε. Καὶ ὁ σταλεὶς ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους, εὑρὼν αὐτὸν,

ἥκειν ἐκέλευε πρὸς τὸν βασιλέα. Εὐξαμένου δὲ A Ἠλίου, πῦρ, οὐρανόθεν ῥυὲν, διέφθειρε τὸν πεντηκόνταρχον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἕτερον ἔστειλε πεντηκόνταρχον μετὰ τῶν πεντήκοντα· κἀκείνους ὁμοίως πῦρ οὐράνιον ἐδαπάνησε. Καὶ αὖθις τρίτος ἐπέμφθη ταξίαρχος σὺν τοῖς ὑπ' αὐτόν. Ὃς, ἐπὶ τὸν προφήτην ἐλθὼν, πεσὼν προσεκύνησε, καὶ παρῃτεῖτο τὴν ἐξ αὐτοῦ τιμωρίαν, λέγων ἄκων ἥκειν βασιλικῷ πεπεισμένος κελεύσματι, καὶ παρεκάλει αὐτὸν ἀπελθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα. Ἠλίου δὲ, ἀγγέλου αὐτῷ πορευθῆναι εἰπόντος, καὶ μὴ προεῖσθαι, κατῆλθεν ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ ἀπελθὼν, τῷ βασιλεῖ ἔφη· *Ἐπεὶ πρὸς ἀλλότριον θεὸν ἔστειλας, ζητῶν εἰ ζήσεις, ἴσθι ὡς οὐκ ἀναστήσῃ ἐκ τῆς νόσου, ἀλλὰ τεθνήξῃ.* Ἀπέθανεν οὖν Ὀχοζίας B κατὰ τὴν τοῦ προφήτου πρόῤῥησιν, τῷ ἀδελφῷ Ἰωρὰμ τὴν βασιλείαν καταλιπὼν, ὃς τὰς μὲν στήλας τοῦ Βάαλ, ἃς ἔστησεν Ἀχαὰβ ὁ πατὴρ αὐτοῦ συνέτριψε· τἄλλα δὲ ἀσεβὴς καὶ πονηρὸς ἦν, καὶ τοῖς γονεῦσι προσεοικώς. Ἠλίου δὲ ἀναλαμβάνεσθαι μέλλων, ἐπορεύθη μετὰ Ἐλισσαιέ. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν Ἰορδάνην, τῇ μηλωτῇ αὐτοῦ τὸ ὕδωρ ἐπάταξε, καὶ διῃρέθη τὸ ὕδωρ, καὶ διῆλθον ἄμφω ἐπὶ ξηρᾶς. Εἶτα, *Αἴτησαι*, εἶπε τῷ Ἐλισσαιὲ, *τί ποιήσω σοι;* Ὁ δὲ διπλῆν τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ πνεύματος χάριν γενέσθαι ᾔτησεν ἐπ' αὐτόν. Ἠλίας δὲ φορτικὸν εἶναι εἶπε τὸ αἴτημα, *Πλὴν εἰ ὄψει ἀναλαμβανόμενον, γενήσεταί σοι.* Ἔτι δὲ λαλούντων αὐτῶν, ἅρμα ἔμπυρον σὺν ἵπποις ὁμοίοις ἐπέστη, καὶ ἥρπασε τὸν Ἠλίαν. Ἀναφερόμενος δὲ, τὴν μηλωτὴν αὐτοῦ ἐπέῤῥιψε C τῷ Ἐλισσαιέ. Καὶ ὃς, λαβὼν αὐτὴν, μηκέτι τὸν Ἠλίαν ὁρῶν, ὑπέστρεψε· καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν Ἰορδάνην ἀπόπειραν ἐποιεῖτο εἰ ἔλαβε τὴν χάριν ὡς ᾔτησε, καὶ ἐπάταξε τὸ ὕδωρ τῇ μηλωτῇ. Τὸ δὲ οὐ διῄρητο. Καὶ εἶπε, *Ποῦ ὁ Θεὸς Ἠλίου;* καὶ ἐπάταξε πάλιν· καὶ διέστη τὸ ὕδωρ, καὶ διῆλθεν. Ἰδόντες δὲ αὐτὸν υἱοὶ τῶν προφητῶν πεντήκοντα, εἶπον· *Ἐπαναπέπαυται τὸ πνεῦμα Ἠλίου ἐπὶ Ἐλισσαιέ.* Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ, καὶ ἐζήτουν πορευθῆναι, ἐρευνήσοντες, μή ποτε ἦρε τὸν Ἠλίαν πνεῦμα Κυρίου, καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων ἢ τῶν βουνῶν. Ἐλισσαιὲ δὲ οὐκ ἐπέτρεπεν. Ἐγκειμένων δ' ἐκείνων, κατένευσε. Καὶ ἐπορεύθησαν πεντήκοντα ἄνδρες, καὶ ἐζήτησαν τρεῖς ἡμέρας, καὶ οὐχ εὗρον. Ἐλισσαιὲ δὲ ἐν Ἱεριχῷ ἦν. Καὶ D ἦλθον οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως πρὸς αὐτὸν, δεόμενοι μεταβληθῆναι παρ' αὐτοῦ τὰ ὕδατα τοῦ τόπου ἐκείνου, πονηρὰ ὄντα καὶ ἀτεκνοῦντα. Ὁ δὲ ἐν ἀγγείῳ καινῷ ἅλας αὐτῷ κομισθῆναι ἐζήτησε· καὶ κομισθέντος, εἰς τὴν πηγὴν τῶν ὑδάτων καθῆκεν ἅλας ἐπικαλούμενος τὸν Θεὸν, καὶ τὰ ὕδατα ἐκ πικρίας εἰς γλυκύτητα μετεβλήθησαν, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ἐναπέμεινε βλαβερόν. Ἀπιόντος δέ που τοῦ προφήτου Ἐλισσαιὲ, παιδάρια μικρὰ κατέπαιζον αὐτοῦ, βοῶντα· *Ἀνάβαινε, φαλακρέ.* Ἀλγήσας δ' ἐπὶ τούτῳ, κατηύξατο αὐτῶν. Καὶ ἐξῆλθον ἄρκτοι ἀπὸ τοῦ ὄρους, καὶ ἀπέκτειναν ἐκ τῶν παίδων δύο καὶ τεσσαράκοντα. Ἰωρὰμ δὲ ὁ υἱὸς Ἀχαὰβ, μέλλων κατὰ Μοαβιτῶν ἐκστρατεύειν, Ἰωσαφὰτ τὸν βασιλέα τῆς Ἰου-

cum ad prophetam venisset, procubuit, eumque adoravit, pœnam deprecatus, quod invitus veniret, jussu regis coactus, et oravit ut ipse ad eum veniret. Elias ab angelo, amoto metu, ire jussus, de monte descendit, et regi ait: *Quoniam ad alienum deum misisti, quærens num evasurus esses, scito te de morbo non surrecturum, sed brevi moriturum.* Obiit igitur Ochozias secundum Eliæ prædictionem, Joramo fratri regno relicto, qui statuas Baalis a patre Achabo erectas comminuit, ille quidem cætera impius et improbus, atque parentum similis. Elias, in cœlum assumendus, cum Elisæo profectus ad Jordanem, vellere aquam percutit: ea percussa dirimitur, ut ambo per siccum transirent. Deinde Elisæum petere jubet, quid sibi fieri vellet. Tum ille: *Ut gratia spiritus, qui in te est, in me conduplicetur.* Elias, etsi votum id grave esse diceret: tamen, *Si me in cœlum assumi videris, compos*, inquit, *ejus fies.* Dum hæc loquuntur, currus igneus cum similibus equis Eliam abripit. Dum sursum ferretur, vellus suum Elisæo injicit; quo ille accepto, Eliam videre desiit, ac ad Jordanem reversus, periculum facit petitæ ab Elia gratiæ, aqua vellere verberata: quæ cum non divideretur: *Ubi est*, inquit, *Eliæ Deus?* Sed cum 97
denuo percussisset, divisa aqua, transiit. Eo viso, quinquaginta filii prophetarum dixerunt: *Eliæ spiritus in Elisæo consedit.* Eumque secuti sunt, quæsituri num spiritus Domini Eliam sublatum in montem aliquem dejecisset. Id Elisæus principio negat, sed instantibus concedit. Quare viri quinquaginta toto triduo quæsitum non repererunt. Elisæum Hierichunte habitantem cives convenerunt, rogantes ut ejus loci aquas malas et sterilitatem inducentes mutaret. Ille salem in novo sibi vase afferri jubet: allatum, invocato Dei nomine, in fontem conjicit: quo facto, aquarum amaror in dulcedinem est conversus, amissa omni vi noxia. Propheta quopiam iturus, parvos pueros per ludibrium, *Ascende, calve*, clamantes, indignatus exsecratur. Itaque ursi e montibus progressi pueros duos et quadraginta occiderunt. Joramus Achabi filius, Moabitis bellum illaturus, auxilium petit a Josaphato Judææ rege. Ille etiam Idumæorum regem, qui sibi pareret, se asciturum socium promittit. Ita tres reges, inita concordia, septem diebus per desertum abierunt. Exercitibus autem aqua destitutis, Elisæum adeuntes orant ut et se et milites conservaret. At ille Joramo: *Ad patris tui et matris prophetas*, inquit, *abito*, et jurat, si absque Josaphato esset, se ne verbum quidem ei responsurum fuisse. Deinde quemdam vocari jubet, qui psalleret. Eo psallente, spiritu Domini afflatus Elisæus, jubet multas effodi scrobes juxta torrentem; visuros enim torrentem plenum, neque vento spirante, neque imbre depluente: ac poturos ad satietatem, et hostium potituros. His prædictis, postero die mane et torrentis alveus impletus est, adeo ut redundaret et omnis illius terræ superficies stagnaret. Sole orto,

igniti ejus radii, in aquas incidentes, effecere ut rubicundæ apparerent. Moabitæ igitur in montibus castrametati, et ex alto despicientes, sanguinem esse putavere, suspicati, orto inter reges dissidio, milites sese invicem trucidasse. Et dum incomposito agmine ad spoliorum direptionem properant, ab hostibus circumventi, alii cæduntur, alii in fugam vertuntur: quos Israelitæ persecuti, in Moabitidem **98** impressione facta, et urbes everterunt, et regionem devastarunt. Rex autem Moabitarum, in urbem reversus, filium suum primogenitum in murum adductum, ex desperatione immolatum, adolet deo. Quo reges conspecto, miserti illius eo loci redacti, obsidionem solverunt. Josaphatus autem, Hierosolyma reversus, obiit anno ætatis sexagesimo, regni vicesimo quinto, vir pius et justus: multisque liberis relictis, natu maximum Joramum successorem designavit, Israelitico regi cognominem avunculo suo.

A δαίας ἠξίου συμμαχῆσαι αὐτῷ. Ὁ δὲ καὶ τὸν Ἰδουμαίων βασιλέα ὑπείχοντα αὐτῷ προσλάβεσθαι σύμμαχον ἐπηγγείλατο. Ἑνωθέντες δ' οἱ τρεῖς βασιλεῖς, διὰ τῆς ἐρήμου ἀπῄεσαν ἐφ' ἡμέρας ἑπτὰ, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπέλειψε τοῖς στρατεύμασιν. Ἦλθον οὖν πρὸς Ἐλισσαιὲ οἱ τρεῖς βασιλεῖς, καὶ ἐδέοντο σώζειν αὐτοὺς καὶ τὴν στρατιάν. Ὁ δὲ τῷ Ἰωρὰμ ἔφη· *Πρὸς τοὺς πατρός σου καὶ τῆς μητρός σου ἄπιθι προφήτας*· καὶ ὤμοσεν αὐτῷ μὴ ἂν ἀποκριθῆναι αὐτῷ εἰ μὴ δια Ἰωσαφάτ. Εἶτα ψάλλοντά τινα κληθῆναι ἐκέλευσε. Ψάλλοντος δ' ἐκείνου, πνεῦμα Κυρίου ἐνέπνευσε τῷ προφήτῃ, καὶ ἐπέταξε πολλοὺς βόθρους ὀρύξαι παρὰ τὸν χείμαῤῥον· Ὄψεσθε γὰρ, ἔφη, πλήρη τὸν χείμαῤῥον, οὔτε πνεύματος πνεύσαντος, οὔθ' ὑετοῦ γεγονότος, καὶ πίεσθε B εἰς κόρον, καὶ τῶν ἐχθρῶν κυριεύσετε. Καὶ ὁ μὲν οὕτως προειρήκει. Ἕωθεν δὲ τῇ ἐπαύριον ὁ χείμαῤῥος ὑδάτων ἐμπέπληστο· καὶ πλημμύρας γενομένης, ἅπαν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἐκείνης τὸ ὕδωρ ἐκάλυψεν. Ἀνατείλαντος δὲ τοῦ ἡλίου πυρώδους, καὶ προσβάλλοντος τοῖς ὕδασιν, ἐρυθρὰ ταῦτα πρὸς τὴν αὐγὴν τοῦ ἡλίου ἐφαίνοντο. Οἱ οὖν Μωαβῖται ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐστρατοπεδευκότες, καὶ ὑψόθεν κατασκοποῦντες, αἷμα τὸ ὕδωρ ὑπολαβόντες, καὶ νομίσαντες τοὺς βασιλεῖς πρὸς ἀλλήλους μαχέσασθαι, καὶ ἀποκτεῖναι ἀλλήλους τοὺς στρατιώτας αὐτῶν, ὥρμησαν ἀσυντάκτως εἰς τὴν τῶν σκύλων διαρπαγήν. Καὶ τῶν ἐχθρῶν περιστάντων αὐτοὺς, οἱ μὲν ἀνῃρέθησαν, οἱ δὲ ἔφυγον. Οἱ δὲ Ἰσραηλῖται, διώκοντες, εἰς τὴν Μωαβῖτιν ἐνέβαλον, καὶ τάς τε πόλεις καθεῖλον, καὶ τὴν χώραν ἠρήμωσαν. Ὁ βασιλεὺς δὲ Μωὰβ εἰς τὴν πόλιν ἐπανελθὼν, τὸν πρωτότοκον αὐτοῦ ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναγαγὼν, ἐξ ἀπογνώσεως ἔθυσε, καὶ ὠλοκαύτωσε τῷ Θεῷ. Τοῦτο οἱ βασιλεῖς ἰδόντες, καὶ τῆς ἀπογνώσεως ἐκεῖνον οἰκτείραντες, ἔλυσαν τὴν πολιορκίαν. Ἰωσαφὰτ δὲ, ἐπανελθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, τελευτᾷ, ζήσας μὲν ἔτη ἑξήκοντα, βασιλεύσας δ' ἐκ τούτων πέντε καὶ εἴκοσι, ἀνὴρ γενόμενος θεοσεβής τε καὶ δίκαιος. Πολλοὺς δὲ παῖδας λιπὼν, διάδοχον τῆς βασιλείας τὸν πρεσβύτατον ἐποιήσατο, Ἰωρὰμ κεκλημένον ὁμωνύμως τῷ Ἰσραηλιτῶν βασιλεῖ, μητραδέλφῳ ὄντι αὐτοῦ.

XVI. Elisæum Samariæ degentem mulier quædam vidua convenit, miserabiliter conquerens, quod solvendo non sit, liberos suos a feneratore in servitutem abripi. Eam propheta rogat, quid habeat in ædibus. Quæ cum se nihil habere nisi pauxillum olei responderet, jubet ut multa vasa utenda petat, et in omnia de oleo infundat. Quo illa facto, vasa omnia plena esse oleo prophetæ nuntiat: quo ille vendito, eam creditori satisfacere, et quod supersit ad usum domesticum conferre jubet. Idem Sunamitidi, cujus hospitio utebatur, orbæ liberis prædixerat, parituram esse filium: itaque factum est. Verum puer jam grandiusculus obiit. Itaque mulier ad Elisæum in Carmelum venit, et, pedibus ejus advoluta, calamitatem suam deplorat. Ille discipulum Giezim, dato baculo suo, quem puero mortuo imponeret, cum ea abire jubet. Sed jurante muliere se non discessuram nisi ipse secum abiisset, paret propheta, puerum in lectulo jacentem invenit, precatus lectum conscendit, puero incubat, in eum sufflat: quod cum septies fecisset, mortuus reviviscit, et matri vivus a propheta restituitur. Inde Galgala profectum, cum fame laboraretur, filii prophetarum conveniunt: quibus cum a famulo aliquid elixari jussisset, ille ex agro herbas colligit, quibus et cucurbita silvestris (toxicum id est) admista erat, coctas apponit. Illi, cucurbita animadversa,

C ΙϚʹ. Ἐν Σαμαρείᾳ δὲ τῷ Ἐλισσαίῳ διάγοντι πρόσεισι γυνή τις χεῖρα ἀποκλαιομένη, ὅτι χρεωστοῦσα καὶ μὴ ἔχουσα τὸ χρέος ἀποδοῦναι, τοὺς υἱοὺς ἀφαιρεῖται παρὰ τοῦ δανειστοῦ, εἰς δούλους αὐτῷ ἐσομένους. Ὁ δὲ προφήτης, τί ἐν τῷ οἴκῳ ἔχει, ἠρώτα αὐτήν. Ἡ δὲ οὐδὲν ἕτερον ἔφη ἢ βραχύτατον ἔλαιον. Καὶ ἐνετείλατο αὐτῇ χρήσασθαι ἀγγεῖα πολλὰ, καὶ ἐπιχεῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ἐν ἅπασι. Πεποίηκε τὰ κελευσθέντα τὸ γύναιον, καὶ πάντα ἐλαίου ἐπλήσθησαν, καὶ ἀνήγγειλε τῷ προφήτῃ τὸ γεγονός. Κἀκεῖνος ἀποδόσθαι τὸ ἔλαιον συνεβούλευσε, καὶ ἀποτίσαι τὸ χρέος, καὶ τῷ περισσῷ εἰς διοίκησιν χρήσασθαι. Ξενισθεὶς δὲ παρὰ τῆς Σουναμίτιδος, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἀναπαυόμενος, μὴ ἐχούσης παῖδα, προεῖπεν αὐτῇ συλλήψεσθαι καὶ τεκεῖν υἱόν. Καὶ κατὰ τὴν D τοῦ προφήτου πρόῤῥησιν ἔτεκεν. Ἁδρυνθὲν δὲ τὸ παιδίον τέθνηκεν. Ἡ δὲ γυνὴ πρὸς τὸν Ἐλισσαῖον εἰς τὸ Καρμήλιον ἀπεληλύθει, καὶ πεσοῦσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, τὴν συμφορὰν ἀπεκλαίετο. Ὁ δὲ τῷ φοιτητῇ αὐτοῦ Γιεζὶ ἐνετείλατο ἀπελθεῖν, δοὺς αὐτῷ τὴν ἑαυτοῦ βακτηρίαν, ἵνα ἐπίθηται αὐτὴν τῷ τεθνεῶτι παιδί. Καὶ ἡ γυνὴ ὤμοσε μὴ ὑποστρέψαι, εἰ μὴ αὐτὸς αὐτῇ συμπορεύσεται. Ἐπείσθη οὖν ὁ προφήτης, καὶ ἀπελθὼν εὗρε τὸ παιδάριον ἀνακεκλιμένον ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ· καὶ προσευξάμενος ἀνέβη ἐπὶ τὴν κλίνην, καὶ συνανεκλίθη τῷ παιδαρίῳ, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς αὐτό. Καὶ ἑπτάκις οὕτω τοῦ προφήτου ποιήσαντος, ἀνεζωώθη ὁ τεθνη-

χώς, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ ζῶντα. Ἐκεῖθεν ἀπῆλθεν εἰς Γάλγαλα. Καὶ ἦν λιμὸς, καὶ οἱ υἱοὶ τῶν προφητῶν ἧκασι πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ τῷ διακόνῳ αὐτοῦ ἐπέταξεν ἑτοιμάσαι αὐτοῖς ἕψημα. Καὶ συνέλεξεν ἐκεῖνος ἐκ τοῦ ἀγροῦ λάχανα, οἷς καὶ τολύπη συνανεμέμικτο. Ἡ δὲ βοτάνη ἐστὶ δηλητήριος. Καὶ ἑψήσας προσήγαγε τοῖς ἀνδράσιν· ἐσθίοντες δὲ ἐπέγνων τὴν τολύπην, καὶ πρὸς τὸν προφήτην ὡ, τεθνηξόμενοι ἐξεβόησαν. Ὁ δὲ ἄλευρον κελεύσας ἐμβαλεῖν εἰς τὸν λέβητα, ἐπέτρεψε φαγεῖν, καὶ οὐδενί τι γέγονεν ἐκ τῆς τροφῆς πονηρόν. Ἐνεγκόντος δ' αὐτῷ τινος ἄρτους εἴκοσι, καὶ παλάθας, ἐνετείλατο τῷ ὑπηρέτῃ αὐτοῦ παραθεῖναι τῷ λαῷ ταῦτα. Τοῦ δὲ, *Τί ἂν γένοιτο ταῦτα πρὸς ἄνδρας ἑκατὸν*, εἰρηκότος· Δὸς, εἶπε, *ταῦτα, καὶ ἐσθιέτωσαν· κορεσθήσονται γὰρ, καὶ καταλείψουσι περισσεύματα*. Καὶ εἰς ἔργον ὁ λόγος ἐγένετο. Νεεμὰν δὲ, μέγας ὢν παρὰ τῷ βασιλεῖ Συρίας, λελέπρωτο. Καὶ νεάνιδος αἰχμαλωτισθείσης Ἰσραηλίτιδος, ἡ γυνὴ Νεεμὰν δούλην ἔσχεν αὐτήν. Ἥτις ἔφη πρὸς τὴν κυρίαν αὐτῆς, ὡς, Εἰ ἀπῆλθεν ὁ κύριός μου πρὸς τὸν προφήτην Ἐλισσαιὲ, ἀπηλλάγη ἂν τῆς νόσου αὐτοῦ. Ἡ δὲ τῷ ἀνδρὶ τοὺς λόγους ἀπήγγειλε τῆς νεάνιδος, καὶ Νεεμὰν τὰ λαληθέντα τῷ βασιλεῖ Συρίας ἀνήνεγκε. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπιστολὴν ἐκτίθεται περὶ τοῦ θεραπευθῆναι τὸν Νεεμὰν πρὸς τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραήλ. Νεεμὰν δὲ, λαβὼν δέκα τάλαντα ἀργύρου, καὶ ἑξακισχιλίους χρυσοῦς, καὶ δέκα ἀλλασσομένας στολὰς (64), ἐπορεύθη ἐπὶ Σαμάρειαν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τῷ βασιλεῖ ἐνεχείρισεν. Ὁ δὲ, ἀναγνοὺς αὐτὴν, διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων, ὅτι Πρόφασιν καθ' ἡμῶν ὁ βασιλεὺς Συρίας ζητεῖ. Ἐλισσαιὲ δὲ, ταῦτα μαθὼν, Ἐλθέτω πρός με ὁ Νεεμὰν, μεμήνυκε τῷ βασιλεῖ Ἰσραήλ. Καὶ ἐλθόντι στείλας δεδήλωκεν ἀπελθεῖν εἰς τὸν Ἰορδάνην, καὶ λούσασθαι ἑπτάκις, καὶ οὕτω τῆς λέπρας ἀπαλλαγήσεσθαι. Ὠργίσθη δὲ Νεεμὰν, ὅτι μὴ ἐξῆλθε πρὸς αὐτὸν ὁ προφήτης, καὶ ηὔξατο, καὶ ἐπέθετο αὐτῷ τὴν χεῖρα. Καὶ ἀγανακτῶν ὑπεχώρει, λέγων· Οὐκ εἰσὶ ποταμοὶ παρ' ἡμῖν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην; Πορευθεὶς λούσομαι ἐν αὐτοῖς, καὶ καθαρισθήσομαι. Ὑπεχωροῦντι δὲ εἶπον αὐτῷ οἱ θεράποντες· Ποίησον τὸν τοῦ προφήτου λόγον, ῥᾴδιον ὄντα. Καὶ κατέβη Νεεμὰν, καὶ ἐβαπτίσατο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἑπτάκις, καὶ ἐκαθαρίσθη· καὶ ἀναστρέψας ηὐχαρίστει τῷ προφήτῃ, καὶ μὴ εἶναι Θεὸν ἕτερον ὡμολόγει παρὰ τὸν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἠξίου αὐτὸν λαβεῖν τι ἐξ ὧν ἐκόμιζεν. Ὁ δὲ ἀπήνηνατο, καὶ ὑπέστρεφε Νεεμάν. Γιεζὶ δὲ κατεδίωξεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν· *Ὁ προφήτης ἀπέστειλέ με λήψεσθαι ἀπὸ σοῦ τάλαντον ἀργυρίου, καὶ δύο στολὰς, δοθησόμενα δεομένοις τισὶν ἄρτι προσελθοῦσιν αὐτῷ*. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Νεεμάν· καὶ ὑπέστρεψε Γιεζὶ πρὸς Ἐλισσαιέ. Ἔγνω δὲ ὁ προφήτης ὃ εἰρ-

prophetam inclamarunt tanquam evestigio morituri. Ille farina in lebetem injecta eos vesci jubet. Quo facto, nihil ex eo cibo incommodi senserunt. Cum quidam ei panes viginti attulisset ac palathas, ministrum ea populo apponere jubet. **99** Qui cum diceret: *Quid ista ad centum viros? Da*to, inquit, *ut vescantur: nam et saturabuntur, et aliquid supererit*. Et ita factum est ut ille dixerat. Erat quidam Neeman nomine, magnæ apud Syriæ regem auctoritatis, lepra infectus. Cujus uxori cum mulier Israelitica bello capta serviens, dixisset, si ad Elisæum prophetam abiret herus suus, morbum ejus curatum iri, ea verba uxor marito, maritus regi Syriæ refert. Rex vero litteras scribit ad regem Israelis de Neemanis curatione. Ipse Neeman, sumptis decem argenti talentis et sex mille aureis, et decem stolis lautioribus, Samariam proficiscitur, litterasque regi tradit. Quibus ille lectis, vestes suas laceravit, Syriæ regem causam contra se quærere dicens. Eo cognito, Elisæus ad se Neemanem mitti jubet: qui cum venisset, septies in Jordane lavandum esse, per nuntium ei significat, sic lepra iri liberatum. Neeman vero, iratus quod sibi propheta non obviam egressus esset ac manibus impositis vota fecisset, per indignationem discedit: quasi vero Syria non haberet flumina Jordane meliora, in quibus si lavisset, mundaretur. Sed inter abeundum, monitus a famulis ut prophetæ pareret monitis, quæ nihil difficile complecterentur, obtemperat, et septies in Jordane mersus mundatur: ac reversus, gratiis prophetæ actis, confitetur non esse alium Deum præter Israeliticum, petens ut muneris aliquid acciperet. Verum illo recusante, discedit. Giezis autem eum persequens: *Propheta*, inquit, *me misit, ut argenti talentum, et duas stolas acciperem, quæ det egentibus, qui illum modo convenerunt*. Iis acceptis, Giezis ad Elisæum redit. Qui cum factum illius cognovisset, ei dixit: *Quia pecuniam et vestes a Neemane accepisti, lepra illius tibi et semini tuo adhærescet*. Sic ille leprosus exit. Prophetarum autem filiis ad Jordanem ligna cæsum profectis, ut sibi tabernacula constituerent, Elisæo comitante, cujusdam securis elapsa capulo in flumen decidit. Is prophetam vocat, et locum monstrat ubi demersum esset ferrum. At ille, cum lignum injecisset, emersit ferrum: idque supernatans aquæ recipit is qui amiserat. Cum rex Syriæ Joramum Israelitarum regem per insidias captaret, **100** Elisæus misso nuntio eum monet ut caveat, nec venatum egrediatur. Paret ille. Ader, frustratus insidiis, suos proditionis suspectos habere: illi affirmare non se, sed Elisæum prophetam arcana regi nuntiare. Mittit igitur exercitum Dothaim ad prophetam ca-

Variæ lectiones et notæ.

(64) Ἀλασσομένας στολάς. Vetus Bibliorum translatio, *decem mutatoria vestimentorum*. Castalio *lautiores vestes* convertit, quem secutus est Wolfius. Vide Gloss. med. Lat. in *Mutatorium*, et Gloss. med. Græcit. in Ἀλλάσσειν.

piendum, a quo minister illius urbem circumdatam videns, perterritus, rem prophetæ nuntiat. At ille timere vetat, ac Deum orat ut famulo demonstret quomodo ipse divinitus custodiatur. Quo impetrato, videt famulus prophetam curribus et equis igneis vallatum: qui denuo precatus, hostium oculos perstrinxit, et ad eos egressus: *Me sequimini*, inquit, *et tradam vobis Elisæum*. Sequuntur illi et oculis et animis obcæcatis. Quos cum Samariam perduxisset, regem jubet eos suis copiis circumdare: et Deum orat ut caliginem illorum oculis amoveret. Quo facto Syri se in hostium medio versari vident. Verum Elisæus neminem eos lædere patiebatur, sed consulebat ut accepti hospitaliter incolumes dimitterentur. Joramus rex prophetæ monitis diligenter paret: illi discedunt. Regi quid acciderit nuntiant. Syrus audita re obstupescit.

A γαστο τῷ Γιεζὶ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· *Ὅτι ἔλαβες τὸ ἀργύριον καὶ τὰ ἱμάτια ἀπὸ τοῦ Νεεμὰν, ἡ λέπρα ἐκείνου κολληθήσεταί σοι καὶ τῷ σπέρματί σου.* Καὶ ἐξῆλθε λελεπρωμένος. Οἱ υἱοὶ δὲ τῶν προφητῶν οἱ μετὰ Ἐλισσαίου ἐπορεύθησαν εἰς τὸν Ἰορδάνην τεμεῖν ξύλα, ὡς ἂν ποιήσωσιν ἑαυτοῖς σκηνάς· καὶ Ἐλισσαῖος αὐτοῖς συνεπορεύετο. Τεμνόντων δὲ τὰ ξύλα, ἑνὸς τὸ τῆς ἀξίνης σιδήριον ἐνέπεσεν εἰς τὸν ποταμόν. Καὶ ὁ τῆς ἀξίνης κύριος τὸν προφήτην ἐπεκαλέσατο, καὶ τὸν τόπον ὑπέδειξεν αὐτῷ ἐν ᾧ κατέδυ ὁ σίδηρος. Ὁ δὲ, ξύλον λαβὼν, ἐνέβαλεν ἐκεῖ. Καὶ ἀνέδυ τὸ σιδήριον, καὶ ἐπιπολάσαν ἔλαβεν αὐτὸ ὁ ἀπολέσας αὐτό. Ὁ δὲ βασιλεὺς Συρίας ἐνέδραν ἐκάθισεν, ἵν' ἕλῃ τὸν βασιλέα τὸν Ἰωράμ. Ἀπέστειλε δὲ ὁ προφήτης πρὸς Ἰωρὰμ φυλάττεσθαι B αὐτῷ ἐντελλόμενον, καὶ μὴ ἀπιέναι πρὸς θήραν. Καὶ ὁ μὲν οὐκ ἐξῄει. Ἄδερ δὲ, τῆς ἐπιβουλῆς ἁμαρτὼν, τοὺς οἰκείους ὑπώπτευε γίνεσθαι προδότας τῶν βεβουλευμένων αὐτῷ. Φησάντων δ' ἐκείνων οὐκ αὐτοὺς, ἀλλὰ τὸν προφήτην Ἐλισσαῖον μηνύειν αὐτῷ τὰ ἀπόῤῥητα, στέλλει ἐν Δοθαῒν στράτευμα, ἵν' αὐτὸν λάβοιεν. Ἰδὼν δὲ τὸν λαὸν κύκλῳ τῆς πόλεως ὁ τοῦ προφήτου διάκονος, περιδεὴς ἐγένετο, πρὸς αὐτὸν ἀναγγέλλων τὸ πρᾶγμα. Ὁ δὲ, Μὴ δεῦθι, ἔφη· καὶ ἱκέτευσε τὸν Θεὸν δεῖξαι τῷ διακόνῳ αὐτοῦ, ὅπως φυλάττεται παρ' αὐτοῦ. Καὶ δέδωκεν ὁ Θεὸς τῷ θεράποντι τοῦ προφήτου χάριν ἰδεῖν αὐτὸν ἅρμασι καὶ ἵπποις πυρίνοις κεκυκλωμένον. Ἠμαύρωσε δὲ ὁ προφήτης προσευξάμενος καὶ τὰ ὄμματα τῶν ἐχθρῶν. Καὶ ἐξελθὼν πρὸς αὐτοὺς ἔφη· *Ἀκολουθεῖτέ μοι, καὶ δώσω τὸν Ἐλισσαῖον ὑμῖν.* Οἱ δὲ εἵποντο, καὶ τὰς ὄψεις βεβλαμμένοι καὶ τὴν διάνοιαν. Ἀπαγαγὼν δὲ αὐτοὺς εἰς Σαμάρειαν, περιστῆσαι αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ δύναμιν τῷ βασιλεῖ ἐνετείλατο. Καὶ τὸν Θεὸν ᾔτει περιαιρεθῆναι τὴν ἀχλὺν ἐκ τῶν ὀμμάτων αὐτῶν. Περιαιρεθείσης δὲ, εἶδον ἑαυτοὺς οἱ Σύροι μέσον ἐμπεριειλημμένους τῶν πολεμίων. Ἐλισσαῖος δὲ οὐδένα ἐπιθέσθαι αὐτοῖς παρεχώρει, ξενίσαι δὲ μᾶλλον, καὶ ἀπολῦσαι ἀπαθεῖς συνεβούλευε. Φιλοτίμως οὖν ὁ Ἰωρὰμ ἑστιάσας αὐτοὺς, κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον ἀφῆκεν. Οἱ δὲ ἀπῆλθον, καὶ τὰ γεγονότα τῷ ἑαυτῶν βασιλεῖ διηγήσαντο· καὶ ἐξεπλάγη.

XVII. Post hæc cum omnibus suis copiis Samariam obsidet, in qua tanta fames orta est, ut caput asini quinquaginta nummis argenteis veniret, et sextarius columbini fimi, totidem. Cum autem rex Joramus mœnia circumiret, inclamat eum muliercula, conservari se petens; quam ille cibum petere suspicans, cum indignatione: *Mihi neque area est*, inquit, *neque torcular*: *quomodo te conservem?* Sed illa judicium petere se dicente, causam agere jubet. Ibi mulier: *Pepigi*, inquit, *cum vicina mea, ut filios nostros mactemus, et alternis diebus altera alteram alat. Nunc cum ego meum mactarim, illa non stat conventis.* His rex auditis, ingenti dolore affectus, et laceratis vestibus suis, prophetæ irascitur quod mala ista precibus non averteret, ac percussorem contra illum mittit. Sed Elisæus cœtui discipulorum id prædixerat: *Homicidæ*, inquit, *filius misit qui me perimat, sed vos clausis foribus aditu percussorem prohibete: sequetur enim rex mutato consilio.* Itaque factum est: nam Joramus, omissa priore cogitatione, properanter **101** ad prophetam venit, expostulans, quod ærumnarum depulsionem Deum non exoraret. At ille: *Cras*, inquit, *duo sata hordei siclo vendentur, et similaginis satum tantidem.* Tum quidam ex regis comitibus: *Incredibilia*, ait, *propheta, dicis.* Cui ille: *Quæ pollicitus sum*, inquit, *videbis: sed ob incredulitatem, iis non frueris.* Ea igitur nocte sonitum curruum,

C ΙΖʹ. Μετὰ ταῦτα δὲ πανστρατιᾷ παρελθὼν εἰς Σαμάρειαν ὁ βασιλεὺς Συρίας, ἐπολιόρκει αὐτήν. Καὶ ἐγένετο λιμὸς σφοδρότατος ἐν αὐτῇ, ὥστε κεφαλὴν ὄνου πεντήκοντα νομισμάτων ἀργύρου πραθῆναι, καὶ ξέστην κόπρου περιστερῶν πεντήκοντα νομισμάτων ὁμοίων. Τοῦ δὲ βασιλέως Ἰωρὰμ περιιόντος τὸ τεῖχος, ἐβόησε γύναιον· Σῶσον, ὦ βασιλεῦ. Ὁ δὲ νομίσας τροφὴν αἰτεῖν τὴν γυναῖκα, *Πόθεν σε σώσω*, βλασφημήσας αὐτὴν, ἔφη, *μήτε ἅλωνός μοι, μήτε ληνοῦ ὑπαρχούσης;* Τῆς δὲ κρίσιν αἰτεῖν εἰπούσης, λέγειν ἐπέτρεψε. Καὶ ἡ γυνὴ, *Συνθήκας*, εἶπεν, *ἐθέμην μεθ' ἑτέρας γυναικὸς γειτνιώσης μοι, θῦσαι τὰ τέκνα ἡμῶν, καὶ ἀνὰ μίαν ἡμέραν ἀλλήλας θρέψαι*: Κἀγὼ μὲν τὸ ἐμὸν ἔθυσα, ἡ δὲ παραβαίνει τὰ ὡμολογημένα. Τούτων ἀκούσας D ὁ βασιλεὺς, ὑπερήλγησε, καὶ τὴν ἐσθῆτα διέῤῥηξε. Καὶ κατὰ τοῦ προφήτου ἐξώργιστο, ὅτι μὴ δέοιτο τοῦ Θεοῦ λῦσαι τὴν κάκωσιν, καὶ τὸν ἀποκτενοῦντα αὐτὸν ἔπεμψεν. Ἐλισσαῖος δὲ, τοῖς φοιτηταῖς ὁμιλῶν, προεῖπεν αὐτοῖς, ὅτι *Ὁ τοῦ φονέως υἱὸς κτανεῖν με ἀπέστειλεν· ἀλλ' ὑμεῖς, τὴν θύραν κλείσαντες, κωλύσατε τὴν εἴσοδον τῷ σφαγεῖ· ἕψεται γὰρ μεταμεμελημένος ὁ βασιλεύς.* Καὶ οἱ μὲν κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον ἐποίησαν· Ἰωρὰμ δὲ, μεταβουλευσάμενος, σπεύδων πρὸς τὸν προφήτην ἀφίκετο, καὶ ᾐτιᾶτο αὐτὸν, ὅτι μὴ δέοιτο τοῦ Θεοῦ λῦσαι σφίσι τὰ λυπηρά· Ὁ δὲ, *Αὔριον*, ἔφη, *δύο σάτα κριθῆς πραθήσεται*

σίκλου, καὶ σεμιδάλεως σάτον σίκλου. Καί τις A τῶν ἑπομένων τῷ βασιλεῖ, *Ἄπιστα*, ἔφη, *λέγεις, προφῆτα.* Ὁ δὲ, *Ὄψει μὲν*, ἔφη, *τὰ ἐπηγγελμένα, οὐκ ἀπολαύσεις δὲ αὐτῶν διὰ τὴν ἀπιστίαν.* Κατὰ δὲ τὴν νύκτα ἐκείνην κτύπον ἁρμάτων, ἵππων τε καὶ ὅπλων καὶ πλήθους ἀλαλαγμῶν ἐνεποίησεν ὁ Θεὸς τῶν Σύρων ταῖς ἀκοαῖς. Οἱ δὲ, συμμαχικὸν προσλαβέσθαι πολὺ τὸν Ἰωρὰμ οἰηθέντες, καὶ ἐπέρχεσθαι σφίσι, λιπόντες τὸ στρατόπεδον, περιδεῶς ἀπεδίδρασκον. Λεπροὶ δὲ τέσσαρες ἄνδρες ἔξω τῆς πόλεως ἦσαν, τοῦ νόμου τοὺς λεπροὺς κελεύοντος ἐξωθεῖσθαι τῶν πόλεων. Οἱ γοῦν λεπροὶ ἐκεῖνοι, ἤδη τῷ λιμῷ φθειρόμενοι, προσελθεῖν τῇ τῶν Σύρων παρεμβολῇ ἐβουλεύσαντο, λέγοντες ὡς *Ἢ φείσονται ἡμῶν, καὶ τραφέντες ζησόμεθα, ἢ ἀναιρεθέντες, τῶν κακῶν ἀπαλλαγησόμεθα.* B Ἧκον οὖν ὄρθρου πρὸς τὸ τῶν Σύρων στρατόπεδον, καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς ἑωρᾶτο. Παρῆλθον εἰς μίαν σκηνὴν, καὶ κενὴν ἀνθρώπων κατέλαβον. Ἐξ ἐκείνης εἰς ἑτέραν μετέβησαν, κἀκείνην ἔρημον οὖσαν εὑρήκασι. Καὶ εἰς πλείους δὲ μεταβάντες, ὡς οὐδενὶ ἐνετύγχανον, πρῶτον μὲν ἔφαγόν τε καὶ ἔπιον, εἶτα χρυσίον τε καὶ ἀργύριον καὶ ἱμάτια λαβόντες ἐκεῖθεν, ἔκρυψαν· καὶ οὕτως εἰς τὴν πόλιν ἐλθόντες, τὸ γεγονὸς ἀνέκρυπτον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀκούσας, ἐνέδραν εἶπεν εἶναι τοῦτο τῶν πολεμίων, καὶ μὴ προϊέναι διεκελεύετο, τοὺς δὲ κατασκοπήσοντας ἔπεμψεν. Οἱ ἀπελθόντες, ἐνέτυχον μὲν οὐδενὶ παρὰ τὴν ὁδὸν, πλήρη δὲ αὐτὴν ἱματίων, καὶ σκευῶν εὑρίσκον. Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς διαρπάσαι τὴν C παρεμβολὴν τῷ πλήθει ἐπέτρεψεν. Ὅθεν τοσαύτη ἀφθονία τῶν ἀναγκαίων ἐγένετο, ὡς δύο σάτα κριθῆς σίκλου πωλεῖσθαι, σάτον δὲ σεμιδάλεως. Τὸ δὲ σάτον ἐστὶν Ἰταλικὸν ἡμιμέδιμνον. Μόνης δὲ τῆς ἀφθονίας ἐκείνης οὐκ ἀπώνατο ὁ τοῦ βασιλέως τριστάτης, κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον, ὃς τῇ αὐτοῦ προῤῥήσει ἠπίστησε· συῤῥεύσαντος γὰρ τοῦ πλήθους ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως, συνεπατήθη, καὶ τέθνηκεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Δαμασκοῦ μετὰ ταῦτα ἐνόσησε. Καὶ ὁ Ἐλισσαῖος ἀπῆλθε τότε πρὸς Δαμασκόν· καὶ ἤκουσεν ὁ νοσῶν περὶ τοῦ προφήτου, καὶ ἀπέστειλεν Ἀσαὴλ τὸν ἐντιμότερον τῶν θεραπόντων αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, ἐρωτῶντα εἰ ζήσεται. Ἔπεμψε δὲ αὐτῷ καὶ δῶρα πολλά. Ἐρωτηθεὶς δὲ ὁ προφήτης, τεθνήξεσθαι μὲν τὸν νοσοῦντα βασιλέα προεῖπε· τῷ δὲ Ἀσαὴλ ἐνετέλλετο μηδὲν ἐκείνῳ εἰπεῖν· αὐτὸς δὲ ἔκλαιε. Καὶ ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ Ἀζαὴλ τοῦ κλαυθμοῦ τὴν αἰτίαν, θρηνεῖν ἔφη προορῶν ὅσα ἐκ σοῦ συμβήσεται τοῖς Ἰσραηλίταις δεινά· σὺ γὰρ βασιλεὺς ἔσῃ Συρίας. Ὑποστρέψας δὲ Ἀζαὴλ πρὸς τὸν κύριον αὐτοῦ, ἀπήγγειλε φάναι τὸν προφήτην, ὡς ζήσεται. Τῇ δ' ἐπιούσῃ δίκτυον αὐτῷ ἐπιβαλὼν διάβροχον, τὸν μὲν ἀπέπνιξεν, αὐτὸς δὲ τῆς βασιλείας ἐπείληπτο.

equorum et armorum, et multitudinis fremitum in Syrorum auribus excitavit Deus. Qui, magnas auxiliares copias advenisse Joramo rati et contra se ire, castris relictis trepide aufugiunt. Leprosi autem quatuor extra urbem erant (nam iis habitare in urbibus lege interdictum est), qui, fame pene enecti, castra Syrorum ingredi decreverunt. *Nam aut parcent nobis Syri* (inquiunt), *ciboque potiti vivemus, aut interfecti malis liberabimur.* Veniunt diluculo ad castra Syrorum, vident neminem: unum tabernaculum intrant, vacuum id hominibus deprehendunt. Ex eo in aliud transeunt, illud etiam desertum inveniunt: in plura progressi, cum in neminem incidissent, primum edunt et bibunt, deinde aurum, argentum, vestem ablata, occultant: et ingressi urbem, rem nuntiant. Qua rex audita, Syrorum insidias eas esse dicit, suos ab egressu deterret: speculatores mittit, qui in itinere in neminem inciderunt, sed castra plena vestibus et vasis repererunt. Tum rex castra populo diripienda dat: unde tanta rerum necessariarum copia exstitit, ut duo sata hordei siclo venirent, et satum similaginis tantidem. Est autem satum semimedimnus Italicus. Ejus ubertatis fructum non cœpit regis ille satelles, quemadmodum propheta dixerat, ob abrogatam verbis illius fidem; nam multitudine populi ad portam confluente, obtritus est. Post hæc rex Damasci ægrotavit. Elisæus autem tum Damascum abiit: cujus adventu æger audito, misso Azahele ex honoratioribus ministris, percontatur an victurus esset, missis etiam muneribus multis. Respondet ille, paulo post moriturum esse ægrotantem, sed Azahelem vetat id illi dicere, et ipse plorat. Ploratus causam sciscitanti Azaheli, respondet deplorare se mala quæ ille Israelitis illaturus **102** esset: eum enim Syriæ regno potiturum. Azahel, ad dominum suum reversus, nuntiat prophetam incolumitatem illi polliceri. Postridie madido reticulo injecto eum suffocat, ipse regnum invadit.

ΙΗ'. Ὁ δὲ τοῦ Ἰούδα βασιλεὺς Ἰωρὰμ (ἡ γὰρ αὐτὴ D κλῆσις ἀμφοῖν τοῖν βασιλέοιν προσῆν) εἰς ἀσέβειαν ἐξεκυλίσθη παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Γοθολίας, θυγατρὸς οὔσης τοῦ Ἀχαὰβ, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἀνεῖλε (65), καὶ τοὺς πατρῴους θεράποντας, καὶ τὸν λαὸν συνασεβεῖν αὐτῷ κατηνάγκαζεν. Οὕτω δὲ βιοῦντι ὁ προφήτης ἐπέστειλε, προμηνύων αὐτῷ τὸν ἐσόμενον ὄλεθρον, καὶ τὴν τῶν γυναικῶν αὐτοῦ

XVIII. At Joramus rex Judæorum (idem enim utrique regi nomen erat), a Gotholia uxore, Achabi filia, ad impietatem devolutus, et fratres sustulit, et paternos ministros, et populum eamdem sequi coegit impietatem. Cui ita viventi nuntium misit propheta cladis imminentis, et interitus uxorum et liberorum ejus, ob impietatem populique vexationem. Neque multo post, Arabes bello Judæos

Variæ lectiones et notæ.

(65) *Θύγατρος οὔσης τοῦ Ἀχαὰβ, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἀνεῖλε.* Græca ita sonant, quasi Joramus fratres suos sustulerit. Wolf.

affixerunt, uno tantum Ochozia ex regiis filiis non interfecto, et Joramus etiam, ut propheta prædixerat, ex morbi gravitate interiit anno ætatis quadragesimo, regni octavo, Ochozia filio successore relicto. Accidit autem ut Joramus alter, Israelitarum rex, suscepta contra Syros expeditione vulneratus, Jehu Amasis filio apud exercitum cum imperio relicto, ad curandum ictum abiret. Sed Elisæus quemdam ex discipulis ad Jehum regem inungendum mittit, ut delectum a Deo. Qui Jehu seducto, ut arcani aliquid communicaturus, et conclave ingressus, caput ejus oleo perfundens, eum a Deo creari regem ait, ad Achabi genus delendum : et his dictis, subito e conclavi se proripit. Percontantibus autem suis, quid ab illo vocatus esset, qui quidem furentis gestum præ se ferret : *Recte*, inquit, *judicatis, nam verba furore plena mihi nuntiavit : dixit enim me a Deo creatum esse regem.* Quibus populus auditis, Jehum tubis inflatis regem salutat. Quo facto, ille, delectis equitibus assumptis, ad Joramum subito opprimendum proficiscitur. Cum autem speculator Joramo dixisset adventare equites, mittit quemdam qui roget quid velint. Eum Jehus, nullo dato responso, se jussit sequi. Misso et altero, nec reverso, Joramus ipse, curru conscenso cum Ochozia sororis suæ filio, qui visendi ejus gratia venerat, Jeho in agro Nabuthis occurrit, rogans ut se haberet exercitus ? Qui cum maledictis eum insectaretur, **103** Joramus territus fugam capessit. Tum Jehus intento arcu eum ferit, ut curru delapsus moreretur. Sic in Nabuthis agrum est projectus, quemadmodum Elias Achabo prædixerat. Ochoziam item fugientem sagitta icit Jehus, ex quo vulnere is quoque paulo post est mortuus, cum unum regnasset annum. Jezabel autem de turri prospectans, exquisite culta, ut gratiosior esset : *Bonus*, inquit, *servus qui dominum suum sustulit*. Jehus autem eunuchis mandat ut eam superne præcipitarent, e quo casu cruentatis parietibus illa periit. Quam cum Jehus ob genus regium sepeliri juberet, ministri præter ossa nihil repererunt. Canes enim eam dilacerabant, ut Elias prædixerat. Erant Achabo Samariæ septuaginta filii. Jehus igitur magistratibus Samaritanis et puerorum educatoribus scribit, significans, ut præstantissimum illorum regem crearent. Id autem tentandi gratia faciebat. Illi rescribunt eum esse suum dominum. Rescribit igitur Jehus, si se servos suos esse faterentur, capita omnium filiorum Achabi allaturos. Exsequuntur illi jussa. Rex capita ante portam urbis duobus poni locis jubet, eoque facto progressus : *Ego*, inquit, *regem sustuli ; isti secundum prophetæ prædictionem perierunt*. Et omnes Achabi cognatos conquisitos necat. Samariam autem proficiscentem Jehum Jonadabus, obviam egressus, collaudat ob exstirpatam Achabi familiam. Ne quis autem pseudoprophetarum et Baalis sacerdotum lateret Jehus, se magnifice facturum esse rem di-

A καὶ τῶν τέκνων φθορὰν διὰ τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὴν τοῦ λαοῦ κάκωσιν. Ἃ καὶ εἰς ἔργον ἐξέβησαν, Ἀράβων ἐπιστρατευσάντων τῇ Ἰουδαίᾳ, ἑνὸς τῶν υἱῶν αὐτοῦ περισωθέντος τοῦ Ὀχοζίου. Καὶ Ἰωρὰμ δὲ μετὰ ταῦτα νοσήσας, ὡς ὁ προφήτης προείρηκε, βιαίως ἐξέψυξε, ζήσας μὲν ἐνιαυτοὺς τεσσαράκοντα, βασιλεύσας δὲ ὀκτώ. Ἡ δ' ἀρχὴ τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ὀχοζίᾳ περιελήλυθεν. Ἰωρὰμ δὲ τῷ ἑτέρῳ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεῖ κατὰ τῶν Σύρων στρατεύσαντι συνέβη τοξευθῆναι ἐν τῷ πολέμῳ· καὶ ὁ μὲν ἀνεχώρησε θεραπευθησόμενος τὴν πληγὴν, ἡγεμόνα τῆς στρατιᾶς καταλείψας Ἰηοῦν τὸν τοῦ Ἀμασῆ. Ἐλισσαῖος δ' ἕνα τῶν μαθητῶν ἔπεμψε, χρίσοντα εἰς βασιλέα τὸν Ἰηοῦν, ὡς τοῦ Θεοῦ αὐτὸν ᾑρημένου. Ὁ δ' ἐλθὼν, ἰδίᾳ τῶν ἄλλων ἀπολαβὼν B τὸν Ἰηοῦν, ὡς δή τι λέξων αὐτῷ μυστικώτερον, εἰς τὸ ταμιεῖον εἰσδὺς, τὸ ἔλαιον κατέχεε τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, φήσας αἱρεῖσθαι τὸν Θεὸν εἰς βασιλέα αὐτὸν, ἵν' ἀφανίσῃ τὸ γένος τοῦ Ἀχαάβ. Καὶ ὁ μὲν ἅμα τε εἶπε, καὶ ἐκ τοῦ ταμιείου σπουδαίως ἐξέδραμε. Πυνθανομένων δὲ τῶν σὺν αὐτῷ, τί ἂν βούλοιτο ὁ καλέσας αὐτὸν, καὶ μεμηνότι παρεικαζόντων ἐκεῖνον· *Ὀρθῶς ἐκρίνατε*, ἔφη, *ἐπεὶ καὶ λόγους μοι μεστοὺς μανίας ἀπήγγειλεν*. Εἴρηκε γὰρ βασιλέα με χειροτονεῖν τὸν Θεόν. Καὶ ὁ λαὸς, ἀκούσας ταῦτα, σαλπίζων ἀνηγόρευε βασιλέα τὸν Ἰηοῦν. Ὁ δὲ, αὐτίκα τοὺς λογάδας τῶν ἱππέων παραλαβὼν, ἐξώρμησεν, ἵν' ἀθρόον ἐπέλθῃ τοῖς περὶ τὸν Ἰωράμ. Τοῦ δὲ σκοποῦ τῷ Ἰωρὰμ ἱππεῖς ἥκειν φήσαντος, ἔστειλέ τινα ἐκεῖνος ἐρωτῶντα τί ἂν C βούλοιντο. Ἰηοῦς δὲ, μηδὲν ἀποκριθεὶς, ἕπεσθαι αὐτῷ προσετρέπετο. Εἶτα καὶ δεύτερον ἔστειλεν· οὐδ' ἐκείνου δὲ ἀναστρέψαντος, αὐτὸς ὁ Ἰωρὰμ, τοῦ ἅρματος ἐπιβὰς, σὺν Ὀχοζίᾳ, ἐλθόντι πρὸς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ ἀδελφῆς αὐτοῦ ὄντι υἱῷ, συνήντησεν ἐν ἀγρῷ Ναβουθαὶ τῷ Ἰηοῦ. Καὶ ἤρετο περὶ τῆς στρατιᾶς, ὅπως ἔχει. Ὁ δὲ βλασφημίας αὐτοῦ κατέχεεν. Ἰωρὰμ δὲ στραφεὶς ἀπεδίδρασκε δεδιώς. Καὶ Ἰηοῦς, τὸ τόξον ἐντείνας, βάλλει αὐτόν. Καὶ τοῦ ἅρματος ἐκπεσὼν τέθνηκε, καὶ ἐρρίφη εἰς τὸν τοῦ Ναβουθαὶ ἀγρὸν, κατὰ τὴν πρόῤῥησιν Ἠλιοὺ, ἣν πρὸς Ἀχαὰβ ἐποιήσατο. Καὶ Ὀχοζίαν δὲ φεύγοντα ἐτόξευσεν Ἰηοῦς, καὶ ἐκ τῆς πληγῆς μετὰ μικρὸν ἐτελεύτησεν, ἕνα βασιλεύσας ἐνιαυτόν. Ἰεζάβελ δ' D ἐκ τοῦ πύργου προκύπτουσα, κεκαλλωπισμένη πρὸς τὸ ἐπαγωγότερον, *Ἀγαθὸς*, εἶπε, *δοῦλος, ὃς τὸν δεσπότην ἀνεῖλεν*. Ἰηοῦς δὲ ἄνωθεν αὐτὴν ῥίψαι τοῖς εὐνούχοις προσέταξε. Καὶ καταφερομένης αὐτῆς, περιεῤῥάνθη τὸ τεῖχος τῷ αἵματι. Ἡ δὲ τέθνηκεν. Ἰηοῦ δὲ ταφῆναι αὐτὴν προστάξαντος διὰ τὸ γένος αὐτῆς τὸ βασίλειον, οἱ προσταγέντες οὐδὲν εὗρον ἐκ τοῦ σώματος αὐτῆς ἢ μόνα ὀστᾶ. Ὑπὸ γὰρ κυνῶν διεσπάρακτο, ὡς Ἠλιοὺ προεφήτευσεν. Ἦσαν δὲ ἐν Σαμαρείᾳ τῷ Ἀχαὰβ υἱοὶ ἑβδομήκοντα. Ἐπέστειλεν οὖν Ἰηοῦς τοῖς ἄρχουσι Σαμαρείας, καὶ τοῖς παιδαγωγοῖς τῶν υἱῶν Ἀχαὰβ, δηλῶν τὸν κρείττω τούτων βασιλεῦσαι αὐτούς. Πειρώμενος δὲ τῶν ἀνδρῶν ἔγραφε ταῦτα. Οἱ δὲ αὐτὸν ἔχειν δεσπότην ἀντέγραψαν. Καὶ αὖθις ἐπέστειλεν Ἰηοῦς καὶ εἰδου-

λειαν ὁμολογοῦσιν αὐτῷ, τὰς κεφαλὰς πάντων τῶν A παίδων τοῦ Ἀχαὰβ κομίσειν αὐτῷ. Κἀκεῖνοι τὸ ἐπιταχθὲν πεποιήκασιν. Ὁ δὲ πρὸ τῆς πύλης τῆς πόλεως τεθῆναι τὰς κεφαλὰς ἐν δυσὶ τόποις ἐκέλευσε. Καὶ τούτου γενομένου προελθὼν, *Ἐγὼ μὲν*, εἶπε, *τὸν βασιλέα ἀνῄρηκα, οὗτοι δὲ κατὰ τὴν πρόῤῥησιν τοῦ προφήτου ἀπώλοντο*· καὶ πάντας δὲ τοὺς συγγενεῖς Ἀχαὰβ ἐρευνήσας ἀπέκτεινεν Ἰηού. Ἀπιόντι δὲ αὐτῷ εἰς Σαμάρειαν, συναντᾷ Ἰωναδὰβ, καὶ προσειπὼν εὐλόγησεν αὐτὸν, ὅτι ἐξωλόθρευσε τὸ γένος τοῦ Ἀχαάβ. Εἶτα ἵνα μή τις λάθῃ τῶν ψευδοπροφητῶν, καὶ τῶν ἱερέων τοῦ Βάαλ, θυσίαν ἐκήρυξε μέλλειν θῦσαι πολυτελῆ, καὶ πάντας τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βάαλ καὶ τοὺς προφήτας παρεῖναι ἐκέλευσεν. Εἰ δέ τις μὴ παρείη, θάνατον εἶναί οἱ ἔφη τὸ ἐπιτίμιον. Ἀθροισθεῖσι δὲ ἐνδύματα δοὺς, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὸν οἶκον μετ' αὐτῶν ἀπελθὼν τοῦ Βάαλ, μή τινα αὐτοῖς ἕτερον ἀναμεμίχθαι προσέταξεν. Τῶν δὲ μηδένα παρεῖναι φησάντων ἕτερον, στρατιώτας περιέστησεν ἔξω, κελεύσας ἀποκτεῖναι τοὺς ἔνδον. Οἳ ἐκείνους τε πάντας ἀνεῖλον, καὶ τὸν οἶκον τοῦ Βάαλ ἐνέπρησαν, καὶ τὴν στήλην αὐτοῦ. Τὰς δὲ χρυσᾶς δαμάλεις οὐ περιεῖλεν. Ὁ δὲ Θεὸς αὐτῷ ἐπηγγείλατο, τὸν οἶκον ἐξαφανίσαντι Ἀχαὰβ ἐπὶ τετάρτην γενεὰν τῶν παίδων αὐτοῦ διαρκέσειν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ.

vinam denuntiat, sacerdotes et prophetas omnes adesse jubet, mortem ei comminatus, qui non venisset. Cum convenissent, vestes eis dat, et una templum Baalis ingressus, edicit, ne quis alius iis admisceretur. Qui cum neminem alium adesse dixissent, militibus qui foris astabant mandat, ut omnes illos occiderent, et templum incenderent, et ipsam statuam : cæterum aureos vitulos non sustulit. Promisit autem ei Deus, cum Achabi domum excidisset, regnum penes filios ejus ad quartum usque genus permansurum.

ΙΘ'. Οὕτω μὲν οὖν τὸ γένος ἐξωλοθρεύθη τοῦ B Ἀχαάβ. Ἡ δὲ θυγάτηρ ἐκείνου Γοθολία, ᾗ Ὀχοζίας συνῴκει τῷ τῆς Ἱερουσαλὴμ βασιλεῖ, θανόντος ἐκείνου, τῆς βασιλείας Ἰούδα ἐγκρατὴς οὖσα, σπούδασμα ἔθετο καὶ αὐτὴ τὸ γένος ἐξολοθρεῦσαι τὸ τοῦ Δαβίδ. Καὶ χωρὶς ἑνὸς ἀπέκτεινεν ἅπαντας· ἡ γὰρ ἀδελφὴ Ὀχοζίου, Ἰωσαβεὲ καλουμένη, ἀναιρουμένων τῶν υἱῶν τοῦ ἀδέλφου αὐτῆς, ἠδυνήθη ἕνα νήπιον ὄντα, ὄνομα Ἰωὰς, ἀποκρύψαι, καὶ ἔτρεφεν αὐτὸν ἐπὶ ἔτη ἓξ λεληθότως. Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ, Ἰωδαὲ ὁ ἀρχιερεὺς, ᾧ συνῴκει ἡ Ἰωσαβεὲ, προσκαλεσάμενός τινας τῶν ἑκατοντάρχων, ὑπέδειξεν ἐκείνοις τὸν Ἰωὰς, καὶ κοινολογησάμενος τοῖς ἀνδράσι, πείθει τῇ μὲν Γοθολίᾳ ἐπαναστῆναι, τῷ δὲ παιδὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἐπανασώσασθαι. Οἳ καὶ ὅρκοις τὰς ὁμολογίας πιστώσαντες, ἀπῆλθον, καὶ συνήθροισαν C τοὺς ἱερεῖς καὶ Λευΐτας καὶ φυλάρχους πρὸς τὸν Ἰωδαέ. Ὁ δὲ αὐτοῖς τὸν Ἰωὰς ἐνεφάνισε λέγων· *Οὗτος ὑμῖν βασιλεὺς ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβίδ.* Καὶ τὸ ἱερὸν περιεκύκλωσε τῷ λαῷ· μέσον δὲ στήσας τὸν Ἰωὰς, διάδημά τε αὐτῷ περιέθετο, καὶ τὸ τῆς χρίσεως ἔλαιον καταχέας αὐτοῦ, βασιλέα ἀπέδειξε, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφήμησε. Τῆς δὲ βοῆς ἡ Γοθολία ἀκούσασα, τῶν βασιλείων τεθορυβημένη ἐξέθορεν, ἑπομένης αὐτῇ καὶ τῆς στρατιᾶς. Ἐλθοῦσαν δὲ εἰς τὸ ἱερὸν, τὴν μὲν ἐντὸς οἱ ἱερεῖς εἰσεδέξαντο, τοῖς δὲ περὶ αὐτὴν τὸ πλῆθος ἀπεῖρξε τὴν εἴσοδον. Ἡ δὲ τὸν παῖδα ἐστεμμένον ἰδοῦσα, ἠπείλησεν τοὺς τὴν ἀρχὴν αὐτῆς ἀνελεῖν ἐπικεχειρηκότας. Ἰωδαὲ δὲ τοῖς ἑκατοντάρχαις ἐπέτρεψεν, ἔξω τὴν Γοθολίαν D ἑλκύσαντας ἀναιρεῖσθαι. Καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐποίησαν. Ἰωδαὲ δὲ τόν τε βασιλέα καὶ τὸν λαὸν ὥρκωσε τιμᾷν τὸν Θεὸν, καὶ τοὺς νόμους τηρεῖν. Καὶ ἐπελθόντες αὐτίκα τῷ τοῦ Βάαλ ναῷ, κατέσκαψάν τε αὐτὸν, καὶ τὰ ἰνδάλματα τοῦ Βάαλ συνέτριψαν, καὶ τὸν ἱερέα ἀπέκτειναν. Τὸν δὲ βασιλέα ἐγκαθιστᾶσιν εἰς τὰ βασίλεια, ἑπταέτη τότε τυγχάνοντα. Τῷ δὲ ἀρχιερεῖ Ἰωδαὲ τήν τε πρὸς τὸ θεῖον πίστιν τηρεῖσθαι καὶ τοὺς νόμους φυλάττεσθαι σφόδρα ἐμέλησεν. Ἡβήσας μέντοι ὁ βασιλεὺς, καὶ γυναῖκας ἠγάγετο δύο. Τοῦ δὲ ναοῦ καθαιρε-

XIX. Sic Achabi familia exstirpata est. At filia ejus Gotholia, post obitum Ochoziæ mariti potita regno, **104** Davidis et ipsa genus exstirpare contendit, unoque excepto interfecit omnes. Nam Josabe Ochoziæ soror, cum filii fratris occiderentur, unum infantem nomine Joam suffurata, clam ad sexennium aluit. Anno autem septimo Joades pontifex, cui Josabe nupta erat, quibusdam centurionibus advocatis, Joam monstrat, sermoneque habito, persuadet ut a Gotholia desciscentes regnum Joæ paternum restituerent. Illi ea pactione jurejurando firmata, sacerdotes, Levitas et tribunos ad Jodaem convocant. Ille, Joa monstrato : *Hic*, inquit, *rex vester est, ex semine Davidico.* Populoque circum templum collocato, Joam in medio statuit, diademate cingit, unctionis oleo perfundit, regem declarat, populo lætis vocibus acclamante. Gotholia, clamore audito, trepidans regia erumpit, sequente exercitu. Templum ingressam sacerdotes admittunt, sed satellites ejus multitudo aditu prohibuit. Illa puerum coronatum conspicata necem comminatur iis qui regnum suum invasissent. Jodaes autem centurionibus mandat, ut Gotholiam foras protractam trucident. Quo facto, regem et populum jurejurando adigit, ut Deum venerentur, et leges servent. Statim igitur Baalis ædem demoliti sunt, ejusque simulacra comminuerunt, sacerdote interfecto, regemque septennem tum in regiam introducunt. Jodaes magnum habuit studium, ut fides erga Deum et patriæ leges servarentur. Rex cum adolevisset, duas uxores duxit, et partes templi quasdam a Gotholia dirutas instauraturus, Jodae accersito, mandat, ut per totam provinciam dimitteret, qui ad templum renovandum in singula capita sicli semissem exigerent. Jodaes vero, qui id populo fore grave intelligeret, aliam cogendæ pecuniæ rationem excogitat. Cistulam undique clausam, quæ superne foramen habebat, juxta templum collocat, in quam quantum quisque vellet, ad templi in-

stauratiorem conjiceret. Quia igitur collatio illa cujusque voluntati libera relinquebatur, nec gravatim contulere, et liberalitate inter sese certaverunt. Itaque multum auri et plurimum argenti est collectum : unde et templum refectum, et
105 vasa multa ad sacrificia sunt parata, quæ quidem, quoad vixit Jodae, Deo certatim offerebantur. Illo autem, anno tricesimo et centesimo ætatis juste legitimeque actæ, defuncto, rex Joas circa Dei cultum factus est negligentior, una cum illo tribunis cæterisque magistratibus corruptis, neque ab impietate recesserunt, quamvis a prophetis admoniti. Cum autem Zacharias propheta Jodaæ filius regem et populum moneret, ut ex legibus viverent, Joas iratus eum lapidari jussit. Qui cum occideretur, Deum judicem invocavit, quod ab eo vita privaretur, qui patris sui beneficio viveret. Neque diu dilatum est illud judicium. Nam cum Syriæ rex Azahel Hierosolyma obsidione cinxisset, ille omnes et divinos et regios thesauros templique donaria ei dedit : qui, pecuniæ magnitudine delectatus, obsidionem solvit. Idem Syrus Israelitas etiam graviter afflixit. Nam et Jehus eorum rex divina præcepta violarat, anno regni septimo et vicesimo defunctus.

A legem ungentur, qui potiti illo fuerint. Neque enim unctio vim suam retinebat, sed ut corrupta, gratiæ divinæ erat expers. Quare adjicit, judicium non esse in ea : hoc est nullo judicio, nullaque exploratione adhibita pontifices creatum iri, sed citra delectum vel ambitu, vel gratia. Dum hæc fierent, etiam septem hebdomades sunt elapsæ, cum usque ad Christi adventum durassent. Ac sexaginta duarum et septem hebdomadum divisio hac de causa instituta est. Cum autem præter eas quæ initio sunt expositæ, adhuc una restet hebdomas, de ea quoque archangelus sic ait : *Et confirmabit testamentum multis hebdomas una, et in semisse hebdomadis tolletur sacrificium et libatio, et præter hæc abominatio vastitætis super tem-* B *plum : et usque ad complementum temporis, complementum dabitur super vastationem.* Reliqua, inquit, hebdomas, sexaginta novem secutura, novum testamentum introducet adeo validum, ut per id tollatur e medio sacrificium et libatio in semisse hebdomadis. Nam cum post baptismum Christus triennium et ultra docuisset, et miracula 137 edidisset, ad supplicium venit, eoque pro toto mundo immolato, qui est Agnus Dei, tollens peccata mundi, sacrificium et libatio, constituta lege, desiit. Ac sacrificarunt tum Judæi, ut et nunc, contra legem, neque eorum sacrificia et libationes acceptæ fuerunt Deo. Illud porro, Confirmabit testamentum multis, etiam aliter exponi potest, quod C sanctos apostolos illa hebdomas potentes effectura sit ad prædicationem Evangelii. Nam eam hebdomadem bipertiri videtur archangelus, in id tempus quod Passionem et antecedit et sequitur. Nam cum Dominus circiter tres annos et dimidium, secundum Evangelium filii tonitrui, prædicasset, atque apud sanctos suos apostolos et sermonum veritate, et mirabilium operum effectione sibi fidem conciliasset ; sic ad Passionem profectus est, et crucem suscepit, mortemque perpessus est. Reliquo hebdomadis tempore post resurrectionem a mortuis, et ascensum in sinum Paternum, a quo nunquam separatus fuit, et Paracleti visitationem, divinum afflatum, sancti ejus discipuli, cum divinum Evangelium Hierosolymis annuntiassent, et D prædicationem miraculis confirmassent, et turbas hominum ad veri Dei agnitionem attraxissent, in gentes dispersi sunt, easque illuminarunt. Hoc igitur archangelus præsignificans Danieli prophetæ ait : *Confirmabit testamentum multis hebdomas una*, hoc est, vires suggeret multis, discipulis nimirum, tempus et antegressum et consecutum passionem Domini complexus, quo prius Hierosolymis prædicabant apostoli, post etiam orbis terrarum extremitates obeuntes docebant. Mox eamdem hebdomadem dividit his verbis : *In semisse hebdomadis tolletur sacrificium et libatio.* Quo declarat finem umbræ legis. Deinde subjicit : *Et super templum abominatio vastitatis :* nam cum hæc fient, templum pridem sanctum et venerabile, abominatio

judicabitur; quod post hebdomadem hanc extremam aliquid abominabile in templum introducetur, in signum vastationis ejus et urbis: quod sub Pilato accidit, qui noctu vexilla in eo collocavit, cum imagine imperatoris: quæ Judæis abominanda erant, cum interdictum esset, ne quam imaginem sive humanam sive animalis **138** alicujus haberent, aut colerent. Dominus item: *Ubi*, inquit, *abominationem vastitatis in loco sancto stantem videritis, scitote instare vastitatem ejus*, urbis Hierosolymorum scilicet. Alibi quoque ait Dominus: *Ecce domus vestra relinquetur deserta* [13]. Hæc Danielem præmonens archangelus, cum prædixisset legalem cultum e medio sublatum iri, subjicit: *Et super templum abominatio vastitatis*. Ne vero Judæi putarent, vastitatem ad tempus duraturam, et urbem instaurandam, ac templum reædificandum esse, cujusmodi et alia creberrime urbi et templo acciderant, subjicit: *Et usque ad complementum temporis, complementum dabitur super vastitatem*; hoc est, donec ævum expletum fuerit, mansura est etiam vastitas. Tum vero et hujus finis erit, cum non erit tempus vel urbis vel templi instaurandi. Hæc Danieli de popularibus suis per visionem oblata et revelata sunt. Idem aliis quoque visionibus et somniis divinitus eruditus est de futuris rerum humanarum mutationibus, nec de mutationibus rerum duntaxat, sed et de temporibus quibus quæque eventuræ essent: quæ quivis absolutius cognoscere poterit, lecto visionum Prophetæ libro: certoque statuere, nihil accidere casu, neque fortuito et temere quidquam geri, sed providentia divina gubernari omnia, et produci ad exitum. Atque hæc ita se habent, et piis hominibus persuasa sunt.

A λήμ προσέμενον, καὶ ἐκήρυσσον οἱ ἀπόστολοι. Εἶτα καὶ εἰς τὰ τῆς οἰκουμένης περιήεσαν τέρματα, καὶ ἐδίδασκον, συνάψας, αὖθις διαιρεῖ τὴν ἑβδομάδα ταύτην, λέγων· *Καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδή*· διὰ τούτου προσημαίνων τὴν παῦλαν τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς. Εἶτα ἐπάγει· *Καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως*. Τούτων γάρ, φησί, γινομένων, τὸ πρὶν ἅγιον καὶ σεβάσμιον ἱερὸν βδέλυγμα λογισθήσεται (86), ἢ ὅτι μετὰ τὴν τελευταίαν ἑβδομάδα ταύτην βδέλυγμά τι ἐπὶ τὸ ἱερὸν εἰσαχθήσεται, σημεῖον τῆς αὐτοῦ τε καὶ τῆς πόλεως ἐρημώσεως, ὃ ἐπὶ Πιλάτου γέγονε, σημαίας νύκτωρ εἰσαγαγόντος, εἰκόνας ἐχούσας βασιλικάς, αἳ τοῖς Ἰουδαίοις βδέλυγμα ἐλογίζοντο· ἀπείρητο γὰρ αὐτοῖς ἀνθρωπίνην εἰκόνα ἢ B ζώου τινὸς κεκτῆσθαι, ἢ καὶ σεβάζεσθαι. Καὶ ὁ Κύριος δέ· *Ὅταν ἴδητε*, εἶπε, *τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, γινώσκετε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς*, τῆς Ἱερουσαλὴμ δηλαδή. Καὶ ἀλλαχοῦ δ' ἔφη ὁ Κύριος· *Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ἡμῶν ἔρημος*. Ταῦτα προδιδάσκων τὸν Δανιὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ἐπιφέρει μετὰ τὸ προθεσπίσαι, ὡς ἐκ μέσου γενήσεται ἡ νομικὴ λατρεία, τό· *Καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως*. Ἵνα δὲ μὴ νομίζηται τοῖς Ἰουδαίοις πρόσκαιρος ἡ ἐρήμωσις, ὡς αὖθις τῆς πόλεως αὐτῆς ἀνοικοδομηθησομένης, καὶ τοῦ ἱεροῦ ἀνεγερθησομένου, οἷα καὶ ἄλλοτε πλειστάκις συμβέβηκεν ἐπί τε τῷ ναῷ καὶ τῇ πόλει, ἐπήγαγε· *Καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν*· τουτέστιν, ἕως συντε- C λεσθῇ ὁ αἰών, μενεῖ καὶ ἡ ἐρήμωσις, καὶ τότε καὶ ταύτῃ τέλος ἔσται, ὅτε οὐκέτι καιρὸς ἢ τὴν πόλιν ἀναστῆναι, ἢ τὸν ναόν. Ταῦθ' ὁ Δανιὴλ περὶ τῶν ὁμοφύλων αὐτοῦ τεθέαται καὶ μεμύηται, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας ὀπτασίας ἑώρακε· καὶ ἐνύπνια, θεόθεν αὐτῷ προδηλουμένης δι' αὐτῶν τῆς μελλούσης ἔσεσθαι τῶν κοσμικῶν πραγμάτων μεταβολῆς· καὶ οὐ τῆς ἀλλοιώσεως μόνης ἐμυεῖτο τὴν πρόγνωσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς καιροὺς καθ' οὓς ἀποτελεσθήσεται ἕκαστον αὐτῶν, ἐδιδάσκετο, ἃ γνώσεται πάντως ὁ βουλόμενος τελεώτερον, ἐπιὼν τὴν βίβλον τῶν τοῦ προφήτου ὁράσεων, καὶ βεβαίαν σχοίη κατάληψιν ἐντεῦθεν, ὡς οὐδὲν ἀπρονόητον, οὐδ' εἰκῇ φερόμενον, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ πάντα τῇ θείᾳ προνοίᾳ καὶ κυβερνῶνται καὶ διεξάγονται. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἔχουσι, καὶ τοῖς εὐσεβέσι δοξάζονται.

XI. Nobis autem nec viraginis Judithæ res gestæ sunt prætereundæ silentio, quæ Holopherne sublato, et urbem et gentem suam conservavit. Res vero ita se habet: Nabuchodonosor Assyriorum rex duodecimo regni sui anno bellum suscepit adversus Arphaxadum regem Medorum, finitimis gentibus in auxilium evocatis: quod cum et aliæ plures et Judæi negassent, recusata belli societate, Nabuchodonosor iratus, juravit se confecto bello Medico invasurum Ciciliam, Damascum, Syriam, Judæam et Ægyptum, ferroque et igne vastaturum et eversurum. Igitur Arphaxado Medo acie superato et capto atque interfecto, cum cæteris urbibus,

IA'. Ἡμῖν δὲ μηδὲ τὰ κατὰ τὴν ἀῤῥενόφρονα παραλειπτέον γυναῖκα Ἰουδήθ, ἣ τὸν Ὀλοφέρνην ὠλόθρευσε, καὶ τὴν πόλιν αὐτῆς καὶ τὸ ἔθνος ἅπαν D διέσωσεν. Ἔχει δ' οὕτω τὰ κατ' αὐτήν. Ἐν ἔτει δωδεκάτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁ τῶν Ἀσσυρίων ἀρχηγὸς Ναβουχοδονόσορ πρὸς Ἀρφαξὰδ τὸν βασιλέα Μῆδον ἤρατο πόλεμον, καὶ τὰ πέριξ ἔθνη πρὸς συμμαχίαν αὐτοῦ μετεκέκλητο. Πολλῶν δ' ἑτέρων, καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων τὴν πρόσκλησιν μὴ καταδεξαμένων, καὶ τὸ συμμαχῆσαί οἱ ἀπειπαμένων, ὁ Ναβουχοδονόσαρ ἐξώργιστο, καὶ ὤμοσεν, ἦ μήν, τὸν πρὸς τοὺς Μήδους ἀνύσας πόλεμον, ἐπελθεῖν κατά τε Κιλικίας καὶ Δαμασκοῦ, καὶ Συρίας, καὶ Ἰουδαίας, καὶ

[13] Luc. XIII, 35.

Variæ lectiones et notæ.

(86) *Βδέλυγμα λογισθήσεται, ἢ ὅτι*. Ἀναντάποδοτον est, aut τό, ἤ, redundat, aut alterum membrum deest. W.

τῆς Αἰγύπτου, καὶ δῃῶσαι αὐτὰς, καὶ ἐκπορθῆσαι, καὶ εἰς ἐρήμωσιν ἀγαγεῖν. Ἀντιταξάμενος οὖν πρὸς Ἀρφαξὰδ τὸν Μῆδον, καὶ κατὰ κράτος τούτου περιγενόμενος, τῶν ἄλλων τε πόλεων αὐτοῦ κρατήσας, καὶ τῶν Ἐκβατάνων αὐτῶν, ἔνθα ἦταν τῷ Ἀρφαξὰδ τὰ βασίλεια, κἀκεῖνον ἑλών τε καὶ ἀνελὼν, τὸν ἀρχιστράτηγον τῆς οἰκείας δυνάμεως καλέσας Ὀλοφέρνην, ἐνετείλατό οἱ τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσεν ἐκπληρῶσαι, καὶ κατὰ τῶν μὴ θελησάντων συμμαχῆσαι αὐτῷ ἐπιόντι κατὰ τῶν Μήδων, ἐκστρατεῦσαι μετὰ βαρείας δυνάμεως, καὶ τοὺς μὲν ὅσοι ἑαυτοὺς αὐτῷ ὑποτάσσουσι, διατηρῆσαι, καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν ἀπορθήτους ἐᾶσαι, τῶν δ' ἀπειθούντων μὴ φείσασθαι, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀνθρώπους τῷ ξίφει ὑπαγαγεῖν, τὰς δὲ πόλεις αὐτῶν ἐκδοῦναι εἰς διαρπαγὴν καὶ εἰς ὄλεθρον. Ὁ μὲν οὖν Ναβουχοδονόσορ τοιαῦτα τῷ ἀρχισατράπῃ αὐτοῦ ἐνετείλατο. Ὀλοφέρνης δὲ ἐκστρατεύσας, καὶ τοῖς ἔθνεσι καθ' ὧν ἀπέσταλτο ἐπελθὼν, τοὺς μὲν ἄλλους κατὰ τὰ ἐντεταλμένα διέθετο. Ἐπὶ δὲ τοὺς Ἰσραηλίτας μέλλων στρατεύειν, καὶ ὅπλα κατ' αὐτῶν αἴρειν (οὐ γὰρ προσῄεσαν αὐτῷ οὐδ' ὑπέκυπτον), ἤρετο τίνες οὗτοι, καὶ ὅτῳ θαῤῥοῦντες ἀνθίστανται; καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἀχιὼρ ὁ τῶν υἱῶν Ἀμμὼν ἀρχηγὸς τήν τε γενεαλογίαν αὐτῶν, καὶ ὅπως εἰς τὰς πόλεις ἐκείνας ἐξ ἀρχῆς κατῳκίσθησαν, καὶ τοῦ σφῶν Θεοῦ τὴν ἰσχύν. Εἶτα ἐπήγαγε· *Νῦν οὖν σκεπτέον, καὶ εἰ μὲν εἰς τὸν Θεὸν αὐτῶν ἁμαρτάνουσιν, ἀναβησόμεθα, καὶ ἐκπολεμήσομεν αὐτούς· εἰ δ' οὐ τοῦτο, παρελθέτω ὁ Κύριός μου, μή ποτε ὑπερασπίσῃ αὐτῶν ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἡττηθῶμεν.* Ταῦτα τοῦ Ἀχιὼρ εἰπόντος, ὁ Ὀλοφέρνης θυμῷ ληφθεὶς ἐκέλευσε τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ δῆσαι τὸν Ἀχιὼρ, καὶ ἀπαγαγεῖν, καὶ παραδοῦναι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ἵνα σὺν ἐκείνοις ληφθεὶς κολασθῇ. Οἱ δὲ συλλαβόντες τὸν ἄνδρα ἀπήγαγον εἰς Βαιτουλουά. Καὶ οἱ τῆς πόλεως σφενδόναις τοὺς προσιόντας καὶ βέλεσιν ἔβαλλον. Κἀκεῖνοι τὸν Ἀχιὼρ δεδεμένον ἔῤῥιψαν ὑπὸ τὴν ὑπώρειαν, καὶ ὑπέστρεψαν. Οἱ δὲ τῆς πόλεως ἄνδρες καταβάντες, ἔλυσαν τὸν Ἀχιὼρ, καὶ εἰς τὴν σφετέραν πόλιν ἀπήγαγον, καὶ τί τὸ συμβεβηκὸς ἐπυνθάνοντο, καὶ ὃς αὐτοῖς ἅπαντα διηγήσατο. Οἱ δὲ τὸν Θεὸν ἐκάλουν εἰς ἄμυναν. Τῇ δ' ἑξῆς Ὀλοφέρνης ἦγεν ἐπὶ Βαιτουλουὰ τὴν στρατιὰν, χιλιάδας οὖσαν πεζῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, καὶ ἱππέων χιλιάδας δώδεκα, χωρὶς τῶν τῆς ἀποσκευῆς, καὶ ἐστρατοπεδεύσατο παρ' αὐτῇ. Εἶτα ἔγνω μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ τὰ ὕδατα προκαταλαβεῖν, ὅθεν ὑδρεύοντο, ἵν' ἐκλιπόντες τῇ δίψῃ διαφθαρῶσιν, ἢ τὴν πόλιν αὐτῷ παραδώσουσι. Καὶ περιέστησε μέρος τῆς στρατιᾶς τοῖς ὕδασι φύλακας. Ἐπὶ δὲ τέσσαρσι καὶ τριάκοντα ἡμέραις παρακαθημένων τῶν ἐναντίων αὐτοὺς, ἐξέλιπε σφίσι τὸ ὕδωρ, καὶ ἠθροίσθη πρὸς τοὺς ἄρχοντας ὁ λαὸς, καὶ ἠξίουν ἐκδοῦναι τὴν πόλιν τοῖς ἐναντίοις, καὶ ἑαυτοὺς, ἵν' ἢ δουλεύσωσιν ἐκείνοις, καὶ ζήσωνται, ἢ κατασφαγέντες ἀπαλλαγῶσι τῶν ὀδυνῶν. Ὀζίας δὲ ὁ τῶν τῆς πόλεως πρόκριτος, *Ἔτι*, εἶπεν, *ἀδελφοὶ μείνωμεν πέντε ἡμέρας, καὶ εἰ μὲν ἥξει βοήθεια ἐκ Θεοῦ ἡμῖν· εἰ δ' οὔ, ποιήσω κατὰ τὴν συμβουλίαν ὑμῶν.*

tum ipsis Ecbatanis regia filius potitus, copiarum suarum imperatorem Holophernem jubet, sejurejurando **139** quo ipse sese obstrinxerat, solvere: et cum magnis copiis iis inferre bellum, qui Medici belli societatem detrectassent, conservatis iis qui se dederent, eorumque urbibus illæsis, contumacibus vero non parcendum, sed et ipsos cædendos, et urbes eorum diripiendas ac vastandas esse. His mandatis acceptis, Holophernes cæteras gentes tractavit ut jussus erat. Israelitas autem armis aggressurus (neque enim illius fidei supplices se committebant) rogabat, quinam illi essent, et qua re freti resisterent? Tum Achior Ammanitarum princeps, et originem eorum illi, et qua ratione urbes illas initio occupassent, et vires Dei illorum recenset. His subjicit: *Nunc igitur deliberandum est. Nam si Deo suo peccaverunt, ascendemus, eosque debellabimus: sin minus, prætereat Dominus meus, ne forte illis a Deo suo defensis, nos superemur.* Quæ cum Achior dixisset, Holophernes ira percitus satellites jubet Achiorem vinctum tradere Israelitis, ut cum illis captus supplicio afficeretur. Bethuliam itaque perducunt hominem, et cum ab oppidanis sagittis et fundis peterentur, Achiore vincto in montis radicibus abjecto, redierunt. Eum oppidani in urbem introduxerunt: et cognita ex eo illius facti causa, Deum vindicem invocarunt. Postridie Holophernes copiis ad Bethuliam adductis, peditum centum et septuaginta, et equitum duodecim millibus, castra locat. Deinde statuit non gerere bellum, sed fontes occupare, unde aquarentur, ut aut siti perirent, aut urbem traderent: partemque exercitus ad custodiam aquarum mittit. Ita eum diebus triginta quatuor ab hostibus circumsiderentur, aqua destituti cives, magistratus adeunt, petentes ut urbem et sese dederent, ut aut conservati servirent hostibus, aut occisi malis liberarentur. Ozias autem civitatis princeps: *Fratres*, inquit, *dies adhuc quinque exspectemus: quod si divinitus auxilium nobis oblatum fuerit, bene erit; sin minus, consilium vestrum exsequar.*

ΙΒʹ. Ἦν δὲ ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ γυνὴ ᾗ ὄνομα Ἰουδὴθ, καὶ ἡ γυνὴ χήρα, καὶ αὕτη σώφρων, καὶ συνετὴ, καὶ ὡραία τῇ ὄψει. Ἀκούσασα τοίνυν τὰ δεδογμένα τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἄρχουσι, μετεπέμψατο τὸν Ὀζίαν, καὶ τοὺς λοιποὺς τῆς πόλεως ἄρχοντας. Καὶ ἐμέμψατο αὐτοῖς, ὡς πειράζουσι τὸν Θεὸν, ὅτι εἶπον παραδώσειν τὴν πόλιν τοῖς ἐναντίοις μετὰ πέντε ἡμέρας, εἰ μὴ ἐν αὐταῖς ἥξει τις αὐτοῖς βοήθεια ἐκ Θεοῦ. Οἱ δὲ καλῶς μὲν αὐτὴν

XII. Erat autem in ea urbe vidua nomine Juditha, mulier modesta, cordata et formosa, quæ decreto populi et magistratuum audito, **140** Oziam cæterosque magistratus accersitos objurgat, ut qui Deum tentarent, cum dicerent, nisi intra dies quinque auxilium divinitus offerretur, se urbem hostibus tradituros. Illi quamvis eam recte dicere concederent, tamen populi sitim et violentiam opponebant. Tum illa, eos per noctem illam ad portas

urbis præstolari jubet : se cum ancilla sua exituram, neque dicturam prius quid cœpisset consilii, quam rem ipsam perpetrasset. Exitu impetrato, digressis illis, ad preces convertitur : et deposita lugubri ex viduitate vestitu, lota, et unguentis delibuta, amictum hilarem induit, ornamenta sumit, et exornata ad amoris illecebras ancillæ in vasis ferendum dat vinum et oleum, et peram farina, ficubus et panibus plenam : et ea comite urbem egressa, in castra Assyriorum tendit : ab excubitoribus comprehensa, ad Holophernem adducitur, qui ejus formam admiratus, securam esse jussit, nihil enim passuram mali. Tum illa : *Audi*, inquit, *domine, verba mea, et quæ Achior dixit, animo tuo non excidant. Verum enim est, Israelitas, ni peccaverint, gladio non superatum iri. Nunc autem, quia cibis et aqua destituuntur, lege interdictis vesci, et primitias frumenti, vinique decimas, quæ sacerdotibus attributa, ne attingi quidem ab aliis fas est, absumere decreverunt. Quæ dum et Hierosolymitani statuerint, legatos eo misere, veniam ejus facti petentes. Sic igitur lege violata, non defensi a Deo, in exitium ruent. Quibus ego cognitis, ex urbe profugi, ut interitum vitem, et nunc apud te manebo, domine : et egressa noctu in vallem, adorabo Deum, ut cum is mihi dixerit, quando peccarint, ego tibi renuntiem, et te per Judæam Hierosolyma usque perducam, soliumque tuum in urbis medio collocem.* Holophernes hac oratione delectatus, introduci eam jubet in cellam conclavis sui, et dari quod edat. At illa, se negat illorum cibis usuram, ne sibi fraudi essent : sed iis quos secum attulisset, victitaturam. Cum Holophernes rogaret, ubi ii defecissent, quo victura esset, respondet illi : *Ita tu vivas, Domine, ut non prius cibi hi me deficient, quam Deus mea manu id peregerit, quod decrevit.* Media nocte petiit, ut sibi in vallem egredi liceret ad precandum : concedit Holophernes. Cum **141** autem illa triduum ita fecisset, quarto die convivium apparat, et Bagoæ eunucho, qui omnibus ejus opibus præerat, mandat, ut Hebrææ mulieri persuaderet, ut ad se veniret. Sibi enim turpe fore, si talem feminam dimisisset, nulla consuetudine cum ea habita. Bagoas Judithæ ait : *Veni ad Dominum meum, ut gloriosa sis in conspectu ejus, et nobiscum compotato, eo loco futura, quo eæ sunt, quæ degunt in ædibus Nabuchodonosoris.* Juditha igitur exornata ad Holophernem ingreditur, accumbit, ea edit et bibit, quæ ab ancilla sua sibi parata erant. Holophernes obstupefactus, amore illius inflammatur : productoque convivio, et plurimo vino hausto inebriatus, in lectulo se reclinat, mero gravato capite ; digressis omnibus, Bagoas tentorium claudit, sola Juditha in eo relicta. Mandarat autem illa ancillæ, ut exitum suum observaret, egressuram enim esse ad orandum. Sed cum Holophernem vino demersum, et profundissimo somno oppressum videret, invocato Deo, stricto acinace, illius caput resecat ; egressa, ancillæ tradit : abit ut de more precatura. Cumque

A συνέθεντο λέγειν, ἀντέθεντο δὲ τὴν δίψαν τὴν τοῦ λαοῦ, καὶ τὴν βίαν τὴν ἐξ αὐτοῦ. Κἀκείνη στῆναι αὐτοὺς τὴν νύκτα ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως ἐνετέλλετο. Αὐτὴ δὲ ἔλεγεν ἐξελεύσεσθαι μετὰ τῆς ἄβρας αὐτῆς, μὴ μέντοι αὐτοῖς ἐρεῖν τὸ παρ' αὐτῆς μελετώμενον, ἕως οὗ πρὸς πρᾶξιν κατευθυνθῇ. Καὶ εἶπον αὐτῇ, Πορεύου· καὶ οἱ μὲν ἀπῆλθον. Ἡ δὲ πρὸς παράκλησιν ἐτράπη τὴν πρὸς Θεόν. Εἶτα ἀποθεμένη τὴν πενθήρη στολὴν τῆς χηρεύσεως, καὶ τὸ σῶμα περικλύσασα ὕδατι, καὶ μύρῳ χρισαμένη, στολὴν μετενέδυ εὐφρόσυνον, καὶ κόσμον ἑαυτῇ περιέθετο. Καὶ καλλωπισθεῖσα πρὸς τὸ ἐπαγωγότερον, ἔδωκε τῇ θεραπαίνῃ φέρειν ἐν ἀγγείοις οἶνον καὶ ἔλαιον, καὶ πήραν ἀλφίτων πλήρη, καὶ παλάθης, καὶ ἄρτων, καὶ ἐξῆλθε τῆς πόλεως αὐτὴ καὶ ἡ παιδίσκη B αὐτῆς. Ἀπιοῦσα πρὸς τὴν τῶν Ἀσσυρίων παρεμβολὴν, καὶ ἐντυχοῦσα τῇ τῶν ἐναντίων προφυλακῇ, κατεσχέθη, καὶ ἤχθη πρὸς Ὀλοφέρνην. Ὁ δὲ αὐτῆς τὸ κάλλος ἐθαύμασε, καὶ εἶπεν αὐτῇ· *Μὴ φοβοῦ, ἥκεις γὰρ εἰς σωτηρίαν.* Ἔφη δὲ αὐτῷ ἡ γυνή· *Δέξαι τοὺς λόγους μου, Κύριε, καὶ ὁ λόγος ὃν ἐλάλησεν Ἀχιώρ, ἤτω ἐν τῇ καρδίᾳ σου· ἔστι γὰρ ἀληθὲς, ὅτι ἐὰν μὴ ἁμάρτωσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐ κατισχύσει ῥομφαία αὐτῶν. Νῦν δὲ ἐπεὶ ἐξέλιπεν αὐτοὺς τὰ βρώματα, καὶ τὸ ὕδωρ, ἐβουλεύσαντο, καὶ τῶν τῷ νόμῳ ἀπηγορευμένων ἅψασθαι, καὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ σίτου, καὶ τὰς δεκάτας τοῦ οἴνου τὰς τοῖς ἱερεῦσι τετηρημένας, ὧν οὐδὲ ψαῦσαι θεμιτὸν ἑτέρῳ, δαπανῆσαι κεκρίκασι. Ταῦτα δὲ, καὶ τῶν τὴν* C *Ἱερουσαλὴμ οἰκούντων βεβουλευμένων, ἐστάλκασι πρὸς τὴν ἐκεῖ γερουσίαν, ἄφεσιν ἐπὶ τούτους αἰτούμενοι. Κἂν οὕτω παρανομήσωσιν, οὐκ ἔσται σφίσιν ἄμυνα ἐκ Θεοῦ, καὶ εἰς ὄλεθρον ἐκδοθήσονται. Ἅπερ αὐτὴ ἐπιγνοῦσα, ἀποδιδράσκω τῆς πόλεως, ἵν' ἐκφύγω τὸν ὄλεθρον. Καὶ νῦν μενῶ παρά σοι, δέσποτα, καὶ ἐξελεύσομαι κατὰ τὴν νύκτα εἰς τὴν φάραγγα, καὶ προσεύξομαι πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἐρεῖ μοι πότε ἡμάρτοσαν, κἀγώ σοι ἀναγγελῶ, καὶ ἄξω σε διὰ τῆς Ἰουδαίας ἕως Ἱερουσαλὴμ, καὶ θήσω τὸν θρόνον σου ἐν μέσῳ αὐτῆς.* Καὶ ἤρεσαν Ὀλοφέρνῃ οἱ λόγοι αὐτῆς, καὶ ἐκέλευσεν εἰσαχθῆναι αὐτὴν εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ ταμείου αὐτοῦ, καὶ δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν. Ἡ δὲ, *Οὐ* D *φάγομαι*, ἔφη, *ἐκ τῶν ἐδεσμάτων ὑμῶν, μή μοι γένηται σκάνδαλον, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπιφέρομαι τραφήσομαι.* Καὶ εἶπεν αὐτῇ Ὀλοφέρνης· *Εἰ δὲ ἐκλίποι ταῦτα, πόθεν σοι τοιαῦτα χορηγηθήσεται;* Ἡ δὲ, *Ζῇ ἡ ψυχή σου, Κύριέ μου*, ἀνταπεκρίνατο, *ὅτι οὐ πρότερον ἐκλείψει μοι τὰ ἐδώδιμα, πρὶν ἂν ὁ Θεὸς ἐν χειρί μου ποιήσῃ ἃ ἐβουλεύσατο.* Μεσούσης δὲ νυκτὸς, ᾐτήσατο ἐπὶ τὴν φάραγγα πρὸς προσευχὴν ἐξελθεῖν, καὶ Ὀλοφέρνης ἐπέτρεψε, καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας οὕτως ἐποίει. Καὶ τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ πότον ἡτοίμασεν Ὀλοφέρνης. Καὶ εἶπε τῷ εὐνούχῳ Βαγώᾳ, ὃς ἦν ἐφεστηκὼς ἐπὶ πάντων τῶν αὐτοῦ· *Πεῖσον δὴ τὴν γυναῖκα τὴν Ἑβραίαν τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς· αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν, εἰ γυναῖκα τοιαύτην παρήσομεν, μὴ αὐτῇ ὁμιλήσαντες.*

A Καὶ ὁ Βαγώας εἶπε πρὸς Ἰουδὴθ· *Ἐλθὲ πρὸς τὸν κύριόν μου, δοξασθῆναι κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ πίεσαι μεθ' ἡμῶν οἶνον, καὶ γενηθήσῃ ὡς μία τῶν παρεστηκυιῶν ἐν τῷ οἴκῳ Ναβουχοδονόσορ.* Καὶ Ἰουδὴθ κοσμηθεῖσα ἀπῆλθε, καὶ εἰσελθοῦσα πρὸς Ὀλοφέρνην ἀνέπεσε, καὶ ἔφαγε καὶ ἔπιεν ἃ ἡτοίμασεν αὐτῇ ἡ παιδίσκη αὐτῆς. Ἡ δὲ καρδία Ὀλοφέρνου ἐξέστη, καὶ πρὸς ἔρωτα τῆς γυναικὸς ἐξεκέκαυτο. Καὶ τοῦ πότου παραταθέντος, ἔπιεν ἐκεῖνος οἶνον σφόδρα πολύν, καὶ ἐμεθύσθη. Καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ καρηβαρῶν ἐκ τῆς μέθης κατέκειτο· πάντες δὲ ᾤχοντο, καὶ Βαγώας συνέκλεισε τὴν σκηνήν, μόνην τὴν Ἰουδὴθ ἐντὸς καταλελοιπώς. Ἡ δὲ τῇ θεραπαίνῃ αὐτῆς ἐνετείλατο, τὴν ἔξοδον αὐτῆς ἐπιτηρεῖν, Ἐξελεύσομαι γὰρ ἐπὶ τὴν προσευχήν. B Ὁ μὲν οὖν Ὀλοφέρνης τῇ μέθῃ καταβεβαπτισμένος κατέκειτο, καὶ ὕπνον θανάτου ὕπνωττεν ἀδελφόν. Ἡ δὲ τὸν Θεὸν ἐπικαλεσαμένη, καὶ τὸν ἀκινάκην αὐτοῦ σπασαμένη, τὴν αὐτοῦ ἐξέτεμε κεφαλήν, καὶ ἐξελθοῦσα τῇ θεραπαίνῃ παρέσχεν αὐτήν, καὶ ἀπῄει ὡς δὴ προσευξομένη κατὰ τὸ σύνηθες. Ἐγγίσασα δὲ τῇ πόλει αὐτῆς, ἐβόησε τοῖς ἐπὶ τῶν πυλῶν ἀνοῖξαι αὐτῇ. Καὶ εἰσελθοῦσα διηγήσατο, ὅσα δι' αὐτῆς ἐθαυμάστωσεν ὁ Θεός, καὶ τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου προήγαγε, καὶ συνεβούλευσεν ἀπαιωρῆσαι ταύτην ἐκ τῶν ἐπάλξεων, αὐτοὺς δὲ τὰς πανοπλίας ἐνδυσαμένους ἅμα πρωῒ ἐξελθεῖν. *Ἰδόντες γάρ*, φησιν, *ἡμᾶς οἱ Ἀσσύριοι, δραμοῦνται ἐπὶ τὴν τοῦ σφῶν ἀρχιστρατήγου σκηνήν, καὶ εὑρόντες αὐτὸν ἀνῃρημένον, ἐκστήσονται, καὶ φόβος ἐπιπεσεῖται αὐτοῖς, καὶ τραπήσονται εἰς φυγήν, καὶ ὑμεῖς ἔψεσθε ὀπίσω αὐτῶν, καὶ συγκόψετε αὐτούς, καὶ πληρωθήσεται τὰ πεδία νεκρῶν.* Ταῦτα τοῖς πολίταις αὐτῆς συμβουλεύσασα, Καλέσατέ μοι τὸν Ἀχιώρ, εἶπεν. Καὶ ἐλθόντι τὴν κεφαλὴν τοῦ Ὀλοφέρνου ὑπέδειξε, καὶ ἐξέστη ὁ ἄνθρωπος, καὶ *Ἀνάγγειλόν μοι*, ἔφη, *ὅσα ἐποίησας;* Κἀκείνη πάντων ἐνώπιον διηγήσατο, ἃ ὁ Θεὸς πεποίηκε δι' αὐτῆς, καὶ ὡς ἀμίαντον τὴν αὑτῆς σωφροσύνην καὶ χηρείαν ἐτήρησε. Καὶ ὁ Ἀχιὼρ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ περιετμήθη. Οἱ δὲ τῆς πόλεως ἄρχοντες, καὶ τὸ πλῆθος αὐτῆς, τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου τοῦ τείχους ἀπῃωρήκασι, καὶ τἆλλα κατὰ τὴν συμβουλὴν Ἰουδὴθ πεποιήκασι. Καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ὡς χόρτον συνέκοψαν, καὶ τὴν παρεμβολὴν αὐτῶν διαρπάσαντες, λαφύρων πολλῶν ἐνεπλήσθησαν. Τῇ δὲ Ἰουδὴθ ἡ σκηνὴ Ὀλοφέρνου ἐξῄρητο, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ, ἃ καὶ ἀνάθημα τῷ Θεῷ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀπελθοῦσα ἀνέθετο, καὶ ᾖσεν αὐτῷ ᾠδήν, ἐστεφανωμένη ἐλαίας θαλλῷ, καὶ πᾶς Ἰσραήλ, καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ κατεγήρασεν ἐν σωφροσύνῃ, καὶ τέθνηκε, ζήσασα ἔτη πέντε καὶ ἑκατόν. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἰουδὴθ ἐν τούτοις.

urbi suæ propinquasset, portarum custodes aperire jubet: intromissa, quæ miracula Deus ipsius opera edidisset, commemorat; Holophernis caput profert, id e propugnaculis suspendendum esse monet, et armatos mane egredi: *Nam, ubi vos*, inquit, *viderint Assyrii, ad imperatoris sui tabernaculum concurrent, et ejus cæde perterrefacti, fugam facient. Vos eos insecuti ita cædetis, ut campi cadaveribus impleantur.* Quæ cum cives suos monuisset, Achiori accersito caput Holophernis monstrat: quo ille conspecto, attonitus petebat, ut quid egisset, sibi recenseret. Cum autem illa in conspectu totius populi quæ Deus per ipsam fecisset, narraret, utque castitatem et viduitatem suam inviolatam conservasset, credidit Achior Deo, et circumcisus est. Magistratus vero et populus urbis, capite Holophernis de pinnaculo suspenso, cæteraque de Judithæ consilio exsecuti, Assyrios instar graminis ceciderunt; magnaque copia spoliorum potiti, Judithæ tabernaculum Holophernis attribuerunt: quod illa Hierosolyma profecta, Deo consecravit, eique cum omnibus Israelitis canticum cecinit, **142** oleagino ramo coronata: et reversa domum, in castitate consenuit, mortua cum vixisset annos quinque et centum. Et hic eventus fuit Judithæ.

C ΙΓ'. Ἑξῆς δ' ἱστορητέον ἐπιτετμημένως, καὶ τὰ κατὰ τὸν Τωβίτ. Τωβὶτ τοίνυν ἐκ τῆς φυλῆς μὲν κατήγετο Νεφθαλίμ, ᾐχμαλώτιστο δὲ ἐν ἡμέραις Ἐνεμεσὰρ βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων. Ἦν δὲ τὰ πρὸς Θεὸν εὐσεβής, καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαιος, καὶ τῶν συμφυλετῶν αὐτοῦ θυόντων τῇ Βάαλ, αὐτὸς ἔθυε τῷ Θεῷ πορευόμενος εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ κατὰ τὰς τοῦ νόμου διαταγὰς τὴν ζωὴν ἐρρύθμιζεν ἑαυτοῦ, καὶ αἰχμαλωτισθείς, οὐκ ἐχράνθη βρώμασιν ἐθνικοῖς. Γέγονε δὲ τῷ Ἐνεμεσὰρ ἔντιμος, καὶ ἐκτήσατο περιουσίαν πολλήν, καὶ ταύτης μετεδίδου τῶν οἰκείων τοῦ γένους τοῖς χρῄζουσι. Πορευόμενος δὲ εἰς Μηδίαν παρέθετο ἑνὶ τῶν ἐκεῖ κατοικούντων ὁμοεθνῶν τῷ Γαμαὴλ ἀργυρίου δέκα τάλαντα. Καὶ λαβὼν γυναῖκα τῶν ὁμοφύλων Ἄνναν, υἱὸν ἐξ αὐτῆς ἐγείνατο Τωβίαν. D Ἐνεμεσὰρ δὲ θανόντος, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Σεναχηρεὶμ τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένου τῶν Ἀσσυρίων, καὶ κατὰ τῆς Ἰουδαίας στρατεύσαντος, καὶ αἰσχρῶς φυγόντος ἐκεῖθεν, ἐπανελθόντος τε εἰς

XIII. Nunc series narrationis postulat, ut et Tobiti historiam breviter percurramus. Is igitur e tribu Nephthalia oriundus, captus fuerat temporibus Enemesaris regis Assyriorum: homo pius erga Deum, et justus adversus homines: cumque tribules ejus Baali immolarent, ipse Hierosolyma proficiscens sacrificabat Deo, vita ex legis mandatis instituta. In captivitate non contaminatus fuit cibis gentilibus: conciliataque sibi Enemesaris gratia, de opibus, quas magnas pararat, impertiebat egenis popularium suorum. Cum autem in Mediam proficisceretur, deposuit apud quemdam popularium suorum Gamaelum decem argenti talenta: ductaque uxore suæ gentis Anna, Tobiam filium ex ea suscepit. Enemesare mortuo, Senacherimus filius regni Assyriorum successor, cum bello Judæis illato, fœde profligatus esset, domum reversus, per iracundiam ex dolore cladis multos Israelitarum occidit. Eos Tobitus noctu sepeliebat. Quamobrem

delatus apud regem, cum quæreretur, ipse fugam capit, et facultates ejus omnes diripiuntur. Necdum dies quinquaginta exierant, cum Senacherimo a suis filiis occiso, parricidæ perterriti in exsilium profugiunt: et alius ejus filius Nachordan regnum paternum suscipit, qui Tobiti cognatum, Achiacharum nomine, suarum rerum procuratorem constituit, cujus intercessione Tobitus rege exorato Ninven revertitur. Festo Pentecostes, quod septenis hebdomadibus Judæi celebrabant, Tobitus lauto prandio apparato, filio mandat, ut quemcunque fratrum inopem et Domini memorem videret, eum ad epulas adduceret. Tobias egressus revertitur, patri nuntians, popularium quemdam strangulatum in foro jacere. Statim abit Tobitus, cadaver sublatum domum portat, et post solis occasum sepelit. A sepultura reversus, domum non ingreditur: ut qui ex lege impurus esset, contacto cadavere. Sed juxta parietem in atrio dormit, in quo passerculi nidulati, excrementa alvi in
143 oculos dejecerunt. Unde cæcatus Tobitus, et ad egestatem redactus, ab uxore nente alebatur: quæ aliquando mercede accepta, auctarii vice hædum etiam retulerat, cujus balatu audito, rogabat, num furto sublatus esset? Respondente illa dono sibi datum esse, instabat, si furtivus esset, ut suis dominis restitueretur. Mulier dolore commota, et maritum ob nimium justitiæ studium veluti subsannans: *Ubi*, inquit, *sunt eleemosynæ tuæ, et justitia tua?* His verbis Tobitus perturbatus et lacrymans, mortem a Deo exoptat. Cæterum accidit, ut eodem die Ecbatanis Mediæ Sara filia Raguelis a paternis ancillis maledictis lacesseretur, quasi maritos suos suffocaret, cum septies desponsa, neque ulli nupta fuisset. Nam dæmonium quoddam, nomine Asmodæus, illos ad eam ingredientes, suffocabat. Ea contumeliæ impatiens, de suspendio deliberabat. Sed ne patri suo luctui et dedecori esset, ab eo sibi temperat; et ad preces conversa, Deum invocat, mortem optans, et liberationem ab opprobriis, aut clementem melioris fortunæ adeptionem, qua et ipsa ignominiam effugeret. Utriusque autem preces exauditæ sunt: missusque a Deo Raphael archangelus, qui et Tobiti cæcitatem curaret, et Saram Tobiæ desponderet, et Asmodæum malum dæmonium vinciret, ne quid Tobiæ noceret, Sara ducta. Tobitus igitur filium Tobiam vocat, multa monet, denique exponit: se apud Gamaelum Gobriæ filium qui Ragis Medicis degat, decem argenti talenta deposuisse, jubet ut ea recipiat, reddito chirographo, et comitem mercede conducat. Is dum comitem quærit, in Raphaelem archangelum incidit, qui virili specie illi oblatus, profitebatur se scire viam et ædes Gamaeli, et ejus fore comitem. Eo igitur adhibito, quasi homo esset, Azarias nomine, iter ingreditur: juxta Tigrim fluvium pernoctant. Cum autem Tobias fluvium ingressus esset ut se ablueret, exsilit inde piscis, adolescentem devoraturus. At angelus ut piscem apprehendat, et pertra-

A τὰ οἰκεῖα, καὶ θυμῷ διὰ τὴν ἧτταν ἀποκτιννύντος πλείστους τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἔθαπτεν αὐτοὺς νυκτὸς ὁ Τωβίτ. Γνωσθεὶς δὲ τοῦτο ποιῶν, καὶ ζητούμενος, ἔφυγε, καὶ τὰ τῆς οἰκίας αὐτοῦ διήρπαστο ξύμπαντα. Οὔπω δὲ πεντήκοντα παρελθουσῶν ἡμερῶν, ὁ μὲν Σεναχηρεὶμ ὑπὸ τῶν υἱέων ἀνῄρητο, καὶ οἱ μὲν πατροκτόνοι δείσαντες ἔφυγον. Ἕτερος δὲ παῖς ἐκείνου Ναχορδὰν τὴν βασιλείαν τὴν πατρικὴν διεδέξατο, ὃς συγγενῆ τοῦ Τωβὶτ κατέστησε τῶν αὐτοῦ πραγμάτων διοικητὴν, Ἀχιάχαρ καλούμενον. Κἀκεῖνος ἐδεήθη τοῦ βασιλέως περὶ Τωβὶτ, καὶ ἐπανῆλθεν εἰς Νινευΐ. Ἐνστάσης δὲ Πεντηκοστῆς, ἣν καθ' ἑπτὰ ἑβδομάδας ἑώρταζον Ἰουδαῖοι, ἄριστον ἡτοίμαστο τῷ Τωβὶτ δαψιλές. Λέγει οὖν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Τωβίᾳ· Πορεύθητι, τέκνον, καὶ ἄγαγε ὃν ἂν B εὕρῃς τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐνδεῆ μεμνημένον τοῦ Κυρίου, μεθέξοντα τραπέζης ἡμῖν. Ὁ δὲ πορευθεὶς, ἀντέστρεψε, λέγων· Εἷς ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ἐστραγγαλωμένος ἔῤῥιπται ἐν τῇ ἀγορᾷ. Καὶ ὁ Τωβὶτ εὐθὺς ἀπῆλθε, καὶ ἀνελόμενος τὸν νεκρὸν, εἰς τὴν οἰκίαν ἐκόμισε. Δύντος δὲ τοῦ ἡλίου ἔθαψεν αὐτὸν, καὶ ἐπανελθὼν, οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, οἷα κατὰ τὸν νόμον ἀκάθαρτος, ὡς ἀψάμενος τοῦ νεκροῦ, ἀλλ' ἐκοιμήθη παρὰ τὸν τοῖχον ἐν τῇ αὐλῇ. Στρουθία δὲ ἐν τῷ τοίχῳ διανυκτερεύοντα, ἀφώδευσαν εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ἐξ ὧν λευκώματα συνέβησαν ἐν αὐτοῖς, κἀκ τούτων πεπήρωτο ὁ Τωβίτ. Ἐν ἐνδείᾳ δὲ γεγονὼς, ὑπὸ τῆς γυναικὸς μισθῷ νηθούσης ἐτρέφετο. Καί ποτε μισθὸν λαβοῦσα, καὶ ἐπ' C αὐτῷ προσειληφυῖα καὶ ἔριφον, ἧκε πρὸς τὸν Τωβίτ. Καὶ ἀκούσας τῆς κραυγῆς τοῦ ἐρίφου, ἠρώτα μή ποτε κλοπιμαῖος εἴη. Ἡ δὲ, *Δῶρον*, εἶπε, *μοι δέδοται ἐπὶ τῷ μισθῷ*. Καὶ ὃς ἐνέκειτο λέγων, *Εἰ κλοπιμαῖόν ἐστιν, ἀποδοθήτω τοῖς κυρίοις αὐτοῦ*. Περιαλγήσασα δὲ ἡ γυνὴ, καὶ οἱονεὶ τὸν ἄνδρα ἐπὶ τῇ ἀκριβείᾳ τοῦ δικαίου ἐπιχλευάζουσα, *Ποῦ εἰσιν αἱ ἐλεημοσύναι σου, καὶ αἱ δικαιοσύναι σου;* ἔφη. Καὶ ὁ Τωβὶτ ἐδάκρυσε συγχυθεὶς, καὶ ᾔτει τὸν Θεὸν ἀπαλλαγῆναι τοῦ ζῇν. Καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδίας συνέπεσεν ὀνειδισθῆναι Σάῤῥαν τὴν θυγατέρα Ῥαγουὴλ ὑπὸ παιδισκῶν τοῦ πατρὸς αὐτῆς, ὡς τοὺς ἄνδρας αὐτῆς ἀποπνίγουσαν, καὶ ἑπτὰ μὲν συζευχθεῖσαν, οὐδενὶ δὲ αὐτῶν γενομένην. Δαιμόνιον γάρ τι, Ἀσμοδαῖος D καλούμενον, ἐθανάτου αὐτοὺς πρὸς αὐτὴν εἰσιόντας. Ἡ δὲ μὴ φέρουσα τὸν ὀνειδισμὸν, ἀπάγξασθαι ἐβουλεύσατο. Ἀλλ' ἵνα μὴ πένθος καὶ ὄνειδος δῷ τῷ πατρὶ αὐτῆς, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν· εἰς προσευχὴν δὲ στᾶσα, ἐπεκαλέσατο τὸν Θεὸν, αἰτουμένη θανεῖν, καὶ ἀπαλλαγῆναι τῶν ὀνειδισμῶν, ἢ οἰκτειρηθῆναι, καὶ οὕτως αὖθις τὸ ὄνειδος ἐκφυγεῖν. Εἰσηκούσθη οὖν ἡ προσευχὴ καὶ ἀμφοῖν. Καὶ ἀπεστάλη πρὸς τοῦ Θεοῦ Ῥαφαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ἰάσασθαι μὲν τὴν πήρωσιν τῷ Τωβὶτ, τὴν Σάῤῥαν δὲ τῷ Τωβίᾳ μνηστεύσασθαι, καὶ δῆσαι τὸν Ἀσμοδαῖον τὸ πονηρὸν δαιμόνιον, ὥστε μή τι κακὸν τῷ Τωβίᾳ ἐργάσασθαι, εἰ τὴν Σάῤῥαν ἀγάγοιτο. Καλέσας δὲ ὁ Τωβὶτ τὸν Τωβίαν τὸν παῖδα αὐτοῦ, καὶ παραινέσας πολλὰ, τέλος ἔφη αὐτῷ· Δέκα τάλαντα ἀργυρίου παρ-

ἐθέμην Γαμαὴλ τῷ τοῦ Γωβρύα ἐν Ῥάγοις τῆς Μηδίας. Πορευθεὶς οὖν λάβε ταῦτα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ περὶ τούτων χειρόγραφον, καὶ ἐνετείλατο ζητῆσαι ἄνθρωπον, ὃς μισθοῦ αὐτῷ συμπορεύσεται. Καὶ ζητῶν συνοδοιπόρον, ἐντυγχάνει τῷ ἀρχαγγέλῳ Ῥαφαὴλ, ἐν εἴδει ἀνδρὸς φανέντι αὐτῷ, καὶ ἐπαγγελλομένῳ εἰδέναι τὴν ὁδὸν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ Γαμαὴλ, καὶ σὺν αὐτῷ πορευθῆναι. Καὶ παραλαβὼν αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον Ἀζαρίαν καλούμενον, ἀπῄει. Καὶ ἦλθον ἑσπέρας ἐπὶ τὸν Τίγρην τὸν ποταμὸν, καὶ ηὐλίσθησαν ἐκεῖ. Τωβίας δὲ εἰσέδυ τὸν ποταμὸν περικλύσασθαι, καὶ ἀνέθορεν ἐκεῖθεν ἰχθὺς καταπιεῖν τὸ μειράκιον. Ὁ δὲ ἄγγελος ἐπιλαβέσθαι αὐτῷ τοῦ ἰχθύος παρεκελεύσατο, καὶ ἑλκυσθέντα αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ἀνατμηθῆναι εἶπε, καὶ λαβεῖν ὑπέθετο τῷ Τωβίᾳ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καὶ τὸ ἧπαρ καὶ τὴν χολὴν, καὶ διατηρεῖν ἀσφαλῶς.

A ctum in terram dissecet, hortatur ejusque cor, jecur et fel diligenter asservet.

ΙΔ'. Ὡς δ' ἐπορεύοντο, καὶ ἤγγιζον Ἐκβατάνοις, ἔφη Τωβίας· *Ἀδελφὲ Ἀζαρία, εἰς τί χρησιμεύσουσιν ἡμῖν ἡ καρδία τοῦ ἰχθύος, καὶ τὸ ἧπαρ καὶ ἡ χολή;* Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· Ἡ καρδία, καὶ τὸ ἧπαρ θυμιώμενα, διώκουσι δαίμονας, ἐάν τινι ἐνοχλῶσιν. Ἡ δὲ χολὴ ἐγχριομένη ὄμμασι λευκώματα B ἔχουσι, καθαίρει ταῦτα, καὶ δίδωσι τὸ ὁρᾶν. Ἤδη δὲ τοῖς Ἐκβατάνοις προσήγγισαν· καί φησι τῷ Τωβίᾳ ὁ ἄγγελος· Σήμερον αὐλισθησόμεθα παρὰ Ῥαγουὴλ συγγενεῖ σου τυγχάνοντι, ᾧ θυγάτηρ Σάῤῥα ἐστὶ, φρονίμη τε καὶ καλὴ, καὶ λαλήσω περὶ αὐτῆς δοθῆναί σοι εἰς γυναῖκα. Ὁ δὲ, *Ἀκήκοα*, ἔφη, *τὸ κοράσιον ἐκδεδόσθαι ἀνδράσιν ἑπτὰ, καὶ πάντας ἐν τῷ νυμφῶνι θανεῖν, ὅτι ἐρᾷ τούτου δαιμόνιον, καὶ τοὺς αὐτὸ μνηστευσαμένους ἀπόλλυσι, καὶ δέδοικα μὴ καὶ αὐτὸς ἀναιρεθῶ παρ' αὐτοῦ.* Καὶ ὁ ἄγγελος, *Ἄκουσόν μου*, φησὶ, *καὶ μηδεὶς σοι τοῦ δαιμονίου λόγος. Ἐὰν γὰρ ἔλθῃς εἰς τὸν νυμφῶνα, ἄνθρακιν ἐπίθες ἐκ τῆς καρδίας τοῦ ἰχθύος, καὶ ἐκ τοῦ ἥπατος, καὶ φεύξεται τὸ δαιμόνιον τὴν ὀσμὴν αὐτῶν ὀσφρανθὲν, καὶ οὐκέτι* C *ἐπανελεύσεται.* Καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκον Ῥαγουὴλ, καὶ μαθὼν ἐκεῖνος περὶ Τωβία, ὅτι υἱός ἐστι τοῦ Τωβὶτ, κατεφίλησεν αὐτόν. Καὶ ἀκούσας ὅτι πεπήρωται ὁ Τωβὶτ, ἔκλαυσε, καὶ ἀσμένως αὐτοὺς ἐδέξατο. Ὁ δὲ ἄγγελο, ἔφη τῷ Ῥαγουὴλ, συζεῦξαι αὐτῷ τὴν Σάῤῥαν. Κἀκεῖνος κατένευσε· καὶ καλέσας τὴν θυγατέρα, καὶ τῆς χειρὸς αὐτῆς λαβόμενος, παρέδωκεν αὐτὴν τῷ Τωβίᾳ· καὶ λαβὼν βιβλίον, ἔγραψε συγγραφήν. Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον εἰσήγαγον εἰς τὸ ταμεῖον πρὸς αὐτὴν τὸν Τωβίαν. Ὁ δὲ ἀπιὼν, ἔλαβεν ἄνθρακας, καὶ ἐπιθεὶς ἐκ τῆς καρδίας καὶ τοῦ ἥπατος τοῦ ἰχθύος, ἐκάπνισε, καὶ ἡ ὀσμὴ τούτων ἐφυγάδευσε τὸ δαιμόνιον. Ῥαγουὴλ δὲ μεθ' ἡμέραν ἔστειλε μίαν τῶν παιδισκῶν ἰδεῖν, εἰ ζῇ ὁ Τωβίας. D Τῆς δὲ ἀναστρεψάσης, καὶ ζῆν λεγούσης αὐτὸν, εὐλόγησεν ὁ Ῥαγουὴλ τὸν Θεόν. Εἶπε δὲ πρὸς Τωβίαν· *Ἑορτάσωμεν τοὺς γάμους ἐφ' ἡμέρας δέκα καὶ τέσσαρας, καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ἐντεῦθεν πρὸ τοῦ ταύτας παρελθεῖν. Καὶ τότε λαβὼν τὴν ἡμίσειαν μοῖραν τῶν ὑπαρχόντων μοι, πορεύου· τὰ δέ γε λοιπὰ λήψεσθε θανόντος ἐμοῦ, καὶ τῆς τοῦ βίου μοι κοινωνοῦ.* Φησὶν οὖν ὁ Τωβίας πρὸς Ῥαφαήλ· *Ἀδελφὲ Ἀζαρία, λάβε μοι τὸ χειρόγραφον, καὶ πορεύθητι ἐν Ῥάγοις παρὰ Γαμαὴλ, καὶ κόμισον τὸ ἀργύριον· εἰ γὰρ χρονίσομεν, ὁ πατήρ μου σφόδρα ὀδυνηθήσεται.* Καὶ ἀπῆλθεν ὁ ἄγγελος, καὶ ἐνεχείρισε τῷ Γαμαὴλ τὸ χειρόγραφον, καὶ ἔλαβε τὸ ἀργύριον, καὶ ὑπέστρεψεν. Ἤδη δὲ παρελ-

XIV. Cum prope Ecbatana venissent, Tobias, *Frater Azaria*, inquit, **144** *quis nobis usus est cordis, jecoris et fellis piscis?* Respondet ille, cordis et jecoris suffitu fugari dæmones, si cui sint molesti; fel inunctum oculis, albuginem detrahere, et restituere visum. Præterea Tobiæ ait, se in urbe apud Raguelem cognatum ejus pernoctaturos, cui filia sit Sara, cordata et formosa: eam se illi uxorem petiturum. Tum adolescens: *Audivi*, inquit, *puellam septem viris fuisse elocatam, qui omnes in thalamo nuptiali perierint. Nam a dæmonio adamari, quod sponsos illius perimat. Vereor itaque, ne et mihi idem usu veniat.* Cui angelus, *Me*, inquit, *audi, neque ulla dæmonii ratione habita: ubi in thalamum veneris, portionem de corde et jecore piscis carbonibus imponito. Dæmonium enim odore illo profligatum, nunquam redibit.* Cum ingressi essent ædes, et Raguel Tobiam Tobiti filium esse cognovisset, utrumque humaniter excipit, adolescentem deosculatur, et patris ejus calamitatem deplorat. Angelo autem a Raguele petente, ut Tobiæ Saram desponderet: cum annuisset pater, et filiam accersisset, puellam manu prehensam Tobiæ tradit, et libellum matrimonii conficit. A cœna Tobias in conclave ad illam introductus, corde et jecore piscis carbonibus imposito, cubiculum suffumigat, eoque nidore fugat dæmonium. Raguel autem, cum diluxisset, ancillam misit, visum au adhuc viveret Tobias: quæ cum eum salvum esse renuntiasset, laudato Deo, Tobiæ ait: *Nuptias per quatuordecim dies celebrabimus, nec ante eos elapsos te dimittam: post, accepto mearum opum semisse, discedes; reliqua me, vitæque meæ socia defuncta, accipietis.* Tobias igitur ad Raphaelem ait: *Frater Azaria, cape chirographum meum, et Raga Mediæ profectus, ad Gamaelum, argentum affer. Nam si diu morabimur, pater meus vehementer angetur.* Abit angelus, dato Gamaeli chirographo, argentoque accepto revertitur. Elapsis nuptiarum diebus, Tobias petita a Raguele venia, uxoreque sua, cum semisse bonorum soceri accepta, discedit. Cum autem jam Ninivæ appropinquarent, angelus ei ait: *Præcurramus, et præparemus ædes: tu vero fel piscis in manus sumito, ut aperiantur oculi patris tui. Nam ubi tu eos inunxeris, et ille ex morsu confricuerit, albuginem* **145** *detrahet.* Mater porro ejus sedebat, reditum filii exspectans: eo conspecto, adventum ejus Tobito nuntiat, propereque accurrens, filium deosculata: *Vidi te*, inquit, *fili, neque mihi posthac mors curæ*

est. Tobitus vero ad januam exiens impingit; sed Tobias eo apprehenso, felle inunxit ejus oculos: quos ubi ille compunctos defricuit, albugo inde squamarum instar decidit. Viso igitur filio laudat Deum: cumque audisset, quid ei apud Medos accidisset, egressus est sponsæ obviam, et bene precatus. Ninivitæ autem, cum eum videre cernerent, et magnifica Dei opera audirent, mirabantur. Dixit autem Tobitus filio, ut suo comiti mercedem cum auctario daret. Verum Tobias: *Pater*, inquit, *æquum est eum semissem eorum omnium quæ attulit, accipere.* Et Raphaeli ait: *Mi frater Azaria, sume dimidium eorum omnium quæ attulisti, et bene ambula.* Tum angelus utrumque seducit, et eis opera Dei magnifica recensens, se Raphaelem esse ait: nec sua sponte venisse, sed a Deo esse missum: monet ut Deum celebrent, ejusque in se beneficentiam prædicent. *Nam arcanum*, inquit, *regis celare bonum est; Dei autem opera sunt celebranda et extollenda.* Illi his auditis, ad pedes ejus sunt prolapsi: sed cum surrexissent, eum non viderunt amplius, et prædicarunt miracula divinitus in se edita. Natus erat Tobitus, cum visum amitteret, annos quinquaginta octo, eumque post annos octo recuperavit, et ab eo tempore magis etiam veritus est Deum, et majus virtutis studium habuit. Cum plane consenuisset, Tobiæ dixit: *Ego, fili, plane consenui, jamjam moriturus. Tu vero cum liberis tuis proficiscere in Mediam. Persuasum enim habeo, ea quæ Jonas de Ninives excidio prædixit, eventura esse. Hierosolyma item fore deserta, et templum combustum iri: sed Deo urbi reconciliato, populum reversurum, et eam instauraturum. Tu vero legem observato, et misericors esto et justus.* His filio mandatis exspiravit, annos centum quinquaginta octo natus. Eo Tobias una cum matre honorifice sepulto, cum uxore Ecbatana Mediæ ad socerum Raguelem proficiscitur: quem cum et ipsum natu grandem sepelisset, hæreditatem ejus adit. Mortuus est et Tobias,
146 annos natus centum viginti septem, audivitque, priusquam obiret, excidium Ninives a Nabuchodonosore et Assyriis captæ.

A θουσῶν τῶν τοῦ γάμου ἡμερῶν, Ἐξαπόστειλόν με, τῷ Ῥαγουὴλ ὁ Τωβίας φησί. Καὶ λαβὼν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὸ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων τῷ Ῥαγουὴλ, ἀπῄει. Ἄρτι δὲ πλησίον γενομένων τῆς Νινευῒ, φησὶν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν· *Προδράμωμεν ἔμπροσθεν, ἑτοιμάσωμεν τὴν οἰκίαν. Λάβε δὲ μετὰ χεῖρας τὴν χολὴν τοῦ ἰχθύος, καὶ ἀνοίξει τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὁ πατήρ σου· σὺ δὲ ἔγχρισον αὐτοὺς τῇ χολῇ, καὶ δηχθεὶς διατρίψει αὐτούς, καὶ ἀποβαλεῖ τὰ λευκώματα.* Ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ ἐκάθητο τηροῦσα τὴν ὁδόν· καὶ ὡς ἔγνω τὸν υἱὸν αὐτῆς ἐρχόμενον, σπεύσασα, φησὶ τῷ Τωβίτ· Ἔρχεται ὁ υἱός σου. Καὶ προσδραμοῦσα, κατεφίλησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν· *Εἶδόν σε, παῖ, καὶ νῦν, εἰ θανοῦμαι, οὐ μέλον μοι.* Τωβὶτ δὲ ἐξῄει πρὸς τὴν θύραν B προσκόπτων, καὶ ὁ Τωβίας αὐτοῦ ἐπελάβετο, καὶ ἐπέχρισε τὴν χολὴν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ συνεδήχθησαν, καὶ διέτριψεν αὐτούς, καὶ ἐλεπίσθη ἀπ' αὐτῶν τὰ λευκώματα. Καὶ ἰδὼν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, εὐλόγησε τὸν Θεόν. Καὶ ὡς ἀπηγγέλη τῷ Τωβὶτ τὰ γεγονότα τῷ Τωβίᾳ ἐν Μηδίᾳ, ἐξῆλθε Τωβὶτ εἰς συνάντησιν τῆς νύμφης αὐτοῦ. Καὶ ἰδὼν αὐτὴν, εὐλόγησεν αὐτήν. Οἱ δὲ ἐν τῇ Νινευῒ ὁρῶντες αὐτὸν βλέποντα, καὶ ἀκηκοότες ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς μεγαλεῖα, ἐθαύμαζον. Εἶπε δὲ Τωβὶτ τῷ υἱῷ αὐτοῦ· Δὸς δὴ, τέκνον, τὸν μισθὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ συνελθόντι σοι, μᾶλλον μέντοι καὶ προσθεῖναι αὐτῷ δεῖ. Ὁ δὲ, *Πάτερ*, ἔφη, *τὰ ἡμίση λαβεῖν ὧν ἐνήνοχε, δίκαιός ἐστι.* Καὶ εἶπε τῷ Ῥαφαήλ· *Λάβε μοι, ἀδελφὲ Ἀζαρία, τὸ ἥμισυ πάντων ὧν ἐνηνό- C χαμεν, καὶ πορεύου ὑγιαίνων.* Τότε καλέσας κατὰ μόνας τοὺς δύο ὁ ἄγγελος ἀπήγγειλεν ἅπαν τὸ μεγαλεῖον, ὃ ἐποίησε μετ' αὐτῶν ὁ Θεός. Καὶ εἶπεν εἶναι ὁ Ῥαφαήλ, καὶ μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ παραγενέσθαι, ἀλλὰ σταλῆναι ὑπὸ Θεοῦ. Καὶ παρῄνεσεν αὐτοὺς εὐλογεῖν τὸν Θεὸν, καὶ ἐξομολογεῖσθαι ὅσα ἐποίησε μετ' αὐτῶν. *Μυστήριον μὲν γὰρ βασιλέως*, ἔφη, *κρύπτειν καλόν· τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀνακηρύττειν ἔνδοξον* (87). Οἱ δὲ, ἀκούσαντες ταῦτα, ἔπεσον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἀναστάντες οὐκέτι αὐτὸν εἶδον, καὶ ἀνθωμολογοῦντο τῷ Θεῷ ἀνθ' ὧν μετ' αὐτῶν θαυμασίων ἐποίησεν. Ἦν δὲ Τωβὶτ, ὅτε τὴν ὅρασιν αὐτοῦ ἀπώλεσεν, ἐτῶν πεντήκοντα καὶ ὀκτὼ, καὶ μετὰ ἔτη ὀκτὼ ἀποκατέστη πάλιν εἰς τὸ ὁρᾷν, καὶ ἦν μᾶλλον ἔκτοτε φοβούμενος τὸν Θεὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐργαζόμενος. Γεγηρακὼς δὲ εἰς ἔσχατον, λέγει τῷ υἱῷ αὐτοῦ· *Τέκνον, ἰδοὺ γεγήρακα, καὶ πρὸς τῷ θανεῖν εἰμι· σὺ δὲ λάβε τοὺς υἱούς σου, καὶ ἄπελθε εἰς Μηδίαν. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι ὅσα προεῖπεν Ἰωνᾶς περὶ Νινευῒ, ὡς καταστραφήσεται, γενήσονται, καὶ ὅτι Ἱεροσόλυμα ἔρημα ἔσται, καὶ ὁ ναὸς κατακαυθήσεται, καὶ πάλιν ἐλεήσει τὴν πόλιν ὁ Θεὸς, καὶ ἐπιστρέψει ὁ λαὸς, καὶ οἰκοδομήσει αὐτήν. Σὺ δὲ τήρησον τὸν νόμον, καὶ γίνου ἐλεήμων καὶ δίκαιος.* Καὶ τοιαῦτα ἐντειλάμενος τῷ υἱῷ αὐτοῦ, ἐξέλιπεν, ἐτῶν γενόμενος ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ὀκτώ· καὶ ἔθαψεν αὐτὸν ἐντίμως Τωβίας, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθε μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ εἰς Ἐκβάτανα πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν πενθερὸν αὐτοῦ, καὶ ἔθαψε κἀκεῖνον γηράσαντα, καὶ ἐκληρονόμησεν αὐτόν. Ἀπέθανε δὲ Τωβίας ἐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδίας, καὶ ἤκουσε πρὸ τοῦ θανεῖν τὴν ἀπώλειαν Νινευῒ, αἰχμαλωτισθείσης ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ καὶ Ἀσσυρίων.

XV. Omnis igitur Hebræorum populus, ut jam

ΙΕ'. Τὸ μὲν οὖν σύμπαν τῶν Ἑβραίων ἔθνος, ὡς

Variæ lectiones et notæ.

(87) Ἀνακηρύττειν ἔνδοξον. Alter codex et mss. Reg. et Colb. habent ἐνδόξως. Utrumque commode legi potest, si ἐνδόξως ad verbum ἀνακηρύττειν et καλὸν per zeugma repetatur, inquit Wolfius.

ἤδη ἱστόρηται, δορυάλωτον παρὰ τῶν Ἀσσυρίων γενόμενον, μετῳκίσθη, καὶ ἔρημος ἡ Ἱερουσαλὴμ κατελέλειπτο, οὐ πρότερόν τε τῆς αἰχμαλωσίας ἐλύθη, πρὶν ἢ τῶν Ἀσσυρίων κατελύθη ἀρχὴ κατὰ τὴν προφητικὴν προαγόρευσιν ὑπὸ Μήδων τε καὶ Περσῶν, καὶ οἱ ἑβδομήκοντα παρῆλθον ἐνιαυτοί, οὓς ὁ προφήτης Ἱερεμίας προανεφώνησεν. Οὐκ ἄκαιρον δ' ἂν εἴη καὶ τῆς τῶν Ἀσσυρίων βασιλείας ἐπιτετμημένως διεξελθεῖν τὴν καθαίρεσιν, καὶ δεῖξαι τὴν προφητικὴν ἀληθεύουσαν πρόῤῥησιν, τὴν ὑπὸ Μήδων καὶ Περσῶν μέλλειν αὐτὴν καταλυθήσεσθαι (88) προθεσπίσασαν· ἔχει τε οὕτως. Βασιλεῖαι καθ' ἑαυτὰς ἦσαν ἡ τῶν Μήδων καὶ ἡ Περσῶν· καὶ τῆς μὲν ἦρχεν ὁ Ἀστυάγης, ὁ Καμβύσης δὲ τῆς Περσῶν. Συνῴκει δ' οὗτος τῇ Ἀστυάγους θυγατρὶ καλουμένῃ Μανδάνῃ, ἥτις παῖδα τῷ Καμβύσῃ τὸν Κῦρον ἐγείνατο, ὃς τοῖς τῶν Περσῶν νόμοις τραφεὶς, ἀνδρειότατός τε καὶ σωφρονέστατος, συνετός τε καὶ δικαιότατος γέγονε. Τὰ δὲ νόμιμα τῶν Περσῶν τοιάδε ἦσαν, ὡς Ξενοφῶν συνεγράψατο. Ἦν αὐτοῖς ἀγορὰ (89) ἐλευθέρα καλουμένη, καθ' ἣν τά τε βασίλεια σφίσι, καὶ τὰ ἄλλα ἀρχεῖα πεποίηντο, ὧν τὰ ὤνια καὶ οἱ ἀγοραῖοι καὶ ἡ τούτων τύρβη καὶ αἱ φωναὶ ἀπελήλαντο, ἵνα μὴ τῇ τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίᾳ μιγνύηται. Διῄρητο δὲ ἡ ἐλευθέρα ἀγορὰ εἰς τετρακτὺν ἀρχείων· τούτων τὸ ἓν παισὶν, ἄλλο δ' ἐφήβοις ἀφώριστο, τελείοις δὲ ἀνδράσι τὸ ἕτερον, τοῖς δ' ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα γεγονόσιν ἔτη ἀπονενέμητο τὸ λοιπὸν, καὶ εἰς τὰς ἑαυτῶν χώρας παρῆσαν ἕκαστοι. Τοὺς δ' ἐφήβους καὶ περὶ τὰ ἀρχεῖα καταδαρθάνειν σὺν τοῖς ὅπλοις τοῖς γυμνικοῖς (90) ἐνενόμιστο, πλὴν τῶν γεγαμηκότων. Οὗτοι δὲ οὔτε ἐπεζητοῦντο, εἰ μὴ προείρετο, οὔτ' ἀπεῖναι συχνάκις αὐτοῖς συγκεχώρητο. Ἦσαν δ' ἑκάστοις ἄρχοντες δώδεκα· εἰς γὰρ δώδεκα φυλὰς οἱ Πέρσαι διῄρηντο. Οἱ μὲν δὴ παῖδες, εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, δικαιοσύνην ἐμάνθανον, τῶν ἀρχόντων αὐτῶν τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας δικαζόντων αὐτοῖς. Ἐγίνοντο γὰρ δὴ καὶ παισὶ πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ ἀνδράσιν ἐγκλήματα, καὶ κλοπῆς, καὶ βίας, καὶ ἁρπαγῆς, καὶ ἀπάτης, καὶ ὕβρεως, καὶ ἄλλων τινῶν. Οὓς δ' ἂν ἔγνων τούτων ἀδικοῦντας, ἐτιμωροῦντο· καὶ οὓς δ' ἂν εὕρισκον ἀδίκως ἐγκαλοῦντας, ἐκόλαζον. Ἐδίδασκον δὲ τοὺς παῖδας σωφροσύνην, προσέχοντας τοῖς πρεσβυτέροις σωφρόνως διάγουσιν. Ἐδίδασκον δὲ καὶ τροφῆς ἐγκράτειαν, καὶ ποτοῦ. Καὶ ὅτε τραφήσεσθαι ἔμελλον οἱ παῖδες, παρὰ τῷ διδασκάλῳ ἦσαν σιτούμενοι, ἄρτον φέροντες οἴκοθεν, καὶ κάρδαμον ὄψον· καὶ ποτὸν ἐλάμβανον ποταμίου ὕδατος κώθωνα. Ἐμάνθανον δὲ πρὸ τοῦ σιτεῖσθαι (91) τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν μέχρι δὴ ἓξ ἐτῶν ἢ ἑπτὰ πρὸς τοῖς δέκα. Ταῦτα οἱ παῖδες ἔπραττον. Ἐκ τούτου δ' εἰς τοὺς ἐφήβους ἐτάττοντο, καὶ δέκα ἔτη περὶ τὰ ἀρχεῖα ἐκάθευδον· παρεῖχον

A expositum est, ab Assyriis captus, et alio translatus est, desertis Hierosolymis: neque prius dimissus, quam Assyriorum imperium, ut prophetæ prædixerant, a Medis et Persis esset eversum, annique septuaginta ab Jeremia designati præterissent. Neque vero alienum hoc loco fuerit, Assyrii regni excidium breviter perstringere, atque ostendere, vere prædictum fuisse a prophetis, id a Medis et Persis eversum iri. Cæterum res ita se habet. Medorum et Persarum distincta regna fuerunt, quorum illud Astyages, hoc Cambyses tenuit, qui Mandanen Astyagis filiam in matrimonio habebat; ex eaque Cyrum filium procreavit. Is Persarum institutis educatus, in virum fortissimum,
B modestissimum, cordatum et justissimum evasit. Persarum autem instituta, Xenophonte auctore, hujusmodi fuerunt. Forum habuere, quod liberum vocabatur, in quo et regia, et cæteræ curiæ exstructæ erant, repulsis inde rebus venalibus et circumforaneis hominibus, eorumque turbis et vociferationibus, ne iis hominum bene institutorum disciplina turbaretur. Divisum erat id forum in quatuor curias, quarum una pueris, altera adolescentibus, tertia viris, quarta iis qui ætatem militarem excesserant, erat attributa. Suam igitur quæque ætas curiam frequentabat. Verum adolescentibus cum armis gymnicis juxta curias excubare moris erat, exceptis iis qui uxores duxerant. Iis vero neque adesse, nisi denuntiatum esse, necesse
C erat: neque crebrius abesse concessum. Curia quælibet duodecim principes habebat, pro numero Persarum tribuum. Pueri qui ludos frequentabant, justitiam discebant, eorumque principes maximam diei partem jure dicundo consumebant. Nam inter pueros æque ac viros controversiæ nascuntur, de furto, vi, rapina, dolo malo, injuria, et aliis. Quos ex his peccasse cognorant, multabant: eos item, qui falsum aliis crimen intenderant. Docebant item eos temperantiam exemplo seniorum, et continentiam in cibo et in
147 potu. Nam apud magistrum capiebant cibum domo secum panem et obsonii vice nasturtium afferentes: potus eis erat cothon (poculi genus est) profluentis aquæ. Ante cibum sagittare et jaculari discebant: et hæc usque ad annum ætatis decimum sextum, aut decimum septimum. Ex eo inter adolescentes referebantur: et decennium juxta curias somnum capiebant, et interdiu quoque magistratibus, cum opus erat, in publicis negotiis operam navabant. Rex item venatum exiturus, semissem eorum educebat. Venabantur communiter, quod illa exercitatio rei militari non absimilis videretur. Assuefaciebat eos ante lucem surgere, frigus et æstum ferre: itineribus et cursibus exercebat,

Variæ lectiones et notæ.

(88) *Καταλυθήσεσθαι*. Cod. Colbert. καταληφθήσεσθαι. Mox, ἔχει δὲ οὕτως, desunt in eodem cod.

(89) *Ἦν αὐτοῖς ἀγορά*. Ex Xenophonte lib. I. Vide Brissonium de regno Persarum lib. II, pag. 240.

(90) *Τοῖς γυμνωτικοῖς*. Leg. γυμνικοῖς. W.

(91) *Σιτεῖσθαι*. Cod. Colb. σιτίσασθαι.

feram vel sagitta vel jaculo ferire docebat, et ferociores etiam bestias subsistere. In venatu secum ferebant prandium, puerili copiosius, cætera simile: neque prandebant in venatu, nisi vel feræ causa diutius manendum esset, vel alioqui venatui immorari liberet. Eo prandio in cœna consumpto, postridie usque ad cœnam venabantur, utrumque diem pro uno numerantes. Id eo faciebant, ut et militiæ, si esset opus, idem facere possent. Obsonium erat, quod ceperant. Si nihil cepissent, nasturtium. Tribus quæ manebant domi, præter cætera sagittando et jaculando exercebantur, et inter sese decertabant. Adolescentes qui manebant, inserviebant magistratibus in iis negotiis publicis, quæ vires et celeritatem desiderabant. Sic decem annis exactis, in virorum cœtum transferebantur, in eoque annos viginti quinque permanebant. Cumque militandum erat, non amplius gerebant arcum et pila: sed arma quibus cominus pugnatur, pectus thorace munitum, scutum læva manu, dextra gladium aut securim. Ex his omnes magistratus legebantur. Iis viginti quinque annis exactis, utrique jam quinquagesimo ætatis anno superato, in seniorum classem transibant. Ii ad extera bella non proficiscebantur, sed domi jus dicebant, de omnibus rebus et publicis et privatis, et causis capitalibus etiam. Iidem magistratus omnes creabant. Quod si quis sive adolescens sive vir instituta violasset, eum seniores curia ejiciebant: **148** ejectus per omnem ætatem ignominiosus erat. Turpe habebatur apud Persas expuere, emungi, aut anhelare coram aliis, aut urinam reddere, alvumve dejicere publice. Quæ cavere non potuissent, nisi et moderato victu essent usi, et labore humiditates consumpsissent.

rore oppressum, Cyrus aggressus : *Araspa,* inquit, *desine timere et verecundari. Ego enim et deos cedere amori audio, et quo is vel cordatissimos homines impellere soleat, novi : atque istius culpæ ipse tibi sum auctor, qui te cum re tam invicta concluserim.* Ad hæc Araspes : *Tu quidem,* inquit, *Cyre, in his facilis es, et ad errata humana connivere soles : verum alii homines dolore me opprimunt. Nam et inimici insultant, et amici auctores mihi sunt excedendi e medio, ne tu quid gravius in me consulas.* Cui Cyrus : *Scito,* inquit, *te ista opinione et mihi gratificari, et exercitui prodesse posse. Utinam vero,* inquit Araspes, *in tempore tibi utilis esse possim. Si igitur,* inquit Cyrus, *te iram meam fugere simulans, ad hostes abieris, fides tibi ab illis habebitur. Imo,* inquit Araspes, *etiam ab amicis : atque omnia,* inquit Cyrus, *hostium consilia nobis renuntiabis.* Sic Araspes cum fidissimis suorum ministrorum abit. Panthia vero discessu illius cognito, Cyrum nuntio misso hortatur, ne defectione illius doleat. Nam si se ad maritum mittere nuntium pateretur, venturum ei amicum Araspe fideliorem. Quod cum Cyrus permisisset, atque Abradatas notas uxoris agnovisset : cupide profectus, cum prope speculas venisset, Cyro nuntiandum curat, quis sit ; Cyrus eum ad uxorem deduci jubet. Cum sese vidissent conjuges, et post desperatam conjunctionem consalutassent : Panthia marito Cyri sanctitatem, modestiam et clementiam erga se prædicat. Deinde Cyrum convenit Abradates, ejusque dextera prehensa ait : *Pro beneficiis in me collatis, meipsum tibi amicum, ministrum et socium trado.* Cui Cyrus : *Et ego,* inquit, *te recipio.*

ΚΒ'. Ἦλθον δὲ τῷ Κύρῳ παρὰ τοῦ Ἰνδοῦ χρήματα. Καὶ οἱ ἄγοντες αὐτὰ ἀπήγγελλον αὐτῷ, ὅτι ὁ Ἰνδὸς λέγει, ὡς Ἥδομαι, ὦ Κῦρε, ὅτι μοι περὶ ὧν ἐδέου ἐδήλωσας, καὶ βούλομαί σοι ξένος εἶναι. Καὶ πέμπω σοι χρήματα· κἂν ἄλλων δέῃ, μεταπέμπου, Ἐντέταλται δὲ τοῖς παρ' ἐμοῦ ποιεῖν D ἃ ἂν σὺ κελεύῃς. Ὁ δὲ Κῦρος εἶπε· Κελεύω τοίνυν τοὺς μὲν ἄλλους μένοντας ἔνθα κατεσκηνώκατε φυλάττειν τὰ χρήματα· τρεῖς δέ μοι ἐλθόντες ὑμῶν εἰς τοὺς πολεμίους, ὡς παρὰ τοῦ Ἰνδοῦ περὶ συμμαχίας, καὶ τὰ ἐκεῖ μαθόντες, ὅ τι ἂν λέγωσί τε καὶ ποιῶσιν, ὡς τάχιστα ἀπαγγείλατε ἐμοί τε καὶ τῷ Ἰνδῷ. Οἱ μὲν δὴ Ἰνδοὶ συσκευασάμενοι, τῇ ὑστεραίᾳ ἐπορεύοντο. Ὁ δὲ Κῦρος τὰ πρὸς τὸν πόλεμον παρεσκευάζετο μεγαλοπρεπῶς. Καὶ γὰρ οἱ Πέρσαι ἱππεῖς ἔκπλεῳ ἤδη ἦσαν εἰς τοὺς μυρίους, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα εἰς ἑκατὸν, καὶ ὁ Ἀβραδάτας ἕτερα κατεσκεύασεν ἑκατὸν, καὶ τὰ Μηδικὰ ἅρματα ἕτερα συνέστησαν ἑκατὸν, μετα-

XXII. Eodem tempore legati ab Indo venere, qui se gaudere aiebat, quod quibus rebus egeret, significasset, et pecuniam mittere : si majore opus esset, ut peteret, et hospitium suum illi offerebat. Mandarat præterea suis, ut quidquid a Cyro juberentur, facerent. Ad hæc Cyrus cæteros in suis tabernaculis pecuniam custodire jubet, tres autem 159 ex eorum numero proficisci ad hostes, quasi ab Indo ad expetendam illorum societatem missos, rebus illorum cognitis, quamprimum et sibi et Indo renuntiare quid molirentur. Igitur Indis, compositis rebus suis. Postridie profectis, Cyrus omnia quæ ad rem bellicam pertinerent, magnifice apparat. Erat numerus Persicorum equitum ad decies mille jam expletus, et falcati currus circiter centum confecti. Medicique totidem ad camdem redacti formam, cum prius ad Trojanam et Libycam aurigationem accommodati essent, camelis etiam bini sagittarii attributi. Cyro his rebus occupato,

Indi ab hostibus reversi nuntiant, Crœsum imperatorem exercitus esse delectum, multosque reges et populos, atque etiam Græcos paratos esse ad opem illi ferendam. His in exercitu vulgatis, milites solliciti esse cœperunt: sed Cyrus ut metum per castra vagari sensit, habita concione suos animosiores reddidit, consultum sibi videri dicens, ut hostes quamprimum invaderet. Assensis omnibus, Cyaxares cum tertia Medorum parte remansit, ne suum regnum omni præsidio destitutum esset. Cyrus autem summa celeritate proficiscitur: cumque speculatores præmissi fumum aut pulverem excitatum, et homines sibi videre viderentur, qui pabulum et ligna colligerent: hostilem exercitum in propinquo esse conjecerunt, idque Cyro nuntiarunt. Is eos in speculis manere, et præmissa equitum ala ab iis decursione in planitiem facta, capi aliquos jussit, e quibus ubi cognovit, exercitum in quo et ipsi fuerint, ad duas parasangas abesse, et de se multa verba fieri ab hostibus, adventu suo minime lætis, atque aciem instrui a Crœso et Græco ac Medo quodam, qui profugisse a suis diceretur. Cyrus: *Utinam*, inquit, *illum ita capiam, ut volo:* Et captivos abire jubet, neque multo post de reditu exploratoris Araspis fit certior, eumque lætitiæ exsultans obviam egressus amplectitur. Quod cum omnes mirarentur: *Amici*, inquit, *adest vir optimus, qui nulla turpi de causa, nec mei metu abierat, sed a me ablegatus, ut hostium res cognitas nobis certo renuntiaret. Ab omnibus igitur ei* **100** *honos est habendus, quod nostri boni causa et ignominiam et pericula subiit.* Ita salutatus ab omnibus Araspes, quæ vidisset exponit, copias hostium, stationes, consilia. Quibus auditis. Cyrus quemque arma sua et equos curare jubet, et mane ad pugnam paratos esse. Parent illi: cumque postridie omnes armarentur, Abradatam, cui sorte obvenerat, ut contra Ægyptios locaretur, Panthia galea aurea exornat, et armillis, purpureaque veste ad talos usque demissa, et cono hyacinthini coloris, quæ ipsa ei fecerat, suis ornamentis conflatis, quod maritum sibi maximum esse ornamentum diceret. Dumque ei arma indueret, etsi ploratum dissimulare studebat, tamen lacrymæ per genas manabant: jamque conscensuro currum, cæteris discedere jussis: *Abradata*, ait, *te, vitæ etiam meæ anteponi a me, nosse arbitror: tamen mutuum amorem nostrum testor, malle me si te virum fortem præbueris, eadem terra tecum tegi, quam ignominiosam cum ignominioso vivere. Nam Cyro quidem magnam debemus gratiam, quod me captivam, et sibi attributam, non pro ancilla, aut ingenua parum honorata tractavit, sed tibi conservavit, haud secus ac si fratris uxorem cepisset. Præterea cum Araspes custos meus ab eo defecisset, pollicita ei fui, si te arcessi pateretur, te illo multo et meliorem et fideliorem ei futurum.* His verbis delectatus Abradatas, Jovem precatus, ut sibi daret, ut et Panthiæ conjugio, et Cyri amicitia dignus videretur, currum conscendit.

A σκευασθέντα εἰς τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ τῆς Τρωϊκῆς καὶ τῆς Λιβυκῆς διφρείας· καὶ ἐπὶ τὰς καμήλους δὲ τεταγμένοι ἦσαν δύο ἐφ' ἑκάστην τοξόται. Οὕτω δὲ διατιθεμένων τῷ Κύρῳ τῶν τοῦ πολέμου, ἧκον οἱ Ἰνδοὶ ἐκ τῶν πολεμίων, καὶ ἔλεγον ὅτι Κροῖσος ἡγεμὼν καὶ στρατηγὸς ᾕρηται· καὶ πολλοὶ μὲν βασιλεῖς, πολλὰ δ' ἔθνη καὶ Ἕλληνες συμμαχήσειν ἡτοίμασται.. Ὡς οὖν ταῦτα ἤκουσεν ὁ τοῦ Κύρου στρατὸς, ἐν φροντίδι ἐγένετο. Ὡς δὲ ᾔσθετο ὁ Κῦρος φόβον διαθέοντα ἐν τῇ στρατιᾷ, διελέχθη αὐτοῖς, καὶ μετέβαλε πρὸς τὸ εὐθυμότερον. Εἶτα εἶπε· Δοκεῖ μοι, ὦ ἄνδρες, ἐπ' αὐτοὺς ἰέναι ὡς τάχιστα. Καὶ ἅπαντες συνηγόρευον. Κυαξάρης μὲν οὖν, τῶν Μήδων ἔχων τὸ τρίτον μέρος, κατέμενεν, ὡς μηδὲ τὰ οἴκοι ἔρημα εἴη· ὁ δὲ Κῦρος ἐπορεύετο ὡς

B ἠδύνατο τάχιστα. Ὡς δ' οἱ προϊόντες σκοποὶ ἐδόκουν μανθάνειν μετεωριζόμενον καπνὸν, ἢ κονιορτὸν, καὶ ἀνθρώπους ὁρᾷν χιλὸν καὶ ξύλα λαμβάνοντας, εἴκαζον εἶναί που πλησίον τῶν πολεμίων τὸ στράτευμα, καὶ τῷ Κύρῳ κατήγγελλον. Ὁ δὲ ἐκείνους μὲν ἐκέλευσεν ἐπὶ ταῖς σκοπαῖς μένοντας, ὅ τι ἂν ὁρῷεν, ἀπαγγέλλειν· τάγμα δ' ἱππέων ἔπεμψεν εἰς τὸ πρόσθεν, ἵνα τινὰς συλλάβοιεν. Οἳ, καταδραμόντες εἰς τὸ πεδίον, συνέλαβον ἀνθρώπους, καὶ ἦγαγον· καὶ ἔλεγον οἱ συλληφθέντες, ὡς ἐκ τοῦ στρατοπέδου εἶεν. Καὶ ὁ Κῦρος, Πόσον, ἔφη, ἄπεστιν ἐντεῦθεν τὸ στράτευμα; Οἱ δ' ἔλεγον· Ὡς δύο παρασάγγας. Καὶ προσεπήρετο· Ἡμῶν δὲ λόγος τίς ἦν παρ' αὐτοῖς; Ναὶ νὴ Δία, ἔφασαν, καὶ πολύς γε, ὡς ἤδη

C ἐγγὺς ἦτε προσιόντες. Τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, καὶ ἔχαιρον ἀκούοντες ἡμᾶς προσιόντας; Οὐ μὰ Δία, εἶπον ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ μάλα ἠνιῶντο. Τίς δὲ ὁ τούτους τάσσων ἐστίν; ὁ Κῦρος εἶπεν. Οἱ δὲ, Αὐτός τε Κροῖσος, ἀπεκρίναντο, καί τις Ἕλλην ἀνὴρ, καὶ Μῆδός τις, ὃς λέγεται φυγὰς εἶναι παρ' ὑμῶν. Καὶ ὁ Κῦρος πρὸς τοῦτο· Ἀλλ', ὦ Ζεῦ, λαβεῖν μοι γένοιτο αὐτὸν, ὡς ἐγὼ βούλομαι. Τοὺς μὲν οὖν αἰχμαλώτους ὑπάγειν ἐκέλευσεν· οὐ πολὺ δὲ τὸ ἐν μέσῳ καὶ ὁ πεμφθεὶς πάλαι κατάσκοπος, ὁ Ἀράσπας δηλαδὴ, ἀγγέλλεται προσελαύνων. Ὁ μὲν οὖν Κῦρος, ὡς ἤκουσεν, ἀναπηδήσας ὑπήντα αὐτῷ, καὶ ἐδεξιοῦτο. Οἱ δ' ἄλλοι τῷ πράγματι ἐξεπλήττοντο, ἕως ὁ Κῦρος ἔφη· *Ἄνδρες φίλοι, ἥκει ἡμῖν ἀνὴρ ἄριστος, ὃς οὐκ αἰσχροῦ τινος ἡττηθεὶς ᾤχετο,*

D *ὡς ἐμὲ δεδιὼς, ἀλλ' ὑπ' ἐμοῦ πεμφθεὶς, ὅπως μαθὼν τὰ τῶν πολεμίων, σαφῶς τιμᾷν. Ἐπὶ γὰρ τῷ ἡμετέρῳ ἀγαθῷ καὶ ἀτιμίαν ὑπέσχε, καὶ ἐκινδύνευσεν.* Ἐντεῦθεν πάντες ἠσπάζοντο τὸν Ἀράσπαν. Καὶ ὁ Κῦρος, Διηγοῦ, ἔφη, Ἀράσπα· ὁπόσα ἑώρακας. Κἀκεῖνος διηγεῖτο τό τε πλῆθος τῶν πολεμίων, καὶ τὸν τόπον τῆς παρατάξεως, καὶ τὰ τῶν ἐναντίων βουλεύματα. Καὶ ὁ Κῦρος ἀπελθεῖν ἕκαστον ἐκέλευσε, καὶ τά τε ὅπλα καὶ τοὺς ἵππους αὐτῶν ἐπισκέψασθαι, ἕωθεν δὲ πρὸς πόλεμον ἑτοιμάσασθαι. Τότε μὲν οὖν ἀπῆλθον· τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐξωπλίζοντο ἕκαστοι, καὶ ὁ Ἀβραδάτας κλήρῳ λαχὼν ἀντίος τετάχθαι τοῖς Αἰγυπτίοις. Ὁπλιζομένῳ δὲ προσῆγεν ἡ Πάνθεια χρυσοῦν κράνος καὶ περιβραχιόνια καὶ ψέλλια περὶ τοὺς καρποὺς τῶν χειρῶν,

καὶ χιτῶνα ποδήρη πορφύρεον, καὶ λόφον ὑακινθινοβαφῆ, ἃ αὐτὴ πεποίηκε τῷ ἀνδρί. Ὁ δὲ ἰδὼν ἔφη· Σὺ δήπου, ὦ γύναι, συγκόψασα τὸν σαυτῆς κόσμον, τὰ ὅπλα μοι ἐποιήσω. Νὴ Δία, ἔφη ἡ Πάνθεια, σὺ γὰρ ἔμοι γε κόσμος μέγιστος εἶ· καὶ ταῦτα λέγουσα, ἐνέδυε τὸν ἄνδρα τὰ ὅπλα, καὶ λανθάνειν κλαίουσα ἐπειρᾶτο, ἐλείβετο δὲ τὰ δάκρυα κατὰ τῶν αὐτῆς παρειῶν. Ὡς δὲ ἤδη ἐπὶ τὸ ἅρμα ἀναβῆναι ἡτοίμαστο ὁ Ἀβραδάτας, ἀποχωρῆσαι κελεύσασα τοὺς παρόντας, ἡ Πάνθεια εἶπεν· *Ὅτι μέν, ὦ Ἀβραδάτα, καὶ τῆς ἑαυτῆς προτιμῶ σε ψυχῆς, οἶμαί σε γινώσκειν. Ὅμως οὕτως ἔχουσα πρός σε, ἐπόμνυμι τὴν ἐμὴν καὶ σὴν φιλίαν, ἦ μὴν βούλεσθαι μετὰ σοῦ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γενομένου κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι* (96) *μᾶλλον, ἢ ζῆν μετὰ αἰσχυνομένου αἰσχυνομένη. Καὶ Κύρῳ δὲ δοκῶ μεγάλην ἡμᾶς χάριν ὀφείλειν, ὅτι μοι γενομένῃ αἰχμαλώτῳ, καὶ ἐξαιρεθείσῃ αὐτῷ, οὔτε ὡς δούλῃ ἐχρήσατο, οὔτε ὡς ἐλευθέρᾳ ἐν ἀτίμῳ ὀνόματι. Διεφύλαξε δέ σοι ὥσπερ ἀδελφοῦ γυναῖκα λαβών. Πρὸς δέ, καὶ ὅτε Ἀράσπας ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ὁ ἐμὲ φυλάσσων, ὑπεσχόμην αὐτῷ, εἴ με ἐάσειε πρὸς σὲ πέμψαι, ὥστε σε ἥξειν, καὶ πολὺ Ἀράσπου πιστότερόν σε καὶ ἀμείνονα ἔσεσθαι.* Ἡ μὲν οὖν ταῦτα εἶπεν. Ὁ δὲ Ἀβραδάτας ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις, ἐπηύξατο, Δός μοι, ὦ Ζεῦ, φανῆναι ἀξίῳ μὲν Πανθείας ἀνδρί, ἀξίῳ δὲ Κύρου φίλῳ. Ταῦτ' εἰπών, ἐπὶ τὸ ἅρμα ἀνέβαινεν.

ΚΓ'. Ὁ δὲ Κῦρος συγκαλέσας τοὺς ἡγεμόνας, ἐδημηγόρησε, παραθαρρύνων αὐτοὺς εἰς τὸν πόλεμον, καὶ οὕτως ὡρμᾶτο ἀπιέναι. Ἐπεὶ δὲ προσήγγισαν τοῖς ἀντιπολεμίοις, ὡς ἀλλήλους ὁρᾷν συνέταξε τοὺς οἰκείους ὁ Κῦρος ὡς κάλλιστα· καὶ παριὼν τὰς τάξεις (97), λόγοις τοὺς ἄνδρας πρὸς τὴν μάχην παρέθηγεν. Ὁ δὲ Κροῖσος τὴν αὐτοῦ στρατιὰν ἀντίαν στήσας πρὸς τὸ τοῦ Κύρου στράτευμα, ἐσήμαινεν αὐτοῖς πρὸς τοὺς πολεμίους πορεύεσθαι. Καὶ προσῄεσαν τρεῖς φάλαγγες, ἡ μὲν μία κατὰ πρόσωπον, τῶν δὲ δύο ἡ μὲν κατὰ τὸ δεξιόν, ἡ δὲ κατὰ τὸ εὐώνυμον, ὥστε φόβον παρεῖναι πάσῃ τῇ Κύρου στρατιᾷ. Πάντοθεν γὰρ περιείχετο ὑπὸ τῶν πολεμίων, πλὴν ἐξόπισθεν. Ὅμως δὲ καὶ οἱ τοῦ Κύρου, ἐπεὶ παρήγγειλε, πάντες ἐστράφησαν ἀντιπρόσωποι τοῖς πολεμίοις, καὶ ἦν μὲν πολλὴ τέως πανταχόθεν σιγή. Ἡνίκα δὲ ἔδοξε τῷ Κύρῳ καιρὸς εἶναι, ἐξῆρχε παιᾶνα, συνεπήχησε δὲ πᾶς ὁ στρατός, καὶ ἐξανίσταται ὁ Κῦρος, καὶ μετὰ τῶν ἱππέων τοῖς ἐναντίοις συνεμίγνυεν. Οἱ δὲ πεζοὶ αὐτῷ συντεταγμένοι ἐφείποντο. Καὶ Ἀρταγέρσης δὲ ὁ τῶν ἐπὶ ταῖς καμήλοις (98) ἄρχων, ἐπιτίθεται κατὰ τὰ εὐώνυμα, προεὶς τὰς καμήλους, ὡς ὁ Κῦρος ἐκέλευσεν. Οἱ δ' ἵπποι πόῤῥωθεν αὐτὰς οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' οἱ μὲν ἔφευγον, οἱ δὲ ἐξήλλοντο, οἱ δ' ἀλλήλοις ἐνέπιπτον. Καὶ τὰ ἅρματα δὲ κατὰ τὸ δεξιὸν καὶ τὸ εὐώνυμον ἅμα ἐνέβαλε, καὶ πολλοὶ ταῦτα φεύγοντες, ἡλίσκοντο ὑπ' αὐτῶν. Καὶ Ἀβραδάτας βοήσας· Ἄνδρες φίλοι, ἕπεσθε, ἐνίει οὐδὲν τῶν ἵππων φειδόμενος. Συνεξώρμησαν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι ἁρματηλάται. Καὶ ὁ μὲν Ἀβραδάτας εἰς τὴν τῶν Αἰγυπτίων φάλαγγα ἐμβάλλει, συνεισέβαλον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ ἐγγύτατα τεταγμένοι. Οἱ δ' ἄλλοι ἐξέκλιναν κατὰ τὰ φεύγοντα ἅρματα. Οἱ δὲ ἀμφὶ Ἀβραδάτην τοὺς μὲν τῇ ῥύμῃ τῶν ἵππων παίοντες ἀνέτρεπον, τοὺς δὲ πίπτοντας κατηλόων. Ὅσων δὲ τὰ δρέπανα ἐπελάβοντο, πάντα βίᾳ διεκόπτετο καὶ ὅπλα καὶ σώματα. Ἐν δὲ τῷ ἀδιηγήτῳ τούτῳ ταράχῳ ὑπὸ τῶν παντοδαπῶν σωρευμάτων ἐξαλλομένων τῶν τροχῶν, ἐκπίπτει ὁ Ἀβραδάτας, καὶ ἄλλοι

A XXIII. Cyrus autem duces ad rem fortiter gerendam cohortatus, proficiscitur. Cum in hostium conspectum ventum esset, suis quam pulcherrime instructis, singulos ordines obiens, milites ad pugnam acuit. Crœsus contra suas copias Cyri exercitui opponit, et signa canere jubet. Procedunt igitur tres phalanges, una a fronte, altera dextra, tertia læva, ut omnis Cyri exercitus terreretur, undique præterquam a tergo circumventus: nihilo tamen secius signo dato, omnes se ad hostes convertunt. Ac

161 magnum erat silentium, donec Cyro, cum tempus videretur, pæanem auspicato, omnis exercitus succinuit. Eumdem cum equitibus hostes aggressum, pedites instructi sequuntur. Artagerses porro camelis præfectus, lævam hostium aciem emissis

B belluis aggreditur: equi vero eas ne eminus quidem ferentes, alii fugere, alii exsilire, alii inter sese permisceri. Eodem tempore et currus dextra lævaque irruebant, a quibus in fuga multi capiebantur. Abradates milites cohortatus, nihil equis parcens instat, provectis una cum eo cæteris quoque curribus, et cum sibi proximis in Ægyptiorum phalangem irrumpit: ac cæteri quidem ad currus fugientes persequendos declinarunt. Qui vero cum Abradata erant, obvios impetu equorum prosternunt, prostratos cædunt. Nam quocunque falcati currus agebantur, omnia et arma et corpora dissecabant. In eo inexplicabili tumultu, rotis in tam varia strage exsilientibus, Abradatas cæterique

C curribus excussi, cæduntur. At Persæ insecuti, Ægyptiorum turbatos cædunt, iis qui ordines servabant resistentibus. Ibi vero atrox prælium exoritur. Nam Ægyptii et multitudine et armis superiores erant, neque Persæ stare poterant: sed paulatim recedentes, et cædebant, et cædebantur, donec ad machinas esset ventum. Ibi rursus Ægyptii e curribus cædebantur, et multa hominum cædes edebatur, magnus armorum strepitus, magnus clamor. Interea Cyrus aciem adversam persequens, cum Persas loco motos videret indoluit; et iis

Variæ lectiones et notæ.

(96) *Γῆν ἐπιέσασθαι.* Ἀντὶ τοῦ ἐνδύσασθαι, aut potius ὑποδῦναι, κατὰ μεταφοράν. W.

(97) *Καὶ παριὼν τὰς τάξεις.* Malim περιὼν, vel ἐπιών.

(98) *Τῶν ἐν ταῖς καμήλοις.* Ἐπί. W.

quos secum habebat sequi jussis, hostes a tergo aggressus, multos cædit : quo animadverso, Ægyptii convertuntur. Ita confusa pugna oritur equitum et peditum : ac Cyrum, equus a quodam jacente, in ventre vulneratus, exsiliens, excutit. Quo facto, statim exclamant omnes, et cum impetu cient pugnam. Sed quidam e Cyri ministris, dominum in suum equum attollit : quo is conscenso, videt Ægyptios passim cædi : et ad machinas provectus, turri conscensa, prospicit campum plenum equorum, hominum, curruum, fugientium, persequentium, vincentium, victorum, neque quidquam amplius cernere poterat, quod maneret, præter
162 aciem Ægyptiorum, qui undique circumdati, sub clypeis sedebant : cumque jam nihil agerent, multa acerba perpetiebantur. Miratus igitur, et misertus eorum, quod viri fortes interirent, suos a pugna cohibet, ac præconibus dimissis rogat, num perire malint, an conservari. Iis quærentibus, qua mercede salutem redimere possunt? Respondet Cyrus, si arma sibi traderent, qui cum eos perdere posset, conservatos mallet : quo Ægyptii audito, fidem dederunt et acceperunt. His rebus gestis, Cyrus jam tenebris obortis, reducto exercitu, in castra se recipit, milites cœnati somnum capiunt. Verum Crœsus cum exercitu statim Sardes fugit : cæteræ gentes noctu, quo quæque poterat, abierunt.

δὲ τῶν συνεισβαλόντων. Καὶ οὗτοι μὲν κατεκόπησαν. Οἱ δὲ Πέρσαι συνεπισπώμενοι (99), τοὺς μὲν τεταραγμένους τῶν Αἰγυπτίων ἐφόνευον· οἱ δὲ συνεστηκότες, ἐναντίον τοῖς Πέρσαις ἐχώρουν, ἔνθα δὴ δεινὴ μάχη ἦν. Ἐπλεονέκτουν δὲ οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ πλήθει, καὶ τοῖς ὅπλοις. Οἱ δὲ Πέρσαι οὐχ ἠδύναντο ἀντέχειν, ἀλλ' ἐπὶ πόδα ἀνεχάζοντο, παίοντες καὶ παιόμενοι, ἕως ὑπὸ ταῖς μηχαναῖς ἐγένοντο. Ἐπειδ' ἐνταῦθα ἦλθον, ἐπαίοντο αὖθις οἱ Αἰγύπτιοι ἐκ τῶν πύργων. Ἦν δὲ πολὺς μὲν ἀνδρῶν φόνος, πολὺς δὲ κτύπος ὅπλων, πολλὴ δὲ βοή. Ἐν δὲ τούτῳ Κῦρος διώκων τοὺς κατ' αὐτὸν, παραγίνεται. Καὶ ἰδὼν τοὺς Πέρσας ἐκ τῆς χώρας ἐωσμένους, ἤλγησε, καὶ παραγγείλας τοῖς μετ' αὐτοῦ ἕπεσθαι, παρήλαυνεν εἰς τὰ ὄπισθεν, καὶ εἰσπεσόντες, πολλοὺς κατέκαινον. Ὡς δ' ᾔσθοντο οἱ Αἰγύπτιοι, ἐστρέφοντο, καὶ φύρδην ἐμάχοντο καὶ πεζοὶ καὶ ἱππεῖς. Πεπτωκὼς δέ τις ὑπὸ τοῦ Κύρου, καὶ πατούμενος, παίει μαχαίρᾳ κατὰ τὴν γαστέρα τὸν ἵππον αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἵππος ἐκ τῆς πληγῆς σφαδάζων, ἀποσείεται τὸν Κῦρον· καὶ εὐθὺς ἀνεβόησαν ἅπαντες, καὶ προσπεσόντες ἐμάχοντο. Καί τις τῶν τοῦ Κύρου ὑπηρετῶν καταπηδήσας, ἀναβάλλει αὐτὸν ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἵππον. Ὡς δ' ἀνέβη, κατεῖδε πανταχόθεν ἤδη παιομένους τοὺς Αἰγυπτίους. Ὡς δ' ἐγένετο παρελαύνων παρὰ τὰς μηχανὰς, ἐπί τινα τῶν πύργων ἀνέβη, καὶ κατεῖδε μεστὸν τὸ πεδίον ἵππων, ἀνθρώπων, ἁρμάτων, φευγόντων, διωκόντων, κρατούντων, κρατουμένων, μένον δὲ οὐδαμοῦ οὐδὲν ἔτι ἰδεῖν ἠδύνατο, πλὴν τὸ τῶν Αἰγυπτίων. Οὗτοι δὲ πάντοθεν κυκλωθέντες ὑπὸ ταῖς ἀσπίσιν ἐκάθηντο, ποιοῦντες μὲν οὐδὲν ἔτι, πάσχοντες δὲ πολλὰ καὶ δεινά. Ἀγασθεὶς δὲ ὁ Κῦρος αὐτοὺς, καὶ οἰκτείρων, ὅτι ἄνδρες ἀγαθοὶ ὄντες ἀπόλλοιντο, μάχεσθαι οὐδένα ἔτι εἴα αὐτοῖς. Διακηρυκεύεται δὲ πρὸς αὐτοὺς ἐρωτῶν, πότερον βούλονται ἀπολέσθαι πάντες, ἢ σωθῆναι. Οἱ δὲ ὅτι καλὸν ἂν ποιοῦντες σωθείημεν, ἔφασαν. Καὶ ὁ Κῦρος, εἰ τὰ ὅπλα ἡμῖν παραδοίητε τοῖς αἱρουμένοις ὑμᾶς σῶσαι, ἐξὸν ἀπολέσαι. Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ Αἰγύπτιοι, ἔδοσαν πίστεις, καὶ ἔλαβον. Ταῦτα διαπραξάμενος ὁ Κῦρος, ἤδη σκοταῖος ἀναγαγὼν, ἐστρατοπεδεύσατο, καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Κῦρον δειπνήσαντες ἐκοιμήθησαν. Κροῖσος μέντοι εὐθὺς ἐπὶ Σάρδεις σὺν τῷ στρατεύματι ἔφευγε, τὰ δ' ἄλλα φῦλα ἐν τῇ νυκτὶ, ὅπῃ ἠδύναντο, ἀπεχώρουν.

XXIII. Mane Cyrus versus Sardes ducit. Cum urbem attigisset, machinas erigit, scalas profert. Insecuta nocte Chaldæos et Persas adducit ad præruptissimam petram propugnaculi Sardianorum, via monstrata per quemdam Persam, qui cujusdam ex arcis Sardianæ custodibus servus fuerat. Arce occupata, Lydi mœnia deserunt. Cyrus orta luce urbem ingreditur, atque edicit, ne quis aciem desérat. Crœsus autem in regia conclusus, Cyrum inclamat : qui nonnullis ad illius custodiam relictis, et suis in castra deductis, ad illum redit : quo viso Crœsus : *Salve*, inquit, *Domine. Et tu, Crœse*, inquit Cyrus. *Verum, nunquid consilii mihi dare velis?* Inquit ille, *Modo possim*. Tum Cyrus : *Milites meos*, inquit, *Crœse, fatigatos, et plurimis periculis defunctos, capta urbe post Babylonem Asianarum opulentissima, spem habere video emolumentorum. Ego vero etsi eos remunerari cupio, tamen urbem diripiendam non dabo*. Ad hæc Crœsus : *Si*

ΚΓ'. Ἕωθεν δὲ ἐπὶ Σάρδεις, καὶ ὁ Κῦρος ἦγε· καὶ πρὸς τῇ πόλει γενόμενος, τάς τε μηχανὰς ἀνίστη, καὶ ἡτοίμαζε κλίμακας. Τῆς δ' ἐπιούσης νυκτὸς ἀναβιβάζει Χαλδαίους τε καὶ Πέρσας κατὰ τὰ ἀποτομώτατα δοκοῦντα εἶναι τοῦ Σαρδιανῶν ἐρύματος. Ἡγήσατο δὲ τῆς ὁδοῦ τούτοις Πέρσης ἀνὴρ, δοῦλος τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει φρουρῶν ἑνός. Ὡς δὲ τὰ ἄκρα εἴχετο, ἔφυγον οἱ Λυδοὶ ἀπὸ τῶν τειχῶν. Κῦρος δὲ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ εἰσῄει εἰς τὴν πόλιν, παραγγείλας ἐκ τῆς τάξεως μηδένα κινεῖσθαι. Ὁ δὲ Κροῖσος κατακλεισάμενος ἐν τοῖς βασιλείοις, Κῦρον ἐβόα. Ὁ δὲ Κῦρος τοῦ μὲν Κροίσου κατέλιπε φύλακας· καταστρατοπεδεύσας δὲ τοὺς ἑαυτοῦ, ἀπῄει πρὸς Κροῖσον. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ Κροῖσος, *Χαῖρε, ὦ Δέσποτα*, ἔφη. *Καὶ σύ γε*, ὁ Κῦρος εἶπεν, *ὦ Κροῖσε· ἀτὰρ ἐθελήσεις ἂν συμβουλεῦσαί μοι ἄν τι; Βουλοίμην ἂν*, ἔφη, *ὦ Κῦρε*. Τοίνυν ἐγὼ, *Κροῖσε, τοὺς στρατιώτας ὁρῶν πεπονηκότας, καὶ πλεῖστα κεκινδυνευκότας, καὶ νῦν νομίζον-*

Variæ lectiones et notæ.

(99) *Συνεπισπώμενοι*. Cod. Colb. ἐπισπώμενοι. W.

A τας πόλιν ἔχειν τὴν πλουσιωτάτην τῶν ἐν Ἀσίᾳ μετὰ Βαβυλῶνα. ἀξιῶ ὠφεληθῆναι τοὺς στρατιώτας, ἐξεῖναι δ' αὐτοῖς διαρπάσαι τὴν πόλιν εὖ βούλομαι. Ὁ δὲ Κροῖσος· Ἀλλ' ἐμὲ, ἔφη, ἔασον λέξαι πρὸς οὓς ἂν ἐγὼ Λυδῶν ἐθέλω, ὅτι μὴ γενέσθαι ἁρπαγὴν παρὰ σοῦ διαπέπραγμαι. καὶ ἴσθι σοι ἔσεσθαι παρ' ἑκόντων Λυδῶν, πᾶν ὅ τι ἐν Σάρδεσι τίμιον. Πρῶτον δὲ ἐπὶ τοὺς ἐμοὺς, εἶπε, θησαυροὺς πέμπε, καὶ λάμβανε ὅσα βούλει. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω ποιήσειν ὁ Κῦρος κατέθετο, καὶ τότε ἐπὶ τούτοις τὴν ἡμέραν διήγαγον. Τῇ δ' ἑξῆς καλέσας ὁ Κῦρος τῶν φίλων τινὰς, τοὺς μὲν τοὺς θησαυροὺς παραλαμβάνειν ἐκέλευσε, τοὺς δὲ ὁπόσα παραδοίη ὁ Κροῖσος χρήματα. Εἶτα εἴ τις ἑώρακε τὸν Ἀβραδάταν ἤρετο; εἰπόντος δέ τινος B τῶν ὑπηρετῶν, ὅτι ἐν τῇ μάχῃ ἀπέθανεν, ἐπαίσατο τὸν μηρὸν, καὶ ἀναπηδήσας ἐπὶ ἵππον, ἤλαυνεν ἐπ' ἐκεῖνον. Καὶ ὡς εἶδε τὴν Πάνθειαν χαμαὶ καθημένην, καὶ τὸν νεκρὸν κείμενον, ἐδάκρυσε καὶ εἶπε, *Φεῦ, ὦ ἀγαθὴ καὶ πιστὴ ψυχή*. Ἡ δὲ γυνὴ, *Οἶδ' ὅτι δι' ἐμὲ*, ἔφη, *ταῦτα ἔπαθεν, ἴσως δ' ὦ Κῦρε, καὶ διὰ σέ. Ἐγώ τε γὰρ ἡ μωρὰ πολλὰ διεκελευόμην αὐτῷ, ὅπως σοι φίλος ἄξιος λόγου φανείη, αὐτός τε τί ἂν ποιήσας χαρίσοιτό σοι ἐνενόει· καὶ οὗτος μὲν ἀμέμπτως τετελεύτηκεν, ἐγὼ δ' ἡ παρακελευομένη, ζῶσα παρακάθημαι.* Καὶ ὁ Κῦρος χρόνον μέν τινα σιωπῇ κατεδάκρυεν, ἔπειτα πολλὰ τοῦ πάθους εἶπε παρηγορήματα, εἶτ' ἄπῄει. Ἡ δὲ γυνὴ τοὺς μὲν εὐνούχους ἐκέλευσεν ἀποστῆναι, τῇ δὲ τροφῷ εἶπε παραμένειν, καὶ ἀποθανοῦσαν περικαλύψαι αὐτήν τε καὶ τὸν ἄνδρα ἐνὶ ἱματίῳ. Ἡ μὲν οὖν τροφὸς ἐκάθητο κλαίουσα· ἡ δὲ σφάττει ἑαυτὴν, καὶ ἐπιθεῖσα ἐπὶ τὰ στέρνα τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἑαυτῆς κεφαλὴν, ἀπέθνησκεν. Ἡ δὲ τροφὸς ἀνωλοφύρατό τε καὶ περιεκάλυπτεν ἄμφω· Καὶ οἱ εὐνοῦχοι γνόντες τὸ γεγενημένον, τρεῖς ὄντες, σπασάμενοι τοὺς ἀκινάκας σφάττονται. Ὁ δὲ Κῦρος ὡς ᾔσθετο τὸ ἔργον τῆς γυναικὸς, ἠγάσθη τε αὐτὴν καὶ κατωλοφύρατο, καὶ μνῆμα αὐτοῖς ἔχωσεν ὑπερμέγεθες, θάψας αὐτοὺς μεγαλοπρεπῶς.

me apud Lydos quosdam dicere siveris, me impetrasse a te urbis incolumitatem, scito eos ultro quidquid Sardibus est pretiosum, ad te allaturos: in primis autem ex meis thesauris sumito, quantum voles. Cyro assensu, ea re occupati diem transegerunt. Postridie alios ex amicis thesauros, alios pecunias quæ a Crœso præberentur, accipere jubet. Inde percontatur: *Num quis Abradatan vidisset?* Cumque ex ministris quidam dixisset, eum in prælio cecidisse, femore percusso, conscensoque equo ad **163** illum properat. Utque Panthiam humi sedentem juxta mariti cadaver videt, lacrymans ait: *O fortem et fidelem animum.* Ad hæc mulier: *Hoc*, inquit, *ei accidisse propter me scio: et forsitan etiam propter te, Cyre. Nam et ego demens sedulo eum hortabar, ut amicitia tua se dignum præberet: et ipse cogitabat, qua re gratum tibi faceret. Ac ille quidem honeste occubuit, ego vero hortatrix illius viva assideo.* Cyrus, cum aliquandiu tacite lacrymasset, multaque deinde ad levandum luctum attulisset, discedit. Mulier eunuchis secedere jussis, nutrici mandat, ut se mortuam eadem cum marito veste tegat: eaque plorante, seipsam jugulat, et capite suo pectori mariti imposito, moritur. Quo facto nutrix sublata voce lamentatur, ambosque tegit. Tres autem eunuchi, dominæ cæde cognita, strictis gladiis et ipsi sese perimunt. Cyrus cognita cæde, mulierem admiratus deplorat, ac ingenti tumulo excitato, magnifice et ipsam et maritum sepelit.

C ΚΔ'. Οἱ δὲ Κᾶρες στασιάσαντες, καὶ πολεμοῦντες ἀλλήλοις, παρέδοσαν ἑαυτοὺς τῷ Κύρῳ ἑκάτεροι. Καὶ οἱ ἐπὶ Φρυγίαν δὲ τὴν ἐπὶ Ἑλλήσποντον (1) δῶρα πλεῖστα τῷ Κύρῳ παρέσχον, ὥστε μὴ εἰς τὰ τείχη Βαρβάρους εἰσδέξασθαι, δασμὸν δὲ ἀποφέρειν αὐτῷ, καὶ στρατεύειν ὅπη Κῦρος κελεύοι. Ὁ δὲ τῶν Φρυγῶν βασιλεὺς παρεσκευάζετο, ὡς οὐ σπεισόμενος. Ἐπεὶ δὲ ἀφίσταντο αὐτοῦ οἱ ὕπαρχοι, εἰς χεῖρας ἦλθεν Ὑστάσπᾳ. Καὶ ὁ Ὑστάσπας καταλιπὼν ἐν ταῖς ἄκραις φρουρὰς Περσῶν, ἄπῄει ἄγων σὺν τοῖς ἑαυτοῦ, καὶ Φρυγῶν πολλοὺς ἱππέας καὶ πελταστάς. Ὁ δὲ Κῦρος ὡρμᾶτο ἐκ Σάρδεων, φρουρὰν μὲν λιπὼν ἐν Σάρδεσι, Κροῖσον δ' ἔχων σὺν ἑαυτῷ, ἄγοντα πλείστας ἁμάξας μεστὰς πολλῶν καὶ παντοδαπῶν χρημάτων, καὶ γεγραμμένα ἔχοντα (2) D ἀκριβῶς, ὅσα ἦν ἐν ἑκάστῃ ἁμάξῃ, ὃς καὶ ἐδίδου τῷ Κύρῳ τὰ γράμματα. Ὁ δὲ Κῦρος εἶπε· *Σὺ μὲν καλῶς ἐποίησας, ὦ Κροῖσε· οἱ δὲ τὰ χρήματα εἰληφότες, πάντως μοι ἄξουσι ταῦτα, ἢν δέ τι καὶ κλέψωσι, τὰ ἑαυτῶν κλέψονται.* Ἦγε δὲ καὶ Λυδῶν ὁ Κροῖσος πολλοὺς, καὶ λαμπρῶς ὡπλισμένους. Ἰὼν

XXIV. Interea Cares, seditione inter ipsos orta, utrique Cyro sese dedunt: Phryges item ad Hellespontum habitantes, plurima dona obtulerunt, ne Barbaros intra mœnia recipere cogerentur, sed tributa duntaxat penderent. Phrygiæ vero rex se parabat, ut pacem repudiaturus. Cum autem præfecti deficerent, Hystaspæ se dedidit. Qui præsidio castellis imposito, multos etiam Phryges equites et parmatos cum suis adduxit. Cyrus quoque relicto Sardibus præsidio, Crœsoque secum abducto, qui plurimos currus vehebat, plenos magnis et variis opibus, et accurate descriptum habebat quid in quolibet curru esset, discessit: eaque descriptione accepta: *Tu quidem*, inquit, *recte fecisti, Crœse, sed qui pecunias acceperunt, ii omnino eas mihi vehent. Quod si quid furati fuerint, sua furabuntur.* Idem Crœsus plurimos etiam Lydos, splendidis armis exornatos, secum duxit. Cyrus autem dum Babylonem proficiscitur, magna Phygia, Cappadocia et Arabia subactis: e spoliis devictorum equites Persicos haud pauciores quadragies mille

Variæ lectiones et notæ.

(1) *Τὴν ἐπὶ Ἑλλήσποντον.* Vox ἐπὶ abest a Colbert.

(2) *Καὶ γεγραμμένα ἔχοντα.* Τὸ ἔχοντα refertur ad Κροῖσον, ut et ἄγοντα. W.

instruxit, et omnibus sociis multos captivorum equos distribuit et multis equitibus, multis sagittariis et ferentariis, **164** ac funditoribus innumerabilibus Babylonem adductis, urbem copiis cingit: et cum principibus atque amicis mœnia contemplatus, adducit exercitum, et circum urbem castra locat. Cum autem vidisset flumen Babylonem perfluere mediam, consilio suo cum nemine communicato, castra cingi jubet fossa lata et profundissima, forsitan ut custodibus quam paucissimis esset opus. Ei operi milites intenti, mediocri a flumine spatio fodiunt, egestamque humum versus castra conjiciunt. Babylonii vero deridebant obsidionem, ut qui amplius viginti annorum commeatum haberent. Fossa jam absoluta, Cyrus observato tempore quo Babylonios per totam noctem potare et comessari cognoverat, fossam versus fluvium (is Euphrates est, ut Herodotus tradit) aperuit: aquaque in eam noctu traducta, factum est, ut alveus fluminis in urbe ab hominibus transiri posset. Tunc igitur ministros et pedites et equites vadum periclitari jussit, atque interea duces multitudinis ad rem capessendam exhortatus, arma capere, ac se ducem sequi: Gobryam et Gadatam, quibus urbs nota esset, ubi in eam pervenissent, viam monstrare, qua recta ad regiam iretur, jussit. Summa igitur festinatione Gobryas et Gadatas cum suis ad regiam usque progressi, portas clausas reperiunt, et custodes potantes opprimunt. Sublato clamore et strepitu, qui in regia erant, jussu regis visuri quid rei esset, portas aperiunt: irrumpunt hostes, ad regem usque penetrant, eum stricto jam acinace astantem Gobryas et Gadatas capiunt: satellites partim repugnantes, partim fugientes cædunt. Cyrus turmas equitum in vias dimittit, cum mandato, ut quos foris deprehenderint, occidant: cæteris per Syriæ linguæ peritos denuntient, ut intra ædes se contineant. Qui egressus fuerit, occisum iri. Interea Gadatas et Gobryas adsunt, atque nefarii regis ultionem primum diis immortalibus acceptam ferunt. Deinde Cyri pedes et manus deosculantur. Xenophon in Cyri historia, capti Assyriorum regis nomen haud ponit. Sed Josephus libro x *Antiquitatum*, Baltassarem illum esse tradit, cui manus **165** visa sit, quæ ex pariete exstiterit, eaque scripserit quæ jam exposita sunt et a Daniele declarata.

A δ' ὁ Κῦρος τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα κατεστρέψατο Φρύγας τοὺς ἐν τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ. Κατεστρέψατο δὲ Καππαδόκας, ὑποχειρίους δὲ ἐποιήσατο Ἀραβίους, ἐξώπλισε δὲ ἀπὸ πάντων τούτων Περσῶν μὲν ἱππέας οὐ μεῖον τετρακισμυρίων, καὶ πᾶσι δὲ τοῖς συμμάχοις ἵππους πολλοὺς τῶν αἰχμαλώτων διέδωκεν. Ἀφίκετο μέντοι πρὸς Βαβυλῶνα, πολλοὺς μὲν ἱππέας ἄγων, παμπόλλους δὲ τοξότας καὶ ἀκοντιστὰς, σφενδονήτας δὲ ἀναρίθμους. Ἐπεὶ δ' ἐν Βαβυλῶνι ἐγένετο, περιέστησε μὲν τὴν στρατιάν. Αὐτὸς δ' ἐπιὼν σὺν τοῖς ἄρχουσι τῶν συμμάχων καὶ τοῖς φίλοις κατεθεᾶτο τὰ τείχη. Εἶτα ἐπήγαγε τὴν στρατιὰν, καὶ περὶ τὴν πόλιν ἐστρατοπεδεύσατο. Ἰδὼν δὲ τὸν ἐκεῖ ποταμὸν ἔνδον τῆς Βαβυλῶνος εἰσρέοντα καὶ μέσην διϊόντα τὴν πόλιν, οὐδενὶ μὲν τὸ βούλευμα
B ἐξεκάλυψε· τάφρον δ' ἐκέλευσεν ὀρύσσειν περὶ τὸ στρατόπεδον εὐρεῖαν καὶ βαθυτάτην, ἵν' ἐλαχίστων τάχα τῶν φυλάκων ἐν τῷ στρατοπέδῳ δέοιντο. Οἱ μὲν οὖν τὴν τάφρον ποιοῦντες, ὤρυσσον, μέτριόν τι τοῦ ποταμοῦ ἀφιστάμενοι, τὸν δὲ χοῦν ἀνέβαλον πρὸς τὸ στρατόπεδον. Οἱ δέ γε Βαβυλώνιοι κατεγέλων τῆς πολιορκίας, ὡς πλέον ἢ ἐτῶν εἴκοσι τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντες. Ἤδη δὲ τῆς τάφρου ὀρωρυγμένης, φυλάξας ὁ Κῦρος νύκτα ἐν ᾗ ἑορτὴν ἔγνω τοὺς Βαβυλωνίους ἄγειν, ὅλην τὴν νύκτα πίνοντας καὶ κωμάζοντας, ἐν ταύτῃ πλῆθος ἀθροίσας, ἀνεστόμωσε τὰς τάφρους πρὸς τὸν ποταμὸν (Εὐφράτης οὗτός ἐστιν, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ) καὶ τὸ ὕδωρ εἰς τὰς τάφρους ἐχώρει ἐν τῇ νυκτί. Ἡ δὲ διὰ τῆς πόλεως
C τοῦ ποταμοῦ ὁδὸς, πορεύσιμος ἀνθρώποις ἐγίνετο, μετοχετευθέντος τοῦ ὕδατος. Τότε δὴ καταβιβάσας εἰς τὸ ξηρὸν τοῦ ποταμοῦ ὑπηρέτας καὶ πεζοὺς καὶ ἱππέας, ἐκέλευσε σκέψασθαι, εἰ πορεύσιμον εἴη. Ἐν τούτῳ δὲ διαλεχθεὶς τοῖς ἡγεμόσι τοῦ πλήθους, καὶ διεγείρας πρὸς τοὔργον, τέλος ἔφη· Ἀλλ' ἄγετε, λαμβάνετε ὅπλα, ἡγήσομαι δ' ἐγὼ, ὑμεῖς δ', ὦ Γαδάτα, καὶ Γωβρύα, δεικνύετε τὰς ὁδοὺς, εἰδότες ταύτας. Ὅταν δ' ἐντὸς γενώμεθα, τὴν ταχίστην ἄγετε ἐπὶ τὰ βασίλεια. Ἐπὶ τούτοις ἐπορεύοντο. Καὶ ἰόντες, ὡς ἠδύναντο, τάχιστα ἐπὶ τοῖς βασιλείοις ἐγένοντο οἱ σὺν τῷ Γωβρύᾳ, καὶ τῷ Γαδάτᾳ, καὶ τὰς πύλας κεκλεισμένας εὑρίσκουσι, πίνουσι δὲ τοῖς φύλαξιν ἐπεισπίπτουσιν. Ὡς δὲ κραυγὴ, καὶ θροῦς ἤρθη, αἰσθόμενοι οἱ ἔνδον, κελεύσαντος τοῦ βασι-
D λέως σκέψασθαι τί εἴη τὸ πρᾶγμα, ἤνοιξαν τὰς πύλας, εἰς ἃς εἰσπίπτουσιν οἱ πολέμιοι, καὶ ἀφικνοῦνται πρὸς τὸν βασιλέα. Καὶ ἤδη ἑστηκότα αὐτὸν καὶ ἐσπασμένον ὃν εἶχεν ἀκινάκην, εὑρίσκουσι·

Καὶ τοῦτον μὲν οἱ σὺν Γαδάτᾳ καὶ Γωβρύᾳ ἐχειροῦντο. Οἱ δὲ σὺν αὐτῷ ἔθνησκον, οἱ μὲν ἀμυνόμενοι, οἱ δὲ φεύγοντες. Ὁ δὲ Κῦρος διέπεμπε τὰς τῶν ἱππέων τάξεις κατὰ τὰς ὁδοὺς, προειπὼν, οὓς μὲν ἔξω λαμβάνοιεν, κτείνειν, τοὺς δ' ἐν ταῖς οἰκίαις κηρύττειν τοὺς Συριστὶ ὁμιλεῖν ἐπισταμένους, ἔνδον μένειν· εἰ δέ τις ἔξω ληφθείη, ὅτι θανεῖται. Ἐν τοιούτῳ δὲ Γαδάτας καὶ Γωβρύας ἧκον, καὶ ὅτι τὸν ἀνόσιον βασιλέα ἐτιμωρήσαντο, πρῶτον μὲν θεοὺς προσεκύνουν, ἔπειτα Κύρου κατεφίλουν χεῖρας καὶ πόδας. Ὁ μὲν οὖν Ξενοφῶν (3) τὰ περὶ τοῦ Κύρου ἱστορῶν, τὸ ὄνομα τοῦ ἁλόντος βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων οὐ λέγει. Ὁ δὲ Ἰώσηππος ἐν τῷ δεκάτῳ λόγῳ τῆς *Ἀρχαιολογίας*, τὸν Βαλτάσαρ τοῦτον εἶναι ἱστορεῖ, ᾧ καὶ ἡ χεὶρ ἐφάνη ἐκ τοῦ τείχους προϊοῦσα, καὶ γράφουσα τὰ ἤδη προγραφέντα γράμματα, ὧν τὴν δήλωσιν ἡρμήνευσεν ὁ Δανιήλ.

Variæ lectiones et notæ.

(3) *Ὁ μὲν οὖν Ξενοφῶν*, etc. Absunt hæc pariter a ms. Colb.

KE' Ἡμέρας δὲ γενομένης, ὡς ᾔσθοντο οἱ τὰς A ἄκρας ἔχοντες, ἑαλωκυῖαν τὴν πόλιν, καὶ τὸν βασιλέα σφῶν τεθνηκότα, παραδιδόασι καὶ τὰς ἄκρας. Ὁ δὲ Κῦρος εἰς αὐτὰς φρουράρχους καὶ φρουροὺς ἔπεμπεν. Εἶτα τοὺς μάγους καλέσας, ὡς δοριαλώτου τῆς πόλεως οὔσης, ἀκροθίνια τοῖς θεοῖς ἐκέλευσεν ἐξελεῖν, καὶ οἰκίας δὲ διεδίδου, καὶ ἀρχεῖα τοῖς κοινωνήσασι τῶν πεπραγμένων αὐτῷ, καὶ ἑαυτῷ δὲ κατασκευάσαι διανενόητο δίαιταν πρέπουσαν βασιλεῖ. Ἵνα δὲ μὴ τοῖς φίλοις ἐπίφθονος γένηται, σὺν γνώμῃ αὐτῶν τοῦτο ποιῆσαι ἠθέλησε. Καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς, δι' ὧν εἶπεν ἔπεισεν ἐκείνους τοῦτο αἰτήσασθαι, κἀντεῦθεν εἰς τὰ βασίλεια εἴσεισι, καὶ φύλακας περὶ ἑαυτὸν ποιεῖται, καὶ τοὺς περὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα θεραπευτῆρας ἐξέτεμε, καὶ εὐνούχους πεποίηκε. B Δορυφόρους δ' εἵλετο Πέρσας περὶ μυρίους, καὶ ἐν τῇ πόλει δὲ φρουροὺς ἔταξεν ἱκανούς. Ταῦτα δὲ ποιήσας, τοὺς ἐντιμοτέρους τῆς στρατιᾶς ἐξήσκει, μὴ ἀπόνως βιοῦν, καὶ καθ' ἡδυπάθειαν· καὶ τῶν μὲν ἄλλων πραγμάτων ἄλλους ἐπιμελητὰς κατεστήσατο, προσόδων ἀποδεκτῆράς φημι, καὶ δοτῆρας δαπανημάτων, ἔργων τε ἐπιστάτας, καὶ κτήσεων φύλακας, καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐπιμελητὰς τῶν πρὸς δίαιταν, καὶ ἵππων καὶ κυνῶν φροντιστάς. Οὓς δ' ᾤετο χρῆναι φύλακας τῆς εὐδαιμονίας ἔχειν, ἑαυτῷ τὴν τούτων προσέταττεν ἐπιμέλειαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ χρήμασιν εὐεργετεῖν αὐτῷ προσεγένετο, ἔγνω ὡς οὐδέν ἐστιν εὐεργέτημα ἀνθρώποις εὐχαριτώτερον, ἢ σίτων καὶ ποτῶν μετάληψις. Διὸ καὶ ὑπέταξε πολλὰ αὐτῷ παρατίθεσθαι ὅμοια, οἷς αὐτὸς σιτοῖτο, καὶ ἱκανὰ C παμπόλλοις ἐσόμενα. Καὶ τὰ παρατιθέμενα, πλὴν οἷς αὐτὸς καὶ οἱ σύνδειπνοι χρήσαιντο, διεδίδου, καὶ φιλοδωρότατος ἀνθρώπων ἐγένετο. Ἀλλὰ τὸ μὲν μεγέθει δώρων ὑπερβάλλειν πλουσιώτατον ὄντα, οὐ θαυμαστόν· τὸ δὲ τῇ θεραπείᾳ καὶ ἐπιμελείᾳ τῶν φίλων βασιλεύοντα περιγίνεσθαι, τοῦτο ἀξιολογώτερον. Καὶ λόγος δὲ αὐτοῦ ἀπομνημονεύεται, παραπλήσια ἔργα εἶναι νομέως ἀγαθοῦ καὶ βασιλέως. Τόν τε γὰρ νομέα ἔλεγε χρῆναι εὐτραφῆ τὰ κτήνη ποιοῦντα χρῆσθαι αὐτοῖς ἤδη· τόν τε βασιλέα ὡσαύτως εὐδαίμονας πόλεις καὶ ἀνθρώπους ποιοῦντα, χρῆσθαι αὐτοῖς. Λέγεται δὲ καὶ τὸν Κροῖσον εἰπόντα ποτὲ πρὸς αὐτὸν, ὡς διὰ τὸ πολλὰ διδόναι πένης ἔσοιτο, ἐρωτηθῆναι παρὰ Κύρου, Πόσα ἂν ἤδη μοι χρήματα οἴει εἶναι, εἰ χρυσίον ὡς σὺ κελεύεις συνέλεγον, ἐξότου ἐν τῇ ἀρχῇ εἰμι; καὶ τὸν Κροῖσον D εἰπεῖν, πολύν τινα ἀριθμόν. Τὸν δὲ Κῦρον φάναι· *Ἄγε δὴ, ὦ Κροῖσε, σύμπεμψον ἄνδρα σὺν Ὑστάσπᾳ τούτῳ. Σὺ δὲ, Ὑστάσπα, περιελθὼν τοὺς φίλους, λέγε αὐτοῖς, ὅτι δέομαι χρυσίου πρὸς πρᾶξίν τινα, καὶ κέλευε αὐτοὺς, ὁπόσα ἂν ἕκαστος δύναιτο, πορίσαι μοι χρήματα, καὶ γράψαντας καὶ κατασημηναμένους δοῦναι τὰς ἐπιστολὰς τῷ Κροίσου θεράποντι.* Ταῦτα δὲ ὅσα ἐνετέλλετο τῷ Ὑστάσπᾳ γράψας καὶ σημηνάμενος, δέδωκεν αὐτῷ φέρειν πρὸς τοὺς φίλους. Ἔγραψε δὲ πρὸς πάντας, καὶ Ὑστάσπαν ὡς φίλον αὐτοῦ δέχεσθαι. Ἐπεὶ δὲ περιῆλθε, καὶ ἤνεγκεν ὁ Κροίσου θεράπων τὰς ἐπιστολὰς, ὁ Ὑστάσπας εἶπεν· *Ὦ Κῦρε βασι-*

A XXV. Cum diluxisset, et castellani urbis captivitatem et sui regis ædem cognovissent: arces Cyro tradunt, qui præfectos et præsidia in eas misit. Deinde magis accersitis, ut urbe expugnata diis primitias immolat, ædes et palatia rerum gestarum sociis assignat, atque ipse etiam vitæ rationem rege dignam instituit: camque, quominus invidiosa esset, de amicorum sententia inchoat: ac dicendo consequitur, ut ipsi id a se postularent. Regiam ingressus, satellites legit, sui corporis ministros castrat ac eunuchos facit: satellites Persarum circiter x millia legit, urbem justo præsidio firmat. His factis, qui honoratiores erant in exercitu, eos ita ornat, ne ignavam et luxuriosam B vitam agerent, ac aliarum rerum curam aliis mandat, alios reditus accipere, alios sumptibus, alios operis præesse, alios possessiones custodire, alios commeatus et annonam, alios equos et canes curare. Eorum autem curam, qui felicitatem tueri debeant, ipse suscipit. Eas porro facultates consecutus, ut liberalis in alios esse posset, nullum mortalibus beneficium jucundius esse cogitans cibi et potus communione, plurima sibi fercula iis similia quibus ipse vesceretur, apponi jussit, quam plurimis suffectura: eaque exceptis iis quibus ipse cum convictoribus suis frueretur, distribuebat. Ac cum liberalissimum et munificentissimum fuisse, minus est in tantis opibus mirandum: sed regem observantia et cura superare amicos, id vero magis est C memorabile. Qua de re dictum ejus quoddam refertur, consimilia esse munera boni pastoris et regis. Nam et pastorem decere saginatis in primis a se jumentis uti: et regi urbes et homines, quos bearit inservire. Fertur et Crœsum, qui eum ob crebras donationes pauperem fore dixerat, rogasse, quantum sibi pecuniæ esse putaret, si aurum, ut ipse censeat, ex quo regnare cœperit, collegisset? Cumque ille ingentem summam nominasset, dixisse: *Age igitur, Crœse, mitte aliquem cum* **166** *Hystaspe. Tu vero, Hystaspe, adito amicos meos, eisque dicito mihi ad rem quamdam conficiendam auro esse opus, ut quisque quam plurimum possit comparet, idque litteris inscribat atque obsignet, et epistolas Crœsi ministro tradat.* Eadem quæ mandarat, litteris in- D scripta omnia, et obsignata, Hystaspæ tradidit, cumque ab omnibus ut amicum suum tractari jussit. Cum circumissent, et Crœsi minister epistolas attulisset, Histaspes dixit: *Rex Cyre, me quoque nunc utere ut divite. Nam propter commendationem tuam et ipse plurimis affectus sum muneribus.* Tum Cyrus, *Et hic*, inquit, *Crœse, unus est ex thesauris nostris. Tu vero cæteros contemplatus, supputa quanta mihi pecunia sit si fuerit opus.* Is vero longe majorem summam reperiisse fertur, quam in thesauris eum habiturum fuisse dixerat, si collegisset, ac Cyrum dixisse: *Viden', Crœse, et mihi thesauros esse?* Cum autem in animo haberet, ad pulvinaria deorum immortalium supplicatum ire: vocatis principibus Persarum et cæterorum, stolas Medicas inter eos di-

stribuit, quas Persæ tum primum induerunt. Stolis optimis inter optimos distributis, etiam aliis Medicis stolis prolatis (ut enim plurimas pararet, neque purpureis, neque orphninis, neque carycinis, neque puniceis pannis pepercerat) cuique ducum partem earum tradidit, quibus et illi suos exornarent. Rogatus autem a quodam, quando ipse sese ornaturus esset : *Nonne*, inquit, *vobis nunc ornatus esse videor, cum vos ornavi? Nam ubi de amicis fuero bene meritus, qualibet in veste formosus ero.* Supplicatione absoluta et victimis immolatis, cum familiaribus cœnatus est, amicis honoratissimis ad lævam collocatis, ut quæ magis opportuna sit insidiis; cæteris ad dextram. A cœna eos qui ultro in bellis secuti fuerant, dimisit domum, præter eos qui sponte manere vellent : iis vero et agros et ædes dedit, discedentibus tam militibus quam ducibus plurima donavit. Dedit et suis militibus multa de Sardianis pecuniis, pro dignitate cujusque. Qui ut ea acceperant, alii dixere, nimirum ipsum Cyrum habere plurima, qui tam multa largitus esset : alii non id esse Cyri ingenium, ut pecuniam **166** faceret, qui dando quam accipiendo delectetur magis. Quibus Cyrus animadversis, amicis et aliis idoneis advocatis : *Apertissimi*, inquit, *ingenii mihi esse videtur, ut princeps copiis suis palam expositis, de laude bonitatis certet. Et ego igitur, quidquid mearum opum est, quod monstrari possit, ostendam : quæ ostendi nequeunt, enarrabo.* His dictis res multas et præclaras deprompsit. Quæ vero reposita erant, nec proferri facile poterant, recensuit : *Et hæc*, inquit, *viri, non tam mea sunt existimanda, quam etiam vestra. Nam ea colligo, ut qui honeste se erga nos gesserit, eum remunerari queam : et si cui vestrum quid opus fuerit, a me aiii pelat.*

A *λεῦ, καὶ ἐμοὶ ἤδη ὡς πλουσίῳ χρῶ. Πάμπολλα γὰρ ἔχων πάρειμι δῶρα, διὰ τὰ σὰ γράμματα.* Καὶ ὁ Κῦρος· *Εἷς μὲν τοίνυν, ὦ Κροῖσε*, εἶπε, *καὶ οὗτος ἡμῖν θησαυρός. Τοὺς δὲ ἄλλους καταθεῶ, καὶ λόγισαι πόσα μοί ἐστιν ἕτοιμα χρήματα, ἤν τι δέωμαι χρῆσθαι.* Λέγεται δὴ λογιζόμενος ὁ Κροῖσος πολλαπλάσια εὑρεῖν, ἢ ἔφη Κύρῳ ἂν εἶναι ἐν τοῖς θησαυροῖς, εἰ συνέλεγεν. Ἐπὶ τούτοις δὲ τὸν Κῦρον εἰπεῖν· *Ὁρᾷς, ὦ Κροῖσε, ὡς εἰσὶ καὶ ἐμοὶ θησαυροί.* Δόξαν δὲ αὐτῷ εἰς τοῖς θεοῖς ἐξῃρημένα τεμένη, ποιήσασθαι προπομπὴν (4), καλέσας τοὺς τὰς ἀρχὰς ἔχοντας Περσῶν τε καὶ τῶν ἄλλων, διέδωκεν αὐτοῖς στολὰς Μηδικὰς, καὶ τότε πρῶτον Πέρσαι Μηδικὴν στολὴν ἐνεδύσαντο. Ἐπεὶ δὲ τοῖς κρατίστοις διέδωκε τὰς κρατίστας στολὰς, ἐξέφερε, καὶ B ἄλλας Μηδικὰς στολὰς, παμπόλλας γὰρ παρεσκευάσατο, οὔτε πορφυρίδων φειδόμενος, οὔτε ὀρφνίνων, οὔτε φοινικίδων (5), οὔτε καρυκίνων ἱματίων· νείμας δ' ἑκάστῳ τῶν ἡγεμόνων μέρος αὐτῶν, ἐκέλευσε τούτοις τοὺς ὑπ' αὐτοὺς κοσμεῖν. Καί τις τῶν παρόντων ἐπήρετο αὐτόν· *Σὺ δὲ, ὦ Κῦρε, πότε κοσμήσῃ;* Ὁ δὲ, *Οὐ γὰρ νῦν*, ἔφη, *δοκῶ ὑμῖν αὐτὸς κοσμεῖσθαι, ὑμᾶς κοσμῶν; ἢν γὰρ δύνωμαι τοὺς φίλους ποιεῖν εὖ, ὁποίαν ἂν ἔχω στολὴν ἐγὼ, ἐν ταύτῃ καλὸς φανοῦμαι.* Ποιήσας δὲ τὴν προπομπὴν, καὶ θύσας τοῖς θεοῖς μετὰ τῶν φίλων ἐδείπνει, οὓς μὲν μάλιστα ἐτίμα, παρὰ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα καθίσας, ὡς εὐεπιβουλευτέρας ταύτης οὔσης ἢ τῆς δεξιᾶς· τοὺς δ' ἄλλους παρὰ τὴν δεξιάν. Μετὰ C δέ γε τὸ δεῖπνον τοὺς ἐθελουσίους αὐτῷ συμμαχήσαντας ἀπέπεμψεν οἴκαδε, πλὴν τῶν βουληθέντων παρ' αὐτῷ καταμεῖναι. Τούτοις δὲ καὶ χώραν καὶ οἴκους ἔδωκε. Τοῖς δ' ἀπιοῦσι καὶ στρατιώταις καὶ ἄρχουσι πολλὰ ἐδωρήσατο, εἶτα καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν στρατιώταις καὶ ἡγεμόσι πολλὰ διένειμεν, ὅσα ἐκ Σάρδεων ἔλαβε χρήματα, πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ. Ὡς δὲ εἰλήφεσαν τὰ δοθέντα, ἔλεγον περὶ τοῦ Κύρου· Ἦπου αὐτός γε πολλὰ ἔχει, ὅτι καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ τοσαῦτα δέδωκεν. Οἱ δ' ἔλεγον, Οὐχ ὁ Κύρου τρόπος τοιοῦτος, ὡς χρηματίζεσθαι, ἀλλὰ διδοὺς μᾶλλον ἢ κτώμενος ἥδεται. Αἰσθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Κῦρος, συνέλεξε τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἐπικαιρίους ἅπαντας, καὶ εἶπεν· *Ἁπλουστάτου μοι δοκεῖ εἶναι ἤθους, τὸ τὴν δύναμιν τὸν ἄρχοντα φανερὰν ποιησάμενον ἐκ ταύτης ἀγωνίζεσθαι περὶ καλοκαγαθίας. Κἀγὼ οὖν*, ἔφη, *βούλομαι ὑμῖν ὅσα μὲν οἷόν τε ἐστὶ τῶν ἐμοὶ ὄντων ἰδεῖν, δεῖξαι· ὅσα δὲ μὴ οἷόν τε ἰδεῖν, διηγήσασθαι.* Ταῦτα εἰπὼν, τὰ μὲν ἐδείκνυ πολλὰ καὶ καλὰ χρήματα· τὰ δὲ κείμενα, ὡς μὴ ῥᾴδιον εἶναι ἰδεῖν, διηγήσατο· Καὶ εἶπεν, *Ὦ ἄνδρες, ταῦτα οὐδὲν μᾶλλον ἐμὰ δέον ἡγεῖσθαι, ἢ καὶ ὑμέτερα. Ἐγὼ γὰρ ταῦτα ἀθροίζω, ὅπως ἔχω τῷ καλόν τι ὑμῶν ποιοῦντι διδόναι· καὶ ὅπως, ἤν τις ὑμῶν τινὸς δέηται, λάβῃ πρὸς μεϊών.*

XXVI. Rebus Babylone compositis, reditum in Persiam parat. In Mediam progressus, se ad Cyaxarem convertit : eoque salutato, et multis egre-

D ΚϚʹ. Ὅτε δὲ τὰ ἐν Βαβυλῶνι εὖ κατεστήσατο, εἰς Πέρσας ἀπελθεῖν ἡτοιμάζετο. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος γίνεται κατὰ τὴν Μηδικὴν, τρέπεται ὁ Κῦρος πρὸς

Variæ lectiones et notæ.

(4) *Προπομπήν.* Supra, εἶτα τοὺς μάγους καλέσας, ὡς δοριαλώτου τῆς πόλεως οὔσης, ἀκροθίνια τοῖς θεοῖς ἐκέλευσεν ἐξελεῖν. Locus paulo intricatior est. Ποιήσασθαι προπομπὴν εἰς τὰ τεμένη, est *ire supplicatum ad pulvinaria deorum.* Sed τὰ τοῖς θεοῖς ἐξῃρημένα τεμένη, videntur esse fana de manubiis constructa ; nisi forte non ædificia, sed luci diis consecrati intelligantur. W.

(5) *Οὔτε ὀρφνίνων, οὔτε καρυκκίνων ἱματίων.* Ms. cod. καρυκίνων, atque ita reposuimus; ὄρφνινον, esse colorem nigricantem, qualis sit combustæ purpuræ, Joach. Camerarius ex Platone in *Timæo* adnotat. Philadelphus in Xenophonte Ferrugineum vertit. Pollux τὰ μέλανα ἱμάτια dicta fuisse ὄρφνινα tradit; unde Hesychio ὀρφνίον et ὀρφνὶς μέλαν ἱμάτιον exponitur. De carycino colore agimus in Gloss. med. Græcit.

Κυαξάρην, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν εἶπεν, ὅτι οἶκος αὐτῷ ἐν Βαβυλῶνι ἐξῄρηται· καὶ δῶρα παρέσχεν αὐτῷ πολλὰ καὶ καλά. Ὁ δὲ Κυαξάρης προσέπεμψεν αὐτῷ τὴν θυγατέρα στέφανόν τε χρυσοῦν, καὶ ψέλλια φέρουσαν, καὶ στρεπτὸν, καὶ στολὴν Μηδικὴν καλλίστην· καὶ ἡ μὲν παῖς ἐστεφάνου τὸν Κῦρον. Ὁ δὲ Κυαξάρης· *Δίδωμί σοι, ἔφη, ὦ Κῦρε, καὶ αὐτὴν ταύτην γυναῖκα, θυγατέρα οὖσαν ἐμὴν, ἐπιδίδωμι δὲ αὐτῇ καὶ φερνὴν Μηδίαν πᾶσαν· οὐδὲ γάρ ἐστί μοι ἄῤῥεν παῖς γνήσιος.* Ὁ δὲ Κῦρος· Τὸ μὲν γένος, ὦ Κυαξάρη, ἐπαινῶ, εἶπε, καὶ τὴν παῖδα, καὶ τὰ δῶρα. Βούλομαι δὲ σὺν γνώμῃ τοῦ πατρός τε καὶ τῆς μητρὸς γῆμαι αὐτήν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, εἰς Πέρσας ἐπορεύετο. Ἐν δὲ τοῖς Περσῶν ὁρίοις ἐλθὼν, τὸ μὲν στράτευμα ἐκεῖ κατέλιπεν. Αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς φίλοις τὴν πόλιν εἰσῄει, ἱερεῖα ἄγων πᾶσι Πέρσαις ἱκανὰ θύειν καὶ ἑστιᾶσθαι· δῶρα δὲ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ ἔφερεν οἷα εἰκὸς ἦν, καὶ τοῖς φίλοις, οἷα δ' ἔπρεπεν ἀρχαῖς καὶ γεραιτέροις. Ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσι Πέρσαις, ἀλλὰ μὴν καὶ Περσίσι, καὶ χρόνον τινὰ τοῖς τεκοῦσι συνδιατρίψας, ἀπῄει. Καὶ γενόμενος ἐν Μήδοις, συνδόξαν τῷ πατρὶ, γαμεῖ τὴν Κυαξάρου θυγατέρα. Γήμας δ' εὐθὺς ἔχων αὐτὴν ἀνεζεύγνυεν. Ὡς δ' ἧκεν εἰς Βαβυλῶνα, σατράπας ἐπὶ τὰ κατεστραμμένα ἔπεμπεν ἔθνη, εἰς Ἀραβίαν δηλαδὴ καὶ Καππαδοκίαν, εἰς Φρυγίαν τε τὴν μεγάλην, εἰς Λυκίαν τε καὶ Ἰωνίαν, εἰς Καρίαν, εἰς Φρυγίαν τὴν παρ' Ἑλλήσποντον, καὶ Αἰολίδα. Κίλιξι δὲ καὶ Κυπρίοις καὶ Παφλαγόσιν οὐκ ἔπεμψε σατράπας, ὅτι ἑκόντες ἐδόκουν αὐτῷ συστρατεύεσθαι. δασμοὺς μέντοι καὶ οὗτοι ἀπέφερον. Ἵνα δὲ, μεγάλης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς οὔσης, ταχέως καὶ πόῤῥωθεν οἱ κομίζοιντο ἀγγελίαι, ἐσκέψατο πόσην ἂν ὁδὸν ἵππος ἐλαυνόμενος ἀνύῃ, καὶ ἱππῶνας τοσοῦτον ἀλλήλων διέχοντας ἐποιήσατο, καὶ ἵππους κατέστησεν ἐν αὐτοῖς, καὶ τοὺς αὐτῶν ἐπιμελομένους, καὶ ἄνδρα ἐφ' ἑκάστῳ ἔταξε τὸν ἐπιτήδειον παραδέχεσθαι τὰ φερόμενα γράμματα, καὶ παραδιδόναι, καὶ παραλαμβάνειν τοὺς ἀπειρηκότας ἵππους, καὶ ἄλλους πέμπειν νεαλεῖς. Ἤδη δὲ παρελθόντος ἐνιαυτοῦ, στρατείαν ἐποιήσατο, ἐν ᾗ λέγεται καταστρέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα Συρίαν εἰσβάντι οἰκεῖ, μέχρις Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύει ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ καταστρέφεται καὶ αὐτὴν, ὡς ἐντεῦθεν ὁρίζειν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν πρὸς ἕω μὲν τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν· πρὸς ἄρκτον δὲ, τὸν Πόντον τὸν Εὔξεινον· πρὸς δ' ἑσπέραν, Κύπρον καὶ Αἴγυπτον· τὴν δ' Αἰθιοπίαν πρὸς μεσημβρίαν. Αὐτὸς δ' ἐν μέσῳ τούτων πεποιημένος τὴν δίαιταν, ἐν Βαβυλῶνι μὲν μῆνας διῆγεν ἑπτὰ, τὸν χρόνον δὴ τὸν χειμέριον· ἀλεεινὴ γὰρ αὕτη ἡ χώρα· τρεῖς δὲ μῆνας τοὺς ἀμφὶ τὸ ἔαρ ἐν Σούσοις. Ἐν δ' Ἐκβατάνοις δύο διῆγε μῆνας τὴν τοῦ θέρους ἀκμήν. Οὕτω δὲ ζήσας ὁ Κῦρος, καὶ μάλα πρεσβύτης γενόμενος, ἀφικνεῖται εἰς Πέρσας τὸ ἕβδομον, πάλαι τῶν τοκέων τετελευτηκότων αὐτῷ. Καὶ κοιμωμένῳ κατὰ τὰ βασίλεια, ἔδοξεν αὐτῷ κατ' ὄναρ τις προσελθεῖν κρείττων ἢ κατὰ ἄνθρωπον, λέγων· *Συσκευάζου, ὦ Κῦρε, ἤδη γάρ σε μεταπέμπονται οἱ θεοί.* Ἐκ τούτου δ' εἴκαζεν, ὅτι

A giis muneribus affecto, ait, domum etiam illi Babylone assignatam esse. At Cyaxares filiam ad eum mittit, cum aurea corona, armillis, torque et veste Medica pulcherrima; illa Cyrum coronat. Rex vero: *Hanc*, inquit, *Cyre, filiam meam, uxorem tibi do, et totam Mediam doti dico. Neque enim mihi sunt mores liberi germani.* Ad hæc Cyrus, se et genus laudare, et puellam et munera, sed eam de sententia patris et matris ducturum esse. His dictis, in Persiam contendit, relictoque in finibus exercitu, ipse cum amicis urbem ingreditur, victimas adducens, quæ et ad sacrificandum et ad convivandum Persis omnibus satis essent: parentibus atque amicis munera affert, qualia par erat, et qualia magistratus ac seniores decebant,
B nec non Persis omnibus eorumque uxoribus et liberis. Aliquandiu apud parentes commoratus, in Mediam revertitur: probatoque a patre conjugio, Cyaxaris filiam ducit. Celebratis nuptiis, statim cum ea Babylonem proficiscitur. Inde satrapas ad gentes subactas mittit, ut in Arabiam, Cappadociam, Phrygiam majorem, Lyciam, Ioniam, Cariam, Phrygiam Hellespontiacam et Æoliam. Ad Cilices vero, Cyprios et Paphlagones satrapas non misit, eo quod ultro se ad illum contulisse videbantur; nihilominus tamen et hi tributa pensitabant. Ut **168** autem in tanta imperii amplitudine nuntii celeriter ad se perferrentur, consideravit, quantum itineris equus uno die cursu conficere
C posset: ac tanto intervallo distincta diversoria struxit, equis et equisonibus in iis collocatis, quorum cuique præfecit virum ad recipiendas litteras quæ afferrentur idoneum, qui et traderet et acciperet fatigatos equos, et alios mitteret integros. Anno jam elapso, expeditionem suscepit, in qua omnes gentes quæ ab ingressu Syriæ usque ad mare Rubrum incolunt, subegisse fertur, deinde Ægyptum etiam, ut ejus imperium versus orientem Rubro mari, versus septentrionem, Ponto Euxino: ab occasu, Cypro et Ægypto, versus meridiem Æthiopia terminaretur. Ipse in medio constitutus, septenos menses hiberno tempore, ob regionis teporem, Babylone degit: ternos menses vernos, Susis: Ecbatanis binos æstivo tempore. Vita igitur
D sic acta, senex admodum in Persiam septimum venit, parentibus jam olim defunctis. Ibi in regia dormienti, visus est in somnis apparere vir quidam humana conditione major, qui diceret: *Para te, Cyre, nam dii te nunc accersunt.* Unde conjiciebat, sibi vitæ finem instare: ac tertio die post, filiis (nam eum comitati fuerant), amicis et Persarum magistratibus accersitis: *Mihi*, inquit, *jam vitæ finis instat. Est autem declarandum, cui relinquam imperium, ne controversiæ de eo ortæ vobis negotium facessant. Tu igitur, Cambyse, qui natu major es, regnum teneto, quod tibi et a diis et a me tribuitur. Te vero, Tanaoxare, satrapam constituo Medorum, Armeniorum et Caddusiorum.* Hæc ubi filiis mandarat, multaque præceperat, affatus eos

qui aderant, ac dextra porrecta omnibus, contecta facie, exspiravit. Eo defuncto, statim filii seditionem moverunt, urbes ac provinciæ defecerunt, ac in pejus ruebant omnia. Atque hæc a Xenophonte de Cyro prodita sunt. Sed Herodotus Halicarnasseus ea de Cyri educatione, obitu, totaque vitæ narrat, quæ recensere prolixum fuerit. Mihi vero compendium historiarum scribenti, non convenit verbosum opus contexere : sed satis est ea consectari, quæ probabiliora videntur. **169** Cui vero etiam Herodoti de illo narrationes evolvere libet, is hæc libro primo, cui Clionis Musæ primæ titulum indidit, inveniet.

A παρείη τοῦ βίου ἡ τελευτή, καὶ τριταῖος τοὺς παῖδας ἐκάλεσε (συνείποντο γὰρ αὐτῷ) καὶ τοὺς φίλους καὶ τὰς Περσῶν ἀρχάς, καὶ εἶπεν· *Μοὶ μὲν τοῦ βίου τὸ τέλος ἤδη πάρεστι, δεῖ δὲ σαφηνίσαι περὶ τῆς βασιλείας, τίνι ἔσεται μετ' ἐμέ, ἵνα μὴ πράγματα ὑμῖν παράσχῃ, γενομένη ἀμφίλογος. Σὺ μὲν οὖν, ὦ Καμβύση, πρεσβύτερος ὤν, τὴν βασιλείαν ἔχε, θεῶν διδόντων, λαμοῦ. Σοὶ δέ, ὦ Ταναοξάρη* (6), *εἶναι σατράπῃ δίδωμι Μήδων τε καὶ Ἀρμενίων καὶ Καδδουσίων.* Ταῦτα τοῖς παισὶν ἐντειλάμενος, καὶ παραινέσας πολλά, καὶ προσειπὼν τοὺς παρόντας, καὶ πάντας δεξιωσάμενος, συνεκαλύψατο, καὶ οὕτως ἐξέλιπεν. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἀπῆει, εὐθὺς οἱ παῖδες αὐτοῦ ἐστασίαζον, πόλεις δὲ καὶ ἔθνη ἀφίσταντο, πάντα δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐτρέπετο. Ταῦτα μὲν οὖν τῷ Ξενοφῶντι περὶ Κύρου ἱστόρηται. Ὁ δ' Ἁλικαρνασεὺς Ἡρόδοτος ἄλλα περὶ τῆς Κύρου φησὶν ἀναγωγῆς τε καὶ τελευτῆς, καὶ τῆς λοιπῆς βιοτῆς, ἃ μακρὸν ἂν εἴη διηγεῖσθαι. Ἐμοὶ δ' ἐπιτομὴν ἱστορίας πεποιημένῳ, οὐκ ἐπέοικε τὴν πραγματείαν θέσθαι πολύστιχον, ἀλλ' αὐτὸς μὲν τὰ πιθανώτερα ἔγραψα. Ὅτῳ δ' εἰδέναι βούλημα, καὶ ἅπερ Ἡρόδοτος περὶ αὐτοῦ συνεγράψατο, τὴν ἐκείνου μεταχειρισάμενος βίβλον, εὑρήσει ταῦτα κατὰ τὸν πρῶτον λόγον, ᾧ τὴν πρώτην τῶν Μουσῶν ἐπέγραψε τῇ βίβλῳ τὴν Κλειώ.

LIBER QUARTUS.

A potitus, Cleopatram Ptolemæi Philometoris filiam ducit, Jonatha etiam ad nuptias invitato. Qui cum Ptolemaidem venisset, tam a Ptolemæo quam ab Alexandro honorifice est exceptus. Demetrio porro, defuncti Demetrii filio cum ingentibus copiis ex Creta in Ciliciam profecto, Alexander sollicitus Antiochiam properat, ad loca illa in tuto collocanda, Syria Apollonio Dao mandata. Qui cum Jonatha expostulans, quod solus regi non pareret, objecta ignavia, ad pugnam eum provocavit. Iis verbis commotus pontifex, prælium cum Apollonio committit: et multis hostium cæsis, atque urbibus Syriæ captis, cum luculenta præda victor Hierosolyma revertitur. Quo cognito Alexander Jonathæ nuntiari jubet se gaudere clade Apollonii, qui contra B suam sententiam ei amico et socio arma intulerit. Sed Ptolemæus Philometor Alexandro classe et pedestribus copiis opem ferens, Ptolemaide insidiis generi, quas per Ammonium e suis amicis quemdam struxerat, pene interisset: quibus evitatis, dedi sibi postulavit Ammonium, quod Alexandro detrectante, eum insidiarum fuisse conscium judicans, et belli societate abstinuit, et affinitatem diremit, et filiam ab eo avulsam, et auxilia Demetrio per legatos pollicetur: quarum conditionum utramque illo alacriter amplexo, Antiochenis persuadere conatus est, ut Demetrium reciperent, idque ob Alexandri odium propter paternas injurias et Ammonium, facile impetratum. Illo igitur C ejecto, atque in **212** Ciliciam profecto, Antiocheni Ptolemæum regem declararunt, et bina diademata, ut et Ægypti et Syriæ regem, gestare coegerunt. At ille ut homo prudens futura considerans, ne Romanorum odia, quorum opes magnæ essent, susciperet, Antiochenis persuadet, ut Demetrium recipiant: et Alexandrum Syriam cum ingenti exercitu invadentem, et Antiochenum agrum urentem, Demetrio socio, cui jam filiam desponderat, prælio commisso profligat. Alexander itaque victus, in Arabiam confugit. Ptolemæus, equo elephanti barritu perterrito excussus, et ab hostibus circumdatus, multa in capite vulnera accepit, et a satellitibus ægre ereptus, quatuor dies sensu et sermone destitutus jacuit. Quinto die non-D nihil recreatus, et capite Alexandri accepto, ab Arabiæ dynasta misso, interitu inimici delectatus, ipse quoque paulo post obiit.

Variæ lectiones et notæ.

(32) *Περιθέσθαι*. Colb. παραθέσθαι.

στάντων αὐτὸν, μόλις δ' ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων ἐξαρπασθεὶς, ἐφ' ἡμέρας ἔκειτο τέσσαρας, μήτε συνιεὶς, μήτε μέντοι φθεγγόμενος. Ἀνενεγκὼν δὲ τῇ πέμπτῃ τῶν ἡμερῶν, καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου δεξάμενος κεφαλὴν, παρὰ τοῦ τῶν Ἀράβων δυνάστου πεμφθεῖσαν αὐτῷ, καὶ ἡδυνθεὶς ἐπὶ τῇ ἐκείνου φθορᾷ, καὶ αὐτὸς μετὰ μικρὸν ἐτελεύτησε.

XXIV. Demetrius Nicanor Asia potitus, cum post Alexandrum annos quinque regnasset, milites Ptolemæi corrumpere cœpit, et societatis et affinitatis immemor: qui cum elusa illius calliditate, Alexandriam redirent, elephantis ipse potitus est. Jonatha vero arcem Hierosolymitanam, in qua Macedonum et Judæorum desertorum præsidium erat, oppugnante: quidam noctu elapsi, Demetrio obsidionem nuntiarunt. Is cum exercitu Ptolemaidem profectus, Jonatham per litteras ad se accersit. Ille vero non omissa obsidione, sacerdotibus et populi senioribus assumptis, illataque magna pecunia, Demetrium placat: a quo honos ei habitus est, et pontificia dignitas confirmata. Cum vero Demetrium rebus pacatis nullum bellum timentem, ob imminuta stipendia, militum odia suscepisse, quidam ex Alexandri ducibus Tryphon cognovisset, a Malcho Arabe Alexandri filium Antiochum, qui ibi educabatur, aufert, quod ei paternum imperium se velle restituere diceret. Demetrius autem Jonathæ societate multis pollicitationibus impetrata, ac tribus millibus militum ab eo acceptis, Antiochenos, qui ob acceptas injurias succensentes, seditionem moverant, in fugam vertit, urbem incendit, multos occidit: donec arma ponere, et se **213** illius fidei permittere sunt coacti. Seditione hoc modo compressa, Judæos donis affectos Hierosolyma remisit, Jonathæ gratias egit. Sed post adeo promissis non stetit, ut et bellum ei minatus fuerit: idque re ipsa intulisset, nisi Tryphon ex Arabia in Syriam reversus, Antiochum tum adolescentulum diademate ornasset, ac Demetrio bellum intulisset, acceptis iis militibus, qui ob stipendiorum imminutionem illum reliquerant. Is Tryphon prælio victor, cum Antiochiam et elephantes cepisset, Demetrius in Ciliciam abit. Jonathas vero ab Antiocho puero ad belli societatem accersitus, ei se et socium et amicum fore, et Demetrio bellum illaturum pollicetur. Et rem statim aggressus, effecit ut multæ urbes Syriacæ a Demetrio ad illum deficerent. Deinde Simone fratre in Judæa relicto, contra Demetrii duces est profectus. Simon quoque Besura Judææ oppidum, in quo Demetrii præsidium erat, in eas angustias obsidione compulit, ut fide accepta milites discederent, et suum illi præsidium imposuit. Jonathas vero Demetrii ducibus profligatis, et ad duo millia hostium cæsis, Hierosolyma reversus, legatos Romam misit ad pristinam amicitiam renovandam. Qui prioribus decretis a senatu confirmatis, in reditu Spartam venerunt (nam id quoque mandarat Jonathas) et a Spartanis amanter excepti sunt, Judæis amicitia et societate promissa. Demetrii duces acceptam cladem resarcire cupientes, majores copias contra

ΚΔ'. Παραλαβὼν δὲ τὴν τῆς Ἀσίας βασιλείαν Δημήτριος ὁ Νικάνωρ μετὰ Ἀλέξανδρον ἔτη βασιλεύσαντα πέντε, ἤρξατο διαφθείρειν τὸ τοῦ Πτολεμαίου στρατιωτικὸν, τῆς τε συμμαχίας καὶ συγγενείας ἀμνημονήσας. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται, τὴν πεῖραν ἐκείνου διακρουσάμενοι, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀνεχώρησαν, τῶν δ' ἐλεφάντων ἐκράτησεν. Ἰωνάθης δὲ ὁ ἀρχιερεὺς ἐπολιόρκει τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἀκρόπολιν, ἔχουσαν ἔνδον Μακεδόνας φρουροὺς, καὶ τῶν ἀσεβησάντων Ἰουδαίων τινάς· ὧν τινες, νυκτὸς ἐξελθόντες, τῷ Δημητρίῳ τὴν πολιορκίαν ἀπήγγειλαν. Καὶ ὃς ἧκε σὺν δυνάμει πρὸς Ἰωνάθην, καὶ ἐν Πτολεμαΐδι γενόμενος, γράφει αὐτῷ πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι. Ὁ δὲ τὴν πολιορκίαν οὐκ ἔπαυσε, τοὺς ἱερεῖς δὲ καὶ τοὺς τοῦ λαοῦ πρεσβυτέρους παραλαβὼν, καὶ χρήματα πολλὰ κομίζων, ἧκε πρὸς τὸν Δημήτριον. Καὶ τούτοις αὐτὸν θεραπεύσας, ἐτιμήθη παρ' αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐβεβαιώσατο. Ὡς δὲ μή τινος ἐπικειμένου πολέμου, τὸν μισθὸν τῶν στρατιωτῶν ἠλάττωσεν ὁ Δημήτριος, κἀντεῦθεν ἦν αὐτοῖς μισητός. Γνοὺς τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος Ἀλεξάνδρου τις στρατηγὸς, Τρύφων ἐπικληθεὶς, πρὸς Μάλχον τὸν Ἄραβα παραγίνεται, καὶ παῖδα τοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀντίοχον τρεφόμενον παρ' αὐτῷ ἐζήτει, λέγων ἀποκαταστήσειν αὐτῷ τὴν πατρῴαν ἀρχήν· καὶ ὃς δίδωσι. Δημήτριος δὲ, πρὸς Ἰωνάθην στείλας, συμμαχίαν ἐζήτει, πολλὰς αὐτῷ ἐπαγγελλόμενος χάριτας. Πέμπει τοίνυν αὐτῷ τρισχιλίους, δι' ὧν ἐπαναστάντας αὐτῷ τοὺς Ἀντιοχεῖς δι' ἀπέχθειαν, ἣν ἔτρεφον, ὅτι κακῶς ἔπασχον ὑπ' αὐτοῦ, ἐτρέψατο, καὶ τὴν πόλιν ἐνέπρησε, καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἔκτεινε, μέχρις ἐβιάσθησαν ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ἑαυτοὺς αὐτῷ παραδοῦναι. Ἡ μὲν οὖν στάσις οὕτως ἐπαύθη· ὁ δὲ τοὺς Ἰουδαίους ἀνέπεμψε πρὸς Ἰωνάθην, αὐτοῖς μὲν δωρησάμενος, ἐκείνῳ δὲ χάριτας ὁμολογῶν. Ὕστερον δὲ καὶ τὰς ὑποσχέσεις ἐψεύσατο, καὶ πόλεμον ἠπείλησεν αὐτῷ. Καὶ ἤγαγεν ἂν εἰς ἔργον τὰς ἀπειλὰς, εἰ μὴ Τρύφων, ἐκ τῆς Ἀραβίας εἰς τὴν Συρίαν ἐπανελθὼν, τῷ Ἀντιόχῳ, μειρακίῳ τότε τυγχάνοντι, διάδημα περιέθετο, καὶ πόλεμον πρὸς τὸν Δημήτριον συνεκρότησε, προσχωρησάντων αὐτῷ τῶν στρατιωτῶν, ὅσοι διὰ τὴν μείωσιν τοῦ μισθώματος καταλελοίπασι τὸν Δημήτριον. Ἐπικρατέστερος οὖν ὁ Τρύφων ἐν τῇ μάχῃ γενόμενος, καὶ τὴν Ἀντιόχειαν λαμβάνει, καὶ τοὺς ἐλέφαντας. Ὁ δὲ Δημήτριος εἰς Κιλικίαν ἀπῆλθε, καὶ ὁ παῖς Ἀντίοχος εἰς συμμαχίαν τὸν Ἰωνάθην μετεκαλέσατο. Ὁ δὲ φίλος εἶναι καὶ σύμμαχος ὡμολόγει, καὶ πολεμήσειν τῷ Δημητρίῳ κατέθετο, καὶ ὥρμησε πρὸς ἔργον εὐθύς. Καὶ πρῶτον πόλεις πολλὰς προσχωρῆσαι τῷ Ἀντιόχῳ πεποίηκεν, ἀποστάσας τοῦ Δημητρίου, εἶτα ἀδελφὸν Σίμωνα ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καταλιπὼν, κατὰ τῶν τοῦ Δημητρίου ἐχώρησε στρατηγῶν. Καὶ ὁ Σίμων Βέσουρα ἐπολιόρκει τῆς Ἰουδαίας χωρίον, ὑπὸ τῶν τοῦ Δημητρίου κατεχόμενον, οἱ τῇ

πολιορκίᾳ στενοχωρηθέντες, πίστεις λαβόντες, ἐξέλιπον τὸ χωρίον. καὶ φρουρὰν ἰδίαν ὁ Σίμων κατέστησεν ἐν αὐτῷ. Ἰωνάθης δὲ, τοῖς στρατηγοῖς συμμίξας τοῦ Δημητρίου, εἰς φυγήν τε αὐτοὺς τρέπεται, καὶ περὶ δισχιλίους ἀνελὼν ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ εἰς Ῥώμην πρεσβείαν ἐποιήσατο, τὴν προτέραν φιλίαν ἣν πρὸς τὸ ἔθνος εἶχον, ἀνανεώσασθαι. Οἱ δὲ τῆς βουλῆς τὰ πρότερον ἐψηφισμένα καὶ αὖθις ἐκύρωσαν. Ἐπανερχόμενοι δὲ οἱ πρέσβεις, καὶ εἰς τὴν Σπάρτην ἀφίκοντο, καὶ τοῦτο ἐντεταλμένον ἔχοντες παρὰ τοῦ Ἰωνάθου. Καὶ οἱ Σπαρτιᾶται δὲ τοὺς πρεσβευτὰς φιλοφρόνως προσήκαντο, καὶ ψήφισμα περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας πρὸς Ἰουδαίους ἔθεντο. Τοῦ Δημητρίου μέντοι οἱ στρατηγοὶ τὴν ἧτταν ἀναμαχέσασθαι σπεύδοντες, μετὰ δυνάμεως πλείονος ἦλθον κατὰ τοῦ Ἰωνάθου (53). Ὁ δὲ αὖθις αὐτοῖς ὀξέως ἀπήντησεν. Ἀποδειλιάσαντες δὲ πρὸς φανερὰν μάχην ἀντικαταστῆναι αὐτῷ, νυκτὸς ἔφυγον. Μεθ' ἡμέραν δὲ γνοὺς τὴν φυγὴν Ἰωνάθης, ἐπεδίωξε μὲν, οὐ κατέλαβε δέ· ἀλλ' εἰς Ἀραβίαν ἐλθὼν, καὶ τοῖς Ναβατηνοῖς ἐπελθὼν, καὶ λείαν ἐκεῖθεν ἀπελάσας πολλὴν, καὶ αἰχμαλώτους λαβὼν, ἐπανῆλθε. Συναγαγὼν δὲ τὸν λαὸν, συνεβούλευε τὰ τείχη τῶν Ἱεροσολύμων ἀνακαινίσαι, καὶ ἀνορθῶσαι ὅσον τοῦ περιβόλου τοῦ ἱεροῦ καθῄρητο. Καὶ ἀρεσάσης πᾶσι τῆς συμβουλῆς, αὐτὸς μὲν ἔργου εἴχετο, τὸν δὲ ἀδελφὸν Σίμωνα ἔπεμψε τὴν χώραν ἀσφαλισόμενον. Ὁ δέ γε Δημήτριος εἰς Μεσοποταμίαν ἧκεν, ὡς τὴν Βαβυλῶνα καὶ τὰς ἄνω σατραπείας παραληψόμενος. Οἱ γὰρ ταύτας κατοικοῦντες Ἕλληνες καὶ Μακεδόνες παραδώσειν ἑαυτοὺς αὐτῷ ἐπηγγέλλοντο, καὶ συγκαταπολεμήσειν Ἀρσάκην τὸν Πάρθων βασιλέα. Καὶ ἐδέξαντο τοίνυν αὐτόν. Καὶ τῷ Ἀρσάκῃ συμβαλὼν, τὴν ἅπασαν ἀπέβαλε στρατιὰν, καὶ αὐτὸς ἐλήφθη. Τρύφων δὲ γνοὺς τοιαῦτα τὰ περὶ τὸν Δημήτριον, ἐπεβούλευεν Ἀντιόχῳ, ἀποκτεῖναι αὐτὸν μελετῶν, καὶ τὴν ἀρχὴν σφετερίσασθαι. Ἐδεδοίκει μέντοι τὸν Ἰωνάθην, ὄντα φίλον τῷ Ἀντιόχῳ. Καὶ ἔσπευδεν αὐτὸν πρῶτον ἀπάτῃ ἑλεῖν, καὶ οὕτως ἐπιχειρῆσαι τοῖς κατὰ τὸν Ἀντίοχον. Διὸ καὶ εἰς Σκυθόπολιν ἄπεισιν, ἔνθα καὶ Ἰωνάθης αὐτῷ σὺν τέσσαρσι μυριάσι μαχίμων ἀπήντησεν. Ὁ δὲ ὑπούλως αὐτὸν ὑπέρχεται, δώροις τε καὶ τιμαῖς δεξιούμενος, πᾶσαν θέλων ὑπόνοιαν ἐξελεῖν, ἵν' αὐτὸν ἀφύλακτον λήψοιτο. Καὶ συνεβούλευε τὴν μὲν στρατιὰν ἀπολῦσαι, αὐτὸς δὲ μετ' ὀλίγον εἰς Πτολεμαΐδα συναφικέσθαι αὐτῷ, τὴν πόλιν παραληψόμενος, καὶ πάντα τὰ ἐκεῖ ὀχυρώματα. Καὶ Ἰωνάθης, μηδὲν ὑποτοπήσας, τὸ στράτευμα ἔστρεψε· χιλίους δ' ἔχων μόνους ἀπῄει. Εἰς δὲ Πτολεμαΐδα κατακλεισθεὶς, αὐτὸς μὲν ζωγρεῖται, οἱ δὲ σὺν αὐτῷ διαφθείρονται. Ἅπερ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις μαθόντες, εἰς δέος ἐνέπεσον διὰ τὰ πέριξ ἔθνη, ἃ γνόντα τὴν Ἰωνάθου σύλληψιν κατὰ τῶν Ἰουδαίων κεκίνητο. Σίμων δὲ τῷ πλήθει ὡμιληκὼς, καὶ παραθαῤῥύνας αὐτὸ, ἡγεμὼν ὑπ' αὐτοῦ αἱρεῖται, καὶ συναθροίσας τὸ μάχιμον τοῦ

A Jonatham eduxerunt: qui cum repente eis occurrisset, non ausi aperto Marte cum eo congredi, noctu fugerunt. Quos cum, fuga cognita interdiu, persequens non adeptus esset, ex Arabia Nabathæorum magna præda et multis captivis abductis, recedit: ac populo convocato suadet, ut urbis mœnia renovent, et ruinas murorum templi restituant. Eo consilio omnibus probato, ipse ei operi intentus, Simonem fratrem ablegat, ut regionem in tuto collocet. Demetrius in Mesopotamiam profectus, ut Babylonem et superiores satrapias acciperet, ab incolis Græcis **214** et Macedonibus deditionem et operam ad debellandum Arsacem Parthorum regem pollicentibus, susceptus: prælio cum Parthis commisso, omnibus copiis amissis, B ipse capitur. Eo Demetrii casu cognito, Tryphon cupiditate regni occupandi, vitæ Antiochi insidiatur. Sed quia Jonathæ amicitiam cum rege formidabat, eo prius per dolum capto, tum demum invadere Antiochum in animo habebat. Itaque Scythopolim abit, ubi Jonatham cum quadraginta bellicosorum millibus obviam egressum fraude circumvenit, muneribus et honoribus conciliatum, ut omni suspicione adempta, incautum opprimeret. Suadet igitur ut exercitum missum faciat. Nam se paulo post cum ipso Ptolemaidem iturum, ad urbem et omnia circumjacentia castella accipienda. Jonathas nihil mali suspicatus, exercitum dimittit: ac mille duntaxat viris retentis, Ptolemaide conclusus, C capitur, comites ejus occiduntur. Quæ Hierosolymis nuntiata populo terrorem incusserunt, ob gentes finitimas, Jonatha capto, contra Judæos tumultuantes. Sed Simon, oratione habita, populum confirmat: ab eoque dux electus, militiæ idoneis convocatis, mœnibus urbis, et omnibus quæ ad securitatem pertinerent, curatis, Tryphoni Jonatham captivum in Judæam adducenti, cum exercitu occurrit: eique, centum argenti talenta et duos Jonathæ filios obsides postulanti, si fratrem solvi vellet: etsi hominis improbitatem intelligebat, tamen, ne sibi fratris salus neglecta crimini daretur, et pecuniam et pueros misit. Quibus Tryphon acceptis, pactis non stetit: sed cum exercitu Hierosolyma contendit, subsequente Si- D mone, et ex adverso castra locante. Verum copia nivis impeditus, in Syriam converso itinere, Jonatham interfecit. Fratre post tertium annum pontificatus mortuo, Simon populi suffragiis pontifex declaratus, Macedonibus tributa pensitare destitit. Ac Judaica gens sub ejus principatu perquam fortunata fuit, et finitimis populis dominata, multas urbes evertit, ne hostium receptacula essent: montem altissimum, in quo arx ædificata fuerat, continenti triennii labore **215** in planitiem redegit, ut templum emineret.

Variæ lectiones et notæ.

(53) *Καὶ ὃς ἧκε σὺν δυνάμει πρὸς Ἰωνάθην.* Pro κατὰ Ἰωνάθου. W.

λαοῦ, τῶν τειχῶν ἐπεμελεῖτο τῆς πόλεως, καὶ παντὸς τοῦ πρὸς ἀσφάλειαν τῶν πραγμάτων ἐφρόντιζεν. Ὁ μέν τοι Τρύφων εἰς Ἰουδαίαν ἀφίκετο, καὶ τὸν Ἰωνάθην δέσμιον ἄγων, καὶ ὁ Σίμων αὐτῷ σὺν δυνάμει ἀπήντησεν. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔπεμψε, δηλῶν ἑκατὸν ἀργυρίου τάλαντα δοῦναι, καὶ δύο τῶν Ἰωνάθου παίδων ὁμήρους, εἰ βούλεται λυθῆναι τὸν ἀδελφόν. Ὁ Σίμων δὲ συνῆκε μὲν τὴν κακουργίαν τοῦ Τρύφωνος, ἵνα δὲ μὴ αἰτίαν σχοίη, ὡς μὴ θέλων σῶσαι τὸν ἀδελφὸν, καὶ τὰ χρήματα ἔπεμψε, καὶ τοὺς παῖδας. Ἀλαβὼν ὁ Τρύφων, οὐκ ἐφύλαξε τὰς συνθήκας, ἀλλὰ μετὰ τῆς στρατιᾶς ἀνῄει πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα. Παρωμάρτει δὲ καὶ ὁ Σίμων, ἀεὶ ἐναντίον καταστρατοπεδευόμενος. Χιὼν δὲ πολλὴ πεσοῦσα διεκώλυσεν αὐτῷ τὴν εἰς Ἱεροσόλυμα ἄφιξιν, καὶ εἰς Συρίαν ἐτράπετο· καὶ ἀπιὼν τὸν Ἰωνάθην ἀπέκτεινε. Σίμων δὲ θανόντος τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωνάθου, μετὰ τριετίαν τῆς ἀρχιερωσύνης αὐτὸς ἀρχιερεὺς ὑπὸ τοῦ πλήθους προὐβέβλητο, καὶ οὐκέτι φόρους τοῖς Μακεδόσι παρέσχετο. Εὐτύχησε δὲ τὸ ἔθνος ἐπ' αὐτοῦ σφόδρα, καὶ τῶν τε περιοίκων ἐθνῶν ἐκυρίευσαν, καὶ πολλὰς τῶν πόλεων κατεστρέψαντο, ἵνα μὴ εἶεν τοῖς ἐχθροῖς ὁρμητήρια. Καὶ τὸ ὄρος, ἐφ' οὗ ἡ ἀκρόπολις ᾠκοδόμητο, λίαν ὂν ὑψηλὸν, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἐνδελεχῶς πονοῦντες, εἰς πεδιάδα μετήνεγκαν, ὡς ἂν εἴη τὸ ἱερὸν ὑπερκείμενον.

LIBER QUINTUS.

A I. Tryphon autem Antiochum cognomento Deum, cujus tutor erat, quarto regni anno interfecit, et eum esse mortuum vulgabat: et militibus pecuniam pollicebatur, si se regem creassent, qui spe magni lucri impulsi, voluntati ejus satisfecerunt. Sed Tryphon voti compos factus, simulatione detecta, militum animos a se alienavit, ut eo deserto ad Cleopatram, Demetrii uxorem, Seleuciæ inclusam irent. Quæ Antiochum oberrantem, qui Servator vocabatur, Demetrii fratrem, atque ob Tryphonem passim exclusum, spe nuptiarum et regni ad se accersivit: verita, ne Seleuciani urbem Tryphoni traderent. Qui cum Seleuciam venisset, contra Tryphonem proficiscitur, eumque victum, et Syria superiore ejectum, in castello quodam, quo confugerat, obsidet, Simone pontifice ad amicitiam suam invitato, quam ille amplexus, cibaria militibus suppeditat. Sed Tryphon, cum inde Apameam profugisset, urbe expugnata, captus occiditur, cum triennium regnasset. Antiochus vero meritorum Simonis oblitus, Cendebæum ad vastandam Judæam, et Simonem comprehendendum mittit: quo Simon devicto, reliquum ætatis pacate exigit, cum Judææ annos VIII præfuisset. Periit autem insidiis Ptolemæi generi sui, uxore et duobus filiis in vincula conjectis. Nam tertius Joannes, qui etiam Hyrcanus vocabatur, effugerat: et ob paterna beneficia ab Hierosolymitis receptus est, Ptolemæo non admisso. Is paterno sacerdotio potitus, Ptolemæo bellum intulit, in castello Dagone agenti: at ut obsidione prævalebat, sic misericordia matris et fratrum vincebatur. Hos Ptolemæus in murum productos, in conspectu illius cruciabat: quamvis matre obtestante, ne sua causa segnius ageret. Dum obsidio ita trahitur, septimus annus instat, quo Judæis otium agere solitum est: eaque de causa bello intermisso, Ptolemæus occisa matre et fratribus Hyrcani, ad Zenonem Cotylam Philadelphiæ 216 tyrannum confugit. Antiochus vero Simoni ob acceptam cladem iratus, Judæam invasit: et

Α'. Ὁ δέ γε Τρύφων τὸν Ἀντίοχον, ὃς καὶ Θεὸς ἐπεκλήθη, τέσσαρα βασιλεύσαντα ἔτη, διέφθειρεν, ἐπιτροπεύων αὐτοῦ. Καὶ τὸν μὲν ὡς ἀποθάνοι διήγγελλε, τοῖς δὲ στρατιώταις ἐπηγγέλλετο χρήματα, εἰ αὐτὸν βασιλεύσουσιν. Οἳ, κερδῆσαι πολλὰ ἠλπικότες, εἵλοντο αὐτὸν ἄρχοντα. Λαβὼν δὲ τὴν βασιλείαν ὁ Τρύφων, ἀπεδύσατο τὴν ὑπόκρισιν, καὶ μισῆσαν αὐτὸν τὸ στρατιωτικὸν, πρὸς Κλεοπάτραν ἀφίστατο, τὴν τοῦ Δημητρίου γυναῖκα, ἐγκεκλεισμένην ἐν Σελευκείᾳ τυγχάνουσαν. Ἀλωμένου δὲ Ἀντιόχου, ὃς ἐκαλεῖτο Σωτὴρ, Δημητρίου δὲ ἦν ἀδελφὸς, καὶ ἐκκλειομένου πάντοθεν διὰ Τρύφωνα, πέμπει πρὸς αὐτὸν ἡ Κλεοπάτρα, καλοῦσα ἐπὶ γάμῳ καὶ βασιλείᾳ. Ἐδεδίει γὰρ μὴ τὴν πόλιν οἱ Σελευκεῖς τῷ Τρύφωνι δώσουσι. Γενόμενος οὖν ἐν τῇ Σελευκείᾳ ὁ Ἀντίοχος, κατὰ τοῦ Τρύφωνος ὥρμησε· καὶ νικήσας αὐτὸν, τῆς ἄνω Συρίας ἐξέβαλε, καὶ εἴς τι φρούριον καταφυγόντα ἐπολιόρκει, καὶ τὸν ἀρχιερέα Σίμωνα εἰς φιλίαν προεκαλεῖτο. Ὁ δὲ ἐδέξατο τὴν πρόκλησιν, καὶ τοῖς πολιορκοῦσι τὸν Τρύφωνα τροφὰς ἐχορήγησε. Φυγὼν δ' ἐκεῖθεν ὁ Τρύφων, καὶ γενόμενος εἰς Ἀπάμειαν, πολιορκηθεὶς ἐλήφθη, καὶ διεφθάρη, ἐπ' ἔτεσι βασιλεύσας τρισίν. Ὁ Ἀντίοχος δὲ, λήθην τῶν ὑπὸ Σίμωνος αὐτῷ γενομένων ποιησάμενος, στέλλει Κενδεβαῖον τὴν Ἰουδαίαν πορθῆσαι, καὶ τὸν Σίμωνα κατασχεῖν ἐντειλάμενος. Σίμων δὲ αὐτῷ ἀντικαταστὰς, νικᾷ. Καὶ εἰρηνικῶς τὸ λοιπὸν διήγαγε τῆς ζωῆς, ἄρξας τῆς Ἰουδαίας ἔτη ὀκτώ. Τελευτᾷ δὲ παρὰ Πτολεμαίου τοῦ γαμβροῦ ἐπιβουλευθείς. Καὶ ἡ γυνὴ τοῦ Σίμωνος, καὶ οἱ δύο παῖδες, συλληφθέντες, ἐδέθησαν. Ὁ τρίτος Ἰωάννης διέφυγεν, ὃς καὶ Ὑρκανὸς ἐκαλεῖτο. Καὶ προσεδέχθη παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν διὰ τὰς τοῦ πατρὸς εὐεργεσίας, ἀπωσαμένων ἐλθόντα τὸν Πτολεμαῖον. Ἀπολαβὼν δὲ τὴν πάτριον ἱερωσύνην ὁ Ὑρκανὸς ἐπὶ τὸν Πτολεμαῖον ἐστράτευσεν, εἰς ἔρυμά τι Δαγὼν λεγόμενον ὄντα. Καὶ ἐκράτει μὲν τῇ πολιορκίᾳ, ἡττᾶτο δὲ τῷ πρὸς τὴν μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς οἴκτῳ. Ὁ γὰρ Πτολεμαῖος, ἀνάγων ἐπὶ τὸ τεῖχος αὐτοὺς, ἐξ ἀπόπτου ᾐκίζετο· ἡ μέντοι μήτηρ ἱκέτευε μὴ μαλακίζεσθαι δι' αὐτήν. Τριβομένης δ' οὕτω τῆς

πολιορκίας, ἐνίσταται τὸ ἕβδομον ἔτος, καθ' ὃ εἴθισται τοῖς Ἰουδαίοις ἀργεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο Πτολεμαῖος ἀνεθεὶς τοῦ πολέμου, κτείνει τὴν μητέρα τοῦ Ὑρκανοῦ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ φεύγει πρὸς Ζήνωνα τὸν Κοτυλᾶν, τὸν τῆς Φιλαδελφείας τύραννον. Ἀντίοχος δὲ, χαλεπαίνων τῷ Σίμωνι, δι' ἃ πέπονθε, τῇ Ἰουδαίᾳ ἐπῆλθε, καὶ τὴν χώραν καταδραμὼν, ἐπολιόρκει τὸν Ὑρκανόν· καὶ πύργους ἀνεγείρας ὑψηλοτάτους κατὰ τὸ βόρειον μέρος τῆς πόλεως, ἐξ αὐτῶν τῷ τείχει προσέβαλλεν. Ἤνυε δ' οὐδὲν διά τε γενναιότητα τῶν ἐντὸς, καὶ διὰ ὀχυρότητα τῶν τειχῶν, καὶ ὕδατος ἀφθονίαν, ἐξ ἐπομβρίας ἄρτι συμβᾶσαν. Δείσας δὲ ὁ Ὑρκανὸς μὴ ἐπιλίποιεν αὐτοῖς τὰ ἀναγκαῖα, μόνον τὸ μάχιμον τοῦ πλήθους ἀπολεξάμενος, τοὺς ἄλλους ἐξέωσε τῆς πόλεως· οὓς ὁ Ἀντίοχος ἀπελθεῖν ἐκεῖθεν οὐκ εἴα· οἳ, καὶ ἔξω τῶν τειχῶν προσμένοντες, διὰ τοῦτο ἀπέθνησκον· οἱ δ' ἐντὸς, ἐλεοῦντες αὐτοὺς, εἰσεδέξαντο αὖθις. Τῆς Σκηνοπηγίας δὲ ἐνστάσης, ὁ Ὑρκανὸς, στείλας πρὸς τὸν Ἀντίοχον, ἀνοχὴν ἐζήτει γενέσθαι, διὰ τὴν ἑορτὴν ἐφ' ἡμέρας ἑπτά. Ὁ δὲ καὶ τὴν ἀνοχὴν ἔδωκε, καὶ θυσίαν πολυτελῆ σὺν ἀναθήμασιν ἔπεμψεν, ὃν διὰ τὴν πρὸς τὸ Θεῖον εὐσέβειαν καὶ Εὐσεβῆ ἐκάλεσαν. Γνοὺς δὲ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν τοῦ Ἀντιόχου αἰδῶ Ὑρκανὸς, ἐπρεσβεύσατο, τὴν πάτριον αὐτοῖς ἀποδοθῆναι πολιτείαν αἰτούμενος. Ὁ δὲ, εἰ παραδοῖεν τὰ ὅπλα, εἶπε, καὶ φόρους τελεῖν ὑπὲρ τῶν ἄλλων κατάθοιντο πόλεων, ἄτερ τῆς Ἰουδαίας, καὶ φρουρὰν δέξαιντο, καὶ τοῦ πολέμου ἀφέξεσθαι, καὶ τἄλλα ποιήσειν, ἃ ἀξιοῦσιν. Ἰουδαῖοι δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἐδέχοντο, ἐπὶ δὲ τῇ φρουρᾷ οὐ κατένευον, ἀλλ' ἀντὶ ταύτης ὁμήρους ἐδίδοσαν, καὶ ἀργυρίου τάλαντα πεντακόσια. Ἐνδόντος δ' ἐπὶ τούτοις τοῦ Ἀντιόχου, ἡ πολιορκία ἐλύθη. Ὑρκανὸς δὲ, τὸν τοῦ Δαβὶδ ἀνοίξας τάφον, τρισχίλια ἐκεῖθεν ἀργυρίου τάλαντα ἔλαβε· φιλίαν δὲ πρὸς Ἀντίοχον ποιησάμενος, ἐν τῇ πόλει αὐτὸν εἰσεδέξατο. Καὶ ἐπὶ Πάρθους στρατεύοντι συνεξώρμησεν, ἔνθα τῷ Ἀρσάκῃ πολεμήσας Ἀντίοχος, τῷ πλείονι τῆς στρατιᾶς καὶ αὐτὸς συναπώλετο.

A agros populatus, Hyrcanum obsidet, ex turribus altissimis, quas ad septentrionem excitarat, impetum in mœnia faciens. Sed nihil proficiebat, tum ob defensorum fortitudinem, tum ob murorum firmitatem, aquarumque copiam ex imbre modo collectam. Cæterum Hyrcanus veritus ne commeatu deficeretur, bellicosis duntaxat retentis, reliquam multitudinem urbe expulit: qui cum ab Antiocho abire non sinerentur, extra mœnia moriebantur. Quos ii qui intus erant miserati, in urbem receperunt. Sed cum festum Tabernaculorum instaret, Hyrcanus ab Antiocho septem dierum inducias, ad festum celebrandum, petiit: quas ille non modo concessit, sed et victimas sumptuosas cum donariis misit, ob eam pietatem Pii cognomentum adeptus. B Quæ eadem Hyrcano causa fuit, ut per legatos ab illo peteret, ut patriam suis civibus rempublicam restitueret. Cui respondit Antiochus, si arma traderent, et de civitatibus extra Judæam sitis tributa penderent, et præsidium acciperent, se et bello abstinere, et postulatis eorum annuere velle. Judæi vero cætera amplexi, præsidium repudiarunt: ac pro eo dederunt obsides, argentique talenta quingenta. Hac ratione mitigato Antiocho, solutaque obsidione, Hyrcanus e monumento Davidis tria millia talentum deprompsit: initaque cum Antiocho amicitia, eum in urbem recepit, et contra Parthos ducentem comitatus est: ubi cum Arsace congressus Antiochus, cum majore parte exercitus et ipse periit.

Β'. Γίνεται δὲ τῆς τῶν Σύρων βασιλείας διάδοχος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δημήτριος, λύσαντος Ἀρσάκου αὐτὸν, ἡνίκα τοῖς Πάρθοις ἐπῆλθεν Ἀντίοχος. Ὑρκανὸς δὲ, Ἀντιόχου θανόντος, πολλὰς τῶν τῆς Συρίας πόλεων εἷλε, καὶ τῆς Ἰδουμαίας ἑτέρας. Καὶ ὑποτάξας τοὺς Ἰδουμαίους, ἐπέτρεπεν αὐτοῖς τὴν ἐν τῇ χώρᾳ διατριβὴν, εἰ περιτέμνοιντο, καὶ χρῶνται ἔθεσιν Ἰουδαϊκοῖς. Οἱ δὲ διὰ τὰς πατρίδας καὶ τὴν περιτομὴν καὶ τἄλλα ὑπήνεγκαν. Δημήτριος δὲ στρατεύειν ἐγνωκὼς ἐπὶ Ὑρκανὸν, ἀνεκόπη, τῶν Σύρων καὶ τῶν στρατιωτῶν μισούντων αὐτὸν διὰ πονηρίαν, καὶ διακηρυκευσαμένων πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φύσκωνα δοῦναι αὐτοῖς τινα τῶν τῷ Σελεύκῳ προσηκόντων, τῆς βασιλείας ἀντιληψόμενον. Ὃς Ἀλέξανδρον ἔπεμψε τὸν λεγόμενον Ζεβινᾶν. Μάχης οὖν μέσον αὐτοῦ καὶ Δημητρίου συγκροτηθείσης, τρέπεται Δημήτριος, καὶ φεύγει εἰς Πτολεμαΐδα. Μὴ δεχθεὶς δὲ παρὰ Κλεοπάτρας τῆς γυναικὸς, εἰς Τύρον ἀπέδρα. Ἁλοὺς δὲ, καὶ πολλὰ παθὼν, διεφθάρη. Ἀλέξανδρος δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, φιλίαν ποιεῖται πρὸς Ὑρκανόν. Ἐπαναστάντος δὲ αὐτῷ Ἀντιόχου τοῦ Γρυποῦ, τοῦ παιδὸς Δημητρίου, ἡττηθεὶς, ἐν τῇ μάχῃ ἀπώλετο. Βασιλεὺς δὲ Συρίας

C II. Ei in regno Syriæ Demetrius frater, sub expeditionem Antiochi solutus ab Arsace, successit. Cæterum post Antiochi interitum, Hyrcanus multas Syriacas urbes, Idumææ multas cepit: et subactis Idumæis ea conditione in patria versari concessit, si circumciderentur et moribus Judaicis uterentur. Qui amore natalis soli, et circumcisionem, et reliqua tolerarunt. Cum autem Demetrius bellum inferre Hyrcano statuisset, ea re impeditus est, quod Syri et milites, ejus improbitatem detestati, per **217** caduceatores a Ptolemæo Physcone petierant, ut sibi ex Seleuci familia daret aliquem, qui regnum susciperet. Is Alexandrum Zebinam misit, a quo Demetrius D victus, Ptolemaidem se recepit: sed ab uxore Cleopatra exclusus, Tyrum confugit, ubi captus et excruciatus periit. Alexander autem regno potitus, amicitiam cum Hyrcano pepigit: sed ab Antiocho Grypo Demetrii filio regnum sibi vindicante victus, in pugna occubuit. Is Antiochus, suscepto Syriæ regno, cum fratre Antiocho cognomento Cyziceno, quod Cyzici educatus esset, per multos annos bellum gessit. Erat autem is Antiochi a

Parthis interfecti, Demetrii fratris, filius, uterinus Antiochi Grypi frater. Nam Cleopatra duobus fratribus nupta fuit: primum Demetrio, deinde Antiocho, ut ante scripsimus. Ac e Demetrio Antiochum Grypum: ex Antiocho Servatore, Demetrii fratre, Cyzicenum Antiochum suscepit. Qui dum inter sese digladiantur, Hyrcanus quiete fruens, utroque contempto, defecit, neque quidquam amplius eis pependit: ac Judææ fructibus per otium perceptis, infinitam pecuniam coegit. Cum autem Samariam per filios suos Aristobulum et Antigonum obsideret, Samaritani urgente fame, Antiochi Cyziceni opem implorarunt, qui cum Aristobulo congressus vincitur. Deinde redintegratis copiis Hyrcani agros vastat, ut ea ratione obsidionem solvere cogeretur. Sed dum multis suorum amissis Tripolim recedit, Hyrcanus Samariam captam penitus delet. Fertur autem, eo die quo duo ejus filii cum Antiocho pugnarunt, dum solus ut pontifex in sacrario suffiret, audisse vocem, quæ diceret, Antiochum modo a suis filiis esse victum, idque egressus nuntiasse populo: nec deceptus est. Sed dum prosperis fortunæ flatibus utitur, invidiam Judæorum effugere non potuit, Pharisæis maxime invisus, qui sunt ex tribus Judæorum sectis: et cum fatum affirment, tamen quædam in nostra esse potestate, ac fortuito evenire, nec omnia fieri necessario statuunt. Esseni contra fatum rerum omnium dominum constituunt, et hominibus omnia fato contingere censent. Sadducæi fato repudiato, **218** nostræ voluntati ascribunt omnia, et causas bonorum a nobis pendere, et nos temeritate nostra ultro amplecti deteriora existimant. Pharisæi porro, quorum magna erat apud populum auctoritas, cum pridem amici essent Hyrcano, quippe quem discipulum habuerant, post nescio qua de causa orta simultate, ab iis avulsus, in Sadducæorum sententiam concessit, ac ritus ab illis traditos abolere instituit. Nam Sadducæi ea pro legibus habenda affirmabant, quæ in scripta relata essent: quæ vero quasi per manus traderentur, ea non observanda esse. Et hac de causa Pharisæis invisus fuit: qui annis uno et triginta feliciter exactis obiit, filios natu maximos imperium amissuros esse.

A ὁ Ἀντίοχος οὗτος γενόμενος, ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσι μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀντιόχου, τοῦ ἐπικληθέντος Κυζικηνοῦ, ὅτι ἐν Κυζίκῳ ἐτράφη, περὶ τῆς βασιλείας ἐμάχετο. Ἦν δὲ οὗτος υἱὸς Ἀντιόχου τοῦ θανόντος ἐν Πάρθοις, τοῦ ἀδελφοῦ Δημητρίου, ὡς ἑτεροθαλὴς ἀδελφὸς ὑπάρχων τοῦ Γρυποῦ Ἀντιόχου. Ἡ γὰρ Κλεοπάτρα τοῖς δυσὶ συνῴκησεν ἀδελφοῖς, τῷ Δημητρίῳ δὲ πρότερον, καὶ τῷ Ἀντιόχῳ μετέπειτα, ὡς προγέγραπται. Καὶ ἐκ μὲν Δημητρίου τὸν Γρυπὸν Ἀντίοχον ἔτεκεν· ἐξ Ἀντιόχου δὲ τοῦ Σωτῆρος τοῦ ἀδελφοῦ Δημητρίου τὸν Κυζικηνὸν Ἀντίοχον ἐγείνατο. Ἐν ὅσῳ δὲ οὗτοι πρὸς ἀλλήλους ἐμάχοντο, ὁ Ὑρκανὸς ἠρέμει, καὶ καταφρονήσας τῶν Ἀντιόχων ἀπέστη, μηδὲν ἔτι παρέχων αὐτοῖς· καὶ κατὰ σχολὴν ἐκαρποῦτο τὴν Ἰουδαίαν, ὡς ἄπειρόν τι πλῆθος χρημάτων συναγαγεῖν. B Στρατεύσας δὲ καὶ ἐπὶ Σαμάρειαν, ἐπολιόρκει αὐτὴν διὰ τῶν υἱῶν αὐτοῦ Ἀριστοβούλου καὶ Ἀντιγόνου. Λιμοῦ δὲ τὴν πόλιν πιέζοντος, οἱ Σαμαρεῖς εἰς συμμαχίαν μετεκαλέσαντο τὸν Ἀντίοχον τὸν Κυζικηνὸν, ὃς τοῖς περὶ Ἀριστόβουλον συμβαλὼν ἡττᾶται. Εἶτ' αὖθις συλλέξας πλῆθος, τὴν χώραν ἐπόρθει τοῦ Ὑρκανοῦ, ἵν' οὕτως ἀναγκάσῃ αὐτὸν λῦσαι τὴν πολιορκίαν. Πολλοὺς δὲ τῶν σὺν αὐτῷ ἀποβάλλων, ἀπῆρεν εἰς Τρίπολιν. Ὑρκανὸς δὲ, τὴν Σαμάρειαν ἑλὼν, πᾶσαν ἠφάνισε. Λέγεται δὲ καθ' ἣν ἡμέραν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τῷ Ἀντιόχῳ ἐμάχοντο, αὐτὸς ὡς ἀρχιερεὺς μόνος ἐν τῷ ναῷ θυμιῶν, ἀκοῦσαι φωνῆς, ὡς οἱ παῖδες αὐτοῦ ἄρτι νενικήκασι τὸν Ἀντίοχον· καὶ ἐξελθὼν ἀπήγγειλε τῷ πλήθει τὸ ἀκουσθέν. Καὶ γέγονεν οὕτως. C Εὐπραγήσας δὲ Ὑρκανὸς, ἐφθονήθη παρὰ τῶν Ἰουδαίων, μάλιστα δ' ἐμισεῖτο παρὰ τῶν Φαρισαίων· οἱ δ' εἰσὶ μία τῶν παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεων, τριῶν οὐσῶν. Οὗτοι μὲν οὖν οἱ Φαρισαῖοι εἱμαρμένην δοξάζουσι, τινὰ δὲ καὶ ἐφ' ἡμῖν εἶναι, συμβαίνειν τε καὶ μὴ γίνεσθαι. Ἐσσηνοὶ δὲ πάντων κυρίαν τὴν εἱμαρμένην νομίζουσιν εἶναι, καὶ πάντα τοῖς ἀνθρώποις ἐξ ἐκείνης συμβαίνειν. Σαδδουκαῖοι δὲ τὴν μὲν εἱμαρμένην ἐκβάλλουσι, πάντα δὲ ἐφ' ἡμῖν τίθενται, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡμᾶς ἑαυτοῖς αἰτίους εἶναι διδάσκοντες, καὶ τὰ χείρω δι' ἀβουλίαν ἀφ' ἑαυτῶν αἱρεῖσθαι. Τῶν γοῦν Φαρισαίων πρότερον φιλίως ἐχόντων πρὸς Ὑρκανὸν, (μαθητὴς γὰρ αὐτῶν ἐγεγόνει) συνέβη ἐξ αἰτίας τινὸς ἔχθραν κτήσασθαι πρὸς αὐτόν. Ἠδύναντο δὲ οὗτοι παρὰ τῷ πλήθει σφόδρα. Ὑρκανὸς δὲ τῇ τῶν Σαδδουκαίων προστίθεται μοίρᾳ, τῶν Φαρισαίων ἀποῤῥαγεὶς, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν παραδοθέντα νόμιμα καταλῦσαι προέθετο. Οἱ Σαδδουκαῖοι γὰρ ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα ἔλεγον, τὰ γεγραμμένα· τὰ δὲ ἐκ παραδόσεως μὴ τηρεῖν. Διὰ ταῦτα μεμίσητο παρὰ τῶν Φαρισαίων ὁ Ὑρκανός. Βιώσας δὲ εὐτυχῶς ἐπὶ ἔτη τριάκοντα πρὸς ἑνὶ, ἐτελεύτησεν ἐφ' υἱοῖς πέντε. Λέγεται δὲ καὶ προφητείας ἀξιωθῆναι, καὶ προειπεῖν περὶ τῶν δύο αὐτοῦ παίδων τῶν πρεσβυτέρων, ὡς οὐ μενοῦσι τῶν πραγμάτων κύριοι.

III. Hyrcano defuncto, principatum suscepit Aristobulus: quem cum in regnum commutare ei placuisset, diadema sumpsit CCCCLXXXI annis post quam populus Babylone Hierosolyma redierat: ac cæteros fratres et matrem de principatu contendentem, in vincula conjecit, Antigonum autem ætate sibi proximum dilexit, pari honore dignatus. Tandem matrem fame necavit. Adjecit et Antigoni cædem, calumniis impulsus. Nam cum his, ægro-

D Γ. Τελευτήσαντος δὲ Ὑρκανοῦ, Ἀριστόβουλος τὴν ἀρχὴν διεδέξατο, καὶ εἰς βασιλείαν μεταθεῖναι ταύτην δόξαν αὐτῷ, διάδημα περιτίθεται, μετὰ τετρακόσια ἔτη καὶ ὀγδοήκοντα πρὸς ἑνὶ, ἐξότου ἐκ Βαβυλῶνος ὁ λαὸς εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπανῆλθεν. Οὗτος τοὺς μὲν ἄλλους τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὴν μητέρα περὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῷ διενεχθεῖσαν, καθεῖρξε· τὸν δὲ μετ' αὐτὸν Ἀντίγονον ἠγάπα, καὶ τῶν ὁμοίων ἠξίου. Τὴν μὲν οὖν μητέρα λιμῷ διέφθειρε. Προσέθετο δὲ καὶ

τὸν ἀδελφὸν τὸν Ἀντίγονον, διαβολαῖς πιστεύσας. A Λαμπρῶς γὰρ αὐτοῦ ἀπὸ στρατείας ἐπανελθόντος, ἐνόσει ὁ Ἀριστόβουλος. Ἑορταζομένης δὲ τῆς Σκηνοπηγίας, ἀνέβη εἰς τὸ ἱερὸν ὁ Ἀντίγονος μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλιτῶν, κεκοσμημένος λαμπρῶς. Οἱ δὲ τοῦτον πρὸς τὸν ἀδελφὸν διαβάλλοντες, μὴ κατ' ἰδιώτην αὐτὸν ἔλεγον ἐλθεῖν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἀλλὰ βασιλικῇ κεχρημένον λαμπρότητι· καὶ ὅτι μετὰ τοσαύτης δορυφορίας στρατιωτῶν ἀνελθὼν, βουλεύεται κατ' αὐτοῦ. Ἀριστόβουλος δὲ, καὶ τῆς οἰκείας ἀσφαλείας φροντίζων, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ προνοῶν, ἔν τινι τῶν ὑπογείων ἀφεγγεῖ τοὺς σωματοφύλακας ἵστησιν, ἐντειλάμενος ἀόπλου μὲν τοῦ ἀδελφοῦ φείδεσθαι, κτείνειν δὲ αὐτὸν μετὰ τῶν ὅπλων ἐρχόμενον. Πέμπει δὲ καὶ πρὸς τὸν Ἀντίγονον, ἄοπλον αὐτὸν κελεύων ἥκειν. B Ἡ δὲ τοῦ Ἀριστοβούλου γυνὴ καὶ οἱ ταύτῃ συμφρονοῦντες κατὰ τοῦ Ἀντιγόνου, ἔπεισαν τὸν σταλέντα λέγειν τῷ Ἀντιγόνῳ, ὡς Ἀκούσας ὁ ἀδελφός σου, ὅτι ὅπλα καινὰ κατεσκεύασας, ἀξιοῖ ὡπλισμένον ἐλθεῖν σε, ἵν' ἴδοι αὐτά. Ὁ δὲ, μηδὲν ὑποπτεύσας, ἐνδεδυμένος τὴν πανοπλίαν, ἀπῄει. Καὶ γενόμενος κατὰ τὸν Στράτωνος πύργον, ὅπου ὁ τόπος ἀφώτιστος ἦν, κτείνεται παρὰ τῶν σωματοφυλάκων. Ἰούδας δέ τις Ἐσσαῖος τὸ γένος, πολλὰ προλέγων καὶ ἀληθεύων, ἰδὼν τότε τὸν Ἀντίγονον παριόντα τὸ ἱερὸν, ἀνεβόησεν, ἀποθανεῖν ἐπευχόμενος, ὡς διεψευσμένος· προεῖπε γὰρ αὐτὸν ζῶντος τοῦ Ἀντιγόνου κατ' ἐκείνην θανούμενον τὴν ἡμέραν ἐν τῷ Στράτωνος πύργῳ· τὸν δὲ σταδίους ἀπέχειν ἑξακοσίους, ὡς ἀδύνατον εἶναι τὸν Ἀντίγονον C ἐκεῖ γενήσεσθαι, ἤδη τῆς ἡμέρας κλινούσης. Ταῦτα λέγοντος τοῦ Ἰούδα, ἀγγέλλεται κτανθεὶς Ἀντίγονος ἐν τῷ ὑπογείῳ, ὃ καὶ αὐτὸ Στράτωνος ὠνόμαστο πύργος ὁμωνύμως τῇ παραλίῳ Καισαρείᾳ. Τῷ μὲν οὖν Ἀντιγόνῳ τοιοῦτο γέγονε τέλος· τὸν δὲ Ἀριστόβουλον εὐθὺς ἡ δίκη μετῆλθε τῆς ἀδελφοκτονίας, καὶ διαφθαρέντων αὐτῷ τῶν ἐντὸς, αἷμα ἀνέφερεν, ὅ τις τῶν ἐκείνῳ ὑπηρετούντων ἐκκομίζων, ὤλισθεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ὁ Ἀντίγονος ἐσφάγη, ἔτι τοῦ αἵματος ἐκείνου ἔχοντα σπίλους, καὶ ἐξέχεεν, ὡς ἀναμεμῖχθαι ἀμφοτέρων τὰ αἵματα. Γενομένης δὲ βοῆς παρὰ τῶν ἰδόντων, μαθὼν τὸ συμβὰν Ἀριστόβουλος, οἰμώξας προήχθη εἰς δάκρυα, καὶ Οὐκ ἄρα λήσειν, εἶπεν, ἔμελλον τὸν Θεὸν ἐπ' ἀσεβέσιν οὕτω τολμήμασι. Καὶ ἄλλα δὲ ἐπειπὼν, ἀποθνήσκει, βασιλεύσας ἐνιαυτόν.

tante Aristobulo, victor ab expeditione reversus, Tabernaculorum festo magnifice ornatus cum suis satellitibus in templum ascendisset : id factum calumniatores ita interpretabantur, cum ad festum non more plebeio venisse, sed regio splendore usum esse, et quia cum tanta militum manu ascenderit, consilia contra regem agitare. Aristobulus, qui et suæ securitati et fratris rationibus consultum vellet, satellitibus suis, in quodam obscuro subterraneo loco constitutis, mandat, ut fratri inermi parcant, armatum occidant. Mittit et ad Antigonum, cumque inermem venire jubet. Sed ejus uxor, et qui cum ea contra Antigonum conspirarant, nuntio persuaserunt ut diceret, fratrem, quod audierit eum nova arma parasse, petere ut armatus se spectandum ipsi præbeat. At ille nihil mali suspicans, panopliam indutus abit : et **219** cum ad Stratonis turrim venisset, ubi obscurus ille locus erat, a satellitibus occiditur. Judas vero quidam Essæus, multa vere prædicere solitus, cum Antigonum templum præterire tum videret, exclamavit, mortem sibi ipsi imprecatus, quod ille viveret, quem eo die in Stratonis turri moriturum falso dixisset : quæ cum sexcentis stadiis abesset, non posse Antigonum, die jam inclinante, illuc pervenire. Quæ dum Judas diceret, nuntiatur Antigonus in illo specu, qui et ipse, quemadmodum maritima Cæsarea, Stratonis turris vocabatur, interfectus. Eo ad hunc modum sublato, vindicta statim fraternæ cædis pœnas exegit ab Aristobulo. Nam cum ex intestinis corruptis sanguinem rejecisset, cum minister efferens, in eo loco ubi Antigonus cæsus erat, cruore adhuc consperso, lapsus effudit, ut eum illo misceretur. Quo Aristobulus ex eorum qui id viderant clamore cognito, lacrymans, præter alia illud quoque effatus, impia sua facta utique Deum latere non potuisse, moritur, cum unum regnasset annum.

Δ'. Σαλώμη δὲ ἡ ἐκείνου γυνὴ, ἡ καὶ Ἀλεξάνδρα ἐκέκλητο, λύσασα τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ ἀνδρὸς (δεδεμένους γὰρ εἶχεν αὐτοὺς Ἀριστόβουλος) βασιλέα D καθίστησιν Ἰαννέαν, τὸν καὶ Ἀλέξανδρον, προὔχοντα καθ' ἡλικίαν, καὶ μετριώτατον. Ὃς τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, κτείνει μὲν νεωτερίζοντα τὸν ἕνα τῶν ἀδελφῶν· τὸν δ' ἕτερον ἀπραγμόνως ζῶντα ἐτίμα. Πολέμους δέ τινας ποιησάμενος πρός τινας, καὶ πῇ μὲν κρατήσας, ἔστι δ' ὅπου καὶ ἡττηθεὶς, τέλος καὶ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ἦρεν ὅπλα, κατ' αὐτοῦ στασιάσαντας. Ἑορτῆς γὰρ οὔσης, καὶ τοῦ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ἀνελθόντος ὡς θύσοντος, κιτρίοις αὐτὸν τὸ πλῆθος ἔβαλλον (ἔθους ὄντος ἐν τῇ Σκηνοπηγίᾳ θύρσους φοινίκων καὶ κιτρίων ἐν χεροῖν ἔχειν), καὶ ὕβρεις αὐτοῦ κατέχεον. Οἷα παροξυνθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος, κτείνει περὶ ἑξακισχιλίους αὐτῶν. Εἶτα συνάψας μάχην πρὸς Ἄραβας, καὶ ἡττηθεὶς, φεύγων εἰς Ἱεροσόλυμα

IV. Salome autem, quæ et Alexandra vocabatur, fratres mariti vinculis solvit, et Janneam, qui et Alexander, grandiorem et moderatiorem cæteris, regem constituit : qui regno suscepto, alterum ex fratribus rebus novis studentem occidit, alterum, quieti ingenii hominem, honoravit. Bellis contra quosdam gestis, alias victor, alias victus, tandem ob motam seditionem, contra populares quoque arma cepit. Nam cum in festo immolaturus aram conscendisset, populus eum thyrsis cedrorum petiit (moris enim erat, ut in festo Tabernaculorum thyrsos palmarum et cedrorum in manibus gestarent) et conviciis incessit : quibus commotus, circiter VI millia occidit. Deinde prælio victus ab Arabibus, Hierosolyma refugit. Ad eam cladem accessit populi seditio, cum quo per annos VI dimicando, per stipendia-

rios Cilices et Pisidas, non pauciores L millibus occidit. Qua de causa hominum in eum odia augebantur, adeo ut cum interrogaret, quid sibi agendum esset ad abolendas inimicitias, multitudo responderet, ei moriendum esse. **220** Post hæc Judæi plurimi, suscepto cum Alexandro bello, perierunt, et cum urbem quamdam expugnasset, in quam potentissimi confugerant, eos Hierosolyma perduxit: et eminus convivium cum mulieribus celebrans, per summam crudelitatem DCCC in cruces sublatis, liberos uxoresque eorum in conspectu illorum adhuc viventium mactat. Hoc immani facinore id consecutus est, ut adversariorum ad VIII millia exsulatum irent, ut ipse deinceps otio frueretur: donec Antiochus cognomento Dionysius expeditione contra Judæos suscepta, et gravi prælio commisso, cum laboranti cornu subvenit, victor cadit: quo mortuo in fugam versus exercitus ejus, fame periit. Post Antiochum Aretas Cœlesyriæ rex, Alexandro acie victo, per conditiones recedit. Post hæc Alexander multis urbibus Idumæorum, Cilicum, Phœnicum et Syrorum triennio expugnatis, Hierosolyma reversus, a Judæis ob res bene gestas alacriter est susceptus. Deinde morbo ex ebrietate contracto, et tribus annis cum febri quartana conflictatus, expeditionibus non abstinuit. Quem cum regina jam deploratum videns, suam et liberorum sortem miseraretur: eam ille monuit, ut mortem suam ad milites celaret, ut castellum, quod obsidebat, expugnarent: deinde victrix Hierosolyma regressa, potestatis aliquid Pharisæis impertiretur, qui ei populi studia reconciliare possent, ob quos ipse contumeliose tractatos gentis odia incurrisset: *Tu igitur*, inquit, *accersitis eorum principibus permittito, ut de meo cadavere, qui multis illos injuriis onerarim, suo arbitratu statuant, teque nihil præter eorum voluntatem acturam pollicetor. Quæ si dixeris, et ego honorifice sepeliar, et tu secura imperabis.* Ubi hæc uxorem monuisset, decedit anno regni XXVII, ætatis XLIX. Alexandra vero de mariti consilio omnia exsecuta, tum Pharisæorum benevolentiam sibi adjunxit, tum regnum constabilivit, tum mariti funus luculentius quam pro regum superiorum consuetudine effecit.

A παραγίνεται, καὶ πρὸς τὴν κακοπραγίαν αὐτῷ τοῦ ἔθνους ἐπιθεμένου, ἔτεσιν ἓξ μαχόμενος πρὸς αὐτὸ (ἔτρεψε γὰρ Πισίδας καὶ Κίλικας), οὐκ ἐλάττους ἀναιρεῖ μυριάδων πέντε. Δι' ἃ ἔτι μᾶλλον μεμίσητο, ὥστε πρὸς αὐτόν, τί δεῖ γενέσθαι, πυνθανόμενον, ὥστε παύσασθαι τὴν δυσμένειαν, τὸ πλῆθος ἀποθανεῖν αὐτὸν ἐξεβόησε. Καὶ μετὰ ταῦτα δὲ Ἰουδαῖοι τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐμάχοντο, καὶ πλεῖστοι ἀπώλλυντο. Κατακλείσας δὲ τοὺς δυνατωτάτους αὐτῶν ἔν τινι πόλει, ἐπολιόρκει· καὶ κρατήσας αὐτῶν, ἀπήγαγεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ ἐν ἀπόπτῳ μετὰ τῶν γυναικῶν ἑστιώμενος, ὠμότατον ἔργον πεποίηκεν, ἀνασταυρώσας αὐτῶν ὀκτακοσίους, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν καὶ τὰς γυναῖκας ἐπ' ὄψεσι σφῶν ἔτι ζώντων ἀπέσφαττε. Τοῦτο τὸ ἀπηνὲς ἔργον ἔπεισε τοὺς B ἀντιστασιώτας αὐτοῦ περὶ ὀκτακισχιλίους ὄντας φυγεῖν. Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἔκτοτε ἠρεμίας ἀπήλαυσεν. Ἔπειτα Ἀντίοχος, ὁ κληθεὶς Διονύσιος, κατὰ τῆς Ἰουδαίας ἐστράτευσε. Καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης πρὸς Ἰουδαίους, ἀπέθανεν ἐν τῷ πολέμῳ Ἀντίοχος νικῶν, καὶ τῷ πονοῦντι μέρει συνεπαρήγων. Θανόντος δ' ἐκείνου, τὸ στράτευμα φεύγει, καὶ λιμῷ διαφθείρεται. Βασιλεύει δὲ μετ' Ἀντίοχον τῆς Κοίλης Συρίας Ἀρέτας, καὶ στρατεύσας ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ μάχῃ νικήσας Ἀλέξανδρον, ἐπὶ συνθήκαις ἀνακεχώρηκεν. Ὁ μέντοι Ἀλέξανδρος μετὰ ταῦτα πόλεις ἑλὼν πολλὰς Ἰδουμαίων καὶ Κιλίκων, καὶ Φοινίκων, καὶ Σύρων, καὶ τρίτον ἔτος ἐν τῇ στρατείᾳ διηνυκὼς, ἐπανῆλθε, προθύμως C αὐτὸν διὰ τὴν εὐπραγίαν δεχομένων τῶν Ἰουδαίων. Εἶτα ἐκ μέθης νοσήσας, καὶ τρισὶν ἔτεσι τεταρταίῳ πυρετῷ προσπαλαίων, τῶν στρατειῶν οὐκ ἀπέσχετο. Ὁρῶσα δὲ αὐτὸν ἡ βασίλισσα ἤδη ἀπεγνωσμένον, ἑαυτήν τε καὶ τοὺς παῖδας ὠδύρετο. Ὁ δὲ κρύψαι τὸν θάνατον αὐτοῦ πρὸς τοὺς στρατιώτας, ταύτῃ ὑπέθετο, ἕως ἂν ἐξέλῃ τὸ χωρίον (ἔτυχε γάρ τι πολιορκῶν), ἔπειτα ὡς ἀπὸ νίκης εἰς Ἱεροσόλυμα παραγενομένην, τοῖς Φαρισαίοις ἐξουσίας μεταδοῦναί τινος. Δύνασθαι γὰρ αὐτοὺς θέσθαι τὸ ἔθνος εὔνουν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς δὲ διὰ τούτους ἔλεγε τῷ ἔθνει προσκροῦσαι, ὑβρισθέντας ὑπ' αὐτοῦ. *Σὺ τοίνυν*, ἔφη, *μεταπεμψαμένη τοὺς ἄρχοντας σφῶν, ἐπίτρεπε χρῆσθαί μου, ὡς βούλονται, τῷ νεκρῷ, ὡς πολλὰ εἰς αὐτοὺς ἐξυβρίσαντος, καὶ μηδὲν παρὰ τὴν ἐκείνων γνώμην ποιεῖν ὑπισχνοῦ. Οὕτω δέ σου εἰπούσης, ἐγώ τε πολυτελῶς ταφήσομαι, καὶ σὺ βεβαίως ἄρξεις.* Ταῦτα τῇ γυναικὶ ὑποθέμενος, τετελεύτηκεν, ἄρξας ἔτη εἴκοσι καὶ ἑπτά, πεντήκοντα δέ γε ζήσας, ἑνὸς δέοντος. Ἡ δὲ Ἀλεξάνδρα, πάντα κατὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς συμβουλὴν θεμένη, τούς τε Φαρισαίους εὔνους ἐποίησεν ἑαυτῇ, καὶ τὴν βασιλείαν ἐβεβαιώσατο, καὶ τὴν ταφὴν τοῦ ἀνδρὸς λαμπροτέραν τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων εἰργάσατο.

V. Jam cum Alexander duos filios reliquisset, Hyrcanum et Aristobulum, quorum ille tardo erat ingenio, et ad res gerendas inepto, **221** hic animo excitato et alacri, mater Hyrcano, quem ob socordiam pontificem designarat, et Pharisæis, quibus summam rerum mandarat, populum parere jubet. Ita cum regni nomen penes ipsam, auctoritas penes Pharisæos esset, regio pacata fuit, nisi quod Pharisæi reginam turbabant, et irritabant, ut eos occideret, qui Alexandro auctores fuissent DCCC

D Ε'. Δύο δὲ παίδων γενομένων τῷ Ἀλεξάνδρῳ, Ὑρκανοῦ καὶ Ἀριστοβούλου, ὁ μὲν Ὑρκανὸς νωθὴς τὸ ἦθος ἦν, καὶ πρὸς πραγμάτων διοίκησιν ἀποπεφυκώς· ὁ δὲ νεώτερος δραστήριος ἦν. Ἡ δὲ τούτων μήτηρ ἀρχιερέα τὸν Ὑρκανὸν διὰ τὸ ἀπράγμον ἀποδείκνυσι, καὶ πάντα τοῖς Φαρισαίοις ἐπιτρέπει, καὶ τῷ πλήθει τούτοις ἐκέλευσε πείθεσθαι. Καὶ αὐτὴ μὲν εἶχε τῆς βασιλείας τὸ ὄνομα, οἱ Φαρισαῖοι δὲ τὴν ἰσχύν. Ἠρέμει δὲ ἡ χώρα, μόνων τῶν Φαρισαίων τὴν βασίλισσαν ταραττόντων, καὶ κτι-

θόντων κτείνειν τοὺς συμβουλεύσαντας Ἀλεξάνδρῳ τὴν τῶν ὀκτακοσίων διαφθοράν. Ἕνα δὲ τέως αὐτοὶ σφάττουσι, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ ἄλλους ἐπ' ἄλλοις, ἕως οἱ δυνατοὶ παρελθόντες εἰς τὰ βασίλεια, καὶ Ἀριστόβουλος σὺν αὐτοῖς (οὐ γὰρ ἠρέσκετο τοῖς δρωμένοις) πολλὰ εἰπόντες, καὶ τοὺς ἤδη φθαρέντας ἀποκλαυσάμενοι, εἰς οἶκτον τῶν κινδυνευόντων τοὺς παρόντας ἐκίνησαν, καὶ εἰς δάκρυα. Ἀριστόβουλος δὲ τὴν μητέρα διὰ ταῦτα κατῃτιᾶτο. Ἡ δὲ οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ πράξειε. Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀγγέλλεται Τιγράνης σὺν στρατιᾷ μεγάλῃ εἰς τὴν Συρίαν ἐμβεβληκὼς, καὶ ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ἀφιξόμενος. Τοῦτο ἐφόβησε καὶ τὸ ἔθνος καὶ τὴν βασίλισσαν, καὶ δῶρα πολλὰ καὶ πολλοῦ ἄξια καὶ πρέσβεις αὐτῷ πέμπουσι, τὴν Πτολεμαΐδα πολιορκοῦντι. Ὁ δὲ ταῦτά τε ἐδέξατο, καὶ χρηστὰ ἐπηγγέλλετο. Ἄρτι δὲ τὴν Πτολεμαΐδα πορθήσαντι, ἀγγέλλεται οἱ Ἀκέλαος εἰς Ἀρμενίαν ὁρμήσας, καὶ διὰ τοῦτο ἀνεχώρει πρὸς τὴν οἰκείαν. Τῆς δὲ βασιλίσσης δεινῶς νοσησάσης, Ἀριστόβουλος λάθρα ὑπεξελθὼν, ᾔει ἐπὶ τὰ φρούρια, ὅπου οἱ πατρῷοι κατετάχθησαν φίλοι, μόνης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ συνειδυίας τῇ πράξει, καὶ ὑπεδέχθη παρ' αὐτῶν. Αἰσθομένη δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὴν ἀπόδρασιν, καὶ ὅτι πάντα τὰ φρούρια ὑπηγάγετο, ἐν μεγάλῃ ἦν ταραχῇ καὶ αὐτὴ καὶ τὸ ἔθνος· ἔθεντο δὲ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τοὺς παῖδας εἰς τὸ ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ φρούριον. Ὑρκανὸς δὲ καὶ οἱ τῶν Ἰουδαίων πρεσβύτεροι, μαθόντες ὡς ἐν ἡμέραις πεντεκαίδεκα χωρίων εἴκοσι καὶ δύο ἐκράτησεν ὁ Ἀριστόβουλος, καὶ πολλὰ συνήγαγε χρήματα, καὶ συνήθροιζε στράτευμα, ἐδέοντο τῆς βασιλίσσης ὑποθέσθαι γνώμην περὶ Ἀριστοβούλου. Ἡ δὲ οὐκέτι μέλειν αὐτῇ τῶν πραγμάτων εἰποῦσα, ὡς ἤδη ἐκλείπουσα, ἐφῆκε πράττειν αὐτοῖς, ὃ συμφέρον κρίνουσι. Καὶ μετ' οὐ πολὺ τετελεύτηκε, βασιλεύσασα ἔτη ἐννέα, βιώσασα δὲ τρία καὶ ἑβδομήκοντα. Τῆς Ἀλεξάνδρας μέντοι θανούσης, εὐθὺς πόλεμον κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ ὁ Ἀριστόβουλος ἤρατο, καὶ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν Ὑρκανοῦ αὐτομολοῦσι πρὸς Ἀριστόβουλον. Ὁ δὲ φεύγει πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, ἔνθα καὶ ἡ Ἀριστοβούλου γυνὴ καὶ οἱ παῖδες πρὶν κατεκλείσθησαν. Εἰς λόγους δὲ ἐλθόντες οἱ ἀδελφοὶ, λύουσι τὴν ἔχθραν, ὥστε βασιλεύειν μὲν τὸν Ἀριστόβουλον, Ὑρκανὸν δὲ ζῆν ἀπραγμόνως. Ὅρκοις οὖν ἐμπεδώσαντες τὰς συνθήκας, ὁ μὲν ἀνεχώρησεν εἰς τὰ βασίλεια, εἰς δὲ τὴν οἰκίαν Ἀριστοβούλου ὁ Ὑρκανός. Ἀντίπατρος δέ τις Ἰδουμαῖος, φίλος ὢν Ὑρκανοῦ, στασιώδης δὲ καὶ δραστήριος, καὶ εὔπορων χρημάτων πολλῶν, λάθρα τοῖς δυναστεύουσι τῶν Ἰουδαίων διαλεγόμενος, καὶ πρὸς Ὑρκανὸν διαβάλλων τὸν Ἀριστόβουλον, ὡς κτεῖναι αὐτὸν βουλευόμενον, πείθει πρὸς Ἀρέταν βασιλέα τῶν Ἀράβων φυγεῖν. Καὶ πέμπει τὸν Ἀντίπατρον πρὸς Ἀρέταν ὁ Ὑρκανὸς, πίστεις ληψόμενον, ὡς οὐκ ἐκδώσει αὐτὸν τοῖς ἐχθροῖς, προσελθόντα αὐτῷ. Λαβὼν δὲ πίστεις, ὑπέστρεψεν ὁ Ἀντίπατρος, καὶ συμπαρειληφὼς τὸν Ὑρκανὸν νύκτωρ, ἧκεν ἄγων αὐτὸν εἰς τὴν καλουμένην Πέτραν πρὸς τὸν Ἀρέταν. Παρεκάλει οὖν ὁ Ὑρκανὸς αὐτὸν καταχθῆναι ὑπ'

A illos perimendi. Ac initio uno occiso, post alios atque alios trucidabant : donec viri potentes cum Aristobulo, cui illa non placebant, regiam ingressi, multis verbis factis, et occisis deploratis, eos qui ibi erant ad misericordiam periclitantium, et ad lacrymas commoverunt. Aristobulus etiam cum matre propterea expostulavit; ea vero quod faceret non habebat. Sub id tempus nuntiatur, Tigranem cum ingenti exercitu impressionem fecisse in Syriam, et in Judæam venturum. Ea fama et populus et regina territi, multa munera magni pretii per legatos ad eum Ptolemaidem obsidentem mittunt. Quibus ille acceptis, eos bonis animis esse jussit. Sed modo Ptolemaide, de Acelai in Armeniam impressione certior factus, domum se ad sua tuenda

B recipit. Cum autem regina graviter ægrotaret, Aristobulus clam egressus, castella adiit, quibus paterni amici præerant, sola uxore ejus rei conscia, et ab iis susceptus est. Cujus fuga et castellorum omnium occupatione mater cognita, non ipsa tantum, sed populus etiam admodum perturbati, uxorem ejus et liberos in castellum quod supra templum est, transtulerunt. Hyrcanus vero et Judæorum seniores, ubi didicerunt Aristobulum diebus XV castellis XXII potitum esse, ac magnam pecuniam et exercitum coegisse, reginam orarunt, ut exponeret, quid de illo statuendum esset? Ea vero se res non amplius curare, ut quæ jamjam moritura esset, dixit, et ipsis permisit, ut

C ea agerent quæ ex re publica esse judicarent. Nec multo post exstincta est, anno regni IX, ætatis III et LXX. Matre defuncta, Aristobulus statim Hyrcano fratri, militibus illius multis ad ipsum deficientibus, bellum infert : qui cum in arcem, in qua dudum Aristobuli uxor et liberi conclusi fuerant,
222 confugisset, fratres colloquio habito, inimicitias ea conditione ponunt, ut Aristobulus regnum teneat, Hyrcanus in otio degat. Iis pactis jurejurando sancitis, Aristobulus in regiam se confert, in Aristobuli ædes Hyrcanus. Cæterum Idumæus quidam Antipater, Hyrcani amicus, homo factiosus, strenuus, et pecuniis abundans, clam cum Judæorum proceribus colloquendo, et Aristobulum quasi vitæ fratris insidiantem calumniando,

D auctor est Hyrcano, ad Arabiæ regem Aretam confugiendi. Itaque Hyrcanus Antipatrum illo mittit, ut fidem ab eo accipiat, se non deditum iri hostibus, si ad illum se receperit. Ea impetrata reversus Antipater, Hyrcanum noctu secum Petram perducit : regem orat Hyrcanus, ut in Judæam reductum, in regnum restituat. Quod si fiat, pollicetur se ei et provinciam et XII urbes redditurum, quas pater suus Alexander Arabibus ademerit. Aretas igitur expeditione suscepta, Aristobulum acie victum, multis ad Hyrcanum deficientibus, Hierosolyma compellit : impetuque facto, in templo obsidet, etiam plebe Hyrcani partes secuta, solis sacerdotibus Aristobulum defendentibus. Cum autem Judæi Oniam, virum justum et Deo charum

qui aliquando in æstu et siccitate imbrem a Deo precibus impetrarat, rogarent, ut Aristobulum cum sua factione devoveret, non paruit, sed cum cogeretur: *O Deus rex universi*, inquit, *quia et ii qui mihi astant, tui sunt, et sacerdotes qui obsidentur, iidem tui: oro, ut neque his contra illos, neque his contra hos opem feras.* Hac precatione peracta, statim virum lapidibus obruerunt. Neque vero multo post numen ejus impietatis pœnas exegit, violento turbine frugibus regionis vastatis.

A αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ εἰς τὴν βασιλείαν ἀποκατασταθῆναι, ὑπισχνούμενος, εἰ ταῦτα γένοιτο, δώσειν αὐτῷ τήν τε χώραν καὶ τὰς δώδεκα πόλεις, ἃς Ἀλέξανδρος ὁ πατὴρ αὐτοῦ τῶν Ἀράβων ἀφείλετο. Καὶ ὁ Ἀρέτας ἐστράτευσεν ἐπὶ τὸν Ἀριστόβουλον, καὶ τῆς μάχης κρατεῖ. Πολλῶν οὖν πρὸς τὸν Ὑρκανὸν αὐτομολησάντων, εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἀριστόβουλος ἔφυγε. Καὶ ὁ Ἄραψ, τῷ ἱερῷ προσβαλὼν, ἐπολιόρκει τὸν Ἀριστόβουλον, προστιθεμένου καὶ τοῦ δήμου τῷ Ὑρκανῷ, μόνων τῶν ἱερέων τῷ Ἀριστοβούλῳ παραμενόντων. Ὀνίαν δέ τινα, ἄνδρα δίκαιον καὶ θεοφιλῆ, ὃς, αὐχμοῦ ποτε γενομένου, εὐχῇ τὸν Θεὸν δυσωπήσας, ἔλυσε τὴν ἀνομβρίαν, ἠξίουν οἱ Ἰουδαῖοι εὔξασθαι κατὰ Ἀριστοβούλου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ. Ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. Ὡς δὲ ἐβιάσθη, *Ὦ Θεὲ βασιλεῦ τῶν ὅλων*, εἶπεν, *ὅτι καὶ οἱ μετ' ἐμοῦ ἑστηκότες σοί εἰσι, σοὶ δὲ καὶ οἱ πολιορκούμενοι ἱερεῖς, δέομαι, μήτε κατὰ τούτων ἐκείνοις ἐπαρήξῃς, μήτε κατ' ἐκείνων τούτοις.* Καὶ αὐτίκα τὸν ἄνδρα περιστάντες, κατέλευσαν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ τὸ Θεῖον δίκας αὐτοὺς εἰσεπράξατο τῆς ἀσεβείας, πνεύματος βιαίου πνεύσαντος, καὶ τὸν τῆς χώρας καρπὸν διαφθείραντος.

VI. Scaurus porro a Pompeio in Armenia bellum cum Tigrane gerente, in Syriam missus, legatos ab Aristobulo et Hyrcano accepit, utroque auxilia postulante, et Aristobulo se conjunxit, cccc talentis acceptis: jussoque Areta discedere, alioqui a Romanis hostem judicatum iri, obsidionem discussit. Ea soluta, Aristobulus moto contra Aretam et Hyrcanum bello, utrumque vincit. Non multo post **223** Pompeio Damascum profecto, cum multis aliis ex locis, tum ex Judæa legati venerunt, Aristobuli munus vitem auream D talentum ferentes: quam se Josephus Romæ vidisse asserit, in Capitolio dedicatam. Legatis denuo venientibus, Antipatro pro Hyrcano, Nicodemo pro Aristobulo, Pompeius ipsos inter quos controversia sit, adesse jubet. Cum autem Judæi, eorumque duces Damascum venissent, alii regnum detrectabant, patrium enim esse, ut pontificibus pareant: illos vero, quamvis sacerdotalis sint generis, sacerdotium regno commutasse. Hyrcanus vero fratrem accusabat, quod principatu ob ætatis prærogativam sibi attributo, ab illo spoliatus esset, multis etiam aliis criminibus in illum congestis, Antipatri opera amplius mille probatissimorum Judæorum suffragantibus. Aristobulus contra, Hyrcanum ob ignaviam ingenii, quæ contemptum ei facile pareret, imperium amisisse, quod sibi necessario vindicandum fuerit, ne ab aliis occuparetur: neque se alium quam quo pater usus esset, titulum usurpare. Pompeius vim quidem fecisse Aristobulum decernit: sed tum clementer eos allocutus, interim quiescere jubet, donec ipse in Judæam veniret: tum enim se ordinaturum esse omnia. Sed cum Aristobulus eo non exspectato, in Judæam recessisset, et Alexandrium castellum occuparet: Pompeius iratus, bello suscepto, eum ad se venire jussit. Hic hortantibus amicis ne Romanis adversaretur, descendit, causaque dicta, eo unde venerat, rediit. Ac Pompeio jubente ut munitiones

XII. **234** Sic Herodes totius Judææ imperio potitus, sui studiosos fovit, adversarios suppliciis affecit. Pollioni Pharisæo et Samææ illius discipulo honorem in primis habuit: qui cum urbs obsideretur, deditionis faciendæ auctores fuerant. Samæas porro, ut supra narratum est, Hyrcano et judicibus prædixerat, Herodem conservatum, ipsos omnes ulturum esse Occidit autem ex Antigoni factione circiter XL principes, bonis etiam ereptis, nec malorum ullus finis fuit. Enimvero Phraates Parthorum rex Hyrcanum captivum benigne habuit, et vinculis solutum Babylone degere permisit, ubi a gente Judaica et pontificio et regio honore colebatur. Sed cum Herodem regnum suscepisse audivisset, discedere statuit: illum cum ob affinitatem tumque cædis reum periculo exemisset, sui rationem habiturum esse ratus. Quod etsi Babylonii Judæi dissuadebant, tumque a se pro rege et pontifice coleretur, tumque Hierosolyma reversus, ob mutilatum ab Antigono corpus sacerdotio fungi non posset: tamen suum desiderium, et Herodis preces, illorum monitis prætulit. Nam Herodes etiam a Phraate per legatos missis muneribus petierat, ne obstaret quominus viro de se bene merito gratiam referret. Neque vero Hyrcani commodum spectabat: sed quia regnum alienum tenebat, mutationes haud ab re veritus, id dabat operam, ut aut Hyrcanum e medio tolleret, aut in sua potestate haberet. Reditu a Parthis impetrato, Hyrcanus perquam

Variæ lectiones et notæ.

(43) *Μήτε τῆς τότε τύχης, μήτε τῆς πάλαι μεμνημένος*. Josephus pro μεμνημένος, ponit ἔννοιαν λαβών, quod tantumdem est. Sed videtur Antigonus præsentis fortunæ rationem habuisse. Quid enim victo relinquitur, nisi ut deditionem faciat, aut (idque fortassis eum decuisse Josephus censet) necem sibi consciscat? W.

honorifice ab Herode habebatur, cum et pater appellaretur, et prior accumberet in conviviis, et omni genere calliditatis deciperetur, ne insidias parari sibi animadverteret. Herodes porro aliquem ex illustrioribus pontificem designare veritus, Anaeli cuidam obscuro sacerdoti, quem Babylone accersierat, pontificatum tradit. Alexandra vero socrus Herodis, filium suum Aristobulum, puerum formosissimum, Alexandro Aristobuli filio natum, præteritum esse ægre ferens, a Cleopatra petit ut filio pontificatum impetret ab Antonio : quibus precibus segnius ab illo acceptis, Dellius in Judæam profectus, **235** Aristobuli et Mariammæ conjugis Herodis formam admiratus, Alexandræ persuadet, ut amborum liberorum imagines Antonio mittat : quibus ille conspectis, nihil non concessurus esset. Antonius imaginibus acceptis, puellam Herodi nuptam accersere verecundatus, etiam Cleopatræ criminationes declinans, ad Herodem scribit, ut sibi puerum mittat, cum hac appendice : nisi grave ipsi videretur. Herodes vero minime e re sua esse ratus, si Aristobulus adolescens formosissimus et nobilissimus ad Antonium Romanorum potentissimum, qui facile amoribus irretiretur, et ad voluptates propensus esset, mitteretur : rescripsit, si adolescens Judæa excessisset, omnia tumultu fore plena, itaque se Antonio excusavit ; et amicis convocatis, Alexandram incusavit, tanquam regnum sibi fraude eripere conantem. Se tamen propterea non injustum fore dixit, sed jam adolescenti pontificatum daturum : qui cum pridem plane puer esset, propterea se alium pontificem interea designasse. Quæ cum dixisset, Alexandra et lætitia et metu affecta est. Lætitia, ob filii honorem ; timore, ob Herodis suspicionem. Seque cum lacrymis excusavit, se pontificatum quidem appetivisse, regnum autem non affectasse : ac jam honorem filio tributum amplecti, et morigeram in omnibus ei se futuram pollicita est. Sic inter se collocuti, discesserunt.

A ἡ σπουδή, ἀλλ' ὅτι μὴ κατ' ἀξίαν ἦρχεν, ἐδεδοίκει τὰς ἐξ εὐλόγων μεταβολάς, καὶ ἔσπευδεν ἢ ἐκ ποδῶν θέσθαι τὸν Ὑρκανόν, ἢ τέως ἐν χερσὶν ἔχειν. Ἐνδεδωκότος δὲ τοῦ Πάρθου τὴν ἀναχώρησιν, ἀπελθὼν Ὑρκανὸς διὰ πάσης ἤγετο τιμῆς πρὸς Ἡρώδου, πατήρ τε καλούμενος, καὶ παρὰ τὰς ἑστιάσεις προκατακλινόμενος, καὶ παντοίως ἐξαπατώμενος, ἵνα μὴ ἐπιβουλευόμενος αἴσθηται. Εὐλαβούμενος δὲ ὁ Ἡρώδης τῶν ἐπισήμων τινὰ ἀποδεῖξαι ἀρχιερέα, ἐκ Βαβυλῶνος μεταπεμψάμενος ἱερέα τῶν ἀσημοτέρων, Ἀναὴλ ὄνομα, τούτῳ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀπένειμεν. Ἀλεξάνδρα δὲ ἡ πενθερὰ Ἡρώδου, παῖδα ἔχουσα Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστοβούλου, ὥρᾳ κάλλιστον, καλούμενον Ἀριστόβουλον, χαλεπῶς ἔφερε τὴν παρόρασιν τοῦ υἱοῦ· καὶ γράφει τῇ Κλεοπάτρᾳ, B αἰτήσασθαι τῷ παιδὶ παρ' Ἀντωνίου τὴν ἀρχιερωσύνην. Ἀντωνίου δὲ νωθέστερον διατεθέντος περὶ τὴν αἴτησιν, εἰς Ἰουδαίαν ἐλθὼν Δέλλιος, καὶ ἰδὼν τὸν Ἀριστόβουλον, ἠγάσθη, οὐχ ἧττον δὲ τὴν Μαριάμμην τὴν συνοικοῦσαν τῷ βασιλεῖ· καὶ πείθει τὴν Ἀλεξάνδραν ἀμφοτέρων τῶν παίδων εἰκόνας τῷ Ἀντωνίῳ στεῖλαι· θεασαμένου γὰρ εἶπε μή τινος ἀτευκτήσειν ὧν ἀξιοῖ. Ἡ μὲν οὖν πέμπει τὰς εἰκόνας τῷ Ἀντωνίῳ· ὁ δὲ τὴν μὲν κόρην ᾐδέσθη μεταπέμψασθαι γεγαμημένην Ἡρώδῃ, καὶ ἅμα τὰς εἰς Κλεοπάτραν διαβολὰς ὑπεξέκλινεν, ἐπέστειλε δὲ τῷ Ἡρώδῃ πέμπειν τὸν παῖδα, προσθέμενος, εἰ μὴ δοκοίη βαρύ. Ἡρώδης δέ, ἀσύμφορον ἑαυτῷ κρίνας, ὡραιότατον ὄντα τὸν Ἀριστόβουλον, καὶ γένει C προύχοντα, πρὸς Ἀντώνιον ἥκειν, ἰσχύοντα ὡς οὐδεὶς Ῥωμαίων, ἕτοιμον δὲ πρὸς ἔρωτας, καὶ πρὸς ἡδονὰς εὐκατάφορον, ἀντέγραψεν ὡς, εἰ ἐξέλθῃ τῆς χώρας τὸ μειράκιον, ἅπαντα ταραχῆς ἐμπλησθήσεται. Καὶ οὕτω μὲν παρῃτήσατο τὸν Ἀντώνιον· τοὺς δὲ φίλους ἀθροίσας, ᾐτιᾶτο τὴν Ἀλεξάνδραν, ὡς ἐπιβουλεύουσαν, ἵν' αὐτὸς ἀφαιρεθῇ τὴν ἀρχήν· Ἀλλ' οὐκ αὐτός, ἔφη, διὰ τοῦτο ἄδικος ἔσομαι, ἀλλὰ νῦν δίδωμι τὴν ἱερωσύνην τῷ μειρακίῳ· παιδὸς γὰρ ὄντος παντάπασι πρώην, διὰ τοῦτο ἕτερον ἀρχιερέα ἐποίησα. Οὕτως εἰπόντος, χαρά τε ἅμα καὶ δέος τὴν Ἀλεξάνδραν εἶχε· χαρὰ μὲν διὰ τὴν τιμὴν τοῦ παιδός, δέος δὲ διὰ τὴν ὑποψίαν Ἡρώδου. Καὶ ἀπελογεῖτο δακρύουσα, περὶ μὲν τῆς ἱερωσύνης σπουδάσαι, βασιλείᾳ δὲ μὴ ἐπιχειρῆσαι· καὶ νῦν δέχεσθαι εἰς τὸν υἱὸν τὴν τιμήν, ἔσεσθαι δὲ πρὸς πᾶν ὑπήκοος διεβεβαιοῦτο. Οὕτως ὁμιλήσαντες διελύοντο.

XIII. Omni suspicione sublata, et pontificatu puero Aristobulo tradito, Herodes res domesticas constituendi cupidus, Alexandram, quam suspectam habebat, in regia degere jussit, neque suapte auctoritate quidquam agere. Quæ cum accurate a quibusdam observaretur, exasperata, et quidvis potius tolerandum rata, quam vitam servilem et sollicitam, Cleopatræ opem implorat, statu rerum suarum exposito. Quæ cum eam cum filio ad se confugere jussisset : duabus cistis quasi ad efferendum funus præparatis, in eas se et filium includere statuit, quas servis rei consciis mandavit, ut noctu ad mare deferrent, ubi paratam navim habebant, qua in Ægyptum navigarent. Id consilium **236** Herodes e quodam servorum illius cognitum,

D ΙΓ'. Πάσης δῆθεν ὑποψίας ἐξῃρημένης, τῆς δὲ ἀρχιερωσύνης τῷ παιδὶ δοθείσης Ἀριστοβούλῳ, ἔδοξε τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν θεραπευθῆναι. Ἡρώδῃ δὲ ἡ Ἀλεξάνδρα ὕποπτος ἦν, καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις διατρίβειν αὐτὴν ἀπῄτει, καὶ μηδὲν ἐπ' ἐξουσίας δρᾶν, καὶ ἐπιμελῶς αὐτὴν ἦσάν τινες φυλάσσοντες. Ἡ δ' ἐξηγριοῦτο, πᾶν ὁτιοῦν ὑπομεῖναι προκρίνουσα ἢ μετὰ δουλείας καὶ φόβων βιοῦν. Καὶ τὴν Κλεοπάτραν παρεκάλει ἐπικουρεῖν, τὰ ἐν οἷς εἴη δηλώσασα. Ἡ δὲ σὺν τῷ παιδὶ πρὸς αὐτὴν ἀποδιδράσκειν ἐκέλευε. Δύο γοῦν λάρνακας παρασκευασαμένη ὡς εἰς ἐκκομιδὴν σωμάτων νεκρῶν, ταύταις ἔμελλεν ἑαυτὴν καὶ τὸν υἱὸν ἐμβαλεῖν, ἐπιτάξασα τοῖς συνειδόσι τῶν οἰκετῶν νυκτὸς ἐκφέρειν καὶ κομίζειν πρὸς θάλασσαν, ὅπου καὶ πλοῖον αὐτοῖς ᾧ

πλεῖν ἐπὶ Αἴγυπτον ἔμελλον παρεσκεύαστο. Ταῦτα A ὁ Ἡρώδης ἔκ τινος τῶν οἰκετῶν ἐκείνης μαθών, καὶ προελθεῖν ἐάσας μέχρι τῆς ἐγχειρήσεως, ἐπ' αὐτῇ τῇ πράξει τοῦ δρασμοῦ συνέλαβε. Παρῆκε δὲ τὸ ἁμάρτημα φόβῳ τῆς Κλεοπάτρας, ἀλλ' οὐκ ἐπιεικείᾳ. Ἐδέδοκτο δ' αὐτῷ ἐκποδὼν ποιήσασθαι τὸ μειράκιον. Ἕβδομον οὖν καὶ δέκατον γεγονὸς ἔτος, ἀνῆλθεν ἐπὶ τὸν βωμόν, θῦσον κατὰ τὴν τῆς Σκηνοπηγίας ἑορτήν, ἐστολισμένον ἀρχιερατικῶς. Ὁρμὴ δὲ τῷ πλήθει πρὸς αὐτὸ εὐνοίας ἐγένετο διά τε τὸ κάλλος, καὶ τὸ τοῦ σώματος μέγεθος, καὶ τὸ τοῦ γένους ἀξίωμα, ἔχαιρόν τε ἅμα καὶ συνεχέοντο, καὶ φωνὰς εὐφήμους ἠφίουν εὐχαῖς μεμιγμένας. Τούτοις κινηθεὶς Ἡρώδης, μᾶλλον ἔθετο τῷ κατὰ τοῦ μειρακίου σκοπῷ. Καὶ τῆς ἑορτῆς παρελθούσης, μεθ' ἑστίασιν φιλοφρονούμενος τὸ μειράκιον, ἐνεανιεύετο B καὶ προσέπαιζεν αὐτῷ χαριζόμενος, κἀν ταῖς κολυμβήθραις ἐνήχοντο. Οἱ δ' Ἡρώδου φίλοι, συννηχόμενοι ὡς ἐν παιδιᾷ, οἳ συνῄδεσαν τὸ ἀπόρρητον, οὐκ ἀνῆκαν συμπιέζοντες ἀεὶ τὸν Ἀριστόβουλον καὶ βαπτίζοντες, μέχρι τοῦ ἀποπνῖξαι. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ὤλετο, οὔπω τὸν ὀκτωκαιδέκατον ἀνύσας ἐνιαυτόν. Πᾶσι δὲ τὸ πάθος οἰκεία νενόμισται συμφορά. Καὶ Ἀλεξάνδρα, συνεῖσα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀπωλείας, ἔτι μᾶλλον τῷ πάθει συνείχετο, ἐνεκαρτέρει δὲ φόβῳ κακῶν ἑτέρων. Ἡρώδης δὲ πάντα ἐπετήδευεν, ἀποσκευαζόμενος τὴν ὑπόνοιαν, καὶ δακρύων, καὶ συγχεόμενος, καὶ πολυτελῆ τὴν ἐκφορὰν ἐνδεικνύμενος. Ἀλεξάνδρα δὲ τούτων οὐδενὶ ἐμαλάττετο, ἀλλὰ τῇ Κλεοπάτρᾳ γράφει τὴν ἐξ ἐπιβουλῆς Ἡρώδου τοῦ C υἱέος ἀπώλειαν. Ἡ δὲ τὸν Ἀντώνιον ἠρέθιζε τίσασθαι τὸν τοῦ παιδὸς φόνον. Πέμπει οὖν Ἀντώνιος, κελεύων ἐλθεῖν Ἡρώδην εἰς Λαοδίκειαν, καὶ ἀπολογήσασθαι. Ὁ δὲ τὴν αἰτίαν δεδοικώς, καὶ τὴν Κλεοπάτρας δυσμένειαν, ἀπιών, Ἰωσὴφ τὸν θεῖον αὐτοῦ ἐπίτροπον τῶν ἐκεῖ πραγμάτων κατέλιπεν, ἐντειλάμενος λάθρα, εἰ πάθοι τι παρ' Ἀντωνίου αὐτός, αὐτίκα τὴν Μαριὰμ ἀνελεῖν, ἵνα μή, τεθνηκότος αὐτοῦ, ἑτέρῳ διὰ τὴν ὡραιότητα γένηται. Ἡρώδης μὲν οὖν ἀπῄει. Ἰωσὴφ δέ, τὰ τῆς ἀρχῆς διοικῶν, καὶ συνεχῶς ἐντυγχάνων τῇ Μαριὰμ καὶ τῇ Ἀλεξάνδρᾳ, τὴν πρὸς τὴν Μαριὰμ διηγεῖτο τοῦ βασιλέως διάθεσιν. Εἰρωνευομένων δ' ἐκείνων πρὸς τοὺς λόγους, προήχθη καὶ τὸ τῆς ἐντολῆς ἐκφῆναι ἀπόρρητον. Τὸ δὲ μᾶλλον εἰς πλείω τὰς γυναῖκας ἐνῆγεν ἀπόνοιαν. D Γίνεται δὲ καὶ λόγος παρὰ τῶν ἀπεχθανομένων Ἡρώδῃ, ὡς κτείνειεν αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος. Ἐν τούτοις γράμματα ἐξ Ἡρώδου ἀφίκετο, τὴν Ἀντωνίου τιμὴν τὴν πρὸς αὐτὸν διηγούμενα, καὶ ὡς συνεδρεύει αὐτῷ ἐν ταῖς διαγνώσεσι, καὶ ὡς συνεστιᾶται, καὶ ὅτι τούτων τυγχάνει, καὶ ταῦτα τῆς Κλεοπάτρας χαλεπῆς οὔσης αὐτῷ πρὸς διαβολήν. Τούτων τῶν γραμμάτων κομισθέντων, ἡ ψευδὴς ἐπαύσατο φήμη.

A eo usque progredi passus est, donec in ipsa fuga deprehenderentur : ac delictum id non tam humanitate, quam Cleopatræ metu adductus, illis condonavit. Sed cum omnino in animo haberet e medio tollere adolescentem, accidit ut is annum ætatis XVII agens, in festo Tabernaculorum pontificia stola ornatus, aram ad immolandas victimas conscenderet, ac populus impetu quodam ad ejus benevolentiam ferretur, tum ob formam et corporis magnitudinem, tum ob familiæ dignitatem, ac simul et gauderet et mœreret, et faustis acclamationibus preces misceret. Iis rebus commotus Herodes, magis etiam id consilium ursit, quod contra illum ceperat. Festoque peracto, post convivium ei se jucundum præbuit, juveniliter ac B festive collusit, ac in piscina una cum eo natavit. Verum Herodis amici, arcani conscii, quasi per jocum Aristobulum premere et mergere non prius destiterunt, quam suffocassent. Eo nondum annos nato XVIII sic enecato, casum illum quisque non secus ac suam calamitatem ferebat. Alexandræ vero dolor, causa quoque interitus cognita, magis etiam augebatur, et quanquam Herodes ad eam suspicionem a se amovendam nihil non faceret, flendo, lugendo, et funus magnifice efferendo, mater tamen nulla rerum earum mitigata, Cleopatræ scribit, ut Herodis insidiis suus filius interiisset, a qua incitatus Antonius, illum ad causam dicendam Laodiceam vocat. Ille et crimen et Cleopatræ inimicitias, cum C abiret, veritus, Josephum patruum suum rerum administrationi præficit : clamque mandat, si quid sibi ab Antonio accidisset, ut Mariammen statim tolleret, ne se mortuo alteri ob formæ elegantiam nuberet. Josephus post Herodis discessum rebus gerendis intentus, crebro cum Alexandra et Mariamme congressus, ut rex erga hanc affectus sit commemorat. Illis vero ea verba per dissimulationem eludentibus, sibi non temperavit quominus arcanum mandatum effutiret. Ea oratio majorem desperationem mulieribus attulit. Sparso autem rumore ab Herodis inimicis, eum ab Antonio occisum esse : litteræ 237 ab ipso afferuntur, quibus exponebat quam honorifice ab illo tractaretur, ut pro tribunali illi assideret, ut ejus conviviis interesset : eaque sibi D tribuerentur, quamvis Cleopatra graviter criminante. Iis litteris falsum rumorem abolevit.

ΙΔ'. Ἐπεὶ δὲ προπέμψας ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης τὸν Ἀντώνιον ἐπὶ Πάρθους, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν, εὐθὺς ἡ ἀδελφὴ Σαλώμη καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν κατηγόρουν Ἀλεξάνδρας καὶ Μαριάμ. Ἡ δὲ Σαλώμη καὶ κατὰ τοῦ ἀνδρὸς ἑαυτῆς λόγον εἰσῆγεν, ὡς μιγνυμένου τῇ Μαριάμ· οὗτος δ' ἦν Ἰωσήφ, ὁ τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων ἐπίτροπος. Ἔλεγε δὲ ταῦτα, ἐκ πλείονος αὐτῇ χαλεπαίνουσα, ὅτι τὴν αὐτῶν δυσγένειαν ἐξωνείδιζεν. Ἡρώδης δὲ εὐθὺς ἐταράττετο,

XIV. Cum autem Antonium in Parthos proficiscentem prosecutus, Hierosolyma rediisset, statim Salome soror, et mater ejus, Alexandram et Mariammen accusarunt. Salome etiam verba interjecit, maritum suum Josephum, regiorum negotiorum procuratorem, cum Mariamme rem habere. Hæc dicebat ex inveterato odio, propter objectam sibi a Mariamme ignobilitatem. Herodes vero statim perturbatus, ex æmulatione Mariammen seorsim

percuntatur. Illa crimen ejerante, remissa iracundia victus amore, suum erga illam affectum testatur. Illa vero respondet, mandatum illud non esse amantis, quo si quid ipsi accidisset ab Antonio gravius, se quoque interfici jussisset. Id dictum Herodem ita perculit, ut exclamaret, ex eo constare de Josephi erga illam amore. Neque enim arcanum fuisse proditurum, nisi magnus eos affectus copulasset. Ac statim uxorem occidisset, nisi amore illius subactus fuisset. Josephum certe quidem, nec in conspectum suum admissum, interfici jussit: Alexandram, ut malorum omnium auctorem, in vincula conjectam asservavit. Antonius porro amore, ac potius veneficiis Cleopatræ corruptus, cupiditatibus illius serviebat. Ea fratrem, ad quem regnum pertinebat, veneno sustulerat; sororem Arsinoem per Antonium occiderat: Antonium ipsum cogere nitebatur, ut sibi Judæam et Arabiam attribueret. Qui ut et manifestam injuriam velaret, et mulieris amoribus ac potius præstigiis indulgeret, ablatis ab utraque provincia partibus, insatiabilem illius cupiditatem mitigavit. Antonio in Armeniam ducente exercitum, Cleopatra in reditu cum Herode in Judæam venit, familiaritate in tantum aucta, ut cum etiam ad cubile invitarit, sive ex effrenata libidine, sive ex illius amore, sive quod probabilius est, ut principium insidiarum ex illo congressu contra hominem
238 captaret. Sed Herodes, verbis illius elusis, muneribus placatam in Ægyptum deduxit. Septimo Herodis anno Judæa tanto terræmotu est concussa, quanto nunquam alias: nec jumenta duntaxat multa perierunt, sed et hominum ad xxx millia ruinis ædificiorum sunt oppressa. Herodes vero redemptis vectigalibus earum provinciarum, quæ in Arabia et Judæa Cleopatræ attributæ erant, cum Arabs in pendendis tributis parum æquum se præberet, bellum ei Antonii permissu inferre constituit; ac multis præliis factis, tandem victor gente supplice in clientelam accepta, domum revertitur, ob rem fortiter gestam nomine magno parto, et plenus animorum. Sed Antonio recens ad Actium a Cæsare superato, res ejus turbatæ sunt, ac potius plane deploratæ. Neque enim sperari poterat, cum in tanta Antonii amicitia, nullam a Cæsare cladem accepturum. Cum autem jam ante in animo habuisset, Hyrcanum e medio tollere: tum magis etiam id consilium probabat, ne vir superesset regno se dignior, idque tali casu est confirmatum. Nam Alexandra, contentiosa muliercula, non prius urgere patrem destitit, ut ad Malchum Arabum principem confugeret, quam principio refragantem denique impulisset, ut per litteras ab illo se suscipi peteret, iis Dositheo amico ut perferret datis. Is vero cum epistolam Herodi tradidisset, jussus est ea ad Malchum perlata, responsum illius afferre. Quo per Dositheum confecto, rescripsit Arabs, se et Hyrcanum et omnes illius necessarios esse recepturum. Ea epistola recepta,

A καὶ ζηλοτυπῶν, ἰδίᾳ τὴν Μαριὰμ ἀνέκρινεν. Ἀπομνυμένης δ' ἐκείνης, ἐχάλα τὴν ὀργὴν, καὶ τοῦ ἔρωτος ἡττῆτο, καὶ τὴν εἰς αὐτὴν ἐπιστοῦτο φιλοστοργίαν. Ἡ δὲ, Οὐ στέργοντος εἶπεν εἶναι τὸ κἀμὲ ἀπολέσθαι ἐντείλασθαι, εἴ γέ σοι παρ' Ἀντωνίου χαλεπόν τι ἐπενεχθῇ. Οὗτος ὁ λόγος τὸν Ἡρώδην ἐτάραξε, καὶ ἐβόα, σαφῶς ἐκ τούτου πεφωρᾶσθαι τὸν τοῦ Ἰωσὴφ πρὸς αὐτὴν ἔρωτα. Οὐ γὰρ ἂν ἐξεῖπε τὸ ἀπόῤῥητον, ἔλεγεν, εἰ μὴ μεγάλης συναψάσης αὐτοὺς διαθέσεως. Καὶ ἀπέκτεινεν ἂν τὴν γυναῖκα αὐτίκα, εἰ μὴ τῷ αὐτῆς δεδούλωτο ἔρωτι. Τὸν Ἰωσὴφ δὲ, μηδ' εἰς ὄψιν αὐτοῦ ἀγαγὼν, προσέταξε διαχρήσασθαι, καὶ τὴν Ἀλεξάνδραν ὡς ἁπάντων αἰτίαν δήσας ἐφύλαττεν. Ἀντώνιος δὲ τῷ Κλεοπάτρας ἔρωτι, μᾶλλον δὲ φαρμακείαις διεφθαρμένος, ταῖς ἐκείνης θελήσεσιν
B ἐδεδούλωτο. Ἡ τὸν μὲν ἀδελφὸν, ᾧ ἡ βασιλεία διέφερε, φαρμάκῳ διέφθειρε· τὴν δ' ἀδελφὴν Ἀρσινόην, δι' Ἀντωνίου ἀπέκτεινε· τὸν μέντοι Ἀντώνιον ἐβιάζετο τὴν Ἰουδαίαν αὐτῇ καὶ τὴν Ἀραβίαν προσνεῖμαι. Ὁ δὲ, τὸ προφανὲς τῆς ἀδικίας δυσωπούμενος, ἐκείνῃ τε χαρίζεσθαι διὰ τοὺς ἔρωτας καὶ τὰς γοητείας ἀναγκαζόμενος, ἐξ ἑκατέρων τῶν χωρῶν μέρη ἀποτεμόμενος, τούτοις αὐτῆς τὴν ἀπληστίαν παρεμυθήσατο. Ὁ μὲν οὖν Ἀντώνιος εἰς Ἀρμενίαν ἐστράτευσεν· ἡ δὲ, ὑποστρέφουσα, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐγένετο, συντυχόντος αὐτῇ τοῦ Ἡρώδου. Συνηθείας δὲ αὐτῇ πρὸς Ἡρώδην γενομένης, προσεκαλεῖτο αὐτὸν εἰς εὐνὴν, ἀκρατῶς πρὸς μίξιν διακειμένη, τάχα δέ τι καὶ παθοῦσα πρὸς ἐκεῖνον ἐρωτικὸν, ἢ τὸ πι-
C θανώτερον, ἀρχὴν ἐνέδρας τὴν ἐπ' αὐτῇ ὁμιλίαν κατὰ τοῦ ἀνδρὸς συσκευάζουσα. Ἡρώδης δὲ τοὺς μὲν λόγους αὐτῆς διεκρούσατο, δωρεαῖς δὲ θεραπεύσας, ἐπ' Αἴγυπτον προὔπεμψεν. Ἑβδόμου δὲ ἤδη ἔτους Ἡρώδου τῆς βασιλείας ἐνεστηκότος, ἐσείσθη τῶν Ἰουδαίων ἡ γῆ, ὡς οὐκ ἄλλοτε. Καὶ τῶν τε κτηνῶν φθορὰ πολλὴ γέγονε, καὶ τῶν ἀνθρώπων ὡσεὶ τρισμύριοι ἐν ταῖς καταπεπτωκυίαις οἰκίαις συγκατεχώσθησαν. Τοὺς φόρους δὲ τῶν ἀπονεμηθεισῶν τῇ Κλεοπάτρᾳ χωρῶν ἐξ Ἀραβίας καὶ Ἰουδαίας Ἡρώδου μισθωσαμένου, ὁ Ἄραψ περὶ τὴν τοῦ δασμοῦ καταβολὴν ἠγνωμόνει. Ἔγνω οὖν ὁ βασιλεὺς χωρῆσαι κατὰ τοῦ Ἄραβος, καὶ ὑπ' Ἀντωνίου τοῦτο ἐπιτραπεὶς, καὶ συμβαλὼν πολλάκις, τελευταῖον νικᾷ, καὶ προστατεῖν τοῦ ἔθνους ὑπὸ τῶν Ἀράβων ᾑρέθη.
D Καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὰ οἰκεῖα, μέγα διὰ τὰ ἀνδραγαθήματα κτησάμενος ὄνομα, καὶ φρονήματος ἔμπλεως. Ἄρτι δὲ Καίσαρος τὸν Ἀντώνιον ἐν Ἀκτίῳ μάχῃ νικήσαντος, Ἡρώδῃ τὰ πράγματα τεθορύβητο, ἢ καὶ ἀπέγνωστο τέλεον. Οὐ γὰρ ἦν ἐλπὶς τοσαύτης αὐτῷ πρὸς Ἀντώνιον φιλίας γενομένης, μὴ κακωθῆναι ὑπὸ τοῦ Καίσαρος. Ἡρώδης δὲ, τὸν Ὑρκανὸν ἐκ μέσου ποιῆσαι διανοούμενος, τότε μᾶλλον ᾤετο συμφέρειν αὐτῷ τὴν ἐγχείρησιν, ἵνα μὴ ἀνὴρ περισώζοιτο, τυχεῖν τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἀξιώτερος. Ἡρώδης μὲν οὖν οὕτω διανενόητο· ἠρέθισε δέ τι συμβὰν πρὸς τὴν πρᾶξιν πλέον αὐτόν. Ἡ γὰρ Ἀλεξάνδρα, φιλόνεικον ὑπάρχουσα γύναιον, οὐκ ἀνίει ἀναπείθουσα τὸν πατέρα, Μάλχῳ προσχωρῆσαι τῷ τὴν Ἀραβίαν ἔχοντι. Ὁ δὲ πρῶτον μὲν διωθεῖτο τοὺς

λόγους. Ἐγκειμένης δ' ἐκείνης, τέλος ἐπιστολὴν A πρὸς τὸν Μάλχον ἐγχαράττει περὶ τοῦ δέξασθαι σφᾶς, καὶ Δοσιθέῳ τινὶ τῶν φίλων δίδωσι ταύτην. Καὶ ὃς Ἡρώδῃ τὴν ἐπιστολὴν ἐνεχείρισεν. Ὁ δὲ ἀποδοῦναι τῷ Μάλχῳ τὴν γραφὴν ἠξίωσε τὸν Δοσίθεον, καὶ τὰ παρ' ἐκείνου γράμματα ἐνεγκεῖν. Ταῦτα δὲ τοῦ Δωσιθέου πληρώσαντος, ἀντεπέστειλεν ὁ Ἄραψ αὐτόν τε τὸν Ὑρκανὸν δέξασθαι, καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ. Ταύτην οὖν Ἡρώδης δεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν, μεταπέμπεται Ὑρκανὸν, καὶ περὶ τῶν πρὸς τὸν Μάλχον ἀνέκρινε συνθηκῶν· ἀρνουμένου δὲ, τὰς ἐπιστολὰς δείξας τῷ συνεδρίῳ, τὸν ἄνδρα διεχειρίσατο. Πολλοὶ δὲ σκῆψιν Ἡρώδου τὰ κατὰ τὸν Ὑρκανὸν γενέσθαι φασὶ, βουλομένου αὐτὸν ποιήσασθαι ἐκποδών. Καὶ τούτου ποιοῦνται τεκμήριον τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐπιείκειαν ἢ ἀφέλειαν, καὶ τὸ μηδὲ ἐν νεότητι θράσους τι ἢ προπετείας ἐνδείξασθαι· τότε δὲ ἦν ἐτῶν ὀγδοήκοντα πρὸς ἑνί.

Herodes Hyrcanum accersit, de fœdere cum Malcho icto quærit, inficias euntem, litteris in concilio prolatis, interficit. Sunt qui Herodem hoc contra Hyrcanum commentum esse arbitrentur, ut hominem e medio tollere posset, argumento ex facilitate et simplicitate viri sumpto: qui ne adolescens quidem, quidquam audax aut temerarium tentarit, nedum tunc LXXXI ætatis annum agens.

ΙΕ'. Ἡρώδης δὲ, σπεύδων πρὸς Καίσαρα, τὴν μὲν μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν καὶ πᾶσαν τὴν γενεὰν ἐν Μασάδοις κατέστησε· Μαριὰμ δὲ τὴν γυναῖκα σὺν B Ἀλεξάνδρᾳ τῇ μητρὶ εἰς Ἀλεξάνδρειον ἤγαγε, προφάσει τιμῆς φρουροὺς ἐγκαταστήσας αὐταῖς, Ἰωσὴφ τὸν ταμίαν καὶ τὸν Ἰτουραῖον Σόεμον, πιστοτάτους αὐτῷ, ἐντειλάμενος αὐτοῖς, εἴ τι περὶ αὐτοῦ πύθοιντο δυσχερὲς, ἐξ αὐτῆς καὶ ἄμφω διαχειρίσασθαι, τὴν δὲ βασιλείαν τοῖς παισὶν αὐτοῦ καὶ τῷ ἀδελφῷ Φερώρᾳ διατηρεῖν. Τοιαύτας δοὺς ἐντολὰς, εἰς Ῥόδον ἠπείγετο πρὸς τὸν Καίσαρα. Καταπλεύσας δὲ, περιεῖλε μὲν τὸ διάδημα, τοῦ ἄλλου δ' ἀξιώματος οὐδὲν ὑφῆκεν· ἀλλὰ καὶ κοινωνήσας λόγου τῷ Καίσαρι, τὸ μεγαλεῖον ἐνέφηνε τοῦ φρονήματος, οὔτε πρὸς ἱκεσίας τραπόμενος, καὶ τὸν λογισμὸν τῶν πεπραγμένων οὐ μεθ' ὑποστολῆς ἀποδούς. Οὐ μετρίως οὖν ἐπεσπάσατο τὸν Καίσαρα, καὶ τό τε διάδημα C πάλιν ἀποκατέστησεν αὐτῷ, καὶ ἦγε διὰ τιμῆς. Οὕτω δὲ παρ' ἐλπίδα ἐσχηκὼς βεβαιοτέραν τὴν βασιλείαν, παρέπεμψεν ἐπ' Αἴγυπτον Καίσαρα, δωρησάμενος αὐτόν τε καὶ τοὺς φίλους φιλοτιμότατα. Ἐπανήει δὲ πρὸς τὴν Ἰουδαίαν πλείονι τιμῇ καὶ παῤῥησίᾳ, καὶ τεταραγμένην αὐτῷ τὴν οἰκίαν κατέλαβεν. Οἰηθεῖσαι γὰρ ἥ τε Μαριὰμ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρα, ὅπερ ἦν, ὅτι ὡς ἐν φρουρᾷ κατεκλείσθησαν εἰς τὸ Ἀλεξάνδριον, ἵνα μηδ' ἑαυτῶν ἐξουσίαν ἔχοιεν, χαλεπῶς ἔφερον, καὶ διὰ θεραπείας τοὺς φρουροὺς ἐπεποίηντο, καὶ μᾶλλον τὸν Σόεμον, λόγοις αὐτὸν καὶ δωρεαῖς θεραπεύουσαι. Ὁ δ' ἡττᾶτο κατὰ μικρὸν, καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ βασιλέως ταύταις ἐξέφηνεν. Αἱ δὲ χαλεπῶς πρὸς ταῦτα διέκειντο, καὶ μᾶλλον ἡ Μαριάμ. Ἡρώδου γὰρ πρώτῃ τῇ γυναικὶ περὶ τῶν D κατ' αὐτὸν, ὡς εἰκὸς, εὐαγγελιζομένου, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀσπαζομένου, ἡ δὲ πρὸς μὲν τοὺς ἀσπασμοὺς ἔστενε, πρὸς δὲ τὰς εὐτυχίας ἀχθομένῃ ἐῴκει, ὡς ἐκταράττεσθαι τὸν βασιλέα, καὶ ἀδημονεῖν διὰ τὸ τοῦ μίσους παράλογον· καὶ ὁρμῆσαι μὲν πολλάκις εἰς ἄμυναν τῆς ὑπεροψίας αὐτῆς, ἀνακόπτεσθαι δὲ ὅτι προκατείληπτο ὑπὸ ἔρωτος. Τὸ δὲ σύμπαν ἐδεδοίκει μὴ λάθῃ, κολάσας ἐκείνην, μᾶλλον ἑαυτὸν κακῶς διαθέμενος, τῆς ἐρωμένης οὐκ οὔσης. Ἡ δέ γε μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ παρώξυνον τὸν Ἡρώδην διαβολαῖς, ζηλοτυπίαν αὐτῷ καὶ μῖσος ἐνιεῖσαι. Καὶ ὃς χεῖρον εἶχεν ἀεὶ πρὸς αὐτὴν, τῆς μὲν οὐκ ἀποκρυπτούσης τὴν πρὸς ἐκεῖνον διάθεσιν, τοῦ δὲ τὸν ἔρωτα πρὸς ὀργὴν ἀεὶ μεταβάλλοντος. Καὶ εἰ μὴ

XV. Herodes vero ad Cæsarem festinans, matrem, sororem, et omnes liberos Masadis collocavit: **239** Mariammen uxorem cum ejus matre Alexandra Alexandrium duxit, custodibus per speciem honoris adhibitis, Josepho quæstore et Ituræo Soemo fidissimis suis, cum hoc mandato, si quid de se adversi audivissent, ut ambabus interfectis, regnum suis filiis et fratri Pheroræ conservarent. Deinde ad Cæsarem Rhodum profectus, solo diademate posito, aliis in rebus nihilo se humilius gessit: ac in colloquio cum Cæsare magnitudinem animi præ se tulit, non ad preces conversus, et ratione actorum suorum citra submissionem reddita. Qua Cæsar non mediocriter ei conciliatus, et diadema restituit, et honorem habuit. Sic regno præter opinionem suam firmato, Cæsarem cum amicis munificentissime donatum, in Ægyptum prosecutus est. Inde in Judæam majore cum honore et fiducia regressus, domum suam turbatam reperit. Nam Alexandra et Mariamme ratæ, id quod res erat, se in Alexandrio tanquam in custodia conclusas esse, ut nec in semetipsas potestatem haberent, graviter id tulerunt, ac custodibus, Soemo præsertim, tum verbis, tum muneribus conciliatis, hominem paulatim, eo usque impulerunt, donec regis mandata eloqueretur. Quibus auditis commotæ sunt, Mariamme potissimum. Cui cum Herodes primæ, ut uxori par est, statum suum nuntiasset, et præ cæteris salutem dixisset, illa ad salutationes ingemuit, ad felicitatis commemorationem mœrorem præ se tulit, ut percelleretur rex, et ad eam insolentiam vindicandam sæpius concitaretur: sed amoris vehementia impetum illius retardavit. Ad summam, veritus est, ne dum per imprudentiam adamatam multaret, in seipsum gravius amissa illa animadverteret. Sed quoniam a matre et sorore calumniis ad zelotypiam et odium exstimulabatur, in dies pejus erga eam est affectus, illa suum animum non dissimulante, ipso amorem ira commutante. Quod si ad Cæsarem victorem in Ægyptum non festinasset, Antonio et Cleopatra jam mortuis, statim fortasse facinus perpetratum esset. Nunc rebus domesticis relictis, maxima a Cæsare in **240** Ægypto est consecutus, majorique cum splendore reversus. Mariamme vero, quam ardentissime amabat, alias casta erat et fida

illi, sed amore subacto interdum contumeliose insultabat, et matri ac sorori ejus ignobilitatem per derisum objiciebat. Odium porro hac occasione erupit. Rex meridiano tempore thalamum ingressus ut quiesceret, Mariammen vocavit : ea vero illi male dixit, ob fratrem et avum suum interfectos. Quod illo graviter ferente, Salome opportuno tempore arrepto, pincernam, quem ante corruperat ut Mariammen accusaret, impulit ut tum regem conveniret, et ea quæ ab ipsa edoctus esset, proferret. Ille vero sibi munera ab illa oblata esse asserebat, ut philtrum ei propinaret : id vero esse venenum quoddam, cujus ipse vires ignoraret. His rex auditis, iracundia majore inflammatus, de pincerna uxoris, quem ei fidissimum esse sciebat, quæstiones habuit. Is cum de iis ob quæ torquebatur, neque sciret neque diceret quidquam, odium mulieris e Soemi verbis ortum ducere asserebat. Nondum eam orationem finierat, cum Herodes magna voce exclamavit, Soemum mandata sua non fuisse pro nihilo habiturum, nisi aliquid rei cum muliere habuisset, eumque statim interfici jussit, uxorem vero intimis suis convocatis, de poculis amatoriis et veneficiis iratus accusavit. Quam ii qui aderant, ut rex affectus esset cernentes, capitis condemnarunt. Dum ad necem abducitur, Alexandra mater ejus jam suæ quoque vitæ timens, et ignorationem criminum, quæ Mariammæ objecta essent, præ se ferens, exsiliit, filiamque malam et ingratam erga maritum appellavit. Illa vero neque perturbata ea re, neque ullum effata verbum vultu intrepido, et forti animo ad mortem ivit, generosam indolem in extremis etiam præ se ferens.

A πρὸς Καίσαρα ἔσπευδεν, ἤδη κεκρατηκότα, Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας θανόντων, εἰς Αἴγυπτον, τάχα εὐθὺς ἂν ἐπράχθη τὸ δεινόν. Νῦν δὲ τὰ περὶ τὴν οἰκίαν ὡς εἶχε κατέλιπε, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος, μεγίστων ἠξιώθη παρὰ τοῦ Καίσαρος, καὶ ἐπανήει λαμπρότερος. Ἤρα δὲ τῆς Μαριὰμ καὶ σφόδρα διακαῶς· ἡ δὲ τὰ μὲν ἄλλα σώφρων ἦν αὐτῷ καὶ πιστή, κατατρυφῶσα δὲ τοῦ ἀνδρὸς δεδουλωμένου διὰ τὸν ἔρωτα, πολλάκις μὲν ἐξύβριζεν εἰς αὐτόν, καὶ τὴν αὐτοῦ δὲ μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐπὶ δυσγενείᾳ ἐχλεύαζεν. Ἐξεῤῥάγη δὲ τὸ μῖσος εἰς τοὐμφανὲς ἐκ τοιαύτης λαβῆς. Μεσημβρίας οὔσης ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν θάλαμον εἰσῄει ἀναπαυσόμενος, καὶ ἐκάλει τὴν Μαριάμ· ἡ δὲ, εἰσελθοῦσα, ἐλοιδορεῖτο αὐτῷ, ὡς τὸν πάππον αὐτῆς καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀποκτείναντι. Ἐχα-
B λέπαινε δὲ ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεύς. Καὶ ἡ Σαλώμη, τοῦ καιροῦ δραξαμένη τὸν οἰνοχόον προδιαφθείρασα, κατηγορῆσαι τῆς Μαριὰμ, πείθει τοῦτον τότε τῷ βασιλεῖ προσελθεῖν, καὶ ἃ παρ' ἐκείνης ἐδιδάχθη, αὐτῷ διαλέξασθαι. Ὁ δὲ δώροις ἔλεγε παρὰ τῆς Μαριὰμ δεξιωθῆναι, ἀναπειθούσης φίλτρον αὐτῷ δοῦναι· τὸ δ' εἶναί τι φάρμακον, οὗ τὴν δύναμιν ἰσχυρίζετο ἀγνοεῖν. Τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, ἔτι μᾶλλον κεκίνητο εἰς ὀργήν· καὶ τὸν τῆς γυναικὸς οἰνοχόον, πιστότατον ὄντα αὐτῇ, ἐβασάνιζεν. Ὁ δὲ οὐδὲν περὶ ὧν ἐβασανίζετο οὔτ' ᾔδει, οὔτ' ἔλεγεν, ἀλλὰ τὸ μῖσος τῆς γυναικὸς ἔφασκε γενέσθαι διὰ τοὺς λόγους, οὓς ὁ Σόεμος αὐτῇ φράσειεν. Οὔπω τὸν λόγον ἐκεῖνος εἰς τέλος ἤνεγκε, καὶ μέγα βοήσας Ἡρώδης·
C Οὐκ ἂν, ἔφη, Σόεμος τὰς ἐντολὰς ἐξεφαύλισεν (44), εἰ μή τις αὐτῷ πρὸς τὴν γυναῖκα κοινωνία ἐγένετο. Τὸν μὲν οὖν Σόεμον εὐθὺς κτανθῆναι ἐκέλευσε· τῆς δὲ γυναικὸς κατηγόρει, τοὺς οἰκειοτάτους συναγαγὼν, περὶ φίλτρων καὶ φαρμάκων, καὶ ὀργίλως κατ' αὐτῆς διέκειτο. Οὕτω δ' ἔχοντα ὁρῶντες αὐτὸν οἱ παρόντες, θάνατον ἐκείνης κατεψηφίσαντο. Καὶ ἡ μὲν ἤγετο τὴν ἐπὶ θανάτῳ· Ἀλεξάνδρα δ' ἡ μήτηρ αὐτῆς, ἤδη καὶ περὶ ἑαυτῆς δεδοικυῖα, καὶ τὴν ἄγνοιαν ὧν ἡ Μαριὰμ κατηγορήθη ἐμφαίνουσα, ἐκπηδήσασα, κακὴν καὶ ἀχάριστον πρὸς τὸν ἄνδρα τὴν θυγατέρα ἐκάλει, καὶ δίκαια πάσχειν ἔλεγεν. Ἡ δὲ, οὔτε ταραχθεῖσα πρὸς ταῦτα, οὔτε λόγον δοῦσα, ἀπῄει πρὸς τὸν θάνατον ἀτρεμαίῳ τῷ καταστήματι καὶ γενναίῳ φρονήματι, καὶ τὴν εὐγένειαν κἂν τοῖς ἐσχάτοις ἐμφαίνουσα.

XVI. Cum Mariamme, interitu a Salome maturato, ita periisset, Herodes amore illius magis exarsit, sæpe nomine eam inclamavit, indecore lamentatus, et usque adeo affectu illo victus, ut per ministros Mariammen vocari juberet. Denique in deserta egressus, **241** ibique mœrori indulgens, in gravem morbum incidit, qui erat inflammatio et putrefactio cervicis, et mentis alienatio. Alexandra vero Hierosolymis degens, cum regem iis malis conflictari audivisset, duo suburbana castella occupare conata, jussu ejus statim occiditur : qui cum mortis periculum ægre evitasset, sævum se præbuit et implacabilem, ad vindictam et cædes propensus, non vulgi duntaxat, sed intimorum etiam amicorum. Patria quoque instituta violavit, et peregrinis moribus veterem statum corrupit. Quibus re-

ΙϚʹ. Καὶ ἡ μὲν οὕτως ἀπέθανε, τῆς Σαλώμης αὐτῇ κατεπειξάσης τὸν θάνατον. Ἡρώδης δὲ τότε μᾶλλον ἐξῆπτο πρὸς τὸν ἐκείνης ἔρωτα, καὶ πολλάκις ἀνακλήσεις ἦσαν αὐτῆς, καὶ θρῆνοι ἀσχήμονες. Καὶ οὕτως αὐτοῦ τὸ πάθος ἐκράτησεν, ὡς καὶ καλεῖν τὴν Μαριὰμ κελεύειν τοῖς ὑπηρέταις. Καὶ τέλος ταῖς
D ἐρημίαις ἐκδοὺς ἑαυτὸν, καὶ ταύταις ἐναδημονῶν, δεινῇ περιπίπτει νόσῳ· ἡ δὲ φλόγωσις ἦν καὶ σῆψις ἰνίου, καὶ τῆς διανοίας παραλλαγή. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐνοσηλεύετο. Ἡ Ἀλεξάνδρα δὲ, ἐν Ἱεροσολύμοις διάγουσα, καὶ τὰ τῶν νόσων πυθομένη τοῦ βασιλέως, τῶν περὶ τὴν πόλιν δύο φρουρίων ἐπειρᾶτο κρατῆσαι. Ὁ μαθὼν Ἡρώδης, αὐτίκα αὐτὴν ἀποκτεῖναι προσέταξεν· αὐτὸς δὲ μόλις διαφυγὼν τὸν ἐκ τοῦ νοσεῖν κίνδυνον, χαλεπὸς ἦν, καὶ δυσάρεστος, καὶ πρὸς τιμωρίας καὶ φόνους ἕτοιμος, καὶ οὐ τῶν πο-

Variæ lectiones et notæ.

(44) *Τὰς ἐντολὰς ἐξεφαύλισεν*. Fortassis ἐξεφάνησεν. Josephus : Οὐκ ἂν καταπροδοῦναι τὰς ἐντολάς. W.

λῶν μόνον ἐγίνοντο φόνοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων φίλων αὐτοῦ. Παρέβαινε δὲ καὶ τὰ ἔθη τὰ πάτρια, καὶ ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασι διέφθειρε τὴν πάλαι κατάστασιν. Πρὸς ἃ τὸ πλῆθος τετάρακτό τε καὶ ἐχαλέπαινε. Δέκα δὲ ἄνδρες τῶν πολιτῶν συνομοσάμενοι, καὶ ξιφίδια τοῖς ἱματίοις ὑποβαλόντες, εἰς τὸ θέατρον ἐχώρουν ἀπὸ συνθήματος, ἢ καὶ αὐτὸν τὸν Ἡρώδην διαχρησόμενοι, ἢ τέως τῶν περὶ ἐκεῖνον πολλούς. Φωραθέντες δὲ, καὶ μήτ' ἀρνησάμενοι τὸ βούλευμα, ἀλλὰ καὶ τὰ ξίφη ἀναδείξαντες, πᾶσαν αἰκίαν ὑπομείναντες διεφθάρησαν. Τὸν δὲ τούτους καταμηνύσαντα μετὰ μικρόν τινες διαρπάσαντες, καὶ μελιστὶ διελόντες, κυσὶν ἐπέρριψαν. Οὓς εὑρηκὼς Ἡρώδης, ἐτιμωρήσατο πανοικί. Ἡ δὲ τοῦ πλήθους μῆνις ἐπέμενε. Συνέβη δὲ κατὰ τὴν χώραν τότε πάθη δεινότατα, λιμός τε καὶ νόσος σωμάτων ἐξ ἀσυνήθους διαίτης, δι' ἔνδειαν σιτίων γινομένης, καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσι λοιμός. Ἡρώδης δὲ τῷ καιρῷ βοηθεῖν προθυμούμενος, οὔτε χρημάτων ηὐπόρει, προκαταναλώσας αὐτὰ δι' ἐπίδειξιν εἰς πόλεων ἐπισκευὰς, οὔτε αἱ πλησιάζουσαι χῶραι σῖτον εἶχον, τῆς αὐτῆς ἐνδείας καὶ ἐν ἐκείναις ἐπικρατούσης. Τέως δὲ, ὡς ἂν δύναιτο βοηθεῖν ἐγνωκὼς, τὸν ὄντα κατὰ τὰ βασίλεια κόσμον συγκόψας εἰς νόμισμα, ἔπεμψεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ σῖτον ἐκεῖθεν ὠνεῖτο. Οὗ κομισθέντος, τοῖς μὲν δυναμένοις δι' ἑαυτῶν τὰ περὶ τὰς τροφὰς ἐκπονεῖν σῖτον διένειμεν· οἳ δὲ διὰ γῆρας ἢ δι' ἑτέραν ἀσθένειαν οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἑαυτοῖς ἑτοιμάζειν σιτία, τούτων προὐνόει καταστήσας ἀρτοποιοὺς, καὶ τὰς τροφὰς ἑτοίμους πορίζων αὐτοῖς. Ταῦτα δὲ οὐ μόνον τὰς γνώμας μετέβαλε τῶν πρὶν χαλεπαινόντων αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὔνοιαν αὐτὰς μετεστήσατο. Καὶ οὕτω κακωθεῖσαν αὐτῷ ἀνακτησάμενος τὴν ἀρχὴν, οὐχ ἧττον καὶ τοὺς πέριξ δυσπραγοῦντας ἐπίσης τῆς συμφορᾶς ἐπεκούφισεν, ὥστε γενέσθαι τοὺς μὲν ἔξω τῆς ἀρχῆς δοθέντας σίτου κόρους μυρίους, τοὺς δὲ εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν περὶ ὀκτακισμυρίους. Ὁ δὲ κόρος δύναται κατὰ τὸν Ἰώσηπον μεδίμνους ἀττικοὺς δέκα. Τοῦτο τὸ φιλοτίμημα, καὶ τὸ τῆς χάριτος εὔκαιρον, καὶ τοὺς Ἰουδαίους εἰς ἀγάπην ἐξ ἀπεχθείας μετήνεγκε, καὶ παρὰ τῶν ἔξωθεν αὐτῷ προὐξένησεν εὔκλειαν. Προσκατειργάσατο δὲ καὶ γάμον ἑαυτῷ ἐξ ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας. Ἱερεὺς γάρ τις Σίμων ἐν Ἱεροσολύμοις θυγατέρα εἶχε καλλίστην· ταύτης ὁ Ἡρώδης ἧκεν εἰς ἔρωτα. Ὄντος δὲ τοῦ Σίμωνος ἀνοικείου πρὸς κῆδος, δι' ἀδοξίαν, ἀφαιρεῖται μὲν τὴν ἱερωσύνην τὸν ταύτην ἔχοντα τότε, Ἰησοῦν τὸν τοῦ Φάβητος, ἀρχιερέα δὲ ποιεῖται τὸν Σίμωνα, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα γαμεῖ. Πάντων δὲ αὐτῷ προσκεχωρηκότων εἰς δέον περιεβάλλετο τὴν ἔξωθεν ἀσφάλειαν, πόλεσί τε δεξιῶς ὁμιλῶν, καὶ τοὺς δυνάστας θεραπεύων, ὥστε αὐτῷ πάντα διὰ πάντων αὔξεσθαι. Ὑπὸ δὲ τῆς εἰς τοῦτο φιλοτιμίας, καὶ τῆς εἰς Καίσαρα καὶ τοὺς εἰς πλεῖστον δυναμένους Ῥωμαίων θεραπείας, καὶ τὰ ἔθη παρέβαινε, καὶ τὰ νόμιμα παρεχάραττε, πόλεις τε κτίζων, καὶ ναοὺς ἐγείρων οὐκ ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων, τῇ δ' ἔξω χώρᾳ, Ἰουδαίοις μὲν ἀπολογούμενος ἐκ προσταγμάτων ταῦτα ποιεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, Καίσαρι δὲ καὶ Ῥωμαίοις χάριτας νέμων τῷ καὶ τῶν πατρίων ἐκβαίνειν ἐθῶν διὰ τὴν ἐκείνων τιμήν. Ἀγάλματά τε γὰρ ἀνίστα, καὶ τύπους μεμορφωμένους, καὶ πόλεις ᾠκοδόμει, καὶ λιμένας εὐρεῖς καὶ ἀκλύστους, καὶ βασίλεια πολυτελῆ, καὶ δίαιτας λαμπράς.

A bus populo turbato et concitato, cives decem conjurati, sicas sub vestibus gestantes, theatrum ex composito ingressi sunt, vel ipsum Herodem, vel satellitum ejus multos interfecturi. Cæterum deprehensi, nec inficiati consilium suum, sed et sicis prolatis, omni supplicii genere tolerato perierunt. Delatorem vero quidam paulo post membratim discerptum canibus objecerunt. Eos Herodes compertos cum omni familia ultus est, indignatione populi haud quidquam imminuta. Oppresserunt autem mala gravissima Judæam, fames, et morbus ex cibis ob penuriam insolitis, et pestilentia denique. Herodes qui opem ferre tali tempore cuperet, cum pecunia destitueretur, quam per ostentationem in urbibus instaurandis insumpserat, nec finitimæ regiones B frumentum haberent, eadem inopia conflictantes: tamen ut pro virili opem ferret, ex ornatu regio percussis nummis, in Ægypto annonam mercatus est: qua allata, iis qui ipsi cibos sibi conficere poterant, frumentum largitus est. Qui vero vel ob senectam, vel ex alia imbecillitate id non poterant, eorum rationem habuit, pistoribus conductis, qui cibos eis paratos offerrent. Hæc animos eorum qui prius illi succensebant, non modo mitigarunt, sed ad benevolentiam quoque traduxerunt. Regno suo afflicto sic refocillato, finitimorum non minus laborantium calamitatem ex æquo sublevavit, extra regnum decies mille, in ipso regno octogies mille coros dimensus. Continet autem corus, auctore C Josepho, x medimnos Atticos. Ea liberalitas tamque opportuna beneficentia, et **242** Judæos ex inimicis amicos ei reddidit, et apud exteros gloriam conciliavit. Adornavit sibi quoque nuptias, amoris impulsu. Nam Simon quidam Hierosolymitanus sacerdos filiam habuit formosissimam, cujus lepore captus, quia pater ob humilitatem tantæ affinitati minime par erat, pontificatum Jesu Fabetis filio, a quo tum gerebatur, ademptum, in illum contulit, et filiam ejus duxit. Cum autem ei domi omnia ex sententia succederent, etiam foris se munilt, tum urbes comiter tractando, tum dynastas officiis adjungendo, ut res ejus undique incrementa caperent. Verum ambitione illa, et Cæsaris ac potentissimorum Romanorum cultu atque ob- D servantia fiebat, ut receptos mores et patria instituta violaret, urbibus condendis, et templis ædificandis, non quidem in Judæa, sed in exteris provinciis. Judæis quoque se excusabat facere illa non suapte sponte, sed ex mandatis, et in gratiam et honorem Cæsaris et Romanorum. Nam et statuas collocabat, et exculpta insignia, et urbes condebat, et portus amplos ac tutos, et regias sumptuosas, et ædes splendidas.

XVII. His rebus occupatus, filios Alexandrum et Aristobulum Romam ad salutandum Cæsarem misit. Quibus Cæsar humaniter susceptis, Herodi potestatem dedit, cui vellet ex filiis relinquendi regni: et alias ei ditiones adjecit, et in Syriæ procuratores retulit: quibus mandavit, ut omnia illo consentiente agerent. Tantam felicitatem adeptus, fratri Pheroræ tetrarchiam a Cæsare petiit, et subditis trientem tributorum remisit: sive ut, quod ipse dicebat, populus ex annonæ charitate recrearetur, sive quemadmodum aliis videbatur, ut odium a se amoveret. Judæi enim patriorum rituum mutationem iniquis ferebant animis. Quamobrem libertatem eis adimebat, subinde laboribus imperandis, et conciliis prohibendis, deambulationibus etiam et diversoriis observandis, et iis qui deprehensi essent, gravissime puniendis. Erant enim tam in urbe, quam in itineribus qui congressus hominum observarent. Quidam etiam auctores sunt, eum ipsum privati habitu se 243 interdum noctu turbis immiscuisse, quid de imperio sentirent, animos eorum periclitantem. Contumaces omnibus modis ulciscebatur: a plebe postulabat, ut sacramento fidem sibi firmaret, ac plebecula postulatis ejus annuebat, refragantes autem quavis ratione tollebat. Petiit a Pollione Pharisæo quoque, et Samæa, eorumque discipulis plerisque, ut jurarent. Sed hi neque jurarunt, neque puniti sunt, ob regis erga Pollionem reverentiam. Sunt et Esseni ea necessitate liberati, gens Pythagorici instituti in victu æmulatrix, quos ob Manaimum illius sectæ hominem, cum cætera bonum, tum futurorum præscium, honorabat. Is Herodem adhuc puerum scholam frequentantem, regem Judæorum salutavit: qui cum se privatæ conditionis esse diceret, Manaimus leniter arridens, eumque sensim percutiens: *Atqui et regnabis*, inquit, *et imperium felicissime geres: horum igitur verberum memento. Eris autem optimus, si justitiæ et pietati erga Deum, et erga populum clementiæ studueris. Enimvero scio te talem non fore.* Herodes regno potitus, Manaimum accersitum de imperii diuturnitate percontatus, tacente illo, dixit: An annis x, an xx, an xxx regnaturus esset? atque illo terminum non adjiciente: vel his contentus, Manaimo porrecta dextera dimisso, propter illum Essenos omnes honoravit. Anno autem regni xviii consilium templi mutandi, idque altius et magnificentius exstruendi cœpit. Populo autem ab illo conatu abhorrente, se non prius id diruturum esse dixit, quam omnia ad opus necessaria præparasset. Quæ cum in promptu essent omnia, veteribus fundamentis sublatis, novisque jactis, templum inchoavit longitudine c cubitorum, altitudine cxx: structuræ adhibuit saxa candida et robusta, singula circiter xxv cubitos longa, alta viii, lata xii. Ad septentrionale latus

A IZ'. Ἐν τοιούτοις δὲ ὤν, τοὺς παῖδας Ἀλέξανδρόν τε καὶ Ἀριστόβουλον εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν, ἐντευξομένους τῷ Καίσαρι. Τούτους ὁ Καῖσαρ φιλανθρώπως ἐδέξατο, καὶ δίδωσιν Ἡρώδῃ ὅτῳ βούλεται τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγονότων ἀπονεῖμαι τὴν βασιλείαν· ἐγκαταμίγνυσι δὲ αὐτὸν καὶ τοῖς τῆς Συρίας ἐπιτροπεύουσιν, ἐντειλάμενος πάντα μετὰ τῆς ἐκείνου γνώμης ποιεῖν. Τοσαῦτα δ' εὐτυχήσας, τῷ μὲν ἀδελφῷ Φερώρᾳ τετραρχίαν ᾐτήσατο παρὰ Καίσαρος, τὸ δὲ τρίτον μέρος τῶν φόρων ἀφῆκε τοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὡς μὲν ἐκεῖνος ἔλεγεν, ἵνα ἀνακτηθεῖεν ἐκ τῆς ἀφορίας, ὡς δὲ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει, ἵνα τὴν τοῦ πλήθους εἰς ἑαυτὸν θεραπεύσῃ δυσμένειαν. Μετακινουμένων γὰρ αὐτοῖς τῶν ἐθῶν, χαλεπῶς ἔφερον. Διὸ καὶ ἀφῃρεῖτο τὰς ἀδείας αὐτῶν, ἀεὶ καμάτους ἐπι- B τάττων αὐτοῖς, καὶ τὰς συνόδους κωλύων, καὶ τοὺς περιπάτους, καὶ τὰς διαίτας ἐπιτηρῶν, καὶ τοὺς φωραθέντας κολάζων βαρύτατα. Κἀν τῇ πόλει κἀν ταῖς ὁδοιπορίαις ἦσαν οἱ τοὺς εἰς ταυτὸν συνιόντας (45) ἐπισκοποῦντες. Τινὲς δέ φασι καὶ αὐτὸν ἰδιώτου σχῆμα λαμβάνοντα ἐνίοτε νύκτωρ τοῖς ὄχλοις ἐγκαταμίγνυσθαι, καὶ ἀποπειρᾶσθαι αὐτῶν τῆς διανοίας, ἣν περὶ τῆς ἀρχῆς εἶχον. Καὶ τοὺς μὲν ἐξαυθαδιαζομένους ἐπεξῄει ἅπασι τρόποις, τὸ δὲ πλῆθος ὅρκοις ἠξίου τὴν πίστιν αὐτῷ βεβαιοῦν. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ εἶχον, τούς γε μὴν δυσχεραίνοντας ἠφάνιζεν ἐκ παντός. Συνέπειθε δὲ καὶ τοὺς περὶ Πολλίωνα τὸν Φαρισαῖον, καὶ Σαμαίαν, καὶ τῶν συμφοιτώντων αὐτοῖς τοὺς πλείστους ὀμνύειν. Οἱ δὲ C οὔτε ἐπείσθησαν, οὔτ' ἐκολάσθησαν, διὰ τὸν Πολλίωνα, ὑπὸ τοῦ βασιλέως αἰδούμενον. Ἀφείθησαν δὲ ταύτης τῆς ἀνάγκης καὶ οἱ Ἐσσαῖοι καλούμενοι· γένος δὲ τοῦτο διαίτῃ χρώμενον Πυθαγορικῇ· ἐτίμα δὲ τούτους διὰ τὸν Μαναῒμ· ἦν δ' οὗτος εἷς ἐξ αὐτῶν, ἀνὴρ τἄλλα τε ἀγαθὸς, καὶ τὰ μέλλοντα προορῶν. Ὃς, ἔτι παῖδα τὸν Ἡρώδην ἐς διδασκάλου φοιτῶντα ἰδὼν, βασιλέα Ἰουδαίων προσεῖπεν· ὁ δὲ ἰδιώτης ἔλεγεν εἶναι· Μαναῒμ δὲ μειδιάσας, καὶ τύπτων αὐτὸν ἠρέμα· *Ἀλλὰ καὶ βασιλεύσεις*, ἔφη, *καὶ τὴν ἀρχὴν ἀνύσεις εὐδαιμονέστατα, καὶ μέμνησο τῶν ἐμῶν τούτων πληγῶν. Ἄριστος δ' ἔσῃ, εἰ δικαιοσύνην ἀγαπήσειας, καὶ εὐσέβειαν πρὸς Θεὸν, καὶ πρὸς τοὺς πολίτας ἐπιείκειαν. Ἀλλ' οὐ γὰρ οἶδά σε τοιοῦτον ἔσεσθαι.* Βασιλεύσας δὲ D ὁ Ἡρώδης μετακαλεῖται τὸν Μαναῒμ, καὶ περὶ τοῦ χρόνου τῆς ἀρχῆς ἐπυνθάνετο· ὡς δὲ, σιωπῶντος ἐκείνου, αὐτὸς εἰ δέκα γενήσονται τῆς βασιλείας ἠρώτα ἐνιαυτοὶ, ἢ εἴκοσιν, ἢ τριάκοντα, ὁ δὲ ὅρον οὐκ ἐπέθηκε τῷ τέλει τῆς προθεσμίας, Ἡρώδης καὶ τούτοις ἀρκεσθεὶς, τόν τε Μαναῒμ ἀφῆκε δεξιωσάμενος, καὶ πάντας δι' ἐκεῖνον ἐτίμα τοὺς Ἐσσηνούς. Ἤδη δὲ ὀκτωκαιδέκατον ἀνύων ἐνιαυτὸν, τὸν νεὼν ἔγνω μετασκευάσαι, καὶ πρὸς ὕψος ἆραι μεῖζον, καὶ ἀξιοπρεπέστερον ἐκτελέσαι. Τὸ δὲ πλῆθος ὤκνει πρὸς τὴν ἐγχείρησιν· ὁ δὲ οὐ πρότερον ἔφη τὸν ναὸν καθαιρήσειν, πρὶν ἂν πάντα ὧν ἂν

Variæ lectiones et notæ.

(45) *Εἰς ταυτὸν συνιόντας*. Ms. εἰς αὐτόν.

λοιτο εἰς τὸ ἔργον, παρασκευάσηται. Ἤδη δὲ ἑτοιμασμένων αὐτῷ πάντων, καθελὼν αὐτὸν, καὶ θεμελίους ἄλλους καταβαλόμενος, τὸν ναὸν ἤγειρε μήκει πήχεων ἑκατὸν, τὸ δ' ὕψος ἐπέκεινα εἴκοσιν· ᾠκοδομήθη δὲ λίθοις λευκοῖς τε καὶ κραταιοῖς, ὧν ἑκάστῳ περὶ πέντε καὶ εἴκοσι τὸ μῆκος πήχεις, τὸ δ' ὕψος ὀκτὼ, εὖρος δὲ περὶ δώδεκα. Κατὰ δὲ τὴν βόρειον πλευρὰν ἀκρόπολις ἐγγώνιος εὐερκὴς ἐντετείχιστο, διάφορος ὀχυρότητι, ἣν οἱ ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀσαμωναίων γεγονότες βασιλεῖς ὁμοῦ καὶ ἀρχιερεῖς ᾠκοδόμησαν, καὶ Βαρὶν ἐκάλεσαν, ὥστε τὴν ἀρχιερατικὴν ἀποκεῖσθαι στολὴν ἐν αὐτῇ. Καὶ ταύτην οὖν τὴν Βαρὶν Ἡρώδης ἐπισκευάσας ὀχυρωτέραν ἐπ' ἀσφαλείᾳ τοῦ ἱεροῦ, εἰς μνήμην Ἀντωνίου προσηγόρευεν Ἀντωνίαν. Αὐτὸς δὲ ὁ ναὸς, καὶ πάντα τὰ περὶ τὸν ναὸν, ἐν ὀκτὼ δεδόμητο ἔτεσι. Παραδέδοται δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὅτε αὐτὸς ὁ ναὸς ἀνεγείρετο (ἐν ἐνιαυτῷ γὰρ ἑνὶ καὶ μησὶν ἓξ ᾠκοδομήθη) τὰς μὲν ἡμέρας μὴ ὕειν, γίνεσθαι δὲ τοὺς ὄμβρους ἐν ταῖς νυξὶν, ἵνα μὴ τὰ ἔργα κωλύωνται. Τὰς ἀδικίας δὲ ἀναστέλλειν πειρώμενος ὁ Ἡρώδης, τίθησι νόμον τοὺς τοιχωρύχους ἐπ' ἐξαγωγῇ τῆς χώρας πιπράσκεσθαι· ὃ καὶ πρὸς τιμωρίαν τῶν παθόντων ἦν φορτικὸν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῶν νόμων κατάλυσις. Τὸ γὰρ ἀλλοφύλοις δουλεύειν, καὶ βιάζεσθαι κατὰ τὰ ἐκείνων ἔθη βιοῦν, τῆς θρησκείας ἦν, ὅσον ἐπ' ἐκείνοις, κατάλυσις. Πιπράσκεσθαι μὲν γὰρ οἱ νόμοι τοὺς φῶρας ἐκέλευον, εἰ μὴ ἔχοιεν κατὰ τὸ τετραπλοῦν ἐκτιννύειν τὰ φώρια, ἀλλ' οὐ πρὸς ἀλλοφύλους, πρὸς δέ γε ὁμοεθνεῖς, ἵνα μήτε τῆς θρησκείας ἐκπίπτοιεν, μήτε παρ' ὅλον τὸν βίον δουλεύοιεν, ἀλλὰ τυγχάνοιεν μετὰ ἑξαετίαν ἀφέσεως. Ταῦτα μέρος ἦν τῶν κατ' ἐκείνου διαβολῶν, καὶ τῆς δυσνοίας τοῦ πλήθους τῆς ἐπ' αὐτῷ.

A arx angularis, firma et munitissima inædificata erat, quam reges, iidemque pontifices ex Asamonæorum familia structam. Barin vocarant, ut pontificia stola in ea reponeretur. Eam igitur Barim Herodes instauratam, et pro templi defensione munitiorem redditam, in Antonii **244** memoriam Antoniam vocavit. Ipsum porro templum, et quæ in circuitu ejus sunt omnia, VIII annis sunt absoluta. Traditum autem est, eo tempore quo ipsum templum strueretur (id quod uno anno et mensibus sex perfectum est) interdiu non pluisse, sed imbres noctu esse factos, ne opera impedirentur. Deinde Herodes ad facinora comprimenda legem tulit, ut fures peregre venderentur: quæ res et facinorosis gravis, et legibus evertendis erat. B Nam exteris servire, eorumque ritu necessario vivere, quod ad illos quidem attinebat, religionis erat abrogatio. Lex enim fures, ni quadruplum solvere possent, vendi jubebat, sed popularibus, ne et religione exciderent, et per omnem ætatem servirent, sed post sexennium manumitterentur. Hoc in parte erat criminationum et adversus illum odii popularis.

ΙΗ'. Εἰς τὴν Ἰταλίαν δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον παραγενόμενος Ἡρώδης, ἵνα Καίσαρί τε προσομιλήσῃ, καὶ τοὺς παῖδας ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρίβοντας ὄψηται, φιλοφρόνως τε ὑπεδέχθη παρὰ τοῦ Καίσαρος, καὶ τοὺς παῖδας ὡς ἤδη τελειωθέντας ἐν τοῖς μαθήμασιν ἔλαβεν, ἄγειν εἰς τὰ οἰκεῖα. Ὡς δ' ἐπανῆλθον, περίοπτοι γεγόνασι τῷ τε τῆς ψυχῆς παραστήματι, καὶ τῇ κατὰ τὰς μορφὰς ὡραιότητι· ἐπίφθονοί τε ἦσαν Σαλώμῃ τῇ τοῦ βασιλέως ὁμαίμονι, καὶ τοῖς τὴν αὐτῶν μητέρα κατεργασαμένοις διαβολαῖς. Καὶ ἤδη καὶ κατ' ἐκείνων τὰ ὅπλα ἡτοίμαζον, δι' ὧν καὶ τὴν αὐτοὺς γειναμένην κατηγωνίσαντο, λογοποιοῦντες ἀηδῶς τῷ πατρὶ προσφέρεσθαι τὰ μειράκια διὰ τὸν φόνον τῆς μητρὸς, κἀντεῦθεν μῖσος φυῆναι τῷ πατρὶ πρὸς τοὺς παῖδας, ὡς ἐνὸν, κατεσκεύαζον. Τέως μέντοι φιλοστόργως ἔτι πρὸς αὐτὰ ὁ πατὴρ διακείμενος, καὶ τιμῆς μετεδίδου, καὶ γυναῖκας ἐν ἡλικίᾳ γεγονόσιν ἐζεύγνυεν· Ἀριστοβούλῳ μὲν τὴν Σαλώμης θυγατέρα Βερενίκην, Ἀρχελάου δὲ τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως τὴν παῖδα Γλαφύραν τῷ Ἀλεξάνδρῳ. Τῇ δὲ Σαλώμῃ ταῦτα τὴν κατὰ τῶν νεανίσκων δυσμένειαν μᾶλλον ὑπέτρεφεν, οἰκειουμένῃ καὶ πάντας ὅσοιπερ αὐτῇ τὸν τῆς Μαριὰμ φόνον συνεξειργάσαντο. Διδόντων δέ τινας καὶ τοῖν νεανίσκοιν λαβὰς μνήμῃ τε τῆς μητρὸς καὶ τῇ τοῦ κράτους ἐπιθυμίᾳ· βλασφημίαι μὲν ἐκείνων εἰς τὴν Σαλώμην καὶ τὸν Φερώραν ἐγίνοντο, πρὸς ἐκείνους δ' ἡ τούτων ἐπηύξητο δύσνοια, καὶ διαβολαὶ κακοήθεις κατὰ αὐτῶν προὔβαινον, παρ' αὐτῶν ἐκείνων

C XVIII. Sub id tempus in Italiam profectus Herodes, ut cum Cæsare colloqueretur, et filios Romæ degentes viseret, benigne a Cæsare susceptus, filios ut absolute jam in disciplinis institutos, domum reduxit. Qui in patriam reversi, cum animorum magnitudine, tum formæ elegantia vulgo conspicui, Salomæ regis sorori, et iis qui matrem eorum calumniis sustulerant, invisi fuerunt. Itaque jam contra ipsos etiam arma eadem expediverunt, quibus genitricem eorum confecerant: rumore sparso, adolescentes abhorrere a patris consuetudine, ob matris necem, et ita patre ad odium filiorum pro virili instigato. Is vero eos et dilexit, et honoris participes aliquandiu fecit, et adultis uxores dedit, Aristobulo Salomæ filiam Bernicem: Archelai Cappadocum regis filiam Glaphyram, Alexandro. Quibus rebus Salomes inimicitiæ contra adolescentes magis alebantur, omnes eos sibi adjungentis, qui cædis Mariammes adjutores fuerant: D adolescentibus etiam causas nonnullas suppeditantibus, dum tam ex recordatione matris quam ex imperii cupiditate maledictis et ipsam et Pheroram insectantur: quibus illorum malevolentia augebatur, et subdolæ calumniæ, causa ab ipsis suppeditata, contra eos adornabantur. Nam cum nefaria **245** Salome et matri et ipsis conviciaretur, ut eos ad respondendum irritaret: illi et interitum matris et suas fortunas miserabantur, qui parricidarum illius consuetudine uti cogerentur. Hæc absente rege

actis. Reverso Pheroras et Salome statim ea verba insusurrant, se in magno versari periculo, adolescentibus se necem matris ulturos, aperte minitantibus. Herodes his per alios quoque nuntiatis turbatus, alium filium Antipatrum, in privata vita susceptum, ad coercendos adolescentes sibi conciliare statuit, eique honorem habuit, ut Mariammæ filiorum audaciam reprimeret, cum intelligerent, non sibi solis, neque necessario regni successionem deberi. Itaque Antipatrum, tanquam spectatorem certaminis ad dimicandum paratum, introduxit. Qui, ut homo callidus, data occasione, unum sibi negotium esse ratus est patri adhærere, eumque per calumnias a fratribus alienare: quibus calumniis illi ansas dabant, sui contemptum deplorando, et matrem invocando, et patrem aperte injustum vocitando. Ea verba cum additamento renuntians Antipater, patris erga illos simultatem malitiose augebat: ab eoque ut Mariammæ filios premeret, amplioribus honoribus auctus, denique matre ipsius etiam introducta, cum multis muneribus Romam mittitur, Cæsarique commendatur, ut jam penes illum esse omnia, adolescentes vero spe imperii plane dejecti viderentur. Cæterum Antipater veritus, ne se absente pater Mariammæ filiis æquior fieret: nec in itinere subinde ad eum scribere destitit, et ejus inimicitias contra fratres exacuere: donec perpulit, ut ipse Romam navigaret, filios apud Cæsarem accusatum. Quos cum secum adduxisset, de eorum deplorata indole querebatur, qui patrem exosi ejusque perimendi avidi, regnum affectarent. Adolescentes vero patre quoque adhuc dicente flebant: et tandem suspirabant, veriti ne silentium suum confessio criminis et conscientiæ argumentum haberetur. Ut autem et Cæsaris benevolentiam, et aliorum lacrymas et commiserationem omnium animadverterunt: Alexander oratione ad patrem instituta, crimina **246** diluere exorsus, cum probabiliter disseruisset: Cæsar, qui ante quoque illorum criminationibus non credidisset, magis in ea sententia confirmatus, Herodem continenter intuetur: quem cum et ipsum subtristem cerneret, ac spectatoribus æstuantibus, adolescentibus ait: Etsi sese criminis omnino expertes esse putarent, tamen idipsum eos delinquere, quod patrem non ita colerent, ne quis de ipsis rumor spargi posset. Herodem autem hortatus est, ut omni suspicione abjecta, filiis reconciliaretur. Nam talia contra liberos credere, iniquum esse. Dum hæc monet, innuit adolescentibus, ut coram patre procumbant. Quod cum alacriter facturi essent, pater prior eos lacrymantes salutavit, et utrumque amplexus est. Ac tum gratiis actis Cæsari, una discesserunt, Antipatro etiam comitante, qui se illorum reconciliatione gaudere simulabat. Postridie Cæsar Herodi liberum fecit, quem vellet e filiis successorem designare, aut regnum inter eos dividere, sed post obitum demum. Nam dum viveret, eum et regnum et imperium in filios tenere jussit. In re-

A des accersierat, ut de rebus præsentibus eum consultaret. Regiam ingreditur purpuratus adhuc: a janitoribus admittitur, amicis ejus exclusis. Et quo redactus esset, cogitans turbatur: præsertim cum a patre, ad quem salutandum accedebat, repelleretur, et fratricida atque insidiator vocaretur, quarum rerum auditorem et judicem postridie Varum fore. Cum in totis malis abiret, occurrunt ei mater et uxor, filia Antigoni, ejus qui ante Herodem regnavit: e quibus tanto negotio cognito, se ad judicium parabat. Postridie Herodes et Varus consederunt, convenerunt utriusque amici, et cognati Herodis, et consiliorum Antipatri indices, et materni servi Antipatri, **257** epistolam mulieris ferentes, qua filium monebat, ne rediret, patrem enim rescisse omnia, B et unum ei confugium superesse Cæsarem: caveret, ne in patris manus incideret. Cum autem Antipater supplex ante patrem procubuisset, obtestans, ut se audito demum sententiam ferret: Herodes eum in medium produci jubet, ipse filiorum in se scelus et senectutem suam deplorat, quæ in Antipatrum impegisset. Ac se mirari dixit, quo consilio talia facinora suscepisset Antipater, qui et successor in testamento scriptus esset, et se vivente posset omnia: ac tanta beneficia sic remuneraretur, ut cognatos ad cædem suam instigaret. Hæc dicenti lacrymæ eruperunt. Nicolaus vero Damascenus jussu regis Antipatrum accusavit, cunctis ordine commemoratis: sed et alii multi ultro in C illum orationes habuerunt. Varus, postquam Nicolaus peroraverat, Antipatrum se defendere jussit. Ille vero pronus humi jacens, Deum invocabat, ut suam innocentiam testaretur. Cum autem nihil præter Dei obtestationem afferret, venenum in medium afferri, et cuidam capitis condemnato dari jussit: qui eo epoto, statim exanimis concidit. Quo facto, Varus surrexit, et e concilio abiit. Herodes vero statim vinxit Antipatrum, et Romam ad Cæsarem de eo scripsit.

ΚΕ'. Ἑάλω δὲ τότε καὶ ἐπιστόλιον, ὑπ' Ἀντιφίλου σταλὲν πρὸς Ἀντίπατρον, φράζον· *Ἔπεμψά σοι τὴν παρὰ Ἀκμῆς ἐπιστολὴν, μὴ φεισάμενος τῆς ἐμῆς ψυχῆς. Οἶσθα γὰρ ὅτι αὖθις* (50) *κινδυνεύω ὑπὸ δύο οἴκων, εἰ γνωσθείην. Σὺ δ' εὐτυχοίης περὶ τὸ πρᾶγμα.* Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ τὴν ἑτέραν ἐζήτει ἐπιστολὴν, καὶ ὁ τοῦ Ἀντιφίλου δοῦλος μὴ λαβεῖν ἑτέραν ἀπισχυρίζετο. Ἰδὼν δέ τις τὸν ἐντὸς τοῦ δούλου χιτῶνα ὑπερραμμένον, εἴκασεν ἐκεῖ κεκρύφθαι τὸ γραμμάτιον, καὶ εἶχεν οὕτως. Λαμβά-

D XXV. Interceptum est eodem tempore epistolium, ab Antiphilo ad Antipatrum missum, in hanc sententiam: *Misi tibi Acmes epistolam, vitæ meæ nulla ratione habita. Nosti enim, mihi, si deprehensus fuero, a duabus familiis imminere periculum. Tibi, quod agis, velim bene vertat.* Rege alteram Antiphili epistolam requirente, servus illius negabat se alteram accepisse. Sed quidam conspicatus servi tunicam subsutam, illic latere epistolium recte conjectavit, quod ita habebat: *Acme*

Variæ lectiones et notæ.

(49) *Ὡς πάντων τῷ πατρὶ πιστῶν ἡγουμένων.* Josephus: ὡς πάντων τῷ πατρὶ ἡκόντων εἰς πίστιν. Sed apud Josephum puto legendum πύστιν per υ, a πυνθάνομαι, in Zonara ἐκπύστων γενομένων. W.

(50) *Οἶσθα γὰρ ὅτι αὖθις*, etc. Abest hoc comma a cod. Colb. Sequitur σὺ δ' εὐτυχοίης.

Antipatro. Scripsi patri tuo litteras quales voluisti : et exemplum litterarum, quas Salome ad dominam meam scripserit, misi : qua lecta, scio ei Salomen pœnas daturam. Epistola vero ad Herodem hujusmodi fuit : *Cum in eo elaborem, ne quid earum rerum quæ contra te parantur, ignores : Salomes epistolæ ad dominum meam contra te scriptæ* **258** *exemplum tibi misi, cum periculo meo, fructuque tuo.* Erat autem Acme Judæa genere, sed Liviæ Cæsaris uxori serviebat : et illa agebat, magna pecunia ab Antipatro conducta. Herodes etsi concitatus erat ad Antipatrum statim tollendum, ut magnarum rerum perturbatorem, et a Salome irritabatur, quæ pectus tunderet, seque occidi juberet, si quod argumentum fide dignum contra se deprehenderetur : tamen se repressit, et filium accersitum, nihil metuentem respondere jussit. Qui cum omnem culpam in Antiphilum conferret, ab Herode denuo per litteras apud Cæsarem accusatur, etiam Acmes fraudibus detectis, et exemplis litterarum illius adjectis. Interea rex morbo oppressus, testamentum scripsit, in quo filio natu minimo regnum reliquit, Archelao et Philippo ex Antipatri calumniis infensus. Et longiore vita desperata, cum annum septuagesimum ageret, seque contemni, ac suis infortuniis lætari omnes putaret, efferatus est hujusmodi occasione. Herodes cum multa contra legem fecisset, inter alia in magno templi vestibulo auream aquilam dedicarat, lege imagines hominum aut animantium dedicari vetante. Eam aquilam Judas et Matthias Judæorum doctissimi, et plebi ob adolescentum institutionem charissimi, revelli jusserunt. Nam etsi periculum ex eo alicui crearetur, tamen beatum esse, qui pro defensione legum interiret. Cum hujusmodi sermones adolescentum auribus insusurrarent, rumor oritur de regis obitu : aquila sub meridiem revellitur, securibus conciditur. Comprehenduntur multi adolescentes, et Judas ac Matthias facinoris auctores, et quasi lanistæ : ac ad Herodem perducti rogantur, an ausi fuerint suum donarium revellere ? Illi respondent, *factum esse : neque vero mirandum, si Mosis leges, divinitus edocti, ipsius decretis anteferrent.* Eos igitur vinctos Hierichuntem misit : et primoribus Judæorum accersitis, in lectulo recubans, suorum beneficiorum et templi ædificati memoriam refricuit, exclamans, sibi adhuc viventi contumeliam fieri detractis suis donariis, ac populum, dum sibi insultare studeat, sacrilegio se obstringere. At illi crudelitatem **259** ejus veriti, eos qui id ausi essent, supplicium esse meritos dixerunt. Rex cæteris clementius tractatis, pontificatum Matthiæ ademptum Jozato suæ conjugis fratri dedit, Matthiam seditionis auctorem et quosdam ex seditiosis viventes cremavit.

A νουσιν οὖν τὴν ἐπιστολὴν, δηλοῦσαν ὡς· *Ἀκμὴ Ἀντιπάτρῳ* (51). *Ἔγραψα τῷ πατρί σου οἵαν ἤθελες ἐπιστολήν. Καὶ ἀντίγραφον ποιήσασα τῆς πρὸς τὴν ἐμὴν κυρίαν, ὡς παρὰ Σαλώμης ἐσταλμένης, ἔπεμψα· ὃ ἐπελθὼν οἶδα ὡς τιμωρήσεται Σαλώμην.* Ἡ δὲ πρὸς Ἡρώδην ἐπιστολὴ τοιάδε ἦν· *Ἔργον ἐγὼ ποιουμένη μηδέν σε λανθάνειν τῶν κατὰ σοῦ γενομένων, εὑροῦσα ἐπιστολὴν Σαλώμης πρὸς τὴν ἐμὴν κυρίαν κατὰ σοῦ, τὸ ἀντίγραφόν σοι αὐτῆς ἔστειλα ἐπικινδύνως ἐμοὶ, ὠφελίμως δὲ σοί.* Ἦν δὲ ἡ Ἀκμὴ Ἰουδαία τὸ γένος, ἐδούλευε δὲ Λιβίᾳ (52) τῇ Καίσαρος γυναικί· καὶ ἔπρασσε ταῦτα, χρήμασι πολλοῖς ὠνηθεῖσα ὑπ' Ἀντιπάτρου. Ἡρώδης δὲ ὥρμησε μὲν εὐθὺς ἀνελεῖν τὸν Ἀντίπατρον, ὡς κύκηθρον μεγάλων πραγμάτων· ἐξώτρυνε δὲ αὐτὸν
B ἡ Σαλώμη στερνοτυπουμένη, καὶ κτείνειν αὐτὴν ἀξιοῦσα, εἰ εὕροι πίστιν τινὰ ἐπὶ τοῖς κατ' αὐτῆς ἀξιόχρεων. Κατασχὼν δ' ἑαυτὸν, μετεπέμψατο τὸν υἱὸν, κελεύων ἀντειπεῖν μηδὲν ὑπιδόμενον. Ὁ δὲ Ἀντιφίλῳ τὴν πάντων αἰτίαν ἀνετίθει. Ἡρώδης δ' αὖθις γράμματα πρὸς Καίσαρα ἔστειλεν ἐπὶ κατηγορίᾳ τοῦ Ἀντιπάτρου, δηλοῦντα καὶ ὅσα ἡ Ἀκμὴ συγκακουργήσασα εὕρητο· ἔστειλε δὲ καὶ τῶν ἐκείνης ἐπιστολῶν τὰ ἀντίγραφα. Εἰς νόσον δὲ μεταξὺ ὁ βασιλεὺς ἐμπεσὼν, διαθήκας γράφει, τῷ νεωτάτῳ τῶν υἱῶν τὴν βασιλείαν διδοὺς, μίσει τῷ πρὸς Ἀρχέλαον καὶ Φίλιππον ἐκ τῶν Ἀντιπάτρου διαβολῶν. Ἀπεγνωκὼς δὲ βιῶναι, ἔτι περὶ ἔτος ὢν ἑβδομηκοστὸν, ἐξηγρίωτο· αἴτιον δ' ἦν ὅτι καταφρονεῖσθαι ἐδόκει, καὶ ἥδεσθαι πάντας ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ δυστυχή-
C μασιν. Εἰς τοῦτο δ' ἐκ τοιοῦδε παρώρμητο. Πολλὰ παρὰ τὸν νόμον Ἡρώδῃ πεποίηντο, ὧν ἓν ἦν καὶ ὁ παρὰ τὸν μέγαν τοῦ ναοῦ πυλῶνα ἀνατεθεὶς χρυσοῦς ἀετός. Κωλύει δὲ ὁ νόμος εἰκόνων ἀναθέσεις ἢ ζώων ἐπιτηδεύεσθαι. Τοῦτον τὸν ἀετὸν Ἰούδας καὶ Ματθίας Ἰουδαίων λογιώτατοι, καὶ δήμῳ προσφιλεῖς διὰ παιδείαν τῶν νεωτέρων, ἐκέλευον κατασπᾶν. Κἂν γάρ τινι κίνδυνος διὰ τοῦτο γένηται, ἔλεγον· Μακάριός ἐστιν ἐκεῖνος ὑπὲρ τῶν νόμων θανούμενος. Τοιούτοις οὖν λόγοις ἐπαλειφόντων τὴν νεότητα, γίνεται λόγος τεθνάναι τὸν βασιλέα. Καὶ αὐτίκα μεσούσης ἡμέρας κατέσπων τὸν ἀετὸν, καὶ συνέκοπτον τοῖς πελέκεσι. Συλλαμβάνονται τοίνυν καὶ τῶν νέων πολλοὶ, καὶ Ἰούδας καὶ Ματθίας οἱ
D τοῦ τολμήματος εἰσηγηταὶ, καὶ ἀλεῖπται τῶν τοῦτο ἐργασαμένων, καὶ ἀνήχθησαν πρὸς Ἡρώδην. Ὁ δὲ ἤρετο, εἰ ἐτόλμησαν καθελεῖν αὐτοῦ τὸ ἀνάθημα. Καὶ οἱ ἄνδρες, *Πέπρακται*, εἶπον, *καὶ θαυμάζειν οὐ χρὴ, εἰ τῶν σῶν δογμάτων τοὺς νόμους, οὓς Μωσῆς ἡμῖν καταλέλοιπεν ἐκ Θεοῦ διδαχθεὶς, προτιμώμεθα.* Τοὺς μὲν οὖν δεδεμένους ἔπεμψεν εἰς Ἱεριχώ· καλέσας δὲ τοὺς ἐν τέλει τῶν Ἰουδαίων κατακεκλιμένος ἐν κλινιδίῳ, τῶν εἰς αὐτοὺς εὐποιιῶν ἀνεμίμνησκε, καὶ τῆς δομήσεως τοῦ ναοῦ, καὶ κατεβόα, ὅτι καὶ ἔτι ζῶντα ἐξυβρίζοιεν, καθαιροῦντες

Variæ lectiones et notæ.

(51) *Ἀκμὴ Ἀντιπάτρῳ* Desunt hæc verba in cod. Colb.

(52) *Λιβίᾳ*. Ita restituit Wolfius : perperam enim mss. omnes Ἰουλίᾳ.

τὰ αὐτοῦ ἀναθήματα, ὡς δοκεῖν μὲν αὐτὸν ὑβρίζειν, κατὰ δέ γε τὸ ἀληθὲς ἱεροσυλεῖν. Οἱ δὲ, δεδιότες τὴν ἐκείνου ὠμότητα, τοὺς τοῦτο τολμήσαντας ἀξίους εἶναι κολάσεως ἔφασκον. Καὶ ὁ βασιλεὺς τοῖς μὲν ἄλλοις πρᾳότερον προσεφέρετο, Ματθίαν δὲ τὸν ἀρχιερέα τὴν τιμὴν ἀφελόμενος, ἕτερον εἰς τὸ ἱερᾶσθαι κατέστησεν, Ἰώζαρον ἀδελφὸν (53) τῆς αὐτοῦ γυναικός. Ματθίαν δὲ τὸν τὴν στάσιν ἐγείραντα, καί τινας τῶν στασιαζόντων κατέκαυσε ζῶντας.

ΚϚʹ. Ἡ μέν τοι νόσος ἐπὶ μᾶλλον ἐκείνῳ ἐνεπικραίνετο, δίκην ὧν παρηνόμησε τίνοντι. Πῦρ γὰρ μαλθακὸν τὰ ἐντὸς ἐκάκου αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐντέρων ἦσαν ἑλκώσεις, καὶ μάλιστα τοῦ κώλου ἀλγήματα, καὶ φλέγμα περὶ τοὺς πόδας ὑγρόν τε καὶ διαυγὲς, τοῦ ἤτρου τε κάκωσις, καὶ τοῦ αἰδοίου σῆψις γεννῶσα σκώληκας, καὶ ἐπὶ τούτοις ὀρθόπνοια, τῇ τε ἀποφορᾷ ἀηδὴς καὶ τῷ τοῦ ἄσθματος συνεχεῖ, καὶ σπασμοὶ περὶ πᾶν αὐτοῦ μέλος ἐγίνοντο. Ὁ δὲ, καὶ οὕτω κακῶς διακείμενος, ἐν ἐλπίδι ζωῆς ἦν, οὐδὲ ἀποτετραμμένοις κεχρῆσθαι ἀπαναινόμενος (54). Περάσας δὲ καὶ τὸν Ἰορδάνην, τοῖς κατὰ Καλλιῤῥόην ἐχρῆτο θερμοῖς, ἃ σὺν τῇ λοιπῇ ἀρετῇ τυγχάνει καὶ πότιμα. Ἔνθα εἰς πύελον ἐλαίου πλέων παρὰ τῶν ἰατρῶν ἐμβληθεὶς, ἔδοξεν ἐκλιπεῖν. Ἀνενεγκὼν δὲ εἰς Ἱεριχοῦντα κεκόμιστο, ἔνθα μέλαινα αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν ᾕρει χολή. Τελευτῶν δὲ ἀνοσίαν πρᾶξιν ἐπινοεῖ. Προστάγματι γὰρ αὐτοῦ ἐκ παντὸς τοῦ ἔθνους τῶν ἐντιμοτέρων ἀφικομένων ἐκεῖ, συγκλείσας πάντας ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ, τῇ ἀδελφῇ Σαλώμῃ καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς Ἀλεξᾷ ἐνετέλλετο, ἐπὰν αὐτὸς ἀφῇ τὴν ψυχὴν, τοὺς καθειργμένους ἅπαντας ἀνελεῖν, *Ἵνα μὴ ἐφήδοιντό μου*, λέγων, *οἱ δῆμοι τῇ τελευτῇ, μηδ' ἐπικροτοῖεν, ἀλλ' ἑκάστων θρηνούντων τοὺς ἑαυτῶν οὕτως καὶ αὐτὸς δόξω θρηνεῖσθαι* (55), *καὶ πολλοῖς ἡ ἔξοδός μου τιμηθείη τοῖς δάκρυσι*. Καὶ ὁ μὲν ἐπέσκηπτε ταῦτα δακρύων καὶ ποτνιώμενος, οἱ δὲ μὴ παραβήσεσθαι τὴν ἐντολὴν ἐπηγγέλλοντο. Ἐν τούτοις γράμματα ὑπὸ τῶν ἐν Ῥώμῃ ἀπεσταλμένα κεκόμιστο, τήν τε Ἀκμὴν ἀνῃρημένην δηλοῦντα, καὶ τὰ περὶ τὸν Ἀντίπατρον τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ ἀνατιθέμενα. Τούτων ἀκούσας Ἡρώδης ἥσθη, καὶ βραχύ τι ἀνήνεγκε. Τῶν δ' ἀλγηδόνων εἰς μέγα ᾐρμένων, ἀπείχετο μὲν σιτίων· μῆλον δ' αἰτήσας, καὶ μάχαιραν, γνώμης ἦν ἑαυτὸν ἀναιρήσων, καὶ πέπραχεν ἂν τὸ ἐνθύμημα, εἰ μή τις αὐτοῦ προγνοὺς κατέσχε τὴν δεξιάν· καὶ μέγα ἀνακραγόντος, οἰμωγή τε ἦν καὶ θόρυβος μέγας, ὡς οἰχομένου τοῦ βασιλέως. Καὶ ὁ Ἀντίπατρος, ὡς ἤδη θανόντος, ἀνεθάρσησε, καὶ τῷ δεσμοφύλακι ἀφεῖναι αὐτὸν ἠξίου, μεγάλα ὑπισχνούμενος. Ὁ δὲ τῷ βασιλεῖ γνωρίζει τὴν ἐκείνου διάνοιαν· καὶ ὃς ἀνεβόησέ τε καὶ πέμπει τινὰς, τοὺς αὐτίκα κτενοῦντας αὐτόν. Μεταποιεῖ δὲ αὖθις τὰς διαθήκας, Ἀντίπᾳ μὲν τετραρχίαν διδοὺς, Γαλιλαίαν τε καὶ Περαίαν· Ἀρχελάῳ δ' ἀπονέμων τὴν βασιλείαν· τὴν δὲ Γαυλανῖτιν

A XXVI. Enimvero morbus exasperabatur, ut pœnas scelerum daret; ignis enim lentus ejus viscera torrebat : intestina exulcerata erant; in primis coli doloribus cruciabatur, et pituita mollis ac pellucida pedes vexabat. Accedebat imi ventris dolor, et pudendorum putredo vermibus scatens : necnon orthopnœa, et fœtor teter, et crebrum anhelitum convulsiones omnium membrorum comitabantur. Etsi autem in tantis malis versabatur, tamen vitæ spem alebat, nec ab ullo medicamenti genere abhorrebat. Itaque Jordane trajecto, calidis aquis Callirrhoes usus est, quæ præter cæteras virtutes etiam potui sunt. Ibi a medicis in alveum oleo plenum injectus, animam agere visus est. Sed recepto spiritu Hierichuntem perlatum, ad cætera B mala atra bilis accessit. Moriturus nefarium consilium capit. Nam cum totius gentis primores edicto convocasset, omnes in Hippodromo conclusit : et sorori Salomæ, ac ejus marito Alexæ mandavit, ubi animam exhalarit, ut eos omnes tollerent : *Ne*, inquit, *populi meam mortem sibi gratulentur, neve applaudant : sed singulis suos deplorantibus, ipse quoque deplorari videar, et obitus meus multis lacrymis honoretur.* Quæ cum flens et Deum obtestans diceret, illi se mandatum non neglecturos pollicentur. Interea litteræ Roma afferuntur, quibus certior reddebatur, Acmen esse interfectam, et negotium Antipatri patris arbitrio permitti. Quibus Herodes lætatus est, et nonnihil recreatus. C Sed doloribus in immensum auctis, cibo abstinuit : ac malo et cultello petito, in animo habuit semetipsum occidere. Ac fecisset, nisi quidam animadverso consilio, dexteram ejus inhibuisset : qui cum exclamasset, gemitus et tumultus magnus fuit, quasi rege mortuo. Eaque spe Antipater animis receptis, a carceris custode, magnis muneribus promissis, petiit se dimitti. Quo indicato, rex exclamavit, ac **260** statim spiculatoribus missis qui illum interficerent, testamentum denuo mutavit, Antipæ tetrarchia Galilææ et Perææ legata, Archelao regno assignato; Philippo filio Archelai fratri tetrarchia Gaulanitidis, Trachonitidis, Batanææ, et Paneadis concessa; Jamniam vero, Azotum et D Phasaelidem Salomæ sorori donavit. His actis, ac Cæsari et uxoris ejus Liviæ muneribus multorum talentum relictis, quinto post occisum Antipatrum

Variæ lectiones et notæ.

(53) *Ἰώζαρον ἀδελφὸν τῆς αὐτοῦ γυναικός*. Josephus ἀδελφὸν γυναικὸς τῆς αὐτοῦ. Ambiguum est utrum Jozari sororem in matrimonio habuerit Herodes an Matthias. W.

(54) *Οὐδὲ ἀποτετραμμένοις κεχρῆσθαι ἀπαναινόμενος*. Josephus habet : Ὁπόσα ἀρωγὰ ὑπαγορεύσειαν χρῆσθαι ἀποτετραμμένος, *quæ medici profutura dicerent, ab eorum usu non abhorrebat.* Verba Zonaræ Wolfio mendosa videntur, tametsi ita etiam præferant tres mss. Regii et Colberteus : Ἀποτετραμμένος et ἀπαναινόμενος, idem fere significant: sed si lectio non fallit, inquit ille, ἀποτετραμμένοις posuit Zonaras pro ἀπειρημένοις, *remediis interdictis.*

(55) *Δόξω θρηνεῖσθαι*. Ms. Δόξῃ.

die obiit. Regnavit post sublatum Antigonum annos IV et XXX, postquam a Romanis rex appellatus fuerat, XXXVII. Salome vero et Alexas, priusquam ejus mors vulgo innotesceret, eos qui in Hippodromo conclusi erant, emittunt, dicentes: regem jubere, ut in agros egressi, rebus suis fruantur, idque summum eorum in gentem beneficium exstitit. Deinde regis obitu publicato, lectum est testamentum, quod Archelao regnum assignabat. Ptolemæus vero, cui sigillum regis erat creditum, negavit id nisi Cæsaris auctoritate ratum fore. Tum statim sublato clamore Archelaus rex est sublatus, post regi funus magnifice factum. Atque ita Herodes naturæ debitum exsolvit.

A καὶ Τραχωνῖτιν καὶ Βαταναίαν καὶ Πανεάδα· Φιλίππῳ παιδὶ μὲν αὐτοῦ, Ἀρχελάου δὲ ἀδελφῷ, τετραρχίαν ἀποκληρῶν· Ἰάμνειαν δὲ καὶ Ἄζωτον καὶ Φασαηλίδα Σαλώμῃ τῇ ἀδελφῇ χαριζόμενος. Ταῦτα πράξας, καὶ Καίσαρι καὶ τῇ ἐκείνου γαμετῇ Λιουΐᾳ δωρεὰς πολυταλάντους καταλιπὼν, ἡμέρᾳ πέμπτῃ μεθὸ Ἀντίπατρον κτείνεις, τελευτᾷ, βασιλεύσας μεθὸ μὲν ἀνεῖλεν Ἀντίγονον ἔτη τέσσαρα καὶ τριάκοντα, μεθὸ δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποδέδεικτο βασιλεὺς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. Σαλώμη δὲ καὶ Ἀλεξᾶς, πρὶν ἔκπυστον γενέσθαι τὸν αὐτοῦ θάνατον, τοὺς ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ κατακεκλεισμένους ἐκπέμπουσι, λέγοντες τὸν βασιλέα κελεύειν ἀπιοῦσιν αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς ἀγροὺς νέμεσθαι τὰ οἰκεῖα. Καὶ μεγίστη αὕτη εὐεργεσία παρ' αὐτῶν εἰς τὸ ἔθνος ἐγένετο. Εἶτα ὁ θάνατος τοῦ βασιλέως δεδημοσίευτο, καὶ αἱ διαθῆκαι ἀνεγινώσκοντο τὴν βασιλείαν ἀποκληροῦσαι τῷ υἱῷ Ἀρχελάῳ. Πτολεμαῖος δὲ, τὸν σημαντῆρα τοῦ βασιλέως πεπιστευμένος δακτύλιον, οὐκ ἄλλως ἔλεγε κυροῦσθαι τὰς διαθήκας ἢ διὰ Καίσαρος. Βοὴ δ' εὐθὺς ἦν εὐφημούντων Ἀρχέλαον βασιλέα καὶ ἐπὶ τούτοις ἡ τοῦ βασιλέως ἐκφορὰ ἐτελεῖτο πολυτελής. Καὶ ὁ Ἡρώδης μὲν οὕτως ἀπέτισε τὸ χρεών.

LIBER SEXTUS.

B I. Archelaus vero cum lætis acclamationibus in templum ascendit, et in solio aureo considens, populum humaniter est allocutus; sed coronam regiam a militibus accipere recusavit, ni Cæsar prius testamentum patris confirmasset, factaque re divina convivium celebravit. Cæterum Judæi quidam congressi, Matthiam et cæteros ob revulsam auream aquilam ab Herode suppliciis affectos lamentati sunt cum magno ejulatu, et, conciliabulo indicto, ab Archelao postularunt, ut punitis iis qui apud Herodem auctoritate valuissent, necem illorum ulcisceretur, ac in primis pontifici sacerdotium abrogaret, et alium secundum leges crearet, eo honore digniorem. Annuit Archelaus, ad impetum eorum reprimendum, quanquam moleste ferens: ac per præfectum militum populo dici jussit ea nunc intempestiva esse, **261** ac tum rectius actum iri, cum sibi regnum Cæsaris auctoritate confirmatum esset. Sed illi vociferantes et tumultuantes, neque ducem neque alium quemquam dicere quidquam passi sunt, quod ad castigationem et seditionis repressionem pertineret; atque in festo Azymorum magna multitudo in templum confluxit, seditionis amplificandæ studiosa. Qua territus Archelaus, tribunum cum cohorte misit, ad populi motum sedandum. Verum seditiosi, impetu in milites facto, plerosque lapidibus obruerunt, pauci admodum et tribunus vulnerati effugerunt. Cum igitur perspiceret, nisi populus concitatus reprimeretur, magnum e seditione malum oriturum, misit omnem exercitum, a quo tribus circiter millibus cæsis, cæteri dissipati in montes confugerunt, et ex regis edicto festivitate omissa, ad sua quique redierunt. Archelaus vero cum matre et Herodis sorore Salome Romam abiit, summa rerum interea Philippi

Α'. Ἀρχέλαος δὲ, εἰς τὸ ἱερὸν ἀνελθὼν, καὶ εὐφημηθεὶς, ἐπὶ θρόνου τε καθίσας χρυσοῦ, ἐδεξιοῦτο τὸ πλῆθος. Τοῦ μέντοι στρατεύματος καὶ τὸ διάδημα περιτιθέντος αὐτῷ, οὐκ ἐδέξατο, εἰ μὴ πρότερον Καῖσαρ τὰς πατρικὰς διαθήκας ἐπικυρώσειε, καὶ θύσας ἐπ' εὐωχίαν ἐτράπετο. Συνελθόντες οὖν τῶν Ἰουδαίων τινὲς, Ματθίαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κολασθέντας ὑπὸ Ἡρώδου διὰ τὴν τοῦ χρυσοῦ ἀετοῦ κατάσπασιν, ὠλοφύροντο, ἐπὶ μέγα τὴν οἰμωγὴν αἴροντες· συνόδου τε αὐτοῖς γενομένης, ἠξίουν τοὺς ὑφ' Ἡρώδου τιμωμένους κολάσαντα τὸν Ἀρχέλαον, ἐκδικῆσαι τοὺς τεθνεῶτας, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων τὸν Ἀρχιερέα παῦσαι, ἕτερόν τε καταστήσασθαι νομιμώτερον. Τούτοις Ἀρχέλαος καίπερ ἀχθόμενος, τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ἐπέχων, ἐπένευε· καὶ τὸν στρα-

C τηγὸν τῷ πλήθει διαλεξόμενον ἔστειλεν, ὡς οὐ νῦν τούτων καιρὸς, ἀλλ' ὅτε αὐτῷ ἡ ἀρχὴ βεβαιωθῇ ἐπινεύσει τοῦ Καίσαρος. Οἱ δὲ, βοῶντες καὶ θορυβοῦντες, οὐκ εἴων λέγειν τὸν στρατηγὸν, οὐδέ του ἄλλου ἠνείχοντο, ἐπὶ σωφρονισμῷ καὶ ἀποτροπῇ τῶν στάσεων ὡρμημένου λέγειν αὐτοῖς. Ἄρτι δὲ τῆς τῶν Ἀζύμων ἑορτῆς ἐνεστηκυίας, καὶ πλήθους πάντοθεν συῤῥεύσαντος εἰς τὸ ἱερὸν, ἐπὶ μέγα τὴν στάσιν ἐξᾶραι προεθυμοῦντο. Ὁ δείσας Ἀρχέλαος, χιλίαρχον μετὰ σπείρας ἐξέπεμψε, τὴν ὁρμὴν καταστελοῦντα τοῦ δήμου τοῦ στασιάζοντος. Καὶ οἱ στασιασταὶ παραχρῆμα ἐπὶ τοὺς στρατιώτας ὡρμήκασι, καὶ κατέλευσαν τοὺς πλείστους αὐτῶν, ὀλίγοι δέ τινες καὶ ὁ χιλίαρχος τραυματίαι διέφυγον. Ἀρχέ-

D λαος δὲ, συνιδὼν ὡς, εἰ μὴ τὸ τῆς πληθύος ὅρμημα κωλυθῇ, εἰς μέγα κακὸν τὰ τῆς στάσεως ἀποβήσεται, ἐκπέμπει πᾶν τὸ στρατόπεδον καὶ εἰς μὲν τρισχιλίους ἀνῃρέθησαν, οἱ δέ γε λοιποὶ ἐπὶ τὰ ὄρη διεσκεδάσθησαν, καὶ κήρυγμα γέγονε πάντας ἀναχωρεῖν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα· οἱ δὲ, τὴν ἑορτὴν λιπόντες, ἀπῄεσαν.

A Ἀρχέλαος δὲ ἐπὶ Ῥώμην ἐξέπλει σὺν τῇ μητρὶ, Φιλίππῳ τῷ ἀδελφῷ πιστεύσας τὰ πράγματα· συνεξέπλει δὲ αὐτῷ καὶ Σαλώμη ἡ ἀδελφὴ Ἡρώδου. Καὶ Ἀντίπας δὲ ὁ Ἡρώδου υἱὸς ἑτέρωθεν ἐπὶ Ῥώμην ὥρμητο, καὶ αὐτὸς τῆς βασιλείας ἀντιληψόμενος, ὡς ἐν προτέραις διαθήκαις καταγεγραμμένης αὐτῷ· ἐπαίρου δὲ τοῦτον πρὸς τὰς ἐλπίδας Σαλώμη. Ἐπεὶ δὲ εἰς Ῥώμην ἀφίκοντο, καὶ παρέστησαν Καίσαρι, οἱ μὲν ὑπὲρ Ἀρχελάου τοὺς λόγους πεποίηντο, οἱ δὲ ὑπὲρ Ἀντίπα, τοῦ Ἀρχελάου κατηγοροῦντες. Καῖσαρ δὲ μᾶλλον ὑπὲρ Ἀρχελάου ῥοπὴν ἐδείκνυ. Ἐν τούτοις δὲ ἀγγέλλεται Καίσαρι τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος στασιάσαν, καὶ τοὺς ἐκεῖ Ῥωμαίους πολιορκοῦν. Κατὰ γὰρ τὴν τῆς Πεντηκοστῆς ἑορτὴν μυριάδων πολλῶν συναθροισθεισῶν πανταχόθεν, ὑπ' αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι συγκατεκλείσθησαν, καὶ αὐτὸς Σαβῖνος (στρατηγὸς B δὲ ἦν οὗτος Ῥωμαίων) καὶ μάχη ἦν καρτερὰ, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἐκράτουν. Περιοδεύσαντες οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐπὶ τὰς στοὰς ἀνῆλθον τὰς ἔξω τοῦ ἱεροῦ, κἀντεῦθεν ἐξ ὑπερδεξίων βάλλοντες, μεγάλα ἔβλαπτον τοὺς Ῥωμαίους. Οἱ δὲ πῦρ ταῖς στοαῖς ἐνιᾶσι, καὶ τοῦτο ὑπέτρεφον ὕλαις, ἐγείρειν φλόγα πεφυκυίαις· καὶ ταχὺ ἥπτετο τοῦ ὀρόφου· καὶ οἱ ἐπὶ τῶν στοῶν οἱ μὲν τῷ ὀρόφῳ καταῤῥηγνυμένῳ συγκατεφέροντο, τοὺς δὲ περισταδὸν ἔβαλλον οἱ πολέμιοι, οἱ δὲ εἰς τὸ πῦρ ἐνίεσαν ἑαυτοὺς, οἱ δὲ τοῖς ἑαυτῶν ἐκτείνοντο ξίφεσιν, ἐσώθη τε τῶν ἐν ταῖς στοαῖς ἀνελθόντων οὐδ' ὁστισοῦν. Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἐκράτουν τοῦ ἱεροῦ θησαυροῦ· καὶ πολλὰ μὲν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν διήρπαστο, Σαβῖνος δὲ εἰς τὸ φανερὸν τετρακόσια C περιέσωσε τάλαντα. Οἵ γε μὴν περιλελειμμένοι τῶν μαχομένων, τὸ βασίλειον περισχόντες, πῦρ ἐμβαλεῖν αὐτῷ ἠπείλουν, καὶ ἅπαντας κτεῖναι· εἰ δ' ἀπίοιεν, ἄδειαν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπηγγέλλοντο, καὶ Σαβίνῳ, καὶ πολλοὶ τῶν βασιλικῶν πρὸς αὐτοὺς ηὐτομόλησαν. Ῥοῦφος δὲ καὶ Γράτος, τρισχιλίους τοῦ Ἡρώδου στρατεύματος ἔχοντες ἄνδρας ἐῤῥωμένους τοῖς σώμασι, Ῥωμαίοις προστίθενται. Ἰουδαῖοι δὲ οὐ μεθίεντο τῆς πολιορκίας, καὶ Σαβῖνος ἐκαρτέρει πολιορκούμενος. Ἐπὶ τούτοις καὶ ἕτεροι θόρυβοι τὴν Ἰουδαίαν κατέλαβον. Ἰούδας γὰρ Ἐζεκίου τοῦ ἀρχιληστοῦ υἱὸς, τοῦ ὑφ' Ἡρώδου μεγάλοις ληφθέντος πόνοις, συστησάμενος πλῆθος, τὸ περὶ Σέπφωριν τῆς Γαλιλαίας ἐπέδραμε βασίλειον, καὶ τῶν ἐκεῖ κρατήσας ὅπλων, ὥπλισε τοὺς περὶ αὐτὸν, φοβερός D τε ἅπασιν ἦν. Ἀλλὰ καὶ Σίμων δοῦλος μὲν Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἀνὴρ δ' εὐπρεπὴς, καὶ μεγέθει σώματος καὶ ῥώμῃ προὔχων, ἀρθεὶς τῇ ταραχῇ τῶν πραγμάτων, ἐτόλμησε περιθέσθαι διάδημα. Καὶ πλήθους συστάντος περὶ αὐτὸν, βασιλεὺς καὶ αὐτὸς ἀναῤῥηθεὶς, τὸ ἐν Ἱεριχοῦντι βασίλειον πίμπρησι, καὶ ἄλλους δὲ τῶν βασιλικῶν οἴκων, διαρπάσας τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἀλλὰ τούτῳ Γράτος μάχην συνάψας, τό τε πολὺ τοῦ μετ' αὐτοῦ πλήθους διέφθειρε, καὶ αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος τὴν κεφαλὴν κρατήσας ἀπέτεμε. Καὶ ἄλλοι δὲ στασιασταὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐγένοντο, κακοῦντες καὶ Ῥωμαίους καὶ τοὺς βασιλικούς.

A fratris fidei commissa. Alia ex parte Antipas Herodis filius eodem contendebat, regnum et ipse vindicaturus, ut quod sibi ex priore testamento deberetur : eam spem ejus Salome incitante. Cum in urbem venissent, aliis Archelao, aliis Antipæ patrocinantibus, Cæsar suffragium pro Archelao tulit. Dum hæc geruntur, Judæorum seditio nuntiatur. Nam in festo Pentecostes multis millibus undique congregatis, Romani cum prætore Sabino sunt obsessi ; et acri pugna commissa vicerunt. Judæi vero porticibus, quæ extra templum sunt, occupatis, et inde telis ex superiore loco conjectis, multum Romanis nocuerunt. At illi ignem porticibus injecerunt, eumque materia aluerunt, quæ flammam excitare posset. Ea celeriter in B altum elata, alii una cum tectis corruerunt, alios hostes circumfusi jaculis confecerunt, alii se in ignem conjecerunt, alii in suos enses incubuerunt : nemo denique ex iis qui porticus conscenderant, evasit. Romani autem sacro thesauro sunt potiti : et quanquam magna pecunia direpta a militibus, Sabinus tamen cccc talenta conservata in apertum protulit. Sed qui ex pugnantibus superfuere, regiam circumdederunt, **262** eam se crematuros esse minati, atque omnes occisuros : sin abirent, impunitatem Romanis et Sabino pollicebantur, ac multi regii satellites ad illos defecerunt. Rufus autem et Gratus, qui tria millia ex Herodis exercitu virorum robustorum habebant, ad Romanos C se contulere : nec tamen obsidionem Judæi solverunt, quam Sabinus fortiter toleravit. Præter hæc alii quoque tumultus orti sunt. Nam Judas Ezechiæ latronum ducis filius, quem Hærodes ægre ceperat, in Galilææ regiam juxta Sephorim facto impetu, armis quæ ibi erant suos instruxit, et omnibus fuit formidabilis. Sed et Simon Herodis regis servus, cæterum vir pulcher, et magnitudine et robore corporis præcellens, rerum turbis impulsus, diadema sumere ausus, multitudinis concursu et ipse rex appellatus, Hierichuntiam et alias multas domos regias incendit atque diripuit. Verum Gratus prælio commisso, plerosque cecidit, ipsiusque Simonis caput amputavit. Atque alii quoque illo tempore seditionibus motis, et regios et Romanos D infestarunt.

Β'. Οὔαρος δὲ, ἐν Συρίᾳ μαθὼν τὰ κατὰ τὸν Σαβῖνον, ἠπείγετο τοῖς ἐν Ἰουδαίᾳ πολιορκουμένοις ἀλέξασθαι. Ἀθροισθείσης δὲ ἐν Πτολεμαΐδι τῆς αὐτοῦ δυνάμεως πάσης, μέρος τι ταύτης τῷ υἱῷ παραδοὺς, Γαλιλαίοις ἐξέπεμψε πολεμεῖν· ὃς συμβαλὼν ἐκείνοις, ἐκράτησεν. Οὔαρος δὲ, τῷ λοιπῷ τοῦ στρατεύματος προσιὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, εἰς δειλίαν τοὺς

II. Varus autem cum in Syria audivisset, quo loco res Sabini essent, opem obsessis in Judæa ferre maturabat, et omnibus legionibus suis Ptolemaide coactis, filium cum parte ad bellum in Galilæa gerendum ablegavit, eoque victoria adepto cum reliquo exercitu Hierosolyma profectus, Judæis terrorem incussit, ut omissa obsi-

dione abirent. Hierosolymitani vero a Varo ob bellum factum accusati, responderunt, populi conventum ob festivitatem esse factum, bellum vero ab advenis esse excitatum. Itaque Varus militibus in agros missis, auctores seditionis inquisivit: et nonnullis repertis, ad II millia in cruces egit. Sed et alii circiter decies mille Varo contra eos ducenti se dediderunt, quorum principibus Romam missis, Herodis duntaxat cognati qui cum seditiosis militarant, suppliciis affecti sunt. Post hæc Judæorum legati Romam profecti sunt, qui indicto a Cæsare concilio, Judæorum circiter VIII millibus qui Romæ degebant, suffragantibus libertatem postularunt: et ad iniquitatis Herodianæ accusationem conversi, **263** eum non regem, sed tyrannum vocabant: nam cum Judaica gens sæpe graviter afflicta esset, nullas tamen ærumnas cum iis esse conferendas, quas sub illo tolerassent. Cum autem Archelaum, quem rerum potitum Herode moderatiorem fore putassent, cupide regem appellassent: eum veritum, ne non germanus Herodis filius haberetur, si mitiorem Judæis se præberet, trium millium virorum cædem in templo edidisse, idque regno a Cæsare nondum confirmato. His dictis petierunt, ut regno et id genus imperiis liberati, et Syriæ attributi, Romanorum prætoribus eo mitti solitis, parere juberentur. Quæ cum Judæi postularent, Archelai patroni, utriusque regis, tam patris quam filii, defensione suscepta, et objectis criminibus refutatis, Judæis seditiones novarumque rerum studium objecerunt. Cæsar autem Archelaum non declaravit regem, sed paterni principatus semisse concesso, pollicitus est, si bene imperaret, se eum etiam regem appellaturum esse. Fuit autem proventus ditionis illi attributæ DC talentum: alterum semissem, in duas partes divisum, Antipæ et Philippo, aliis Herodis liberis, distribuit, unde hic C, ille CC talentum reditus percipiebat. Salomæ legata Herodis reliquit, et Ascalonem regiam attribuit, ex quibus omnibus LX talenta ad eam redibant. His ita ordinatis, Judæus quidam adolescens, quia Alexandro Herodis interfecto filio facie similis erat, ascito quodam populari suo, viro improbo et turbulento, Alexandrum Herodis filium se professus est. Nam cum quidam ad utrumque fratrem tollendum missi essent, alios esse interfectos, ipsos vero conservatos, et clam subductos asserebat. Qua oratione imponebat hominibus, et maxima pecunia sic coacta, Romam properavit. Cæsar vero, qui non temere deceptum esse Herodem crederet, Alexandro fictitio in conspectum adducto, non deceptus est: nam facie quidem similis erat Herodis Alexandro sed opere manuum factus asperior, et corpore rigidiore, non, ut ille, delicato et molli. Cæsare

A πολιορκοῦντας τῶν Ἰουδαίων ἐνέβαλε, καὶ λιπόντες τὴν πολιορκίαν ἡμίεργον, ᾤχοντο. Οὐάρου δὲ τοῖς Ἱεροσολυμίταις ἐγκαλοῦντος διὰ τὸν πόλεμον, ἐκεῖνοι τὴν τοῦ πλήθους σύνοδον διὰ τὴν ἑορτὴν ἔλεγον γεγονέναι, τὸν δὲ πόλεμον παρὰ τῶν ἐπηλύδων. Καὶ ὁ Οὔαρος, πέμψας κατὰ τὴν χώραν, ἀνεζήτει τοὺς αἰτίους τῆς στάσεως, καὶ εὑρὼν ἐνίους ἐκόλασε· δισχίλιοι γὰρ ἐσταυρώθησαν· καὶ ἕτεροι δὲ περὶ μυρίους Οὐάρῳ κατ' αὐτῶν ὡρμηκότι παρέδωκαν ἑαυτούς· ὁ δὲ πρὸς Καίσαρα πέμπει τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν· Καῖσαρ δὲ μόνους ἐκόλασεν, ὅσοι συγγενεῖς ὄντες Ἡρώδου συνεστράτευον τοῖς στασιασταῖς. Εἰς δὲ Ῥώμην ἐξ Ἰουδαίας πρέσβεις ἀφίκοντο, καὶ τοῦ Καίσαρος συστησαμένου συνέδριον, οἱ πρέσβεις συνιστα- μένους ἔχοντες τῶν ἐπὶ Ῥώμης Ἰουδαίων περὶ
B ὀκτακισχιλίους, αὐτονομίαν ᾔτουν, καὶ ἐπὶ κατηγορίαν τῶν Ἡρώδῃ τρέπονται παρανομηθέντων· οὐ γὰρ βασιλέα, τύραννον δ' ἐκεῖνον ἐκάλουν. Πολλῶν γὰρ πολλάκις κακώσεων τῷ ἔθνει ἔφησαν συμβεβηκυιῶν, οὐδὲ μίαν ἐξισοῦσθαι ταῖς αὐτῷ ἐπενηνεγμέναις παρ' ἐκείνου κακώσεσιν. Οἰόμενοι οὖν πάντα τῆς βασιλείας κρατήσαντα Ἡρώδου ἔσεσθαι μετριώτερον, ἀσμένως τὸν Ἀρχέλαον προσειπεῖν βασιλέα. Ὁ δὲ, δείσας, ὥσπερ μὴ οὐχ Ἡρώδου νομίζοιτο παῖς, εἰ τοῖς Ἰουδαίοις ἠπιώτερος φαίνοιτο, τρισχιλίων ἀνδρῶν σφαγὴν κατὰ τὸ τέμενος ἐποιήσατο, καὶ ταῦτα μηδέπω σοῦ, Καῖσαρ, αὐτῷ τὴν ἀρχὴν βεβαιώσαντος. Καὶ ταῦτα λέγοντες, ἠξίουν βασιλείας καὶ τοιῶνδε ἀρχῶν ἀπηλλάχθαι, προσθήκην δὲ γεγονέναι Συρίας, καὶ τοῖς ἐκεῖ στελλομένοις
C Ῥωμαίων στρατηγοῖς ὑποκεῖσθαι. Οἱ μὲν οὖν ταῦτα ᾐτοῦντο, οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀρχέλαον, ἀπολογούμενοι, τούς τε βασιλεῖς, τὸν πατέρα λέγω καὶ τὸν υἱὸν, τῶν ἐγκλημάτων ἀπέλυον, καὶ Ἰουδαίοις ἐπενεκάλουν στάσεις καὶ νεωτερισμούς. Ὁ μέντοι Καῖσαρ βασιλέα μὲν οὐκ ἀποδείκνυσι τὸν Ἀρχέλαον, τὸ δ' ἥμισυ δίδωσι τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, ἐπαγγελλόμενος ὀνομάσειν καὶ βασιλέα, εἰ καλῶς ἄρχοι. Ἦν δὲ ὁ τῆς αὐτῷ νεμηθείσης χώρας δασμὸς ἐτήσιος ἑξακόσια τάλαντα. Τὴν δ' ἑτέραν ἡμίσειαν μοῖραν διχῇ διελὼν Ἀντίπᾳ καὶ Φιλίππῳ παισὶν ἑτέροις Ἡρώδου διένειμε· καὶ τῷ μὲν Ἀντίπᾳ ἡ νεμηθεῖσα χώρα εἰσφορὰν ἐποιεῖτο διακόσια τάλαντα, Φιλίππῳ δὲ ἡ παραδοθεῖσα μερὶς ἑκατὸν εἰσέφερε τάλαντα. Τῇ δὲ
D Σαλώμῃ ἐφ' οἷς ὁ Ἡρώδης κατέλιπε, καὶ τὸ ἐν Ἀσκάλωνι βασίλειον δίδωσιν· ἐκ πάντων δ' εἰσήγετο ταύτῃ δασμὸς ἑξήκοντα τάλαντα. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως διῴκητο· νεανίας δέ τις Ἰουδαῖος εἰσῴκισεν ἑαυτὸν εἰς τὴν Ἡρώδου συγγένειαν, ἐπεὶ τὴν μορφὴν ὡμοίωτο Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἀνῃρημένῳ υἱῷ Ἡρώδου. Καί τινα παραλαβὼν ὁμόφυλον, ἄνδρα πονηρόν τε καὶ συγχέαι (56) δυνάμενον πράγματα, Ἀλέξανδρον ὠνόμαζεν ἑαυτὸν τὸν Ἡρώδου υἱὸν, ὡς ὑπό τινων τῶν ἀμελεῖν ἄμφω τοὺς ἀδελφοὺς ἐσταλμένων, ἄλλων ἀνῃρημένων, αὐτῶν δὲ περισωθέν-

Variæ lectiones et notæ.

(56) *Συγχέαι δυνάμενον. Turbulentum* verti. Quod si quis τὸ συγχέαι pro ἀπατῆσαι intelligere mavult, reponat *vafrum*, vel *callidum*. W.

των καὶ διακεκλασμένων. Καὶ λόγοις τοιούτοις ἠπάτα τοὺς ἐντυγχάνοντας, κἀντεῦθεν πλεῖστα συναγαγὼν χρήματα, εἰς Ῥώμην ἠπείγετο. Καῖσαρ δὲ ἠπίστει μὲν ῥαδίως ἀπατηθῆναι Ἡρώδην, ἀγαγὼν δ' εἰς ὄψιν αὐτῷ τὸν ψευδαλέξανδρον, οὐκ ἠπάτητο. Τὸ μὲν γὰρ εἶδος εἶχεν ἐμφερὲς πρὸς τὸν Ἡρώδου Ἀλέξανδρον, ὑπ' αὐτουργίας δ' ἐτετράχωτο, καὶ πρὸς τὸ σκληρότερον αὐτῷ ἐπεφύκει τὸ σῶμα, ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ ἐκείνου ὑπὸ τρυφῆς μεμαλάκιστο. Ἐξήταζεν οὖν ὁ Καῖσαρ περὶ Ἀριστοβούλου, ποῖ ἂν εἴη· φαμένου δ' ἐκεῖνον ἐν Κύπρῳ καταλελεῖφθαι, ἵν' εἴ τι περὶ ἐμὲ συμβαίη δεινὸν, μὴ πάντη τὸ τῆς Μαριὰμ ἐπιλίπῃ γένος· κατὰ μόνας ὁ Καῖσαρ τὸν ψευδαλέξανδρον ἀπολαβὼν, τὸ ἀληθὲς ἐρεῖν αὐτῷ προετρέπετο ἐπὶ μισθῷ τοῦ τυχεῖν σωτηρίας. Ὁ δὲ ἐκφαίνει τῷ Καίσαρι τὸ σκαιώρημα. Ὁ Καῖσαρ δὲ ἐῤῥωμένον, αὐτὸν πρὸς αὐτουργίαν ὁρῶν, τοῖς ἐρέταις συνέταξε· τὸν δ' ἐπὶ τούτοις ἐκείνῳ συμπνέοντα ἔκτεινεν. Ἀρχέλαος δὲ, τὴν ἐθναρχίαν παραλαβὼν, ἀφαιρεῖται τὴν ἀρχιερωσύνην ἐξ Ἰωαζάρου τοῦ Βοηθοῦ, καὶ ἀντικαθίστησιν Ἐλεάζαρ τὸν ἐκείνου ἀδελφὸν, καὶ Γλαφύραν ἄγεται πρὸς γάμον τὴν Ἀρχελάου παῖδα, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ γαμετὴν, ἀφ' οὗ καὶ τέκνα ἦν αὐτῇ, ἀπειρημένου τῷ νόμῳ ἀδελφῶν ἄγεσθαι γυναῖκας, παῖδας ἐκ τῶν τεθνεώτων ἐχούσας. Καὶ τὸν Ἐλεάζαρ δὲ μετὰ μικρὸν ἐκβαλὼν, Ἰησοῦν ἀντεισήγαγε, τὸν παῖδα Σεέ. Ἀνύων δ' ἔτος ἐν τῇ ἀρχῇ δέκατον, κατηγορήθη παρὰ Καίσαρι πρὸς τῶν ὑπηκόων, ὡς ὠμῶς καὶ τὸ ὅλον τυραννικῶς κεχρημένος τοῖς πράγμασιν. Ὁ τοίνυν Καῖσαρ μετακαλεῖται ταχέως αὐτόν. Καὶ ἀκροασάμενος τῶν κατηγόρων κἀκείνου, ἐκείνου μὲν φυγαδείαν καταψηφίζεται, τὰ δὲ χρήματα ἀπηνέγκατο. Ὀνείρῳ δὲ τὸ μέλλον ἐδηλώθη τῷ Ἀρχελάῳ. Ἐδόκει γὰρ στάχυας ὁρᾷν δέκα ἀκμαίους καὶ πλήρεις σίτου, βιβρωσκομένους ὑπὸ βοῶν. Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλως ἐξηγοῦντο τὸν ὄνειρον· Σίμων δὲ τὸ μὲν γένος Ἐσσαῖος, μεταβολὴν πραγμάτων ἔλεγε φέρειν Ἀρχελάῳ τὴν ὄψιν, οὐ μέντοι ἐπ' ἀγαθῷ. Τοὺς μὲν γὰρ βόας κακοπαθείας σύμβολον εἶναι, ζῶα ἐπ' ἔργοις ταλαιπωρούμενα, καὶ δηλωτικὰ πραγμάτων μεταβολῆς, ὅτι δι' αὐτῶν ἀρουμένη ἡ γῆ, οὐκ ἐᾶται μένειν ἀκίνητος, τοὺς δὲ δέκα στάχυας σημαίνειν ἐτῶν ἀριθμόν· περιόδῳ γὰρ ἐνιαυτοῦ πληροῦσθαι τούτους, καὶ ἀπαρτίζεσθαι θέρος, καὶ τὸν τῆς ἡγεμονίας χρόνον ἐξήκειν τῷ Ἀρχελάῳ. Καὶ τῇ γυναικὶ δὲ τοῦ Ἀρχελάου Γλαφύρᾳ ὄνειρος τεθέαται ἕτερος. Αὕτη γὰρ, ὡς ἱστόρηται, Ἀλεξάνδρῳ πρότερον συνῴκει, Ἀρχελάου ὁμαίμονι· ἀναιρεθέντος δ' ἐκείνου, Ἰόβᾳ τῷ Λιβύων γεγάμητο βασιλεῖ· κἀκείνου δὲ τὴν ζωὴν μεταλλάξαντος, Ἀρχελάῳ γίνεται τὴν συνοικοῦσαν αὐτῷ Μαριὰμ ἀποπεμψαμένῳ, καὶ ταῦτα παῖδας ἐξ Ἀλεξάνδρου ἔχουσα. Ἐδόκει γοῦν ἡ γυνὴ τὸν Ἀλέξανδρον αὐτῇ ἐπιστάντα, μέμφεσθαί τε αὐτῇ καὶ λέγειν· *Γλαφύρα, ἀληθεύειν ἄρα τὸν λόγον ἀπέδειξας, ὃς ἀπίστους εἶναι τοῖς ἀνδράσι τὰς γυναῖκάς φησι. Παρθένος γάρ μοι συνοικήσασα, καὶ παῖδας γεννήσασα ἐξ ἐμοῦ, λήθῃ τῶν ἐμῶν ἐρώτων, δευτέροις γάμοις συνωμίλησας· καὶ οὐδ' οὕτως σοι κόρος τῆς εἰς ἡμᾶς ἐγένετο ὕβρεως, ἀλλὰ καὶ τρίτον σαυτῇ νυμφίον παρακατέκλινας, καὶ ταῦτα ἐμὸν ἀδελφόν. Ἀλλ' ἐγώ σε αὖθις ἐμὴν ποιησάμενος, τῆς ἐπὶ τούτῳ ἀπαλλάξω αἰσχύνης.* Ταῦτα διηγησαμένη πρὸς τὰς συνήθεις τῶν γυναικῶν, μετὰ μικρὸν τελευτᾷ.

A vero quærente, ubi Aristobulus esset? respondit, in Cypro esse relictum, ut si quid sibi **264** accidisset, Mariammæ genus non penitus interiret. Cæsar vero hominem seductum hortatus est, ut veritatem sibi diceret, impunitate promissa. Qui cum imposturam exposuisset, Cæsarque illum tolerando labori aptum videret, in remiges retulit: ejus vero socium occidit. Archelaus ethnarchia suscepta, sacerdotium Joazaro Boethi filio ereptum, in fratrem ejus Eleazarum transfert. Et Glaphyram matrimonio sibi jungit, Archelai filiam, Alexandri fratris, e quo illa susceperat liberos, viduam. Est autem lege interdictum, ne mortuorum fratrum uxores, e quibus illi susceperint liberos, fratribus nubant. Sed et Eleazaro paulo B post ejecto, Jesum Seis filium in ejus locum substituit. Decimo imperii anno accusatus est a subditis apud Cæsarem, quod crudelem ac plane tyrannum se præberet: ab eoque celeriter accersitus, causa dicta, opibus ademptis in exsilium missus est: cum quidem ex somnio eum eventum ante cognovisset. Visus erat sibi decem spicas robustas, et frumento plenas videre, quæ a bobus comederentur. Id somnium aliis aliter interpretantibus, Simon professione Essæus visione illa mutationem ei portendi, eamque non felicem, dixit. Boves enim ærumnarum esse symbolum, animal quod laboribus urgeatur: et rerum vicissitudinem designare, propterea quod terra ab iis arando invertatur. C Decem vero spicas totidem annos significare, quibus tanto spatio completis messis absolvatur, ac tum principatus Archelai finem fore. Atque etiam Glaphyræ conjugi ejus, visum quoddam in somnis est oblatum: quæ, ut antea dictum est, maritum habuit Alexandrum, Archelai fratrem. Eo mortuo, Jubæ Libyæ regi, qui uxorem Mariammen repudiarat, nupsit: idque cum liberos ex Alexandro suscepisset. Visus igitur est Alexander astare mulieri, et cum ea expostulare his verbis: *Utique verum illud verbum esse demonstrasti, Glaphyra, uxores infidas esse maritis. Nam tu cum mihi virgo nupta fueris, et liberos pepereris, secundas nuptias experta es: nec ea nostri contumelia contenta, cum tertio sponso concubuisti, eoque fratre meo. Sed ego* D *te rursus mihi vindicatam, isto dedecore liberabo.* Hæc ubi mulieribus **265** familiaribus exposuit, paulo post decessit.

Γ. Ἡ δὲ Ἀρχελάῳ ὑπήκοος χώρα τῇ Συρίᾳ προσενεμήθη. Ἐπέμφθη δὲ καὶ Κυρήνιος ἀπογραψόμε-

III. Regio vero quæ Archelao paruerat, Syriæ est attributa: ac Cyrenius missus, qui Syriam,

ipsamque Judæam, Syriæ additamentum, describeret. Ac Judæi qui pridem ne nomen quidem descriptionis audire voluerant, suasu Joazari pontificis refragari destiterunt. Verum quidam Gaulanites, Sadoco Pharisæo ascito, bellis et latrociniis Judæam implevit. Dicebant enim, facultatum æstimationem nihil esse aliud nisi manifestam servitutem : ac prætendebant illi quidem reipublicæ curam, sed revera privatorum emolumentorum occasiones captabant : unde seditiones et multorum cædes, principum etiam virorum, exstiterunt, partim ex intestinis bellis, partim ab hostibus. Accessit fames, urbium expugnationes, excidia, et templi conflagratio. Nam cum antiquitus tria essent apud Judæos philosophiæ genera, Essenorum, Pharisæorum, et Sadducæorum, quartum hoc et novum a Juda et Sadoco introductum est. Nam Pharisæi, vili victu utentes, ad mollitiem se non deflectunt, observatores legum et rituum accurati : senibus honorem præbent, neque confidenter illorum auctoritati adversantur. Fatum esse docent, hoc tamen hominibus tribuentes, ut illius impulsus vincere possit, si serio renitantur : animos immortales, et sub terra vitæ actæ rationes reddendas esse censent. Qua de causa et apud populum plus auctoritate valent, et ad vota, ad sacra peragenda tanquam interpretes adhibentur. Sadducæi mortales esse animos arbitrantur, atque una cum corporibus interire, neque quidquam nisi leges observant : senioribus ac magistris refragari, in parte virtutis ponunt. Si qui vero illorum ad magistratus adhibentur, vel inviti assentiuntur Pharisæis, alioqui enim a populo non tolerarentur. Esseni Deo ascribunt omnia, animorum immortalitatem credunt, justitiam colunt : donaria in templum mittunt, sed in eo non immolant, de expiationibus a cæteris dissentientes. Unde cum a communi sacrario arceantur, privatim sacrificant, labores agriculturæ capessunt, res communes habent. **266** Quare dives omnium pauperrimo nihilo vivit lautius : neque uxores ducunt, neque servos emunt : hoc iniquum esse rati, illud discordiæ incitamentum ; sed vitam agentes solitariam, alii aliis ministrant. Quæstores et terræ frugum, et eorum quæ aliunde afferuntur, designant. Quarta secta cum Pharisæis cætera consentit, sed libertatis alte infixum amorem gerit : cujus alumni, solum principem et Dominum Deum appellant, ea nomina tribuere homini dedignantes : imo nec mortes, nec supplicia varia et atrocia recusantes, ne ab instituto suo recedant. Hinc populus Judaicus ex amentiæ morbo in des-

A νος τὴν Συρίαν, καὶ αὐτὴν Ἰουδαίαν προσθήκην ἐκείνης γεγενημένην. Ἰουδαῖοι δὲ, καίπερ πρότερον καὶ μέχρις ἀκοῆς τὴν ἀπογραφὴν δυσχεραίνοντες, τότε, τοῦ ἀρχιερέως Ἰωαζάρου (57) πείσαντος αὐτοὺς, ἐνέδοσαν. Γαυλανίτης δέ τις ἀνὴρ, Σαδὼκ Φαρισαῖον προσεταιρισάμενος, πολέμων καὶ ληστηρίων τὸ ἔθνος ἐνέπλησαν· λέγοντες οὐδὲν ἕτερον εἶναι τὴν τῶν οὐσιῶν ἀποτίμησιν ἢ δουλείαν ἄντικρυς· καὶ ἐδόκουν μὲν ἐπὶ διορθώσει τῶν κοινῶν κεκινῆσθαι, τῇ δ' ἀληθείᾳ οἰκείων ἔσπευδον κερδῶν ἀφορμάς· ἐξ ὧν στάσεις ἐφύησαν καὶ φόνος πολλῶν, καὶ αὐτῶν τῶν πρώτων ἀνδρῶν, ὁ μὲν ἐμφυλίοις σφαγαῖς, ὁ δὲ τῶν πολεμίων, λιμός τε καὶ πόλεων ἁλώσεις καὶ κατασκαφαὶ, καὶ τοῦ ἱεροῦ ἐμπρη-
B σμός. Τριῶν γὰρ οὐσῶν ἐκ παλαιοῦ τοῖς Ἰουδαίοις φιλοσοφίας ὁδῶν (ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται) τῆς τῶν Ἐσσηνῶν, τῆς τῶν Φαρισαίων, καὶ τῆς τῶν Σαδδουκαίων, τετάρτη αὕτη ἐπείσακτος παρὰ Σαδὼκ καὶ Ἰούδα κεκαίνισται. Οἱ μὲν γὰρ Φαρισαῖοι εὐτελῶς διαιτῶνται, οὐδ' ἐπικλίνονται πρὸς τὸ μαλακώτερον, περί τε τῶν νομίμων φυλακὴν εἰσιν ἀκριβεῖς, καὶ τοῖς ἐν γήρᾳ παραχωροῦσι τιμῆς, οὐδ' ἀντιλέγουσι θρασέως τοῖς παρ' ἐκείνων εἰσηγουμένοις. Εἱμαρμένην τε δογματίζοντες, καὶ τοῖς ἀνθρώποις διδόασι μὴ εἴκειν ταῖς ταύτης ὁρμαῖς, μετὰ σπουδῆς ἀντιπράττουσιν· ἀθανασίαν τε ταῖς ψυχαῖς ἀπονέμουσι, καὶ δικαιώσεις ὑποχθονίους τῶν βεβιωμένων δοξάζουσι· δι' ἃ τοῖς τε δήμοις εἰσὶ πιθανώτεροι (58), καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ ποιήσεσιν ἱερῶν ἐκείνοις
C χρῶνται ἐξηγηταῖς. Σαδδουκαῖοι δὲ θνητὰς δοξάζουσι τὰς ψυχὰς, καὶ ταύτας τοῖς σώμασι συνδιαφθείρεσθαι λέγουσι. Καὶ ἡ τῶν νόμων αὐτοῖς οὐ παρατηρεῖται παράβασις (59), καὶ τὸ πρὸς τοὺς γεραιτέρους καὶ τοὺς διδασκάλους αὐτοὺς ἀντιλέγειν ἀρετὴν οἴονται. Εἰ δέ τινες αὐτῶν εἰς ἀρχὰς ἔλθοιεν, προσχωροῦσι τοῖς τῶν Φαρισαίων λόγοις καὶ ἄκοντες· οὐ γὰρ ἄλλως ἀνεκτοὶ δοκοῦσι τοῖς πλήθεσιν. Ἐσσηνοὶ δὲ ἐπὶ Θεῷ τὰ πάντα πεποίηνται· ἀθανάτους ἡγηνται τὰς ψυχάς· τοῦ δικαίου ἀντέχονται. Ἀναθήματα μὲν εἰς τὸ ἱερὸν στέλλουσιν, οὐ μὴν γε καὶ θύουσι, διαφερόμενοι τοῖς ἄλλοις περὶ ἁγνισμῶν. Διὸ καὶ εἰργόμενοι τοῦ κοινοῦ τεμενίσματος, ἐφ' ἑαυτῶν θύουσι· καὶ ἐπὶ πόνους γεωργικοὺς τρέπονται, κοινὰ τὰ χρή-
D ματα ἔχουσιν. Ὅθεν οὐδέν τι πλέον ὁ πλούσιος τῶν οἰκείων ἀπολαύει παρὰ τὸν πάνυ πενέστατον. Καὶ οὔτε γαμετὰς εἰσάγονται, οὔτε δούλους κτῶνται, τὸ μὲν ἀδικίαν οἰόμενοι, τὴν δὲ τῶν γυναικῶν ἐπεισαγωγὴν στάσεως ἀφορμήν· καθ' ἑαυτοὺς δὲ βιοῦντες, ἀλλήλοις ὑπηρετοῦσι, καὶ ἀποδέκτας τῶν τῆς γῆς καρπῶν καὶ τῶν ἄλλοθεν κομιζομένων αὐτοῖς προχειρίζονται. Ἡ δὲ τετάρτη, ἧς ὁ Γαλιλαῖος

Variæ lectiones et notæ.

(57) *Τοῦ ἀρχιερέως Ἰώας*. Ita etiam cod. Reg. et Colbert., supra etiam pro Ἰώζαρος, sed Josephus ibi Ἰώζαρος habebat, et postremus Archelai pontifex non Ἰώας, sed Ἰησοῦς τοῦ Σίε supra dicitur. Josephus vero iterum Joazarum appellat his verbis : Πείσαντος αὐτοὺς τοῦ ἀρχιερέως Ἰωαζάρου, Βοηθοῦ δὲ οὗτος υἱὸς ἦν. W.

(58) *Πιθανώτεροι*. Cod. Colb. πιθανώτατοι. Ita infra pro γεραιτέρους, πρεσβυτέρους. Et pro ἔλθοιεν, περιπέσοιεν.

(59) *Καὶ ἡ τῶν νόμων αὐτοῖς οὐ παρατηρεῖται παράβασις*. Fortasse, νομίμων παράδοσις, *ritum traditiones non observant*. Josephus habet : Φυλακῆς δὲ οὐδαμῶν τινῶν μεταποίησις, αὐτοῖς ἢ τῶν νόμων. Quem in vertendo secutus sum. W.

Ἰούδας γέγονεν ἡγεμὼν, τὰ μὲν ἄλλα τοῖς Φαρισαίοις ὁμογνώμων ἐστὶ, τῆς δ' ἐλευθερίας αὐτῇ δριμὺς ἔρως ἐντέτηκεν, ἧς οἱ τρόφιμοι μόνον ἡγεμόνα καὶ Δεσπότην τὸν Θεὸν ὀνομάζουσιν, ἀνθρώπῳ τῶν ὀνομάτων τούτων μεταδιδόναι μὴ ἀνεχόμενοι· ἀλλὰ καὶ θανάτους καὶ τιμωρίας ποικίλας τε καὶ δεινὰς ὑφίστασθαι μὴ ἀπαναινόμενοι, ἵνα μὴ τῆς σφετέρας ἐκπταῖεν ἐνστάσεως. Ἐντεῦθεν ἤρξατο τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος νοσεῖν ἐξ ἀνοίας ἀπόνοιαν, Γεσσίου Φλώρου τοῦ ἡγεμόνος εἰς ταύτην αὐτοὺς ἐρεθίσαντος ὕβρεσιν. Ὁ μέντοι Κυρήνιος τῆς ἀπογραφῆς καὶ τῶν ἀποτιμήσεων περαιωθεισῶν, αἳ ἐγένοντο ἐν ἔτει τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ μετὰ τὴν ἐν Ἀκτίῳ ἧτταν τοῦ Ἀντωνίου ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, Ἰώαζαρον τὸν ἀρχιερέα καταστασιασθέντα ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀφελόμενος τὴν τιμὴν, Ἄνναν τὸν Σεθεὶ (60) ἀρχιερέα καθίστησι. Κυρηνίου δὲ εἰς Ῥώμην ἀπάραντος, Κοπώνιος τὴν Ἰουδαίαν διεῖπε. Τούτῳ δὲ διάδοχος γίνεται Μάρκος Ἀμβιβοῦχος (61)· καὶ τὸν Μάρκον Ῥοῦφος διαδέχεται Ἄννινος· ἐφ' οὗ δὴ τελευτᾷ Καῖσαρ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων, ἄρξας ἔτη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα, μῆνάς τε ἓξ ἐφ' ἡμέραιν δυοῖν, ἀφ' ὧν τεσσαρεσκαίδεκα ἔτη αὐτῷ συνῆρξεν Ἀντώνιος, ὡς εἶναι τὸν τῆς μοναρχίας αὐτοῦ χρόνον ἐνιαυτοὺς τεσσαράκοντα πρὸς τρισὶ, κατὰ δέ τινας τέσσαρσιν (62). Ἐβίω δὲ ἔτη ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτά. Ἡ δὲ μοναρχία μετήνεκτο εἰς Τιβέριον. τῆς τοῦ Καίσαρος γυναικὸς Λιβίας υἱόν· ὑφ' οὗ Γράτος Οὐαλλέριος εἰς Ἰουδαίαν ἔσταλτο ἡγεμὼν, ὃς παύσας τὸν Ἄνναν τῆς ἀρχιερωσύνης, Ἰσμαὴλ ἀποδείκνυσι τὸν τοῦ Φαβί. Καὶ τοῦτον δὲ μεταστήσας μετ' οὐ πολὺ, Ἐλεάζαρ τῷ τοῦ Ἄννα υἱῷ ἀπονέμει τὴν τοῦ ἱερᾶσθαι τιμὴν, καὶ μετ' ἐνιαυτὸν ἀντεισάγει Σίμωνα τὸν Καμίθου. Καὶ τούτῳ τὸν ἴσον χρόνον ἱερασαμένῳ Ἰωσὴφ ὁ Καϊάφας διάδοχος ἦν.

A perationem est delapsus, Gesii Flori contumeliis irritatus. Nam Cyrenius descriptione ac censu peracto, tricesimo septimo anno post Cæsaris Actiacam Antonii victoriam, Joazaro pontifici, factione populi oppresso, ademptam dignitatem in Annam Sethei filium contulit. Cyrenio Romam reverso, Coponius Judæam administravit. Ei successit Marcus Ambibuchus; Marco Rufus Annius, sub quo Romanorum imperator obiit, regni anno quinquagesimo septimo, mense VI, diebus II. Collegam Antonium habuit annis quatuordecim. Solus imperavit annos XLIII, aut XLIV, ut quidam tradunt. Vixit annos septuaginta septem. Monarchia vero translata est in Tiberium, Cæsaris ex Livia privignum, a quo Valerius Gratus dux in Judæam B missus est: qui pontificatu Annæ abrogato, Ismaelem Fabii filium summum sacerdotem designavit. Et hoc etiam non multo post in ordinem coacto, Eleazaro Annæ filio sacerdotii honorem largitus est: annoque elapso, Simonem Camithi filium illi substituit. Huic pari tempore sacris operato, Josephus Caiaphas successor fuit.

Δ'. Καὶ Γράτος, ἐπὶ ἕνδεκα ἔτη τῆς Ἰουδαίας ἄρξας, καὶ ταῦτα πράξας, εἰς Ῥώμην ὑπανεχώρησε· Πόντιος δ' ἧκε Πιλάτος τὴν ἡγεμονίαν ἀναδεξάμενος. Ὁ δὲ τετράρχης Ἡρώδης, φίλος τῷ Τιβερίῳ χρηματίζων πρὸ τῆς ἀρχῆς, οἰκοδομεῖ μετὰ τὴν μοναρχίαν πόλιν αὐτῷ ἐπώνυμον ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ἐπὶ τῇ λίμνῃ Γενησαρὲτ, Τιβεριάδα καλέσας αὐτήν. Πιλᾶτος δὲ, στρατιὰν ἐκ Καισαρείας μεθιδρύσας χειμαδιοῦσαν ἐν Ἱεροσολύμοις, σημαίας εἰς τὴν πόλιν ὑπὸ νύκτα εἰσήγαγεν, εἰκόνας ἐχούσας Καίσαρος, ἀπαγορεύοντος Ἰουδαίοις τοῦ νόμου εἰκόνας ἔχειν. Ἐπεὶ δ' ἐγνώσθη τὸ πεπραγμένον, πλῆθος ὥρμησεν εἰς Καισάρειαν, αἰτούμενον τὴν τῶν εἰκόνων μετάθεσιν, καὶ πενθημέρους ἱκετείας διὰ τοῦτο πεποίηντο. Μὴ συγχωροῦντος δὲ Πιλάτου, ὡς ἐντεῦθεν δῆθεν ὑβριζομένου τοῦ Καίσαρος, ἐπεὶ τὸ πλῆθος οὐκ ἀνίει δεόμενον, κατὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν περιστήσας στρατιώτας ἐνόπλους σφίσιν, ἠπείλει θάνατον, εἰ μὴ παύσοιντο θορυβεῖν. Οἱ δὲ πρηνεῖς καταβαλόντες ἑαυτοὺς, σὺν ἡδονῇ δέξασθαι τὸν θάνατον ἔλεγον. Καὶ θαυμάσας Πιλᾶτος τὸ γενναῖον αὐτῶν καὶ πρόθυμον ἐπὶ τηρήσει τῶν νόμων, παραχρῆμα τὰς εἰκόνας ἐπανεκόμισεν εἰς Καισάρειαν. Ὑδάτων δ' εἰσαγωγὴν ποιούμενος εἰς Ἱεροσόλυμα, τὰ ἱερὰ πρὸς ταύτην ἀνήλισκε χρήματα. Συνελθόν-

C IV. Grato, cum Judææ per annos undecim præfuisset, bis actis Romam reverso, Pontius Pilatus successit. Herodes tetrarcha Tiberii privati adhuc usus amicitia, eo rerum potito, urbem de illius nomine Tiberiadem ad Genesarethæ lacum condidit. Pilatus exercitum Cæsarea, ut Hierosolymis hibernaret, traducturus, noctu vexilla cum Cæsaris imaginibus in urbem intulit, quibus lege Judæis interdictum **267** est. Quo cognito, multitudo propere Cæsaream accurrit, petentes ut illa transferrentur, supplicatione per dies quinque continuata. Cui cum Pilatus refragaretur, ea enim re lædi majestatem Cæsaris, nec populus orare desisteret: die sexto militibus armatis circumpositis, mortem eis comminatus est, nisi tumultuandi finem facerent. D At illi proni prostrati, se mortem cum voluptate oppetituros dixerunt. Pilatus igitur fortitudinem eorum et alacritatem observandæ legis admiratus, evestigio Cæsaream imagines retulit. Ad aquæductum vero Hierosolymis struendum sacram pecuniam insumpsit. Ob eam rem multi convenere, cum clamoribus atque etiam per convicia postulantes, ut desineret. At ille cohortes militum sub stolis Judaicis flagella gerentes circumire tumultuantes, atque ita Judæos abire jussit: ut vero

Variæ lectiones et notæ.

(60) *Σεθεί*. Ms. Reg. et Colbert. Σεθί.

(61) *Ἀμβιβοῦχος*. Haud scio an recte ita legatur. W.

(62) *Κατὰ δέ τινας τέσσαρσιν*. Hæc desunt in cod. Colb.

maledicere cœperunt, signo militibus dato, verberibus eos castigare instituit. Illi vero quamvis inermes cæderentur, de pertinacia nihil remittebant, sed multi cadebant, multi vulneribus affecti recedebant. Hoc tempore Dominus quoque noster et Deus Jesus Christus in Judæa visus est, de quo hæc Josephi verba in XVIII libro *Antiquitatum* exstant: *Nascitur hoc tempore Jesus, vir sapiens, si modo vir dicendus est. Fuit enim mirabilium operum effector, et magister hominum qui veritatem amplectuntur, ac multos Judæos, multos ex gentibus sibi conciliavit. Christus ille fuit, quem cum a principibus apud nos viris delatum cruci Pilatus affixisset, eum ii qui principio adamarant, colere non destiterunt. Nam triduo post eis vivens iterum apparuit: id quod, aliaque infinita et admiranda vates divini de eo prædixerunt. Ac natio Christianorum, nomine ex illo accepto, vel hodie non defecit.* Hæc in *Antiquitatibus* Josephus de Christo scripsit. In oratione vero sua ad Græcos, quæ et contra Platonem inscribitur, de causa universitatis, cujus etiam sanctus Joannes Damascenus in *Parallelis* suis meminit, hæc dicit: *Omnes justi et injusti ad Dei verbum adducentur. Huic enim Pater judicium dedit, atque ipse Patris voluntatem exsequens, judex adventat, quem Christum appellamus. Neque enim Minos aut Rhadamanthus,* **268** *o Græci, quemadmodum vestra fert opinio, sententiam ferent: sed is, quem Deus et Pater gloria ornavit. De quo alibi subtilius disseruimus ad eos qui veritatem inquirunt. Is de Patris sententia justum de unoquoque judicium faciens, jus unicuique pro factis suis reddet. Cujus judicio omnes homines, angeli et dæmones astantes, una voce clamabunt: Justum tuum est judicium. Post quam vocem, ita ut æquum est, remunerabitur utrosque eos qui virtutem rite coluerunt, æterna beatitate; improbitatis amatores, æterno supplicio. Et hos ignis æternus atque infinitus manet, et vermis quidam ignitus immortalis et corpus non perimens, cum perpetuo cruciatu e corpore erumpens, infestabit.* His alia quoque subjungit. Ac de Christo ad hunc modum Josephus scripsit.

C ΙΑ'. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον στασιάζουσιν πρὸς τοὺς Ἀλεξανδρεῖς οἱ ἐκεῖ Ἰουδαῖοι. Ὃν γὰρ εἴρηται τρόπον κακῶς Γαΐου διατεθέντος πρὸς αὐτοὺς, ἐκακοῦντο μοναρχοῦντος ἐκείνου παρὰ τῶν ἐν τῇ πόλει Ἑλλήνων. Γαΐου δὲ τελευτήσαντος, ἀνεθάρσησαν, καὶ ἦσαν ἐν ὅπλοις, Κλαύδιος δὲ τῷ ἱππαρχοῦντι κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐπέστειλε, καταστεῖλαι τὴν στάσιν. Ἔπεμψε δὲ καὶ διάταγμα ἐκ παρακλήσεως τοῖν βασιλέοιν Ἀγρίππου τε καὶ Ἡρώδου εἰς Συρίαν καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ εἰς τὴν ἄλλην οἰκουμένην ὅση Ῥωμαίοις ὑπήκοος, φράζον, ὅτι· *Τῶν Ἰουδαίων ἀνέκαθεν ἴσης πολιτείας τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν πόλεων πολίταις ἀξιωθέντων, ὁ Γαΐος ἐξ ἀπονοίας, ὅτι μὴ θεὸν προσαγορεύειν αὐτὸν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἠνέσχετο, αὐτοὺς ἐταπείνωσεν.* D *Ἐγὼ δὲ μηδενὸς διὰ τὴν ἐκείνου παραφροσύνην τῶν παλαιῶν δικαίων τὸ ἔθνος ἐκπεσεῖν διατάσσομαι, συντηρεῖσθαι δὲ σφίσι τὰ πρότερον δίκαια τοῖς Ἰουδαίων νομίμοις ἐμμένουσι, ταῦτά με αἰτησαμένων τῶν βασιλέων Ἀγρίππα καὶ Ἡρώδου, τῶν φιλτάτων μοι.* Ἐξέπεμψε δὲ καὶ Ἀγρίππαν ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, λαμπροτέραν γεγενημένην. Κἀκεῖνος ἐλθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, χαριστήρια ἔθυσε, καὶ τὴν χρυσῆν ἅλυσιν τὴν ὑπὸ Γαΐου δοθεῖσαν αὐτῷ, ὑπὲρ τὸ γαζοφυλάκιον ἀπῃώρησε, δεῖγμα τῆς τοῦ Θεοῦ δυναστείας, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων μεταβολῆς, καὶ ὅτι καὶ τὰ μεγάλα πίπτει ποτὲ, καὶ

XI. Hoc tempore orta est inter Alexandrinos et Judæos, ibi degentes, seditio. Nam cum Caius, 279 ita ut dictum est, erga eos affectus esset, illo imperante a Græcis vexabantur. Eo vero defuncto, cum receptis animis arma sumpsissent, Claudius magistro equitum Ægyptio scripsit, ut seditionem comprimeret. Edictumque rogatu Agrippæ et Herodis regum in Syriam, Alexandriam, et alias orbis partes quæ Romanis parent, misit, in hanc sententiam: *Cum olim Judæi eodem jure, quo Alexandrini, et aliarum urbium cives, fruerentur, Caius per summam temeritatem, quod Judaica gens eum pro deo colere detrectasset, eos depressit. Ego vero, ne ea ob illius vecordiam veteribus juribus spolietur, sed pristina eis privilegia, Judæorum ritus observantibus, conserventur, constituo, Regum Agrippæ et Herodis amicissimorum meorum rogatu.* Agrippam quoque in regnum suum splendidius factum dimisit. Qui Hierosolyma profectus, victimas pro gratiarum actione immolavit: et auream catenam a Caio sibi datam, supra gazophylacium suspendit, divinæ potentiæ specimen et vicissitudinis rerum, magna labefactantis, et humilia erigentis. Sacrificio magnifice peracto, Theophilo Annæ sacerdotium abrogavit, et Boethi filio Simoni cognomento Cantheræ honorem illum tribuit. Is Simon duos fratres habuit, et patrem Boethum: cujus filia Herodi regi, ut supra dictum est, nupta

fuit. Hierosolymitanorum erga se benevolentiam remuneratus est condonatione tributi, quod pro singulis ædibus pendebatur. Toti exercitui præfecit Silam, qui multarum ærumnarum ei particeps fuerat. Cum autem Doritani adolescentes audaces et temerarii, Cæsaris statuam in Judæorum synagoga collocassent : Agrippa turbatus, statim Syriæ prætorem P. Petronium convenit, et Doritanos accusat. Is misso centurione, eos qui id facinus ausi essent, ad se adduci jussit : et Doritanis magistratibus mandavit, ut centurioni sontes demonstrarent, nisi in eodem crimine esse vellent. Agrippa vero sacerdotium Simoni Cantheræ ademptum, rursus in Jonatham Ananiæ filium contulit. Quo ille recusato, satis sibi esse dixit, quod semel pontificatu functus fuerit ; fratremque Matthiam ad eum honorem, **280** quo dignus esset, promoveri petiit, idque impetravit a rege. Sila vero præfectus militum Agrippæ, fretus meritis suis, importunæ dicendi libertati studuit, ac molestus fuit, molestæ fortunæ memoria renovanda, suoque illorum temporum studio et fide jactandis. Eam effrenem licentiam cum Agrippa ægre ferret, neque Sila quidquam de ea remitteret, rex ita commotus, eum non modo præfectura privavit, sed etiam vinxit. Verum ita tempore mitigata, et consideratis ejus sua causa exhaustis laboribus, cum natalem suum celebraret, hominem ad epulas invitavit. Ille vero detrectavit : *Nam ad quem*, inquit, *me honorem Agrippa vocat, evestigio periturum? Num libertatem meam desiisse censet? Ego vero nunc magis clamabo, e quibus eum periculis eripuerim : quos labores, quæ discrimina pro ejus dignitate et salute adierim. Pro quibus officiis me vinculis et obscuro carcere remuneratur, quorum nunquam obliviscar.* Quibus rex cognitis, insanabili ingenio hominem in custodia reliquit. Beneficus fuit hic rex non minus avo Herode, qui quidem in exteros liberalitatem exercuit, non etiam in Judæos : hic promiscue de omnibus benemereri studuit, omnibus se clementem præbuit. Itaque libenter Hierosolymis perpetuo vixit, et patrias leges inviolatas observavit. Exstitit tamen Simon quidam legis peritia celebris, qui cœtu coacto, regem Cæsaream profectum deferre non dubitavit. Quo cognito Aggripa illum accersitum rogat, in quo leges a se violatæ essent? quod ille cum dicere non haberet, veniam rogavit : eaque præter exspectationem impetrata, donatus abiit. Pontificatum Matthiæ ademptum, Elionæo Cithæri filio contulit. Cum autem triennium toti Judææ dominatus esset in urbe Cæsarea, quæ prius Stratonis turris appellata fuit, spectacula edidit ; quorum die secundo veste argentea indutus, sub auroram theatrum ingreditur, atque argentum primo solarium radiorum ortu illustratum, mirabiliter resplenduit, cum horrore quodam intuentium. Statim igitur adulatores alius aliunde exclamarunt, eumque deum appellarunt, utque

A ὑψοῦται τὰ ταπεινά. Θύσας οὖν πολυτελῶς, Θεόφιλον μὲν τὸν Ἄνναν τῆς ἀρχιερωσύνης μεθίστησι· τῷ δὲ Βοηθοῦ Σίμωνι, ᾧ Κανθηρᾶς ἡ ἐπίκλησις, ἀπένειμε τὴν τιμήν. Δύω δ' ἦσαν τῷ Σίμωνι ἀδελφοί, καὶ πατὴρ ὁ Βοηθὸς, οὗ τῇ θυγατρὶ ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης συνῴκησεν, ὡς ἱστόρηται. Τοὺς δὲ Ἱεροσολυμίτας τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας ἠμείψατο, ἀφεὶς αὐτοῖς τὰ ὑπὲρ ἑκάστης οἰκίας. Ἵππαρχον δὲ παντὸς τοῦ στρατεύματος τὸν Σίλαν ἀπέδειξεν, ἄνδρα πόνων αὐτῷ συμμετασχόντα πολλῶν. Νεανίσκοι μέντοι Δωρῖται παράβολοι καὶ θρασεῖς, Καίσαρος ἀνδριάντα εἰς τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν κομίσαντες ἔστησαν· τοῦτο τὸν Ἀγρίππαν ἐτάραξε· καὶ αὐτίκα πρὸς τὸν τῆς Συρίας ἡγεμονεύοντα Πούπλιον B Πετρώνιον παραγίνεται, καὶ κατηγορεῖ τῶν Δωριτῶν. Ὁ δὲ ἑκατόνταρχον στείλας, τοὺς μὲν τὸ τόλμημα πράξαντας ἐπ' αὐτὸν ἀχθῆναι προσέταξε, τοῖς δὲ τῶν Δωριτῶν ἄρχουσιν, ἐπιδεῖξαι τῷ ἑκατοντάρχῳ τοὺς αἰτίους, ἐπέστειλεν, εἰ μὴ βούλοιντο δοκεῖν συνεργάται τῆς πράξεως. Ἀγρίππας δὲ ἀφελόμενος τὴν ἱερωσύνην τὸν Κανθηρᾶν Σίμωνα, Ἰωνάθην αὖθις ἐπ' αὐτὸν ἦγε τὸν Ἀνανίου. Ὁ δὲ παρῃτεῖτο, ἀρκεῖσθαι λέγων ἅπαξ τὴν ἀρχιερωσύνην λαχών. τὸν δὲ ἀδελφὸν Ματθίαν πρὸς ταύτην ἠξίου προάγεσθαι, ὡς ἄξιον τῆς τιμῆς. Πεισθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς, τῷ Ματθίᾳ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀπένειμε. Σίλας δὲ ὁ Ἀγρίππου ἵππαρχος, πεποιθὼς οἷς ὑπὲρ αὐτοῦ κεκινδύνευκεν, ἀκαίρου παῤῥησίας ἀντεποιεῖτο, καὶ ἦν φορτικὸς, τὰ φορτικὰ τῆς τύχης εἰς μνήμην C ἄγων αὐτῷ, καὶ ἑαυτὸν σεμνύνων ἐκ τῆς τότε σπουδῆς τε καὶ πίστεως. Ἀηδῶς οὖν πρὸς τὴν ἀταμίευτον αὐτοῦ παῤῥησίαν ὁ Ἀγρίππας διέκειτο, τοῦ δὲ Σίλα μὴ ἐνδιδόντος, εἰς ὀργὴν ὁ βασιλεὺς ἀνηρέθιστο, καὶ οὐ μόνον τῆς ἱππαρχίας αὐτὸν μετέστησεν, ἀλλὰ μέντοι καὶ δέδεκε. Χρόνῳ δὲ τὸν θυμὸν ἀμβλυνθεὶς, καὶ λογισάμενος ὅσους ὑπὲρ ἐκείνου ἀνέτλη πόνους, ἡμέραν ἑορτάζων ἑαυτοῦ γενέθλιον, ἐκάλει τὸν Σίλαν αὐτῷ συνέστιον ἐσόμενον. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο· *Ἐπὶ τίνα*, λέγων, *ὁ βασιλεὺς ἀνακαλεῖ με τιμὴν, τὴν ὅσον ἤδη ἀπολουμένην; Ἢ πεπαῦσθαί με νομίζει τῆς παῤῥησίας; Νῦν βοήσομαι μᾶλλον ὅσον αὐτὸν ἐξεῤῥυσάμην δεινῶν, ὅσους ἤνεγκα πόνους, ἐκείνῳ πορίζων σωτηρίαν* D *καὶ τιμήν. Ὧν γέρας μοι δεσμὰ καὶ σκότιος εἱρκτὴ, ὧν οὔποτε λήσομαι.* Ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα μαθὼν, καὶ ἀνιάτως συνιδὼν διακείμενον, αὖθις εἴασεν ἐν φρουρᾷ. Ἦν δὲ εὐεργετικὸς ὁ βασιλεὺς οὗτος ἐν δωρεαῖς, οὐδὲν ἧττον Ἡρώδου τοῦ πάππου, ἐκείνου μέντοι εἰς ἀλλοφύλους τὸ φιλότιμον ἐπιδεικνυμένου, οὐ μὴν καὶ εἰς Ἰουδαίους· οὗτος πρὸς πάντας ὁμοίως ἦν εὐεργετικὸς, καὶ τὸν τρόπον πραΰς. Ἡδεῖα οὖν αὐτῷ δίαιτα συνεχὴς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἦν, καὶ τὰ πάτρια καθαρῶς ἐτήρει. Καὶ δή τις Σίμων ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀκριβὴς δοκῶν τὰ νόμιμα· οὗτος πλῆθος ἀθροίσας, ἐτόλμησε τοῦ βασιλέως κατειπεῖν, ἀποδημήσαντος εἰς Καισάρειαν. Τοῦτο τὸν Ἀγρίππαν οὐκ ἔλαθε· μεταπέμπεται οὖν τὸν Σίμωνα, καί φησιν, Εἰπέ μοι, τί τῶν γινομένων ἐστὶ παράνομον; Ὁ δὲ μὴ ἔχων εἰπεῖν,

ἐδεῖτο συγγνώμης τυχεῖν· καὶ ὁ βασιλεὺς παρὰ A προσδοκίαν αὐτῷ διηλλάττετο, καὶ ἐξέπεμψε δωρησάμενος. Τὴν ἀρχιερωσύνην δὲ Ματθίαν ἀφελόμενος, Ἐλιωναίῳ τῷ τοῦ Κιθαίρου παιδὶ παρέσχεν αὐτήν. Βασιλεύσας οὖν ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς τῆς ὅλης Ἰουδαίας, εἰς πόλιν Καισάρειαν, ἣ πρότερον Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, θεωρίας ἐτέλει· δευτέρᾳ δὲ τῶν θεωριῶν ἡμέρᾳ στολὴν ἐνδὺς ἐξ ἀργύρου πεποιημένην, παρῆλθεν εἰς τὸ θέατρον ἀρχομένης ἡμέρας, καὶ ταῖς πρώταις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐπιτολαῖς ὁ ἄργυρος καταυγασθεὶς θαυμασίως ἀπέστιλβε, μαρμαίρων τι φοβερὸν τοῖς εἰς αὐτὸν ἀτενίζουσιν. Εὐθύς τε οἱ κόλακες ἄλλος ἄλλοθεν ἀνεβόων, Θεὸν προσαγορεύοντες, Εὐμενὴς τε εἴης, ἐπιλέγοντες· εἰ γὰρ καὶ μέχρι νῦν ὡς ἄνθρωπον ἐφοβήθημεν, ἀλλὰ τοὐντεῦθεν ὁμολογοῦμεν θνητῆς B σε φύσεως κρείττονα. Οὐκ ἐπέπληξε τούτοις ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ τὴν κολακείαν ὡς ἀσεβοῦσαν ἀπετρίψατο. Ἀνακύψας οὖν μετ' ὀλίγον, ὁρᾷ τὸν βουβῶνα τὸν ὄρνιν τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὕπερθεν. Ἄγγελόν τε κακῶν τοῦτον ἐνενόησε τότε, ὡς ποτὲ τῶν ἀγαθῶν μηνυτήν· καὶ διακάρδιον ἔσχεν ὀδύνην, καὶ τῆς κοιλίας ἀθρόον ἐπιγέγονεν ἄλγημα. Καὶ πρὸς τοὺς φίλους φησίν· *Ὁ Θεὸς ὑμῖν ἐγὼ, ἤδη καταστρέφω τὸν βίον· καὶ ὁ κληθεὶς ἀθάνατος παρ' ὑμῶν, θανεῖν ἀπείγομαι.* Ταῦτα λέγων, τῆς ὀδύνης ἐπιτεινομένης κατεπονεῖτο, καὶ μετὰ σπουδῆς ἀνεκομίσθη πρὸς τὸ βασίλειον. Λόγου δὲ γενομένου θνήσκειν αὐτὸν, ἡ πληθὺς αὐτίκα σὺν γυναιξὶ, καὶ παισὶν ἐπὶ σάκκῳ καθεσθεῖσα τῷ πατρῴῳ νόμῳ, τὸν Θεὸν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ἱκέτευε, καὶ πάντες ἐθρήνουν. Ἐν ὑψηλῷ δὲ ὁ Ἀγρίππας κατακείμενος δωματίῳ, καὶ κάτω βλέπων αὐτοὺς πρηνεῖς προσπίπτοντας, οὐδὲ αὐτὸς ἄδακρυς ἦν. Ἐφ' ἡμέρας δὲ πέντε τῷ τῆς γαστρὸς ἀλγήματι κατεργασθεὶς, κατέστρεψε τὴν ζωὴν, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα, βασιλεύσας δ' ἑπτὰ ἐπὶ Γαΐου μὲν τέσσαρα, τρία δ' ἐπὶ Κλαυδίου.

propitius esset, petiverunt. Nam **281** ut hactenus eum ut hominem timuissent, at in posterum se confessuros eum natura mortali præstantiorem esse. Ea verba rex non castigavit, neque impiam adulationem rejecit; ac paulo post cum se erexisset, bubonem supra caput suum vidit, eumque malorum esse nuntium intellexit, qui aliquando bonorum significator exstitisset. Igitur cordis cruciatibus affectus, et ventriculi doloribus subito oppressus, amicis ait: *En ego deus vester jam vitam relinquo: et quem vos immortalem vocastis, ad mortem rapior.* Dum hæc diceret, doloribus fatigatus, festinanter in regiam est reportatus: ortoque rumore, eum animam agere, populus lacrymis oppletus, statim cum uxoribus et liberis patrio ritu saccis insidens, Deo pro rege supplicavit: quæ Agrippa in alto conclavi decumbens nec ipse siccis oculis spectavit ac diebus v cruciatu ventris subactus, mortem cum vita commutavit. Vixit annos LIV, regnavit VII, sub Caio IV, sub Claudio III.

ΙΒ'. Ἀγνοουμένης γε μὴν ἔτι τοῖς πλήθεσι τῆς αὐ- C τοῦ τελευτῆς, συμφρονήσαντες Ἡρώδης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ τῆς Χαλκίδος ἄρχων, καὶ Ἑλκίας ὁ ἵππαρχος, πέμψαντες, τὸν Σίλαν ἐχθρὸν αὐτοῖς ὄντα κατέσφαξαν, ὡς τάχα τοῦ βασιλέως κελεύσαντος. Οὕτω μὲν οὖν ὁ Ἀγρίππας ἀπεβίω, υἱὸν Ἀγρίππαν καταλιπὼν ἐτῶν ἑπτακαίδεκα· τρεῖς δὲ θυγατέρας, ὧν ἡ μὲν Ἡρώδῃ τοῦ πατρὸς ἀδελφῷ γεγάμητο, Βερενίκη δ' ἐκέκλητο, παρθένοι δ' ἦσαν αἱ δύο Μαριὰμ καὶ Δρουσίλλα. Γνωσθέντος δὲ τοῦ θανάτου τοῦ βασιλέως, Καισαρεῖς καὶ Σεβαστηνοὶ, ἐπιλελησμένοι τῶν αὐτοῦ εὐποιιῶν, ἐβλασφήμουν τε εἰς αὐτὸν, καὶ τὰ τῶν τοῦ βασιλέως θυγατέρων ἀγάλματα ἁρπάσαντες εἰς τὰ πορνεῖα ἐκόμισαν, καὶ ἀφύβριζον εἰς αὐτά· καὶ πανδήμους ἑστιάσεις ἐποίουν, στεφανούμενοι καὶ μυριζόμενοι, καὶ σπένδοντες τῷ Χάροντι. Ὁ δὲ τοῦ D τεθνεῶτος υἱὸς Ἀγρίππας ἐν Ῥώμῃ τότε διῆγε, παρὰ Κλαυδίῳ τρεφόμενος Καίσαρι, ὃν αὐτίκα πέμπειν ὥρμητο τὴν βασιλείαν διαδεξόμενον. Ἀπήγαγον δ' αὐτὸν τοῦ σκοποῦ οἱ περὶ αὐτὸν, σφαλερὸν εἶναι λέγοντες, κομιδῇ νέῳ βασιλείας ἐπιτρέπειν μέγεθος τόσον· ἀπέστειλεν οὖν Κούσπιον Φάδον τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς βασιλείας ἁπάσης ἐπιτροπεύοντα, ἐντειλάμενος αὐτῷ καὶ Καισαρεῦσι, καὶ Σεβαστηνοῖς ἐπιπλῆξαι τῆς εἰς τὸν κατοιχόμενον ὕβρεως. Ἀφικόμενος δὲ Φάδος εἰς τὴν Ἰουδαίαν, στάσιν τότε γενομένην κατέστειλε, καὶ λῃστηρίων τὴν χώραν ἐκάθηρε, καὶ τὴν τοῦ ἀρχιερέως στολὴν εἰς τὴν Ἀντωνίαν τὸ φρούριον ἀποτεθῆναι προσέταξεν, ὡς

XII. Obitu ejus vulgo adhuc incognito, Herodes frater ejus Chalcidis princeps, et Helcias equitum magister, Silam, cui inimici erant, quasi rex id jussisset, occidendum curaverunt. Agrippa hoc modo vita finita, filium Agrippam reliquit, annos natum XVII, et tres filias quarum una Herodi ejus patruo nupta fuit, eaque Berenice vocabatur, duæ virgines fuerunt, Mariamne et Drusilla. Cæterum regis obitu cognito, Cæsarienses et Sebasteni beneficiorum obliti, eum maledictis insectati sunt, et filiarum ejus statuas in lupanaria abreptas ludibrio habuerunt: publicaque convivia coronati et unguentis delibuti celebrantes, Charonti libaverunt. Cum autem Agrippæ defuncti filium Romæ, apud se degentem, Claudius Cæsar statim ad regni successionem ablegare in animo haberet: propter familiarium sermones, periculose tantum regnum, admodum adolescenti committi asserentium, consilio mutato, Cuspium Fadum Judææ totiusque regni procuratorem misit, cum mandato, ut Cæsarienses et Sebastenos ob contumeliam defuncto factam objurgaret. Fadus in Judæam profectus, seditionem tum ortam **282** compressit, latrociniis provinciam repurgavit, et pontificis stolam in Antonia castello, ut olim, reponi jussit. Sacerdotes vero et proceres Hierosolymitani refragari non ausi, rogarunt, ut sibi liceret eam rem a Cæsare petere: quo concesso, legati Romam profecti, intercessione junioris Aggrippæ, quod

voluere, a Claudio datis ad Fadum litteris, impetrarunt. Herodes quoque Agrippæ frater, Chalcidis princeps, a Cæsare templi potestatem, sacræque pecuniæ, et creandi Pontificis auctoritatem obtinuit: atque ab illo omnibus ejus posteris ea potestas usque ad urbis excidium mansit. Igitur loco moto Canthera, Josepho Cami filio pontificatum tribuit.

A καὶ πρότερον. Οἱ δ' ἱερεῖς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀντιλέγειν μὲν οὐκ ἐτόλμων· παρεκάλουν δὲ ὅμως ἐπιτρέψαι αὐτοῖς πρέσβεις πέμψαι πρὸς τὸν Καίσαρα, τοὺς αἰτησομένους τὴν ἱερὰν στολὴν παρ' αὐτοῖς εἶναι· καὶ ἐπετράπησαν. Παραγενομένων δὲ εἰς τὴν Ῥώμην τῶν πρέσβεων, καὶ ὁ τοῦ Ἀγρίππου παῖς ὁ νεώτερος Ἀγρίππας ἐκεῖ διάγων, ὡς εἴρηται, παρεκάλεσε τὸν Καίσαρα, συγχωρηθῆναι τοῖς Ἰουδαίοις ἔχειν τὴν ἱερὰν στολήν. Καὶ ὁ Κλαύδιος συνεχώρησε, καὶ τῷ Φάδῳ περὶ τούτων ἐπέστειλε. Καὶ Ἡρώδης δὲ ὁ τοῦ Ἀγρίππου ἀδελφὸς, τῆς δὲ Χαλκίδος ἄρχων, ᾐτήσατο παρὰ Καίσαρος τὴν τοῦ νεὼ ἐξουσίαν, καὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων, καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων χειροτονίαν. Καὶ ἔτυχε τῆς αἰτήσεως, καὶ ἐξ ἐκείνου πᾶσι τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ ἡ ἐξουσία παρέμεινε, μέχρι τῆς τῶν Ἱεροσολύμων ἁλώσεως. Καὶ δὴ μεθίστησι τῆς ἀρχιερωσύνης τὸν Κανθηρᾶν, Ἰωσὴφ ἀντεισαγαγὼν τὸν τοῦ Καμεί.

XIII. Hoc tempore Adiabenorum regina Helena, et filius ejus Izates, religionem Judaicam sunt amplexi. Monabazus enim Adiabenorum rex, cognomento Bazæus, Helenam sororem amore captus uxorem ducit: ac aliquando cum ea prægnante cubans, manum ejus ventri imposuit, ac sopitus audire vocem visus est, quæ manum a ventre tollere juberet, ne infantem qui eo gestaretur, læderet, Dei providentia et regnaturum, et felicem finem consecuturum. Ea voce turbatus, uxori quid audisset, narrat: et natum filium Izaten vocat, quem præ aliis omnibus tum ex Helena, tum ex aliis mulieribus ante eum susceptis liberis, tanquam unicum dilexit. Ac fratrum ejus invidiam veritus, adolescentem ad Abennerigum Spasini valli regem misit: a quo amanter susceptus, et gener ascitus est, assignata ditione. Monobazus autem cum senuisset, Izaten ante obitum suum videre desideravit: eique ditionem attribuit, in qua is usque ad patris obitum vitam egit. Quo defuncto, Helena regina magnatibus et satrapis accersitis: *Non vos latet*, inquit, *maritum meum, Izaten regni successorem designasse. Sed cum beatum esse sciam, non qui ab uno, sed qui a pluribus iisque volentibus regnum acceperit: negotium hoc vestro quoque judicio permitto.* Illi statim regis judicium amplectendum esse, seque ultro Izati, recte et votis omnium fratribus prælato, parere velle, et fratres ac cognatos ejus, ut secure imperaret, in primis occidendos 283 esse, dixerunt. Helena vero sententiam de cæde cognatorum differendam esse censuit, donec ille venisset, ac eamdem comprobasset. Proceres vero illos interea in vinculis habendos esse monuerunt, donec ille venisset. Regina vero filium natu maximum summæ rerum præfecit, paterni sigilli annulo dato, qui Izati reverso regno cessit. Sed Judæus quidam nomine Ananias, Izati peregre agenti familiaris factus, doctrinam de Deo et Judæorum legibus tradidit. Accidit porro, ut et Helena ab alio Judæo instituta, Judaicas cæremonias amplecteretur. Izates cum venisset, ac cognatos in vinculis reperisset, id ægre tulit: ac solutos, ne suspecti essent, partim obsides Romam mi-

ΙΓ΄. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἡ τῶν Ἀδιαβηνῶν βασιλὶς Ἑλένη, καὶ ὁ παῖς αὐτῆς Ἰζάτης, εἰς τὰ Ἰουδαίων τὴν διαγωγὴν μετέβαλον νόμιμα. B Μονόβαζος γὰρ ὁ τῶν Ἀδιαβηνῶν βασιλεὺς, ᾧ καὶ Βαζαῖος ἐπίκλησις ἦν, τῆς ἀδελφῆς Ἑλένης ἁλοὺς ἔρωτι, ἄγεται ταύτην. Καί ποτε συγκαθεύδων αὐτῇ οὔσῃ ἐγκύμονι, τῇ ἐκείνης γαστρὶ τὴν χεῖρα ὑπερέθετο. Καὶ ὑπνώσας ἔδοξεν ἀκούειν φωνῆς, ἆραι κελευούσης ἐκ τῆς νηδύος τὴν χεῖρα, καὶ μὴ θλίβειν τὸ ἐν αὐτῇ βρέφος, Θεοῦ προνοίᾳ καὶ ἄρξον, καὶ τέλους τευξόμενον εὐτυχοῦς. Ταραχθεὶς οὖν ὑπὸ τῆς φωνῆς, ἔφραζε ταῦτα τῇ γυναικί· καὶ τὸν υἱὸν τεχθέντα Ἰζάτην ὠνόμασεν. Ἦν δ' ἕτερος τούτου πρεσβύτερος ἐκ τῆς Ἑλένης αὐτῷ γεννηθεὶς, ἄλλοι τε παῖδες ἐκ γυναικῶν ἑτέρων, ἔστεργε δὲ τὸν Ἰζάτην ὥσπερ μονογενῆ. Ἐφθόνουν τοίνυν οἱ ἀδελφοί. Ὁ δὲ πατὴρ, δεδοικὼς περὶ τούτῳ, ἐκπέμπει πρὸς Ἀβεννήριγον C τὸν Σπασίνου χάρακος βασιλέα. Καὶ ὃς ἀσμένως τὸν Ἰζάτην ἐδέξατο, καὶ κηδεστὴν ἐπὶ θυγατρὶ ἐποιήσατο, καὶ χώραν αὐτῷ παρέσχε. Γεγηρακὼς δὲ ὁ Μονόβαζος, ἰδεῖν ἐπεθύμει τὸν Ἰζάτην πρὸ τοῦ θανεῖν. Μεταπεμψάμενος οὖν αὐτὸν, φιλοφρόνως ἀσπάζεται, καὶ χώραν αὐτῷ ἀπεκλήρωσεν, ἐν ᾗ καὶ διέτριψε μέχρι τελευτῆς τοῦ πατρός. Ἐκλιπόντος δὲ Μονοβάζου, ἡ βασιλὶς Ἑλένη μετεπέμψατο τοὺς μεγιστᾶνας καὶ τοὺς Σατράπας· οἷς ἀφικομένοις, *Οὐ λέληθεν*, εἶπεν, *ὑμᾶς ὅτι ὁ ἀνὴρ ἐμὸς τὸν Ἰζάτην ἤθελε τῆς βασιλείας γενέσθαι διάδοχον. Ἐδόκει δὲ μακάριον τὸν μὴ παρ' ἑνὸς, ἀλλὰ τῶν πλειόνων, καὶ τούτων ἑκόντων τὴν βασιλείαν λαμβάνοντα, καὶ ὑπὸ τὴν ὑμῶν τὸ πρᾶγμα κρίσιν πεποίημαι.* Οἱ δ' αὐτίκα καὶ τὴν D τοῦ βασιλέως κρίσιν ἀσπασίαν ἡγεῖσθαι (11) ἔλεγον, καὶ ὑπείξειν ἑκόντες Ἰζάτῃ, δικαίως προκεκριμένῳ τῶν ἀδελφῶν, καὶ κατὰ τὰς ἁπάντων εὐχὰς, καὶ δεῖν προαποκτεῖναι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς συγγενεῖς, ἵν' ἀσφαλῶς ἐκεῖνος ἄρχοι. Ἡ δὲ βασιλὶς τὴν περὶ τῆς ἀναιρέσεως τῶν προσηκόντων τῷ Ἰζάτῃ γνώμην ἐπισχεῖν συνεβούλευε, μέχρις ἂν ἐκεῖνος συνδοκιμάσῃ παραγενόμενος. Οἱ δὲ δεσμεῖν τέως αὐτοὺς παρῄνουν μέχρι τῆς ἐκείνου ἐπιδημίας. Καθίστησι δὲ τὸν πρεσβύτατον υἱὸν ἡ βασίλισσα ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ἕως ἂν ἐπανέλθῃ ὁ ἀδελφὸς, δίδωσι δὲ καὶ τὸν τοῦ πατρὸς σημαντῆρα

Variæ lectiones et notæ.

(71) Ἀσπασίαν ἡγεῖσθαι. Colb. βούλεσθαι pro his verbis habet.

δακτύλιον. Ἦχεν οὖν ὁ Ἰζάτης, καὶ ὁ ἀδελφὸς ὑπε- A δέξατο, καὶ ὑπεξέστη αὐτῷ τῆς ἀρχῆς. Ὄντι δ' αὐτῷ ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Ἰουδαῖός τις Ἀνανίας καλούμενος, γνωστὸς γεγονὼς, ἐδίδασκεν αὐτὸν τὸν Θεὸν, καὶ τὰ τῶν Ἰουδαίων νόμιμα. Συνέβη δὲ καὶ τὴν Ἑλένην ὑφ' ἑτέρου Ἰουδαίου κατηχηθεῖσαν εἰς τὰ Ἰουδαϊκὰ ἔθη μετατεθῆναι. Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰζάτης, καὶ δεδεμένους τοὺς συγγενεῖς εὑρηκὼς, ἐδυσχέρανε· καὶ ἔλυσε μὲν, ἔπεμψε δὲ, ἵνα μὴ ὕποπτοι παρόντες εἶεν, τοὺς μὲν εἰς Ῥώμην ὁμηρεύσοντας, τοὺς δὲ πρὸς Πάρθους. Γνοὺς δὲ τὴν μητέρα τὰ Ἰουδαίων ἀσπασαμένην, ἔσπευσε καὶ αὐτὸς εἰς ἐκεῖνα μετατεθῆναι, καὶ περιτμηθῆναι ἕτοιμος ἦν. Ἡ δὲ μήτηρ ἐκώλυε, λέγουσα, εἰς δυσμένειαν τοὺς ὑπηκόους διὰ τοῦτο ἐλθεῖν, οὐκ ἀνέξεσθαί τε ὑπὸ Ἰουδαΐζοντος βασιλεύεσθαι. Ὁ δὲ εἰς τὸν Ἀνανίαν παρόντα τοὺς B λόγους ἀνέφερε· τούτου δὲ τὰ αὐτὰ συμβουλεύσαντος, ἐπείσθη μὲν τότε ὁ βασιλεύς· ἕτερος δ' αὖθις ἐκ Γαλιλαίας Ἰουδαῖος Ἐλεάζαρ ἀφικόμενος, καὶ καταλαβὼν αὐτὸν τὸν Μωσέως νόμον ἀναγινώσκοντα, *Οὐ λόγους μόνον ἀναγινώσκειν σε δεῖ, βασιλεῦ*, ἔφη, *ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν διατεταγμένα ποιεῖν· μέχρι τίνος ἀπερίτμητος μένεις;* Ὁ δὲ οὐχ ὑπερεβάλετο τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ περιετμήθη· καὶ τῇ μητρὶ καὶ τῷ Ἀνανίᾳ πεπρᾶχθαι τὸ ἔργον ἐδήλου. Οἱ δ' εἰς φόβον ἐνέπεσον, μὴ καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ αὐτοὶ κινδυνεύσωσιν. Ὁ δὲ Θεὸς τὸν φόβον ἐλθεῖν εἰς τέλος οὐ συνεχώρησεν. Ἑλένη δὲ ἐπιθυμίαν ἔσχεν εἰς Ἱεροσόλυμα ἀφικέσθαι, καὶ προσκυνῆσαι τὸ τοῦ Θεοῦ ἱερόν. Καὶ τοῦ υἱοῦ ἐπιτρέψαντος, καὶ χρήματα C πλεῖστα δόντος, ἄπεισιν εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ λιμῷ φθειρομένους πολλοὺς εὑροῦσα ἐκεῖ, σῖτόν τε ἐξ Ἀλεξανδρείας ἐκόμισε, καὶ ἰσχάδων φόρτον ἐκ Κύπρου πολλῶν χρημάτων πριαμένη, τοῖς ἀπορουμένοις διένειμε. Καὶ ὁ παῖς δὲ αὐτῆς πολλὰ χρήματα τοῖς πρώτοις τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἔπεμψεν, ἵν' οἱ λιμώττοντες διὰ τούτων, ὡς ἐνὸν, ἐπικουρηθῶσι. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως· Ἀρταβάνης δὲ τῶν Πάρθων ὁ βασιλεὺς, ἐπιβουλὴν γνοὺς τοὺς σατράπας κατ' αὐτοῦ μελετήσαντας, ἀφικνεῖται πρὸς Ἰζάτην, συγγενῶν τε καὶ οἰκετῶν περὶ χιλίους ἐπαγόμενος. Καὶ καθ' ὁδὸν τῷ Ἰζάτῃ ἐνέτυχε, καί φησι· *Μή με παρίδῃς, ὦ βασιλεῦ, ταπεινὸν ἐκ μεταβολῆς γεγονότα, καὶ ἰδιώτην ἐκ βασιλέως, ἀλλ' ἐπικούρησον.* Ταῦτα σὺν δάκρυσιν ἔλεγεν. Ὁ δὲ Ἰζάτης, ἀκούσας D τὸ ὄνομα, κατεπήδησε τοῦ ἵππου, καὶ, *Θάρσει*, ἔφη, *ὦ βασιλεῦ· ἢ γὰρ εἰς τὴν Πάρθων βασιλείαν σε καταστήσω, ἢ τῆς ἐμῆς σοι ἐκστήσομαι.* Ταῦτα εἶπε, καὶ ἐπὶ τὸν ἵππον αὐτὸν ἀνεβίβασεν, αὐτὸς δὲ πεζὸς παρείπετο. Καὶ ὁ Ἀρταβάνης ὤμοσεν, εἰ μὴ κἀκεῖνος ἀναβαίη τὸν ἵππον, καὶ προηγοῖτο, ἀποβήσεσθαι καὶ αὐτός. Πεισθεὶς δ' ὁ Ἰζάτης, ἐπὶ τὸν ἵππον ἥλατο, καὶ πᾶσαν τιμὴν ἀπένειμε τῷ Πάρθῳ εἰς τὰ βασίλεια ἀγαγών. Γράφει τε πρὸς τοὺς Πάρθους, τὸν Ἀρταβάνην δέξασθαι. Τῶν δὲ Πάρθων δέξασθαι μὲν συντεθειμένων, μὴ δύνασθαι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπονεῖμαι, ἤδη ἑτέρῳ πεπιστευμένην, ὁ Κίνναμος (οὕτω γὰρ ὠνόμαστο ὁ τὴν βασιλείαν παρειληφὼς) γράφει τῷ Ἀρταβάνῳ (ὑπ' αὐτοῦ γὰρ

sit, partim ad Parthos, et quia matrem Judaismo studere videbat, ipse quoque eosdem ritus suscipere properabat, etiam circumcidi paratus. Sed mater id prohibuit : subditorum enim odium suscepturum, neque laturos illos imperium regis judaizantis. Cumque eam orationem cum Anania qui tum aderat, communicasset, isque idem suaderet, tum quidem paruit. Post cum alius ex Galilæa Judæus venisset Eleazarus, eumque legem Mosaicam legentem deprehendisset : *Non verba tantum, rex*, inquit, *legenda tibi sunt, sed mandata etiam, quæ illis continentur, exsequenda. Quandiu tandem incircumcisus manebis?* Rex igitur nulla interposita mora, circumcisus est. Quod cum matri et Ananiæ significasset, veriti sunt, ne ex ea re et sibi et regi pericula crearentur : sed eum metum Deus avertit. Helena porro visendi Hierosolyma et sancti Dei templi adorandi cupida, permissu filii cum maxima pecunia in urbem proficiscitur. Ubi cum multos fame pereuntes invenisset, frumentum Alexandria advectum, et sarcinas ficuum in Cypro emptas, inter egentes distribuit. Filius quoque ejus, principibus Hierosolymitanis multum pecuniæ misit, quo pauperes juvarentur : atque hæc ita gesta sunt. Artabanus autem Parthorum rex, cognitis insidiis, quas sibi pararent satrapæ, ad Izaten venit, cum cognatis et famulis circiter mille. Atque in itinere illum adeptus : *Ne me*, inquit, *rex*, *mutata* **284** *fortuna depressum, et e regio fastigio ad privatam conditionem redactum neglexeris, sed opem ferto.* Quæ illo cum lacrymis dicente, Izates, ejus nomine audito, equo desiluit, ac : *Bono*, inquit, *animo esto, rex. Aut enim in Parthorum regnum te reducam, aut mea tibi cedam.* His dictis illum in equum sustulit, ipse pedes secutus est. Artabanus vero juravit, nisi et ille equum conscendisset, atque anteiret, se quoque descensurum. Izates igitur ei obsecutus, in equum insiluit, et Partho in regiam perducto omnem honorem habuit. Scripsit etiam ad Parthos, ut Artabanum recipiant. Qui cum se illum quidem recepturos, sed in regnum restituere non posse, jam alteri creditum, responderent : Cinnamomus (id enim ei nomen erat, qui regnum susceperat) vir bonus, Artabanum a quo educatus fuerat, per litteras hortatus est, ut sua fide veniat, atque imperium recipiat. Artabano redeunti obviam progreditur, eum adorat, regem appellat : diadema suo capiti demptum, illius imponit. Sic ab Izate sex annis in regnum restitutus Artabanus, meritorum ejus non fuit immemor, sed ea remuneratus est. Verum aliquanto post eo mortuo, Bardanes ejus filius regno potitus, ad Izatem venit, ab eoque petiit ut secum belli societatem contra Romanos coiret. Qui cum refragaretur, eumque hortaretur ut illam expeditionem omitteret, neque res aggrederetur quæ fieri non possent : Bardanes bellum Izati indicit, sed Parthi ejus consilio intellecto, eum occidunt, et regnum fratri ejus Icotardæ deferunt : cui per insidias cæso, Vologeses frater

succedit. At Izatis frater Monobazus, et cognati, Judaismi amore capti, cum desiderium suum explevissent, subditi re animadversa, Abiæ Arabum regi per litteras magnam pecuniam promiserunt, si regi bellum inferret : eum se quoque in primo congressu relicturos polliciti. Paret Arabs, et cum magnis copiis Izaten adoritur : qui in primo congressu a suis ex composito desertus, tergis obversis fugientibus, magnatum proditione cognita, in castra recedit, auctoribus sceleris supplicio affectis. Postridie Arabes vincit, fugatque : et **285** regem eorum in castellum quoddam compellit, qui ne in hostium manus veniret, ipse sibi necem conscivit : quo castello capto atque direpto, Izates ad sua rediit. Cæterum cum Adiabenorum satrapæ a Vologese Parthorum rege per litteras petiissent, ut Izate interfecto, dynasten Parthicum sibi præficeret : se enim odisse regem suum peregrinam superstitionem amplexum, Parthus statim cum maximis copiis irruit, Izates ex adverso castra locat. Ei quidam a Partho missus narrat, quantæ sint Parthorum vires, et ut Vologeses minitetur, se pœnas ab eo exacturum ingrati animi erga dominos : ac ne Deum quidem quem colat, eum e manibus Vologesis eripere posse. Ad hæc Izates, se Parthorum nosse vires, respondet : sed Deum hominibus potentiorem esse, scire. His dictis, supplicavit Deo. Vologeses autem ea nocte per litteras edoctus, hostes Parthiam vastare, statim re infecta discessit. Sic Izates providentia Dei, Parthi minis evitatis, aliquanto post moritur, anno ætatis LV, regni XXIV, relictis XXIV filiis, et totidem filiabus, regno vero fratri Monobaso relicto.

A ἐτέθραπτο, καὶ ἦν ἀγαθὸς) παρακαλῶν αὐτὸν ἀφικέσθαι πιστεύσαντα, καὶ τὴν ἀρχὴν παραλήψεσθαι. Καὶ ὁ Ἀρτάβανος πιστεύσας ἀπῄει. Ὑπήντα οὖν αὐτῷ ὁ Κινάμωμος, ὃς δὴ προσκυνήσας καὶ βασιλέα προσαγορεύσας, περιτίθησιν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ τὸ διάδημα, τῆς ἑαυτοῦ ἀφελόμενος. Οὕτω δὲ χρόνῳ ἐξαετεῖ εἰς τὴν ἀρχὴν ἀποκαταστὰς ὁ Ἀρτάβανος, οὐκ ἠμνημόνησε τῶν Ἰζάτου καλῶν, ἀλλ' ἀμείβεται τοῦτον. Μετὰ δέ τινα χρόνον Ἀρταβάνου θανόντος, Οὐαρδάνης ὁ παῖς ἐκείνου τὴν βασιλείαν περιεζώσατο· καὶ πρὸς Ἰζάτην ἐλθὼν, συμμαχῆσαι αὐτῷ ἠξίου κατὰ Ῥωμαίων. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, ἀλλὰ καὶ συνεβούλευε παύσασθαι τῆς ἐπ' ἐκείνους στρατείας, καὶ μὴ ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖν. Ὁ δὲ πόλεμον τῷ Ἰζάτῃ μὴ πειθομένῳ κατήγγειλεν. Ἀλλ' οἱ Πάρθοι μαθόντες, B ὡς ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύσειν βούλεται, αὐτὸν μὲν ἀναιροῦσι, τὴν δὲ βασιλείαν τῷ ἀδελφῷ Ἰκοτάρδῃ διδόασιν, ὃν ἐξ ἐπιβουλῆς τε..τήσαντα διαδέχεται Οὐολογέσης ὁ ἀδελφός. Ὁ δὲ τοῦ Ἰζάτου ἀδελφὸς Μονόβαζος, καὶ οἱ συγγενεῖς Ἰουδαΐσαι καὶ αὐτοὶ ἐπεθύμησαν, καὶ τὴν ἔφεσιν εἰς ἔργον ἐξήνεγκαν. Γίνεται δ' ἡ πρᾶξις αὐτῶν τοῖς ὑπηκόοις κατάφωρος. Καὶ γράφουσι πρὸς Ἀβίαν τῶν Ἀράβων βασιλέα, εἰ στρατεύσοιτο κατὰ τοῦ σφετέρου βασιλέως, χρήματα πολλὰ παρασχεῖν αὐτῷ, ἐπαγγελλόμενοι περὶ τὴν πρώτην συμβολὴν καὶ αὐτοὶ καταλείψειν αὐτόν. Πείθεται τούτοις ὁ Ἄραψ· καὶ πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν, ἧκεν ἐπὶ τὸν Ἰζάτην. Καὶ συμβολῆς γενομένης, καταλείπουσι τὸν Ἰζάτην οἱ αὐτοῦ, ἐκ συνθήματος, καὶ νῶτα τρέψαντες ἔφευγον. Γνοὺς δὲ τὴν προδοσίαν C Ἰζάτης γενομένην ὑπὸ τῶν μεγιστάνων, εἰς τὸ στρατόπεδον ὑπεχώρησε, καὶ εὑρὼν τοὺς αἰτίους ἐκόλασε. Τῇ δ' ἐπιούσῃ συμβαλὼν νικᾷ, καὶ εἰς φυγὴν τοὺς Ἄραβας ἔτρεψε, τὸν δὲ βασιλέα αὐτῶν εἰς φρούριόν τι συνήλασε διωκόμενον. Καὶ ὁ μὲν ἑαυτὸν ἀνεῖλεν, ἁλισκόμενος ἤδη. Τὸ δὲ φρούριον ἑάλω, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ διηρπάγη, καὶ Ἰζάτης εἰς τὰ οἰκεῖα ὑπέστρεψεν. Οἱ δὲ τῶν Ἀδιαβηνῶν μεγιστᾶνες Οὐολογέσῃ τῷ Πάρθων γράφουσι βασιλεῖ, καὶ ἀξιοῦσιν ἀποκτεῖναι μὲν τὸν Ἰζάτην, καταστῆσαι δὲ σφίσι δυνάστην ἐκ Πάρθων· μισεῖν γὰρ τὸν ἑαυτῶν βασιλέα ξένῃ θρησκείᾳ προσηλυτεύσαντα. Ὁ γοῦν Πάρθος αὐτίκα μετὰ πλείστης δυνάμεως ὥρμησε, καὶ ὁ Ἰζάτης ἀντεστρατοπεδεύσατο. Σταλεὶς δέ τις ἐκ τοῦ Πάρθου, ἔλεγε τῷ Ἰζάτῃ, ὁπόση ἐστὶ τῶν Πάρθων ἡ δύναμις, καὶ ὡς Οὐολογέσης ἀπειλεῖ, δίκας εἰσπράξειν αὐτὸν, ἀχάριστον περὶ δεσπότας γενόμενον· ῥύσασθαι γὰρ αὐτὸν τῶν αὐτοῦ χειρῶν οὐδὲ τὸν Θεὸν ὃν σέβει δυνήσεσθαι· πρὸς ταῦτα ὁ Ἰζάτης, τὴν μὲν δύναμιν τῶν Πάρθων γινώσκειν, ἀνταπεκρίνατο, εἰδέναι δ' ἀνθρώπων τὸν Θεὸν δυνατώτερον. Ταῦτα εἶπε, καὶ ἱκέτευε τὸν Θεόν. Κατ' ἐκείνην οὖν τὴν νύκτα ἐπιστολὰς Οὐολογέσης δεξάμενος, πολεμίους ἐμβαλόντας τῇ Παρθυηνῇ, ταύτην πορθεῖν, αὐτίκα σπεύδων ἀνέζευξεν ἄπρακτος. Καὶ οὕτως Ἰζάτης προμηθείᾳ Θεοῦ τὰς ἀπειλὰς τοῦ Πάρθου διέφυγε. Μετὰ δέ τινα χρόνον θνήσκει, πεντήκοντα καὶ πέντε ζήσας ἐνιαυτοὺς, εἴκοσι δὲ καὶ τέσσαρας ἀνύσας ἐν τῇ ἀρχῇ· θνήσκει δ' ἐπὶ παισὶν εἴκοσιν καὶ τέσσαρσιν ἄῤῥεσι, καὶ τοσαύταις θηλείαις. Τὴν δ' ἀρχὴν τῷ ἀδελφῷ Μονοβάζῳ κατέλιπεν (72).

XIV. Fado Judæam procurante, quidam impostor Theudas maximæ turbæ persuasit, ut possessionibus secum acceptis, se, qui vates sit, et suo jussu fluvium scindere possit, ad Jordanem sequantur : ac plurimos seduxit. Fadus vero, turmis equitum in eos immissis, multos occidit, plures cepit, ipsumque Theudam, cujus caput amputatum et Hierosolyma perlatum est. Fado Tiberius Alexander successit, Alexandri Alabarchi Alexandrini filius.

D ΙΔ'. Φάδου μέντοι τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος, ἀνήρ τις γόης, Θευδᾶς ὄνομα, πείθει τὸν πλεῖστον ὄχλον, ἀναλαβόντα τὰς κτήσεις, ἕπεσθαι πρὸς τὸν Ἰορδάνην αὐτῷ· προφήτης γὰρ ἔλεγεν εἶναι, καὶ σχίσαι τὸν ποταμὸν προστάγματι δύνασθαι, καὶ πλείστους ἠπάτησε. Πέμψας δ' ἐπ' αὐτοὺς ἴλην ἱππέων ὁ Φάδος, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλεν, οὐ μείους δ' ἐζώγρησε, καὶ αὐτὸν τὸν Θευδᾶν, οὗ τὴν κεφαλὴν ἐκτεμόντες, ἐκόμισαν εἰς Ἱεροσόλυμα. Φάδον δὲ Τιβέριος Ἀλέ-

Variæ 'ectiones et notæ.

(72) *Τὴν ἀρχὴν τῷ ἀδελφῷ Μονοβάζῳ κατέλιπεν.* Hæc verba supplevimus ex mss.

A ξανδρος διεδέξατο, Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀλαβαρχήσαντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ υἱός. Καὶ οἱ παῖδες δὲ τοῦ Γαλιλαίου Ἰούδα, Ἰάκωβος καὶ Σίμων, τοῦ τὸν λαὸν ἀποστατήσαντος Κυρηνίου τιμητεύοντος, ἀνῃρέθησαν, οὓς ἀνεσταύρωσεν ὁ Ἀλέξανδρος. Ὁ δὲ τῆς Χαλκίδος βασιλεύων Ἡρώδης μεταστήσας τῆς ἀρχιερωσύνης Ἰωσὴφ τὸν τοῦ Κεμεδῆ, Ἀνανίᾳ τῷ τοῦ Νεδεβαίου (73) παρέσχεν αὐτήν Τιβερίῳ δὲ Ἀλεξάνδρῳ Κούμανος ἦλθε διάδοχος. Ἐν ὀγδόῳ δ' ἔτει τῆς Κλαυδίου μοναρχίας, Ἡρώδης ὁ τοῦ μεγάλου Ἀγρίππου ἀδελφὸς τελευτᾷ ἐφ' υἱέσι τρισί, τὴν δ' ἀρχὴν αὐτοῦ τῷ νεωτέρῳ Ἀγρίππᾳ δίδωκε Κλαύδιος. Κουμάνου δὲ τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος, πλῆθος κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα εἰς Ἱεροσόλυμα ἠθροιστο. Ἵνα γοῦν μή τι νεωτερισθείη παρὰ τοῦ πλήθους ὄντος πολλοῦ, στρατιώτας ἐνόπλους ἐπὶ τῶν τοῦ B ἱεροῦ στοῶν ὁ Κούμανος ἔστησε, καταστελοῦντας τὸν θόρυβον ἐὰν γένηται· τοῦτο δὲ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ ἐποίουν. Τετάρτῃ δ' ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς στρατιώτης τῶν ἐν ταῖς στοαῖς ἀνακαλυψάμενος τὴν αἰδῶ, τοῖς πλήθεσιν ἐπεδείκνυεν. Οἱ δ' ἐθυμοῦντο, ὡς εἰς τὸν Θεὸν τοῦ στρατιώτου ἠσεβηκότος, καὶ οἱ θρασύτεροι τὸν Κούμανον ἐβλασφήμουν. Καὶ ὃς πρὸς τὰς βλασφημίας ἠρέθιστο, καὶ κελεύει τὸ στράτευμα πᾶν ἥκειν εἰς τὴν Ἀντωνίαν, τὸ φρούριον τῷ ἱερῷ ἐπικείμενον. Τὸ πλῆθος οὖν τοὺς ὁπλίτας θεασάμενον, εἰς φυγὴν ὥρμησε, καὶ τῶν ἐξόδων στενῶν οὐσῶν συνωθούμενοι κατὰ τὴν φυγήν, πολλοὶ ὑπ' ἀλλήλων συνθλιβόμενοι καὶ συμπατούμενοι διεφθάρησαν, ὡς εἰς δύο μυριάδας ἀριθμηθῆναι τοὺς τότε διαφθαρέντας, καὶ πένθος ἦν ἀντὶ πανηγύρεως. C Οὔπω τὸ πένθος τοῦτο κατηύναστο, καὶ κακὸν προστίθεται ἕτερον. Τινὲς γὰρ τῶν ἐπὶ νεωτερισμοῖς ἡδομένων, Στέφανόν τινα δοῦλον τοῦ Καίσαρος ὁδοιποροῦντα λῃστεύσαντες, ἅπασαν αὐτοῦ τὴν κτῆσιν ἁρπάζουσι. Διὸ πέμπει στρατιώτας ὁ Κούμανος, κελεύσας αὐτοῖς τὰς πλησίον χώρας λῄζεσθαι, καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους αὐτῶν δεσμίους ἐπ' αὐτὸν ἀγαγεῖν. Τῆς δὲ τῶν χωρίων ἐκείνων πορθήσεως γινομένης, νεανίας τις τῶν στρατιωτῶν θρασὺς καὶ ἀτάσθαλος, τοῖς Μωσέως ἐντυχὼν νόμοις, ἔν τινι κώμῃ σεβασμίως κειμένοις, ἐπ' ὄψεσι πολλῶν διέρρηξεν, αὐτοὺς βλασφημῶν (74) καὶ κατακερτομῶν. Προσίασιν οὖν τῷ Κουμάνῳ οἱ Ἰουδαῖοι, ἱκετεύοντες, μὴ αὐτούς, ἀλλὰ τὸν Θεόν, οὗπερ οἱ νόμοι καθυβρίσθησαν, ἐκδικῆσαι. Καὶ ὁ Κούμανος δείσας, μὴ τὸ πλῆθος πάλιν νεωτερίσειε, τὸν ἐνυβρίσαντα τοῖς νόμοις πελεκίσας, τὴν στάσιν κατέπαυσεν.

A Jacobus quoque et Simon, Judæ Galilæi filii, a quo populus ad defectionem impulsus fuerat, Cyrenio censore interfecti sunt, quod Alexander in cruces sustulit. Herodes Chalcidis rex Josepho Cemedi F. Pontificatum ademptum Ananiæ Nedebei filio tribuit. Tiberio Alexandro Cumanus successor datus est. Octavo monarchiæ Claudii anno, Herodes majoris Agrippæ frater obit, tribus filiis relictis: sed ejus principatum Claudius juniori Agrippæ dedit. Cumanus Judææ procurator, multitudine Paschatis in festo Hierosolymis congregata, ad res novas cavendas, tumultumque sedandum, milites armatos in templi porticibus **286** disposuit, id quod et decessores ejus fecerant. Quarto autem festi die, eorum militum quidam pudenda B palam ostendit. Eam ob rem populi ira, quasi in Deum miles impius exstitisset, atque audaciorum conviciis Cumanus irritatus, omnem exercitum in Antoniam castellum, templo imminens, convocavit. Quibus conspectis, populus in fugam se dedit: in qua propter exitus angustias ad xx millia oppressa et conculcata sunt, festivitate in lamentationem conversa. Qua nondum finita, malum aliud accessit. Nam cum quidam novis rebus gaudentes, Stephano Cæsaris servo in itinere insidiis excepto, omnia bona eripuissent: Cumanus milites e vicinis agris prædas agere, et clarissimos quosque in vinculis ad se adducere jubet. Quod cum fieret, miles quidam, adolescens audax et temerarius, C leges Mosis in pago quodam venerabiliter repositas, in conspectu multorum cum conviliis et ludibriis discerpsit. Quamobrem Judæi Cumanum adiere, supplicantes, ut contumeliam non sibi, sed Deo factam vindicaret. Is, veritus ne populus denuo concitaretur, milite illo securi percusso, motum illum compressit.

ΙΕ'. Ἀλλὰ καὶ Σαμαρείταις ἔχθρα πρὸς Ἰουδαίους D ἐγένετο, ἡ δ' αἰτία ἦν αὕτη. Γαλιλαῖοι εἰς Ἱεροσόλυμα πορευόμενοι, διά τινος κώμης ὥδευον τῶν Σαμαρειτῶν· καί τινες αὐτοῖς ἐπιθέμενοι, πολλοὺς ἀνεῖλον. Οἱ πρῶτοι τοίνυν τῶν Γαλιλαίων τῷ Κουμάνῳ προσίασι, παρακαλοῦντες τοὺς ἀνῃρημένους ἐκδικηθῆναι. Ὁ δὲ δωροδοκηθείς, τῆς ἐκδικήσεως οὐκ ἐφρόντισεν. Ἀγανακτήσαντες οὖν οἱ Γαλιλαῖοι, πρὸς ὅπλα ἐχώρησαν, καὶ κώμας τινὰς τῶν Σαμαρέων ἐμπρήσαντες, διαρπάζουσι. Κούμανος δὲ σὺν δυνάμει τοῖς Γαλιλαίοις ἐπῆλθε, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἔκτεινε, πλείους δὲ ζῶντας εἷλεν. Οἱ πρῶτοι δέ γε τῶν Ἱεροσολύμων μεταμφιεσάμενοι σάκκους,

XV. Sed et Samaritani cum Judæis inimicitias exercuerunt, tali de causa. Cum Galilæi Hierosolyma iter habentes, per quemdam Samaritanorum pagum transirent, eorum complures quidam ex insidiis adorti occiderunt. Principes vero Galilæorum a Cumano petierunt, ut necem illorum ulcisceretur: quod illo muneribus corrupto negligente, indignati, sumptis armis aliquot Samaritanorum pagos diripuerunt atque incenderunt. Eos Cumanus cum exercitu adortus, multos occidit, plures cepit. Hierosolymitani vero principes saccos induti, et capitibus cinere conspersis, precibus a seditiosis impetrarunt, ut mutatis consiliis, abje-

Variæ lectiones et notæ.

(73) *Νεδεβαίου.* Ms. Νεβεδαίου.
(74) *Αὐτοὺς βλασφημῶν.* Abest vox αὐτοὺς in Colb.

ctisque armis quiescerent : quibus dispersis, regio latrociniis infestata est. Samaritani porro Judæos apud Quadratum Syriæ prætorem de incensis pagis accusarunt : quos Judæi contra, ut seditionis auctores criminati sunt, ac Cumanum in primis, qui largitionibus delinitus, necem interfectorum non vindicasset. Quadratus **287** judicio dilato, se in Judæam venturum, et cognita veritate pronuntiaturum esse dixit. Samariam profectus, rebus inquisitis, Samaritanos turbarum auctores esse comperit : Judæos, quos Cumanus in vinculis tenebat, ut novas res molitos, in cruces egit : Ananiam pontificem, et Ananum ducem exercitus, vinctos Romam misit, ad actorum suorum rationem Claudio reddendam. Samaritanorum quoque et Judæorum principes, Cumanum præsidem et Celerem tribunum ad imperatorem ire jussit, ut ibi controversias suas disceptarent. Claudius cum pro tribunali sedens, Samaritanos malorum exstitisse auctores cognovisset, eos qui venerant, occidi, Cumanum exsulare, Celerem tribunum Hierosolyma reduci, et in conspectu omnium per urbem tractum ita demum occidi jussit : et Felici procurationem Judææ mandavit. Agrippæ, Chalcide quam annos IV tenuerat, erepta, Philippi tetrarchiam, Batanæam et Trachonitidem cum Abella, quæ Lysaniæ tetrarchia fuerat, donavit. Agrippa vero Drusillam sororem Azizo Emesarum regi, circumcisionem non recusanti, in matrimonium collocat, nuptiis ejus ab Antiocho Epiphane ritus Judaici odio repudiatis. Mariammen Archelao Helciæ filio despondit, a patre Agrippa olim promissam. Felix Judææ procurator Drusillæ excellenti pulchritudine captus, mulieri persuadet ut marito relicto sibi nubat : quæ filium ex eo susceptum Agrippam nominavit. Fertur autem, Titi temporibus cum eo adolescente in Vesuvio monte ignifero, ac tum magis inflammato, periisse. Berenice altera Agrippæ soror, Herode patruo et marito defuncto, Polemoni, cum circumcisus esset, nupsit, ad abolendam incestus, cum fratre calumniam ; sed diuturnum conjugium non fuit, Polemone a Berenice deserto. Claudius Cæsar mortuus est anno imperii decimo tertio, mense octavo, die vicesimo, veneno, ut ferebatur, ab uxore Agrippina sublatus, quæ patrem habuit Germanicum, Cæsaris fratrem : maritum Domitium Ænobarbum, virum Romæ illustrem : quo defuncto, eam viduam Claudius duxit, cum filium haberet Domitium patri cognominem. **288** Nam Messalinam uxorem ex zelotypia sustulerat, e qua liberos habebat Britannicum et Octavium : et filiam Octaviam natu maximam ante hos ex alia conjuge susceptam, quam Neroni (id enim nomen Agrippinæ filio Domitio Cæsar pater adoptivus fecit) despondit. Cui ut mater imperium acquireret, Claudium veneno sustulit. Sed hæc suo loco et tempore referentur. Nunc institutam historiæ seriem prosequamur.

A καὶ τὰς κεφαλὰς σποδῷ καταπάσαντες, παρεκάλουν τοὺς ἀφεστῶτας μεταθέσθαι τὸν λογισμὸν, καὶ τὰ ὅπλα ῥίψαντας ἠρεμεῖν· καὶ ἔπεισαν. Οἱ μὲν οὖν διελύθησαν, ἡ χώρα δ' ἐξ ἐκείνου λῃστηρίων πεπλήρωτο. Σαμαρεῖς δὲ πρὸς Κουαδράτον τῆς Συρίας ἡγεμονεύοντα κατηγόρουν τῶν Ἰουδαίων, ὡς ἐμπρησάντων κώμας αὐτῶν. Ἰουδαῖοι δὲ Σαμαρεῖς ᾐτιῶντο, ὡς αἰτίους τῆς στάσεως, καὶ πρὸ αὐτῶν Κούμανον, δώροις διεφθαρμένον, καὶ τοὺς ἀνῃρημένους μὴ ἐκδικήσαντα. Κουαδράτος δὲ ὑπερέθετο τὴν κρίσιν, εἰπὼν, ἥξειν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, κἀκεῖ τὴν ἀλήθειαν γνοὺς, ἀποφήνασθαι. Ἧκεν οὖν εἰς Σαμάρειαν, καὶ ἐξετάσας τὰ πεπραγμένα, αἰτίους τῆς ταραχῆς διέγνω τοὺς Σαμαρεῖς· Ἰουδαίους δὲ οὓς δεδεμένους εἶχεν ὁ Κούμανος, ἀνεσταύρωσεν ὡς νεω-
B τερίσαντας. Τοὺς δὲ περὶ Ἀνανίαν τὸν ἀρχιερέα καὶ τὸν στρατηγὸν Ἄνανον δήσας, εἰς Ῥώμην ἀπέστειλε, λόγον περὶ τῶν πεπραγμένων Κλαυδίῳ ὑφέξοντας. Κελεύει δὲ καὶ τοῖς Σαμαρέων καὶ Ἰουδαίων πρώτοις, καὶ Κουμάνῳ τῷ ἡγεμόνι, καὶ τῷ χιλιάρχῳ Κέλερι, ἀφικέσθαι καὶ αὐτοὺς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, κριθησομένους περὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους ζητήσεων. Ἀπελθόντων δὲ, δικαστὴς καθίσας ὁ Κλαύδιος, καὶ γνοὺς τοὺς Σαμαρεῖς τῶν κακῶν ἀρχηγοὺς, τοὺς ἀναβάντας πρὸς αὐτὸν ἀναιρεθῆναι προσέταξε. Φυγὴν δὲ τοῦ Κουμάνου κατεψηφίσατο· τὸν μέντοι Κέλερα τὸν χιλίαρχον εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπαχθῆναι ἐκέλευσε, καὶ συρέντα πάντων ὁρώντων διὰ τῆς πόλεως, οὕτως ἀναιρεθῆναι. Πέμπει δὲ ὁ Καῖσαρ Φήλικα τῶν
C Ἰουδαίων ἐπιτροπεύσοντα· Ἀγρίππᾳ δὲ δωρεῖται τὴν Φιλίππου τετραρχίαν, καὶ Βαταναίαν, καὶ τὴν Τραχωνῖτιν σὺν Ἀβέλλᾳ· αὗται δὲ Λυσανίου ἦσαν τετραρχίαι. Τὴν δὲ Χαλκίδα ἀφαιρεῖται αὐτὸν, ἔτη τέσσαρα ταύτης ἄρξαντα. Ὁ δ' Ἀγρίππας ἐκδίδωσι πρὸς γάμον Ἀζίζῳ τῷ Ἐμεσῶν βασιλεῖ, περιτμηθῆναι θελήσαντι, Δρουσίλλαν τὴν ἀδελφὴν, τοῦ Ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου παραιτησαμένου τὸν γάμον, ὅτι μὴ Ἰουδαΐσαι ἐβούλετο. Καὶ Μαριὰμ κατηγγύησεν Ἀρχελάῳ τῷ Ἑλκίου παιδὶ, ὑπ' Ἀγρίππα τοῦ πατρὸς πρώην μνηστευθεῖσαν αὐτῷ. Φῆλιξ δὲ τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύων, καὶ τὴν Δρουσίλλαν ἰδὼν κάλλους περιττῶς ἔχουσαν, ἑάλω τῷ ταύτης ἔρωτι, καὶ πείθει καταλιποῦσαν τὸν ἄνδρα, αὐτῷ γαμηθῆναι. Τεκοῦσα δ' ἐξ αὐτοῦ παῖδα, Ἀγρίππαν αὐτὸν ὠνό-
D μασε. Λέγεται δὲ κατὰ τοὺς Τίτου χρόνους ἡ γυνὴ σὺν τῷ παιδὶ νεανίᾳ γεγενημένῳ ἀφανισθῆναι κατὰ τὸ Βέσβιον ὄρος, πυρφόρον ὂν, καὶ τότε μᾶλλον ἐκπυρωθέν. Βερενίκη δὲ ἑτέρα ἀδελφὴ τοῦ Ἀγρίππου, συνοικοῦσα Ἡρώδῃ τῷ θείῳ, θανόντος ἐκείνου, Πολέμωνι συνηρμόσθη, περιτμηθῆναι θελήσαντι διὰ τὴν φήμην, τὴν λέγουσαν αὐτὴν τῷ ἀδελφῷ συνιέναι κατ' ἔρωτα, ἵν' οὕτω τὴν διαβολὴν ἀποφήνῃ ψευδῆ. Οὐ μὴν ἔμεινεν ὁ γάμος ἐπὶ πολὺ, τῆς Βερενίκης καταλιπούσης τὸν Πολέμωνα. Τελευτᾷ δὲ Κλαύδιος Καῖσαρ, βασιλεύσας ἔτη τρισκαίδεκα, καὶ μῆνας ὀκτὼ, ἐφ' ἡμέραις εἴκοσι. Λόγος δὲ ἦν, ὡς ὑπὸ τῆς γυναικὸς Ἀγριππίνης φαρμάκοις ἀνῄρητο, ἧς πατὴρ ἦν Γερμανικὸς, ὁ Καίσαρος ἀδελφὸς, ἀνὴρ δὲ Δομέτιος

Αἰνόβαρβος (75) τῶν ἐπισήμων ἐν Ῥώμῃ· οὗ τελευτήσαντος, χηρεύουσαν αὐτὴν ὁ Κλαύδιος ἄγεται, ἔχουσαν καὶ παῖδα Δομέτιον ὁμώνυμον τῷ πατρί. Προανῃρήκει γὰρ τὴν γυναῖκα Μεσαλίναν διὰ ζηλοτυπίαν, ἐξ ἧς παῖδας εἶχε Βρετανικὸν καὶ Ὀκτάβιον. Καὶ Ὀκταβίαν δὲ πρεσβυτάτην τῶν ἀδελφῶν ἐκ προτέρας ἑτέρας γυναικὸς εἶχεν, ἣν τῷ Νέρωνι ἥρμοσε· τοῦτο γὰρ τὸν τῆς Ἀγριππίνης υἱὸν τὸν Δομέτιον μετωνόμασεν ὕστερον ὁ Καῖσαρ, εἰσποιησάμενος αὐτόν. Ἵνα τοίνυν τούτῳ τὴν αὐταρχίαν περιποιήσηται ἡ μήτηρ Ἀγριππίνα, κτείνει φαρμάκῳ τὸν Κλαύδιον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς οἰκείοις καιροῖς καὶ τόποις εἰρήσεται. Ὁ δὲ λόγος τῆς ἀκολουθίας ἐχέσθω.

ΙϚ΄. Εἶχε μὲν οὖν ὁ Νέρων μετὰ Κλαύδιον τὴν A τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν, τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐπεδίδου πρὸς τὸ χεῖρον διηνεκῶς, καὶ λῃστηρίων ἡ χώρα ἐμπέπληστο, καὶ γοήτων, ἀπατώντων τὸν ὄχλον, ὧν πολλοὺς ὁ Φῆλιξ συλλαμβάνων ἀνῄρει. Ἔχων δὲ ἀπεχθῶς πρὸς Ἰωνάθην τὸν ἀρχιερέα ὁ Φῆλιξ, πολλάκις αὐτὸν νουθετοῦντα περὶ τοῦ κρειττόνως προΐστασθαι τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, πρόφασιν ἐζήτει, δι' ἣν τὸν ἐνοχλοῦντα συνεχῶς μεταστήσεται, καὶ διὰ τῶν λῃστῶν αὐτὸν ἀναιρεῖ· οἳ ἐν τῷ ναῷ παραγεγονότες ὡς προσκυνήσοντες, καὶ ξιφίδια φέροντες ὑπὸ τὰς ἐσθῆτας, ἀνεμίχθησαν τῷ πλήθει, καὶ τὸν Ἰωνάθην ἀνεῖλον. Ἀνεκδικήτου δὲ τοῦ τολμήματος μείναντος, ἀδεῶς οἱ λῃσταὶ ἀναβαίνοντες, οὓς μὲν οἰκείους ἐχθροὺς ἀνῄρουν, οὓς δ' ἑτέρων ἐπὶ μισθῷ. Γόητες δὲ καὶ ἀπατεῶνες ἄνθρωποι τὸν B ὄχλον ἀνέπειθον, ἕπεσθαι σφίσιν εἰς τὴν ἐρημίαν, δείξουσιν ἐναργῆ σημεῖα καὶ τέρατα γινόμενα ἐκ Θεοῦ· ὧν πολλοὺς ὁ Φῆλιξ ἐκόλαζεν· οἱ δέ γε λῃσταὶ τὸν δῆμον εἰς τὸν πρὸς Ῥωμαίους ἠρέθιζον πόλεμον, θέλοντες μὴ ὑπακούειν αὐτῶν, καὶ τὰς τῶν μὴ πειθομένων κώμας ἐμπιπρῶντες διέφθειρον. Σύρων δὲ καὶ Ἰουδαίων τὴν Καισάρειαν οἰκούντων, οἱ μὲν Ἰουδαῖοι πρωτεύειν ἠξίουν, ὡς Ἡρώδου τοῦ σφῶν βασιλέως τὴν πόλιν ἐγείραντος· Σύροι δὲ τὰ μὲν περὶ τὸν Ἡρώδην ὡμολόγουν, ἔφασαν δὲ καὶ πρώην, πόλιν εἶναι Στράτωνος καλουμένην πύργον, καὶ μηδένα τότε τὴν πόλιν Ἰουδαῖον οἰκεῖν. Διὰ ταῦτα τοίνυν τῶν Καισαρέων στασιαζόντων, οἱ τῆς χώρας ἐπιμελούμενοι πληγαῖς τοὺς αἰτίους ᾐκίσαντο, καὶ C πρὸς ὀλίγον τὸν θόρυβον κατεκοίμισαν. Πλούτῳ δὲ τῶν Σύρων οἱ Ἰουδαῖοι προέχοντες, καὶ διὰ τοῦτο καταφρονοῦντες αὐτῶν, ἐβλασφήμουν αὐτούς. Οἱ δὲ χρήμασι μὲν ἡττώμενοι, θαῤῥοῦντες δὲ ὅτι πλεῖστοι τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους στρατευομένων Καισαρεῖς ἦσαν, μέχρι μέν τινος καὶ αὐτοὶ λόγοις τοὺς Ἰουδαίους ἀνθύβριζον· εἶτα λίθοις ἀλλήλους ἔβαλλον, ἕως πολλοὶ ἐτρώθησάν τε καὶ ἔπεσον ἀμφοτέρωθεν· νικῶσι δὲ Ἰουδαῖοι. Ὁ μέντοι Φῆλιξ παύσασθαι τοὺς Ἰουδαίους ἐκέλευε, καὶ μὴ πειθομένοις τοὺς στρατιώτας ἐπαφίησι· καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πλείους δὲ ζῶντας συνέσχε, καὶ οἰκίας διαρπάζειν τοῖς στρατιώταις ἐπέτρεψεν. Οἱ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐπιεικέστεροι καὶ οἱ προὔχοντες, παρεκάλουν τὸν Φήλικα τοὺς στρατιώτας ἀνακαλέσασθαι, καὶ φείσασθαι αὐτῶν, δοῦναί τε D ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις μετάνοιαν. Καὶ ὁ Φῆλιξ ἐπείσθη. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀγρίππας δίδωσι τὴν ἀρχιερωσύνην Ἰσμαὴλ υἱῷ τοῦ Φαβεῖ. Ἔσχον δὲ πρὸς ἀλλήλους ἔχθραν οἵ τε ἀρχιερεῖς σὺν τοῖς πρώτοις τῶν

XVI. Post Claudii interitum, Nerone imperium adepto, res Judaicæ continenter in deterius sunt prolapsæ, provincia latrociniis et impostoribus populum seducentibus repleta, quorum multos Felix sustulit: qui Jonathæ pontifici ob crebras ejus, ut Judæam melius gubernaret, admonitiones infensus, occasionem tam molesti interpellatoris tollendi quæritans, curat ut latrones per speciem adorandi, turbæ hominum in templo immisti, sicas sub vestibus gestantes, Jonatham occidant. Quo facinore non vindicato, sicarii citra metum urbem ingressi, tum suos tum aliorum inimicos mercede peremerunt. Ad hæc præstigiatores et impostores turbæ persuaserunt, ut se in loca deserta sequerentur, evidentia signa et miracula divinitus edita ostensuros: quorum multos Felix suppliciis affecit. Latrones vero plebem ad bellum Romanis, quibus parere detrectabant, inferendum concitabant: eorumque pagos qui parere nollent, incendebant. Cæsareæ vero, quam Judæi et Syri incolebant, principatum Judæi hac ratione sibi vindicabant, quod eam urbem Herodes rex suus instaurasset. Quod etsi confitebantur Syri, tamen prius quoque urbem fuisse Stratonis turrem asserebant, nemine tum ibi Judæo degente. Hac de causa Cæsariensibus tumultuantibus provinciæ præsides, sontibus flagris cæsis, tumultum nonnihil represserunt. Cæterum Judæi, opibus superiores, Syros contemnebant, et convitiis incessebant. Illi vero ut minus pecuniosi, ita eo freti, quod plurimi Cæsarienses sub Romanis stipendia mererent, aliquandiu verborum contumelias in Judæos regesserunt. Inde ad lapides ventum, donec utrinque multi vulnerati 289 sunt, multi occubuerunt, victoria tamen penes Judæos fuit. Quos cum Felix frustra monuisset ut desinerent: militibus immissis multos occidit, plures vivos comprehendit, eorumque domos diripi jussit. Sed qui moderatiores inter Judæos erant, ab illo precibus impetrarunt, ut revocatis militibus populo parceret, delictorum venia concessa. Agrippa rex pontificatum Ismaeli Fabii filio dedit. Cum autem inter pontifices et sacerdotes atque primos civitatis Hierosolymitanæ inimicitiæ intercederent, et conviciis et lapidibus esset certatum, neque qui eos castigaret, aut seditionem premeret, quisquam fuit. Ac pontifices eo impudentiæ sunt progressi, ut ministris suis in areas missis, decimas sacerdotibus debitas raperent. Unde sacerdotes tenuiores ad egestatem redacti,

Variæ lectiones et notæ.

(75) Αἰνόβαρβος. Colb. Βάρβαρος.

fame perierunt. Porcio Festo a Nerone Felici successore dato, Judæi Cæsarienses Felicem apud imperatorem accusarunt: ac dedisset ille forte pœnas injuriarum, nisi frater ejus Pallas, qui gratia multum valebat, Neronis iram mitigasset. Sed et Cæsarienses Syri Beryllo Neronis pædagogo pecunia conciliato, litteras impetrarunt, quibus Judæis æquale jus Cæsariensis civitatis adimebatur. Unde mala quæ gentem post oppresserunt, ortum habuere. Ob eas enim litteras Judæi seditionem contra Syros magis urserunt, donec bellum exarsit.

A Ἱεροσολυμιτῶν, καὶ ἐκακολόγουν ἀλλήλους, καὶ λίθοις ἔβαλλον, καὶ ὁ ἐπιπλήξων καὶ τὴν στάσιν κωλύσων οὐκ ἦν. Ἐς τοσοῦτον οἱ ἀρχιερεῖς ἠναιδεύσαντο, ὡς καὶ πέμπειν ἐπὶ τὰς ἅλωνας, καὶ βίᾳ λαμβάνειν τὰς τοῖς ἱερεῦσιν ὀφειλομένας δεκάτας, ὅθεν οἱ ἄποροι τῶν ἱερέων ὑπ' ἐνδείας ἀπέθνησκον. Πορκίου δὲ Φήστου ὑπὸ Νέρωνος σταλέντος διαδόχου τῷ Φήλικι, οἱ Καισαρεῖς Ἰουδαῖοι κατηγόρησαν τοῦ Φήλικος παρὰ Νέρωνι· καὶ τάχα ἂν ἔτισε δίκας τῶν εἰς αὐτοὺς ἀδικημάτων, εἰ μὴ Πάλλας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μέγα δυνάμενος παρὰ Νέρωνι, τὴν αὐτοῦ ὀργὴν παρῃτήσατο. Καὶ οἱ ἐν Καισαρείᾳ δὲ Σύροι Βήρυλλον τὸν Νέρωνος παιδαγωγὸν δεξιωσάμενοι χρήμασιν, ἐπιστολὴν κομίζονται Καίσαρος δι' αὐτοῦ τὴν Ἰουδαίων ἰσοπολιτείαν τοῖς ἐν Καισαρείᾳ Σύροις ἄκυρον ἀποφαίνουσαν, ἐξ ἧς τὰ μετὰ ταῦτα κακὰ τῷ ἔθνει ἐφύησαν. Διὰ ταύτην γὰρ τὴν ἐπιστολὴν Ἰουδαῖοι πρὸς τοὺς Σύρους μᾶλλον στάσεως εἴχοντο, μέχρις ἂν ἀνήφθη ὁ πόλεμος.

τῆς ἡγεμονίας, εἰ σώζοιτο. Τῷ μὲν οὖν Τίτῳ σκοπὸς ἦν τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ μετὰ πάσης ἐμβαλεῖν τῆς δυνάμεως, καὶ τὸν ναὸν περικατασχεῖν. Τοῦ δὲ ἄρα πάλαι ὁ Θεὸς φθορὰν κατεψήφιστο. Οἱ γὰρ στασιασταὶ ἐπιτίθενται τοῖς φύλαξι τοῦ ἔξω ἱεροῦ· οἱ δὲ πλήθει τε τῶν ἐκτρεχόντων καὶ θυμοῖς ἡττώμενοι ἐνεδίδοσαν. Καὶ ὁρῶν ταῦτα Τίτος ἄνωθεν ἐκ τῆς Ἀντωνίας, ἐπαμύνει μετὰ τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων. Καὶ Ἰουδαῖοι τὴν ἔφοδον οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' εἰς τὸ ἔνδον συνεκλείσθησαν ἱερόν. Ὑποχωρήσαντος δὲ Τίτου πρὸς ὀλίγον λωφήσαντες οἱ στασιασταὶ πάλιν Ῥωμαίοις ἐπιτίθενται· καὶ τρεψάμενοι αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι, μέχρι τοῦ ναοῦ παρῆλθον. Καί τις τῶν στρατιωτῶν ἐκ τῆς φλεγομένης ὕλης μέρος διαρπάσας, καὶ ὑφ' ἑτέρου ἀνακουφισθεὶς στρατιώτου, ἐνίησι τὸ πῦρ θυρίδι χρυσῇ. B Αἰρομένης δὲ τῆς φλογὸς, Ἰουδαίων μὲν ἐγείρεται κραυγὴ, καὶ συνέθεον πρὸς τὴν ἄμυναν. Τίτος δὲ γνοὺς, ἔθει πρὸς τὸν ναὸν κωλύσων τὸ πῦρ, καὶ τῇ φωνῇ καὶ τῇ δεξιᾷ διεσήμαινε τοῖς μαχομένοις τὸ πῦρ σβεννύειν. Οὔτε δὲ βοῶντος ἤκουον, οὔτε τῆς χειρὸς προσεῖχον τοῖς νεύμασι. Τὰ δὲ τάγματα εἰσιόντα καὶ τῷ ναῷ πλησιάζοντα τῶν μὲν τοῦ Τίτου παραγγελμάτων προσεποιοῦντο μηδὲ ἀκούειν, τοῖς πρὸ αὐτῶν δὲ πῦρ ἐνιέναι παρεκελεύοντο· ἀμηχανία δ' ἦν τοῖς στασιασταῖς, ἀπειρηκόσι πρὸς ἄμυναν, καὶ φόνος πανταχοῦ καὶ τροπή. Τίτός γε μὴν ὡς οὔτε τὰς ὁρμὰς τῶν στρατιωτῶν ἐνθουσιώντων, οἷός τε ἦν κατασχεῖν, καὶ τὸ πῦρ ἐπεκράτει, παρελθὼν μετὰ τῶν ἡγεμόνων ἐθεάσατο τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· C τῆς δὲ φλογὸς οὐδέπω διικνουμένης εἴσω, τοὺς δὲ περὶ τὸν ναὸν νεμομένης οἴκους, ἔτι δύνασθαι τὸ ἔργον σωθῆναι οἰόμενος, αὐτός τε παρακαλεῖν ἐπειρᾶτο τοὺς στρατιώτας τὸ πῦρ σβεννύειν, καί τινα τῶν περὶ αὐτὸν ξύλοις παίοντα τοὺς ἀπειθοῦντας ἐκέλευσεν εἴργειν. Οἱ δὲ νικώμενοι τῷ θυμῷ, καὶ τῷ πρὸς Ἰουδαίους μίσει, οὔτε τῇ πρὸς Τίτον αἰδοῖ ἀνεκόπτοντο οὔτε φόβῳ τῷ τοῦ κωλύοντος. Τοὺς δὲ πολλοὺς καὶ ἐλπὶς παρέθηγεν ἁρπαγῆς, μεστὰ χρημάτων εἶναι τὰ ἔνδον δοξάζοντας. Ἔφθη δέ τις καὶ εἰς τοὺς στροφέας τῆς πύλης πῦρ ἐμβαλὼν, καὶ φλογὸς ἔνδοθεν ἐκφανείσης ἐξάπινα, οἵ τε ἡγεμόνες ἀνεχώρουν καὶ ὁ Τίτος αὐτὸς, καὶ τοὺς ὑφάπτοντας οὐδεὶς ἔτι ἐκώλυεν. Ὁ μὲν οὖν ναὸς οὕτως τὸ πῦρ ἐδέξατο, τῶν ἐν αὐτῷ τελουμένων ἐναγῶς καθαρτήριον, ἢ τῶν τελούντων αὐτὰ κολαστήριον. Θαυμάσειε δ' ἄν τις ὅτι καὶ μὴν ὁ αὐτὸς καὶ ἡμέρα συνέπεσε τῷ ἐμπρησμῷ τοῦ ναοῦ, καθ' ἣν καὶ ὁ πρότερος ὑπὸ Βαβυλωνίων κατεφλέγη ναός. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης οἰκοδομῆς ἣν Σολομῶν ἐποιήσατο μέχρι τῆς ἱστορουμένης νῦν καθαιρέσεως, ἣ γέγονεν ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ μοναρχίας, ἔτη γίνεται χίλια καὶ ἑκατὸν τριάκοντα, καὶ μῆνες ἑπτὰ ἡμέραι τε πεντεκαίδεκα· ἀπὸ δὲ τῆς ὕστερον, ἥτις ἔτει δευτέρῳ τῆς Κύρου βασιλείας ἤρξατο γίνεσθαι μέχρι τῆς τελευταίας ἁλώσεως, ἔτη ἑξακόσια καὶ τριάκοντα καὶ ἐννέα καὶ ἡμέραι πέντε καὶ τεσσαράκοντα.

A multitudini et furori excurrentium Judæorum cessisse, cum delectis equitibus opem illis tulit : cujus impetu Judæi reformidato, se in templo interiori concluserunt. Regresso Tito, seditiosi cum paulisper quievissent, denuo Romanos invaserunt : quibus Romani pulsis, usque ad templum penetrarunt, et miles quidam torre correpto, atque ab alio sublevatus ignem per fenestram auream injicit. Excitata flamma, Judæi exclamantes ad defensionem concurrunt. Quo Titus cognito, ad templum ignis prohibendi causa et ipse approperans, pugnantibus et voce et manu significat, ut incendium restinguant. Sed illi nec vocem ejus exaudiverunt, nec manus signum observarunt. Legiones quoque ingressæ, **301** cum templo appropinquarent, Titi mandata se audire dissimulabant : B et eos qui præcedebant hortabantur, ut ignem injicerent. Itaque seditiosi propulsando hoste fatigati, consilii inopes, passim fugiebant, et cædebantur. Titus vero cum impetum militum furore quodam irruentium reprimere non posset, atque incendium augeretur, cum ducibus Dei sanctuarium, et quidquid in eo fuit, spectavit : et quia flamma nondum introrsum penetrasset, sed ædes quæ in templi circuitu sunt, depascebat, opus illud adhuc conservari posse ratus, operam dedit, ut milites ad restinguendum incendium exhortaretur, et quemdam fuste contumaces coercere jussit. At illi iracundia et odio Judæorum victi, nec verecundia Titi, nec ejus qui prohibebat metu desistebant. Multos etiam rapinæ spes incitabat, interiora C pecuniis referta esse existimantes. Ac jam quidam portæ cardinibus ignem injecerat : unde cum subito flamma emicuisset, et duces et Titus ipse recesserunt. Neque quoque amplius eos qui ignem injiciebant prohibente, flamma templum corripuit, sive nefariorum sacrorum lustratio, sive sacerdotum pœna. In quo illud mirari possis, quod conflagratio in eumdem et mensem et diem incidit, quo prius templum a Babyloniis exustum fuerat. A prima Salomonis substructione usque ad vastationem, quæ secundo monarchiæ Vespasiani anno accidit, intercesserunt anni MCXXX, menses VII, dies XV. A posteriore, quæ anno II Cyri cœpit, usque ad extremum excidium, anni DCXXXIX, dies XLV.

ΚΔ'. Καιομένου δὲ τοῦ ναοῦ, τῶν μὲν προσπιπτόντων ἦν ἁρπαγὴ, τῶν δὲ καταλαμβανομένων σφαγή. Οὐδαμοῦ δὲ ἡ γῆ ἐκ τῶν νεκρῶν διεφαίνετο, ἀλλὰ σωροῖς οἱ στρατιῶται σωμάτων ἐπεμβαίνοντες ἐπὶ τοὺς φεύγοντας ἔθεον. Τὸ μὲν οὖν λῃστρικὸν πλῆθος ὠσάμενοι τοὺς Ῥωμαίους διεξέπεσον εἰς τὴν πόλιν· τοῦ δημοτικοῦ δὲ τὸ περιλειφθὲν εἰς τὴν ἔξω στοὰν κατέφυγε. Τῶν δ' ἱερέων

D XXIV. Templo ardente, obvia quæque rapta sunt, et qui deprehendi potuerunt occisi, neque usquam solum præ cadaveribus videri potuit ; sed milites per acervos cæsorum, fugientes persequebantur. Latronum vero multitudo perruptis Romanorum agminibus in urbem evasit, reliquiæ popularis turbæ in exteriorem porticum confugerunt. Ex sacerdotibus aliquot murum VIII cubitos latum

conscenderunt, duo insignes in ignem insilierunt, et una cum templo conflagrarunt. Tum Romani vicinis ædificiis frustra parci existimantes, ipso templo ardente, omnibus **302** ignem injecerunt: qui etiam gazophylacia comprehendit, in quibus infinita pecuniæ multitudo reposita fuit, infinitæ pretiosæ vestes, et alia ornamenta. Ibi enim omnis Judæorum opulentia in unum veluti cumulum congesta erat, tanquam in tutum ærarium. Ibi etiam infinita multitudo plebis periit, pseudoprophetæ seducta concionibus, qui prædicarat, jubere Deum eos in templum ascendere, signa salutis accepturos. Subornabantur autem multi tales a tyrannis, ut populus minus transfugeret: per quos deceptus, evidentibus portentis tanquam attonitus non movebatur, quorum multa acciderunt. Nam supra urbem astrum stetit gladio simile, cometa per annum apparuit, et aliquando lux ante bellum noctu aram tam clara per dimidiam horam circumfulsit, ut dies esse videretur. Bos ad sacrificium adducta, agnum peperit. Porta orientalis ærea, itaque robusta, ut a viris viginti vix clauderetur atque aperiretur, cum vectes et pessulos profundissimos haberet, noctu ultro patuit: quæ securitatem templi sublatam esse declarabat, et facilem in id hostium ingressum. Alio tempore visum est ante occasum solis spectrum mirabile, currus in sublimi omnem regionem peragrantes, et phalanges armatæ huc atque illuc in nubibus saltantes. In festo Pentecostes sacerdotes interius ingressi templum, motum et sonitum senserunt. Deinde vocem audiverunt, dicentem: *Migremus hinc*. Quadriennio ante bellum in Tabernaculorum festo Jesus quidam homo rusticus, ad festivitatem profectus, exclamavit: *Vox ab oriente, vox ab occidente, vox a quatuor ventis, vox super Hierosolyma et templum, vox super sponsos et sponsas, vox super omnem populum*. Hæc vociferans, noctu atque interdiu circuibat urbem: et quanquam ob voces mali ominis verberaretur, tamen eamdem perpetuo cantilenam canebat. Adductus ad Romanum provinciæ præsidem, et flagris cæsus, neque supplicavit, neque lacrymavit: sed voce lugubriter inflexa, ad singulas plagas: *Væ, Væ, Hierosolymis*, clamavit, donec Albinus (is enim tum Judææ procurator erat) hominem absolvit, insanire ratus. **303** Ille vero ab eo tempore usque ad bellum: *Væ, Væ, Hierosolymis*, lamentabatur: sed in festivitatibus præcipue triste illud augurium proclamabat, idque fecit annos septem, et quinque menses: donec in obsidione in mœnibus obambulans, rursus: *Væ, væ urbi et templo et populo*, contenta voce clamavit. Et ut postremo adjecit, *Væ etiam mihi*, lapide ex balista excusso ictus occubuit.

A τινες ἐπὶ τὸν τοῖχον ἀναχωρήσαντες, ὄντα τὸ εὖρος ὀκτάπηχυν, ἔμενον. Δύω γε μὴν τῶν ἐπισήμων ῥίψαντες ἑαυτοὺς εἰς τὸ πῦρ, συγκατεφλέγησαν τῷ ναῷ. Ῥωμαῖοι δὲ ματαίαν τὴν ἐπὶ τοῖς πέριξ τοῦ ναοῦ φειδὼ κρίναντες, ἤδη αὐτοῦ φλεγομένου, πᾶσιν ἐπῆγον τὸ πῦρ· τὸ δὲ καὶ τῶν γαζοφυλακίων ἐπιλαμβάνεται, ἐν οἷς ἄπειρον μὲν τὸ πλῆθος τεθησαύριστο χρημάτων, ἄπειροι δ' ἐσθῆτες πολυτελεῖς, καὶ ἄλλα κειμήλια. Ἅπας γὰρ ὁ Ἰουδαίων πλοῦτος πανταχόθεν ἐκεῖ σεσώρευται, τῶν κεκτημένων ἀποτιθεμένων ταῦτα ὡς ἐπ' ἀσφαλοῦς ταμιείου. Ἄπειρον δέ τι πλῆθος διεφθάρη δημοτικὸν, οἷς αἴτιος ἀπωλείας ἐγένετό τις ψευδοπροφήτης, κηρύξας τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὡς ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβῆναι κελεύει, δεξομένους τὰ σημεῖα τῆς σωτηρίας. Πολλοὶ B δὲ τοιοῦτοι παρὰ τῶν τυράννων ταῦτα λέγειν καθίεντο, ἵν' ἧττον αὐτομολοῖεν· δι' ὧν ὁ δείλαιος ὄχλος παραδουκολούμενος, τοῖς ἐναργέσι σημείοις ὡς ἐμβρόντητοι οὐκ ἐπίστευον. Πολλὰ δὲ σημεῖα γεγόνασιν· ἔστη μὲν ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον, ῥομφαίᾳ παραπλήσιον, καὶ κομήτης φανεὶς παρετάθη ἐπ' ἐνιαυτόν. Καὶ φῶς πρὸ τοῦ πολέμου ποτὲ τὸν ναὸν καὶ τὸν βωμὸν περιέλαμψεν, ὡς δοκεῖν ἡμέραν εἶναι λαμπρὰν, παραμεῖναν ἐπὶ ἡμίσειαν ὥραν. Καὶ βοῦς εἰς θυσίαν ἀναχθεῖσα, ἔτεκεν ἄρνα. Ἡ δὲ ἀνατολικὴ πύλη τοῦ ἐνδοτέρου ναοῦ, χαλκῆ οὖσα καὶ στιβαρὰ, ὡς μόλις ὑπὸ ἀνδρῶν εἴκοσιν ἀνοίγνυσθαί τε καὶ κλείεσθαι, καὶ μοχλοὺς καὶ καταπῆγας ἔχουσα βαθυτάτους, ὤφθη νύκτωρ αὐτομάτως ἠνεῳγμένη. Ἐδήλου δὲ, λυομένην τὴν τοῦ ναοῦ ἀσφάλειαν, καὶ C τοῖς πολεμίοις ἐσομένην τὴν εἴσοδον εὐμαρῆ· καὶ φάσμα τι δαιμόνιον ἄλλοτε ὤφθη πρὸ ἡλίου δυσμῶν, ἅρματα κατὰ πᾶσαν τὴν χώραν διιόντα μετέωρα, καὶ φάλαγγες ἔνοπλοι διάττουσαι τῶν νεφῶν. Κατὰ δὲ τὴν τῆς Πεντηκοστῆς ἑορτὴν εἰς τὸ ἔνδον ἱερὸν οἱ ἱερεῖς παρελθόντες, κινήσεως ᾔσθοντο, καὶ κτύπου· εἶτα φωνῆς ἤκουσαν λεγούσης, ***Μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν***. Πρὸ δὲ τεσσάρων ἐνιαυτῶν τοῦ πολέμου, ἐν τῇ τῆς Σκηνοπηγίας ἑορτῇ Ἰησοῦς τις ἀγροῖκος ἀνὴρ ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν, βοᾷν ἤρξατο· *Φωνὴ ἀπὸ ἀνατολῆς, φωνὴ ἀπὸ δύσεως, φωνὴ ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, φωνὴ ἐπὶ Ἱεροσόλυμα καὶ τὸν ναὸν, φωνὴ ἐπὶ νυμφίους καὶ νύμφας, φωνὴ ἐπὶ πάντα τὸν λαόν*. Καὶ περιῄει D τὴν πόλιν, ταῦτα κεκραγὼς μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ· παιόμενος δὲ διὰ τὸ κακόφημον, ὁ δὲ οὐδὲν ἕτερον ἢ τὰς αὐτὰς ἐβόα φωνάς. Ἀναχθεὶς δὲ καὶ πρὸς τὸν τῆς χώρας ἐπιτροπεύοντα τότε Ῥωμαῖον, καὶ καταξανθεὶς μάστιξιν, οὔθ' ἱκέτευεν, οὔτ' ἐδάκρυσεν, ἀλλὰ τὴν φωνὴν ὀλοφυρτικῶς, παρακλίνων, πρὸς ἑκάστην πληγὴν, *Αἶ, αἶ, Ἱεροσολύμοις*, ἐβόα· μέχρι καταγνοὺς μανίαν αὐτοῦ ὁ Ἀλβῖνος (οὗτος γὰρ ἐπετρόπευε τότε) ἀπέλυσεν αὐτόν. Ὁ δ' ἔκτοτε μέχρι τοῦ πολέμου, *Αἶ, αἶ, Ἱεροσολύμοις*, ἐβόα καὶ ἐθρήνει. Ἐν δὲ ταῖς ἑορταῖς μάλιστα τὴν σκυθρωπὴν ἐκεκράγει κληδόνα, καὶ τοῦτ' ἐποίει ἐπὶ ἔτη ἑπτὰ καὶ μῆνας πέντε, μέχρις οὗ κατὰ τὴν πολιορκίαν περιιὼν ἐπὶ τοῦ τείχους, *Αἶ, αἶ πάλιν τῇ πόλει, καὶ τῷ ναῷ, καὶ τῷ λαῷ*, διαπρυσίως ἐβόα. Ὡς δὲ τελευταῖον προσέθηκεν, *Αἶ, αἶ κἀμοί*, λίθος ἐκ τοῦ πετροβόλου πλήξας αὐτὸν ἔκτεινε.

XXV. Romani, cum seditiosis in urbem compul-

ΚΕ'. Ῥωμαῖοι δὲ τῶν μὲν στασιαστῶν καταπε-

φευγότων εἰς τὴν πόλιν, καιομένου δὲ τοῦ ναοῦ A καὶ τῶν πέριξ ἁπάντων, κομίσαντες τὰς σημαίας εἰς τὸ ἱερὸν, μετὰ μεγίστων εὐφημιῶν τὸν Τίτον ἀπέφηναν αὐτοκράτορα. Οὕτω δὲ ταῖς ἁρπαγαῖς οἱ στρατιῶται πάντες ἐχρηματίσαντο, ὥστε κατὰ τὴν Συρίαν πρὸς ἥμισυ τῆς πάλαι τιμῆς τὸν σταθμὸν τοῦ χρυσίου πιπράσκεσθαι. Οἱ δὲ ἀνὰ τὸν τοῖχον τοῦ ναοῦ, ὡς εἴρηται, ἀνελθόντες ἱερεῖς, ἐπὶ πέντε ἡμέραις προσκαρτερήσαντες καὶ λιμώξαντες, κατέβησαν, ἱκετεύοντες τυχεῖν σωτηρίας. Ὁ δὲ Τίτος καὶ τὸν τῆς συγγνώμης καιρὸν παρελθεῖν ἔφησε καὶ τοῦ ναοῦ οἰχομένου καὶ τοὺς ἱερεῖς συναπολέσθαι αὐτῷ δεῖν εἰπὼν, κολασθῆναι τοὺς ἄνδρας ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ περὶ τοὺς τυράννους διαδράναι μὴ ἰσχύοντες, προσκαλοῦνται τὸν Τίτον B εἰς λόγους. Καὶ ὃς ἧκε, καὶ τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῖς ἐξωνείδιζε, καὶ ῥίψασι τὰ ὅπλα καὶ παραδοῦσι τὰ σώματα χαρίζεσθαι τὴν ζωὴν ἐπηγγέλλετο. Καὶ οἱ λῃσταὶ δεξιὰν μὲν μὴ δύνασθαι παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἔφησαν, ὀμωμοκότες μηδέποτε τοῦτο ποιήσειν· ἔξοδον δὲ ᾐτοῦντο, μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων, καταλείψειν τὴν πόλιν αὐτῷ. Ἠγανάκτησε πρὸς ταῦτα ὁ Τίτος, καὶ μήτε αὐτομολεῖν ἔτι τινὰ σφῶν ἐκέλευσε μήτε δεξιὰς ἐλπίζειν τυχεῖν (φείσεσθαι γὰρ οὐδενός), μάχεσθαι δὲ καὶ σώζειν ὡς δύναιντο ἑαυτούς. Τοῖς δὲ στρατιώταις ἐμπιπρᾶν τὴν πόλιν καὶ διαρπάζειν ἐκέλευσεν· οἱ δὲ τὸ πῦρ ἐνίεσαν πανταχοῦ. Οἱ στασιασταὶ δὲ ἐπὶ τὴν βασιλικὴν οἰκίαν ὁρμήσαντες, εἰς ἣν δι' ὀχυρότητα πολλοὶ τὰς κτήσεις ἀπέθεντο, τούς τε Ῥωμαίους ἀπ' αὐτῆς C τρέπονται· καὶ τὸ συνηθροισμένον αὐτόθι τοῦ δήμου πλῆθος φονεύσαντες, εἰς ὀκτακισχιλίους καὶ τετρακοσίους ἀριθμουμένους, τὰ χρήματα διήρπασαν. Τῇ δ' ἑξῆς Ῥωμαῖοι, τρεψάμενοι τοὺς λῃστὰς ἐκ τῆς κάτω πόλεως, τὰ μέχρι τοῦ Σιλωὰμ πάντα ἐνέπρησαν. Καιομένην δὲ τὴν πόλιν ὁρῶντες οἱ στασιασταὶ, ἱλαροῖς τοῖς προσώποις εὔθυμοι τὴν τελευτὴν προσδέχεσθαι ἔλεγον. Οὔτε δὲ παραδοῦναι ἑαυτοὺς ὑπέμενον, οὔτε πολεμεῖν Ῥωμαίοις οἷοί τε ἦσαν· σκιδνάμενοι δὲ κατὰ τὰ ἔμπροσθεν τῆς πόλεως, εἴ τινας αὐτομολεῖν ἐθέλοντας εὕρισκον, ἀπέσφαττον· καὶ οὐδεὶς ἐν τῇ πόλει τόπος γεγύμνωτο, ἀλλ' ἅπας ἢ λιμοῦ νεκρὸν εἶχεν, ἢ στάσεως. Ἔθαλπε δὲ τούς τε τυράννους καὶ τὸ σὺν αὐτοῖς λῃστρικὸν ἐλπὶς ἐσχάτη τῶν ὑπονόμων, εἰς οὓς εἰ καταφύγοιεν, οὐ D προσεδόκων ἐρευνηθήσεσθαι. Ἀναζευξάντων δὲ τῶν Ῥωμαίων, ἐθάῤῥουν προελθεῖν τε καὶ ἀποδράναι. τὸ δὲ ἦν ἄρα ὄνειρος· οὔτε γὰρ τὸν Θεὸν, οὔτε Ῥωμαίους λήσειν ἔμελλον. Ἦν δὲ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν ταῖς ἁρπαγαῖς πόλεμος αὐτοῖς. Καῖσαρ δὲ, ὡς ἀμήχανον ἦν τὴν ἄνω πόλιν ἑλεῖν χωμάτων ἄτε, οὖσαν περίκρημνον, διανέμει τοῖς ἔργοις τὴν δύναμιν.

A sis, templum, et quæ circum templum erant, arderent omnia, signis in templum illatis, Titum cum faustissimis acclamationibus imperatorem designarunt. Milites tantum ex rapinis pecuniæ coacervarunt, ut in Syria pondus auri dimidio minoris quam olim venderetur. Sacerdotes, qui, ut dictum est, murum templi conscenderant, cum quinque dies ibi exegissent, fame confecti descenderunt: utque sibi parceretur, supplicarunt. Quibus Titus respondit: Veniæ tempore jam præterito, sacerdotibus cum templo pereundum esse, et homines suppliciis affici jussit. Tyranni qui effugere non poterant, Titum ad colloquium evocant: qui cum venisset, eisque vecordiam objecisset, vita se B illos donaturum promisit, si abjectis armis se dederent. Latrones vero se dextram ab eo accipere posse negarunt, jurasse enim se id nunquam facturos: sed petiverunt, ut cum uxoribus et liberis urbe excedere liceret. Quamobrem Titus iratus, edixit, ne quis eorum amplius transfugeret, aut spem dextræ haberet, se enim parsurum esse nemini: pugnarent igitur, ac saluti suæ pro viribus consulerent. Milites urbem incendere ac diripere jussit: qui cum incendia ubique spargerent, latrones ad regiam decurrerunt, in quam ob loci munitionem multi suas opes contulerant: ac Romanis inde pulsis, et cœtu plebis ibi congregatæ ad VIII millia et CCCC omni interfecto, pecuniam diripuerunt. Postridie Romani latronibus ex inferiore C urbe profligatis, usque ad Siloam omnia incenderunt. Seditiosi cum ardere urbem viderent, hilari vultu se alacres obituros dixerunt, cum se neque Romanis dedere vellent, neque repugnare 304 possent: sed ante urbem dispersi, quos transfugere volentes deprehendebant, jugulabant: neque ullus urbis erat locus, qui non fame aut seditione peremptos haberet. Tyrannos una spes reliqua subterraneorum meatuum fovebat: quo si confugissent, se non indagatum iri stulta opinione putabant. Nam cum Romani castra moverent, progredi atque aufugere ausi, neque Deum neque Romanos latere poterant, et inter se de rapinis bellum gerebant. Cæsar vero cum urbs superior in præcipiti sita loco, sine aggeribus capi non posset, copiis D opus distribuit.

ΚϚ'. Κατὰ ταύτας οὖν τὰς ἡμέρας οἱ τῶν Ἰδουμαίων ἡγεμόνες πέμψαντες ἄνδρας πέντε πρὸς Τίτον, ἱκέτευον δοῦναι αὐτοῖς δεξιάν. Ὁ δὲ καὶ τοὺς τυράννους ἐνδώσειν ἐλπίσας ἀποσπασθέντων τῶν Ἰδουμαίων, κατανεύει τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς. Καὶ ὁ Σίμων, γνοὺς τὴν γνώμην αὐτῶν, τοὺς μὲν πέντε τοὺς ἐντυχόντας τῷ Τίτῳ αὐτίκα ἀναιρεῖ, τοὺς δ' ἡγεμόνας συλλαβὼν εἵργνυσιν· Ἰδουμαίους δὲ οὐκ ἀφυλάκτους εἶχε, καὶ τὸ τεῖχος φρουραῖς ἐπιμελεστέραις διελάμβανε, διὰ τοὺς αὐτομολοῦντας. Πολ-

XXVI. Iis diebus Idumæorum principes v legatis ad Titum missis, supplices pacem petierunt: qui etiam tyrannos, Idumæis avulsis, pertinaciam abjecturos sperans, incolumitatem illis promisit. At Simon eorum consilio cognito, v legatos statim occidit, duces in carcerem compingit, Idumæos observari jubet, et mœnia presidiis accuratioribus munit, propter transfugas. Sed quamvis multi occiderentur, plures erant qui diffugerent, atque a Romanis ob cædium satietatem et lucri spem sus-

ciperentur. Nam solis plebeiis retentis, cæteros cum uxoribus et liberis minimo vendebant, ob mancipiorum multitudinem, et emptorum paucitatem. Eorum qui venditi sunt, multitudo infinita fuit, e plebeiis ultra XL millia sunt conservati. Quidam sacerdos nomine Jesu, pacta incolumitate, duo candelabra tradidit, mensam, crateres et phialas, ex solido auro omnia, nec non aulæa, pontificias vestes, et multa alia vasa. Sacri thesauri custos Phinees comprehensus, tunicas et cingula pontificia, ac plures alias res pretiosas demonstravit. Aggeribus jam confectis, Romani machinas ad muros adduxerunt. At seditiosi partim in arcem recedebant, partim in subterraneis meatibus se abdebant, multi propugnabant. Sed muri parte abrupta, etiam tyrannis metus incessit, ut fugæ consilia agitarent. Cum enim eos quorum fideli opera pridem usi fuerant, non haberent (nam dispersi erant) et hostes in propinquo esse nuntiarentur: in faciem prolapsi, vecordiam suam deploraruut, atque ultro e turribus descenderunt, **305**
e quibus vi nunquam, sed sola fame depelli potuissent: et in vallem Siloam confugerunt, deinde meatus subierunt. Romani mœnibus citra sanguinem potiti, deprehensos trucidabant, atque ædes incendebant: sed ante vesperam desierunt. Postridie Titus urbem ingressus, et munitiones ac turres admiratus: *Deo*, inquit, *juvante bellum gessimus; Deus fuit, qui Judæos munitionibus istis expulerit.* Cum autem urbem alibi deleret, et mœnia everteret: eas turres fortunæ suæ monimentum reliquit, qua adjutrice iis potitus esset, quæ expugnari non possent. Totius belli tempore virorum capta sunt ad nonaginta septem millia, totius obsidionis tempore undecies centena hominum millia perierunt: quorum major pars ejusdem gentis, sed non ejusdem nationis fuit. Nam e tota provincia ad festum Azymorum congressos, bellum subito oppresserat, et viris plenam urbem circumvallarat. Romani cum ex manifestis alios sustulissent, alios cepissent, in cavernis delitescentes indagabant, perruptoque solo obvios quosque trucidarunt. Sed et ibi cadaverum ultra duo millia sunt reperta: ac subeuntibus teter occurrit fœtor, ut multi recederent, sed alii præ avaritia intrabant, mortuorum cumulos calcantes. Nam in iis cavernis multa ornamenta reperiebantur: multi etiam educebantur et dimittebantur, quos tyranni captivos tenuerant. Ex iis patriæ pestibus, Joannes cum fratribus in cavernis esuriens, pacem a Romanis supplex petiit. Simon postea comprehensus est, Tito Cesareæ Philippi degente. Nam cum Hierosolyma obsiderentur, atque urbem Romani intrassent, in superiore ejus parte degens Simon, assumptis amicorum intimis, unaque lapicidis et ferramentis idoneis, in quamdam cavernam se demisit, et vetere fossa perambulata, terram excavavit, ut cuniculis longe promotis tuto loco emergerent. Sed paulum progressis metallicis, commeatu destitutus, candida

A λῶν δὲ φονευομένων, πλείους ἦσαν οἱ διαφεύγοντες. Ἐδέχοντο δὲ οἱ Ῥωμαῖοι πάντας κόρῳ τοῦ κτείνειν καὶ κέρδους ἐλπίδι. Τοὺς γὰρ δημοτικοὺς ἐῶντες μόνους, τοὺς ἄλλους ἐπώλουν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἐλαχίστης τιμῆς ἕκαστον, διὰ πλῆθος τῶν πωλουμένων, καὶ ὀλιγότητα τῶν ὠνουμένων. Τῶν μὲν ἀπεμποληθέντων ἄπειρόν τι πλῆθος ἦν· οἱ δημοτικοὶ δὲ διεσώθησαν ὑπὲρ τετρακισμυρίους. Τῶν ἱερέων δέ τις ὄνομα Ἰησοῦς, λαβὼν περὶ σωτηρίας ὅρκον ὥστε τινὰ παραδοῦναι τῶν κειμηλίων, ἔξεισι, καὶ παραδίδωσι λυχνίας δύο, τράπεζάν τε καὶ κρατῆρας, καὶ φιάλας, πάντα ὁλόχρυσα, καὶ τὰ καταπετάσματα, καὶ τὰ τῶν ἀρχιερέων ἐνδύματα, καὶ πολλὰ τῶν σκευῶν ἕτερα. Ὁ δέ γε γαζοφύλαξ
B τοῦ ἱεροῦ Φινεὲς συλληφθεὶς, τούς τε χιτῶνας, καὶ τὰς ζώνας τῶν ἀρχιερέων ὑπέδειξε, καὶ τῶν ἄλλων κειμηλίων πολλά. Συντετελεσμένων δὲ ἤδη τῶν χωμάτων, προσῆγον οἱ Ῥωμαῖοι τῷ τείχει τὰς μηχανάς. Τῶν δὲ στασιαστῶν οἱ μὲν ἀνεχώρουν εἰς τὴν ἄκραν, οἱ δ' ἐγκατεδύοντο τοῖς ὑπονόμοις, πολλοὶ δὲ καὶ ἠμύνοντο. Ὡς δὲ περιεῤῥάγη μέρος τοῦ τείχους, δέος καὶ τοῖς τυράννοις ἐμπίπτει, καὶ μετέωροι πρὸς φυγὴν ἦσαν. Ἐπεὶ δὲ τοὺς μὲν πάλαι πιστοὺς οὐκ εἶχον (ἐσκεδάσθησαν γὰρ), οἱ δὲ πολέμιοι πλησίον εἶναι ἠγγέλλοντο, ἐπὶ στόμα πεσόντες ἀνῴμωξαν τὴν ἑαυτῶν φρενοβλάβειαν, κἀκ τῶν πύργων ἑκόντες κατέβησαν, ἀφ' ὧν βίᾳ μὲν οὐδέποτε ἁλῶναι ἠδύναντο, λιμῷ δὲ μόνῳ, καὶ εἰς τὴν Σιλωὰμ φάραγγα καταφεύγουσιν, εἶτα κατέδυσαν εἰς τοὺς
C ὑπονόμους. Ῥωμαῖοι δὲ τῶν τειχῶν κρατήσαντες ἀναιμωτὶ, τοὺς καταλαμβανομένους ἐφόνευον, καὶ τὰς οἰκίας ὑφῆπτον. Ἐπαύσαντο δὲ πρὸς ἑσπέραν· τῇ δ' ἐπιούσῃ παρελθὼν ὁ Τίτος εἴσω, τῆς τε ὀχυρότητος τὴν πόλιν καὶ τῶν πύργων ἐθαύμασε, καὶ *Σὺν Θεῷ ἐπολεμήσαμεν*, ἔφη, *καὶ Θεὸς ἦν ὁ τῶνδε τῶν ἐρυμάτων Ἰουδαίους καθελών*. Τήν ἄλλην τε πόλιν ἀφανίζων, καὶ τὰ τείχη κατασκάπτων, τούτους τοὺς πύργους κατέλιπε μνημεῖον εἶναι τῆς αὐτοῦ τύχης, ᾗ συστρατιώτιδι χρησάμενος, ἐκράτησε τῶν ἁλῶναι μὴ δυναμένων. Τῶν μὲν οὖν αἰχμαλώτων πάντων, οἳ δ' ὅλου τοῦ πολέμου ἐλήφθησαν, ὁ ἀριθμὸς εἰς ἐννέα μυριάδας καὶ ἑπτακισχιλίους συνήχθη· τῶν δὲ ἀπολλυμένων κατὰ πᾶσαν τὴν πολιορκίαν, μυριάδες ἑκατὸν καὶ δέκα. Τούτων
D τὸ πλέον ὁμόφυλον μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐπιχώριον· ἀπὸ γὰρ τῆς χώρας ὅλης ἐπὶ τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν συνεληλυθότες, ἐξαπίνης τῷ πολέμῳ περιεσχέθησαν, καὶ μεστὴν ὁ πόλεμος τὴν πόλιν ἀνδρῶν ἐκυκλώσατο. Ἐπεὶ δὲ τῶν φανερῶν οὓς μὲν ἀνεῖλον, οὓς δ' ᾐχμαλώτισαν Ῥωμαῖοι, τοὺς ἐν τοῖς ὑπονόμοις ἀνηρεύνων, καὶ ἀναῤῥηγνύντες τὸ ἔδαφος, ὅσοις ἐνετύγχανον, ἔκτεινον. Εὑρέθησαν δὲ κἀκεῖ νεκροὶ, δισχιλίων ἐπέκεινα· δεινὴ δὲ ὑπήντα τοῖς ἐπικύπτουσι τῶν σωμάτων ὀδμὴ, ὡς πολλοὺς εὐθέως ἀναχωρεῖν· ἄλλοι δ' ὑπὸ πλεονεξίας εἰσεδύοντο, σωρείαις ἐμπατοῦντες νεκρῶν. Εὕρισκον γὰρ πολλὰ τῶν κειμηλίων ἐν ταῖς διώρυξιν. Ἀνήγοντο δὲ καὶ πολλοὶ ὑπὸ τῶν τυράννων κατεχόμενοι δεσμῶται, καὶ ἀπελύοντο. Τούτων δὲ τῶν ἀλαστόρων ὁ μὲν Ἰωάννης ἐν τοῖς

ὑπονόμοις μετὰ τῶν ἀδελφῶν λιμώττων, δεξιὰν παρὰ Ῥωμαίων λαβεῖν ἱκέτευε. Σίμων δὲ μετέπειτα συνελήφθη, τοῦ Τίτου διάγοντος εἰς τὴν Φιλίππου λεγομένην Καισάρειαν. Πολιορκουμένων γὰρ Ἱεροσολύμων, ἐπὶ τῆς ἄνω πόλεως ὤν, τῶν Ῥωμαίων ἐντὸς γενομένων τῆς πόλεως, ὁ Σίμων τοὺς πιστοτάτους παραλαβὼν τῶν φίλων, καὶ σὺν αὐτοῖς λιθοτόμους, καὶ τὸν πρὸς τὴν ἐργασίαν ἐπιτήδειον τούτοις σίδηρον, εἴς τινα τῶν ὑπονόμων σὺν ἐκείνοις καθίησιν ἑαυτὸν, καὶ τὸ παλαιὸν ὄρυγμα διελθὼν, τὴν γῆν ὑπενόμευεν, ἵνα πορρωτέρω προελθόντες ἐν ἀσφαλείᾳ ποιήσωνται τὴν ἀνάδυσιν. Ὀλίγον μέντοι τῶν μεταλλευόντων προχωρησάντων, ἡ τροφὴ αὐτοὺς ἐπιλέλοιπε. Τότε δὴ λευκοὺς ἐνδύεται χιτωνίσκους, καὶ χλαμύδα πορφυρᾶν ἐμπερονησάμενος, ἀνέδυ τῆς γῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἐν ᾧ πρόσθεν τὸ ἱερὸν ἦν. Πρῶτον μὲν οὖν θάμβος τοῖς ἰδοῦσι προσέπεσεν, εἶτα δ' ἐγγυτέρω προσιόντες, ὅστις εἴη ἠρώτων. Σίμων δὲ καλεῖν τὸν ἄρχοντα σφῶν προσέταττε, καὶ ἧκε κληθεὶς Τερέντιος Ῥοῦφος, ὃς ἄρχων τῆς στρατιᾶς κατελέλειπτο· ᾧ γνωρίσας ὅστις ἦν ὁ Σίμων, συνελήφθη, καὶ δεθεὶς ἐφυλάττετο. Τῷ δέ γε Τίτῳ ἡ σύλληψις αὐτοῦ ἐδηλώθη, καὶ ὁ μὲν εἰς τὸν θρίαμβον ἐτηρεῖτο, καθ' ὃν καὶ ἀνῃρέθη ἀγχόνῃ, συρεὶς ἐν τῇ κατὰ τὴν Ῥώμην ἀγορᾷ, ὅπου κτείνειν Ῥωμαίοις εἴθισται τοὺς ἐπὶ κακουργίᾳ θανατουμένους. Τοῦτο μὲν οὖν γέγονε τέλος τῷ τοῦ Γιώρα Σίμωνι. Ἰωάννης δὲ, ἡ λοιπὴ τῶν Ἰουδαίων ἐριννὺς, δεσμὰ κατεκρίθη διηνεκῆ. Τὸ δὲ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος τὸ μὲν εἰς τὰ κατ' Αἴγυπτον ἔργα ἐστάλη, τὸ δὲ ἐν ταῖς κατὰ πόλεις τελουμέναις θεωρίαις ἐφθείρετο, ἢ θηριομαχίαις ἐκδιδόμενον, ἢ ἀλληλοκτονούμενον. Ἡ δὲ τοῦ Σίμωνος γῆθεν ἀνάδυσις, πολὺ καὶ τῶν ἄλλων στασιαστῶν πλῆθος εὑρίσκεσθαι κατὰ τοὺς ὑπονόμους ἐποίησεν, ὡς ἐντεῦθεν, καὶ τὰ τοῦ ναοῦ ἀνορυχθῆναι θεμέλια.

A indutus tunica, et chlamyde purpurea infibulatus, eo in loco e terra emersit, ubi templum dudum fuerat. Quem qui viderunt, primum stupore correpti sunt, deinde propius accesserunt, **306** interrogantes quis esset? Simon cum ducem vocari jussisset, Terentius Rufus (hunc enim Titus exercitui præfecerat) accersitus, Simonem, audito ejus sermone, in vincula conjectum, Titi jussu ad triumphum asservavit: in quo, laqueo enectus est, per id forum tractus, ubi de maleficis supplicium sumitur. Hic fuit exitus Simonis Gioræ. Joannes vero, altera Judæorum furia, ad perpetuum carcerem est damnatus. Captivorum multitudo partim ad Ægyptia metalla missa est, partim in spectaculis urbium interfecta, seu cum feris, seu inter sese dimi- B cando. Simonis ex terra emersio in causa fuit, ut cæterorum etiam seditiosorum magna turba in meatibus inveniretur: unde etiam templi fundamenta sunt suffossa.

ΚΖ'. Οὐ μόνον δὲ τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίοις ἐπήνεκτο κίνδυνος, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι. Πάντα δὲ διηγήσασθαι δύσεργον· τὰ δὲ ἐπ' Ἀντιοχείας τοῖς ἐκείνην οἰκοῦσιν Ἰουδαίοις συμβεβηκότα, διηγητέον. Πολὺ μὲν γὰρ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ Ἰουδαίων ἔθνος κατέσπαρται, πολλάκις αἰχμαλωτισθὲν, ὡς ἤδη ἱστόρηται, καὶ σκεδασθὲν πανταχοῦ· πλεῖστον δὲ τῇ Συρίᾳ ἐγκαταμέμικται κατὰ τὴν γειτνίασιν, μᾶλλον δὲ τῶν ἄλλων ταύτης πόλεων Ἀντιόχεια κατοίκους Ἰουδαίους ἐκέκτητο, διά τε τὸ τῆς πόλεως μέγεθος, καὶ ὅτι ἀδεᾶ τὴν κατοίκησιν ἐν αὐτῇ παρέσχον αὐτοῖς οἱ μετ' Ἀντίοχον βασιλεῖς. Ὁ μὲν γὰρ Ἐπιφανὴς Ἀντίοχος τά τε Ἱεροσόλυμα ἐξεπόρθησε, καὶ τὸν ναὸν ἐσύλησεν. Οἱ δὲ μετ' αὐτὸν βασιλεῖς ἐξ ἴσου τοῖς Ἕλλησι μετέχειν τῆς πόλεως αὐτοῖς συνεχώρησαν. Διὸ καὶ εἰς πλῆθος ἐπέδωκαν, πολὺ πλῆθος Ἑλλήνων προσαγόμενοι τῇ θρησκείᾳ. Καθ' ὃν δὲ καιρὸν ὁ τῶν Ἱεροσολύμων πόλεμος ἐξεῤῥάγη, καὶ εἰς τὴν Συρίαν κατέπλευσεν Οὐεσπασιανὸς, τὸ δὲ μῖσος κατὰ τοῦ ἔθνους παρὰ πᾶσιν ἤκμαζε, τότε δή τις Ἰουδαῖος Ἀντίοχος, υἱὸς τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας Ἰουδαίων τοῦ πρώτου, εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀντιοχέων παρελθὼν, κατηγόρει μὲν τοῦ πατρὸς, κατηγόρει δὲ καὶ τῶν λοιπῶν Ἰουδαίων, ὅτι καταπρῆσαι τὴν πόλιν ἅπασαν ἐβουλεύσαντο, καὶ παρεδίδου ξένους Ἰουδαίους τινὰς ὡς τοῦ βουλεύματος κοινωνούς. Τὸ δὲ τῶν Ἀντιοχέων δημοτικὸν τοὺς μὲν παραδοθέντας αὐτίκα κατέκαυσαν, κατὰ δὲ τῶν αὐθιγενῶν Ἰουδαίων ὥρμηντο κἀκείνους τιμωρησόμενοι. Ὁ δὲ τῶν ὁμοφύλων κατήγορος Ἀντίοχος, ἀποστῆναι τῆς

XXVII. Neque vero Hierosolymitani duntaxat C Judæi discrimina subierunt, sed aliarum quoque urbium incolæ: quæ difficile fuerit recensere omnia, unum tamen exponendum est quomodo cum Antiochenis Judæis actum fuerit. Nam multum Judaicæ gentis per totum orbem terrarum est dispersum: sæpe capta est, et ubique dissipata, ut jam exposuimus: maxima tamen pars Syriæ propter vicinitatem est immista: et Antiochia cum ob urbis amplitudinem, tum propter liberam ibi habitandi facultatem, ab Antiochi successoribus impetratam, plures Judæos inquilinos habuit, quam aliæ civitates. Nam Antiochus Epiphanes Hierosolyma vastavit, et templum spoliavit. Qui autem secuti sunt reges, eis concesserunt, ut ex æquo cum Græcis participes urbis essent. Itaque in magnam mul- D titudinem excreverunt, multis subinde Græcis ad suam religionem perductis. Cæterum quo tempore bellum Hierosolymitanum erupit, et Vespasianus in Syria appulit, omnibus Judæorum odio flagrantibus: tunc Judæus quidam Antiochus, Judæorum Anthiochenorum principis filius, in concionem Antiochenorum progressus, et patrem et cæteros Judæos accusavit, eos de incendenda tota urbe deliberasse: et peregrinos quosdam Judæos, ut ejus consilii conscios, tradidit. Plebs Antiochena traditos Judæos **307** statim exussit, ad indigenas quoque Judæos puniendos concitata. Sed Antiochus popularium suorum accusator, se patriam religionem reliquisse professus, more Græco immolavit: et populum hortatus est, ut cæteros etiam idem

facere cogeret. Nam ita insidiatores deprehensum iri, si religionem suam ejerare nollent. Ejus rei cum Antiocheni periculum fecissent, pauci cesserunt: qui Græcum ritum repudiarunt, interfecti sunt. Idem Antiochus militibus etiam a Romano præside acceptis, sævum se popularibus suis præbuit, otium diei septimi eos agere non passus, eoque necessitatis redegit, ut Sabbati ignavia, non Antiochiæ duntaxat, sed in aliis quoque urbibus ad tempus abrogaretur. Neque vero hæc duntaxat Antiochenis Judæis acciderunt, sed et alia calamitas accessit. Accidit ut quadratum urbis forum, prætoriaque et tablina cremarentur, cujus incendii idem Antiochus Judæos criminabatur; et Antiochenos jam ante male suspicantes, contra eos concitavit, ut furiosorum instar omnes contra accusatos ruerent, et ægre a quibusdam reprimerentur, suadentibus ut causam eam Tito disceptandam reservarent. Interea quidem re diligenter inquisita, gentem Judaicam insontem repererunt: et ejus facinoris auctores esse homines improbos ob æris alieni necessitatem, ratos, si curias et publica tablina incendissent, fore neminem a quo appellarentur. Interea Titum Antiochiam proficiscentem, populus Antiochenus obviam egressus, lætis ominibus excipit, mistis precibus de Judæis urbe pellendis. Is vero tum ea verba placide dissimulans præteribat. Deinde rursus Antiochenis idem acriter flagitantibus: *At*, inquit, *patria eorum, quo revertendum illis esset, eversa est, neque ullus locus est quo recipiantur.* Hac postulatione frustrati, ad aliam convertuntur, petentes ut æreæ tabulæ, quibus jura Judaica inscripta erant, tollerentur. Sed ne id quidem Titus concessit, Judæos Antiochenos omnia quæ prius habuerant, tenere passus. Inde Alexandriam profecturus, cum Hierosolyma præteriret, miseratus est urbis excidium, et defectionis auctores **308** detestatus, ut excidii quoque urbis antiquæ et felicis auctores, in cujus ruinis etiam partes ingentis opulentiæ reperiebantur: Romanis multa effodientibus, captivis plura demonstrantibus, quæ possessores ob incertos belli casus terræ mandarant.

πατρίου λέγων θρησκείας, ἔθυσεν ὡς νόμος τοῖς Ἕλλησι, παρῄνει δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖν ὁμοίως βιάζεσθαι· ἔσεσθαι γὰρ φανεροὺς τοὺς ἐπιβουλεύσαντας, τῷ μὴ τὴν σφετέραν θρησκείαν ἀπόμνυσθαι. Χρωμένων δὲ τῇ πείρᾳ τῶν Ἀντιοχέων, ὀλίγοι μὲν ὑπέκυψαν· οἱ δὲ μὴ ἑλληνίσαι ἀνασχόμενοι διεφθάρησαν. Ὁ δ' εἰρημένος Ἀντίοχος καὶ στρατιώτας παρὰ τοῦ Ῥωμαίων ἡγεμόνος λαβὼν, χαλεπὸς ἦν τοῖς ὁμοφύλοις, ἀργεῖν τὴν ἑβδόμην οὐκ ἐπιτρέπων· οὕτω τε τὴν ἀνάγκην ἔθετο ἰσχυρὰν, ὡς μὴ μόνον ἐπ' Ἀντιοχείας τὴν τοῦ Σαββάτου ἀργίαν καταλυθῆναι, ἀλλὰ κἀν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐπί τινα χρόνον τοῦτο ἐπικρατῆσαι. Οὐ ταῦτα δὲ μόνα τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ δευτέρα προσεγένετο συμφορά. Συνέβη μὲν γὰρ καταπρησθῆναι τὴν τῆς πόλεως τετράγωνον ἀγορὰν, ἀρχεῖά τε καὶ χαρτοφυλάκια. Ὁ δ' εἰρημένος Ἀντίοχος τοῖς Ἰουδαίοις προσῆπτε τὸν ἐμπρησμὸν, καὶ τοὺς Ἀντιοχεῖς ὑπόπτους ἔχοντας ἤδη αὐτοὺς, ἠρέθισε κατ' αὐτῶν, καὶ ὥσπερ ἐμμανεῖς, πρὸς τοὺς διαβεβλημένους ἅπαντες ὥρμηντο. Μόλις δ' αὐτοὺς κατέσχον τινὲς, συμβουλεύσαντες, Τίτῳ τὴν ὑπόθεσιν ἀναθεῖναι. Ἐν τῷ μέσῳ δέ τινες ποιούμενοι ἐπιμελῆ τοῦ πράγματος ζήτησιν, εὗρον τὸ μὲν τῶν Ἰουδαίων γένος ἀναίτιον, πονηροὺς δ' ἀνθρώπους τὸ ἔργον τολμήσαντας διὰ χρεῶν ἀνάγκας, οἰηθέντας, εἰ τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ δημόσια γραμματεῖα ἐμπρήσειαν, ἕξειν ἀπαλλαγὴν τῆς εἰσπράξεως. Ἐν τούτοις δὲ καὶ ὁ Τίτος ἀφικνεῖτο εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ὁ τῶν Ἀντιοχέων δῆμος προϋπήντα αὐτῷ, καὶ εὐφήμει· ταῖς δ' εὐφημίαις συνεῖρε καὶ δέησιν, ἐκβαλεῖν ἀξιοῦσαν τοὺς Ἰουδαίους τῆς πόλεως. Ὁ δὲ τότε τῶν λεγομένων ἡσυχῇ κατακούων, παρῄει. Ὕστερον δ' αὖθις σφόδρα λιπαρῶς ἐγκειμένων τῶν Ἀντιοχέων, ἐξελαθῆναι τοὺς Ἰουδαίους τῆς πόλεως, *Ἀλλ' ἥ γε πατρὶς αὐτῶν*, ἔφη, *εἰς ἣν ἀναχωρεῖν αὐτοὺς ἐχρῆν, ἀνῄρηται, καὶ δέξαιτ' ἂν αὐτοὺς οὐδεὶς ἔτι τόπος.* Ἀποτυχόντες οὖν τῆς αἰτήσεως ταύτης, ἐπὶ δευτέραν ἐτράποντο, καὶ τὰς χαλκᾶς ἠξίουν δέλτους ἀναιρεθῆναι, αἷς τὰ δίκαια τῶν Ἰουδαίων ἐγέγραπτο. Ἀλλ' οὐδὲ πρὸς τοῦτο Τίτος ἐπένευσε. Πάντα δὲ τοῖς ἐπ' Ἀντιοχείας Ἰουδαίοις εἴασεν, ὡς πρότερον εἶχον αὐτά. Αὐτὸς δ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀπιὼν, καὶ κατὰ τὴν πορείαν τὰ Ἱεροσόλυμα θεασάμενος, ᾤκτειρε τὸν τῆς πόλεως ὄλεθρον, ἐπαρώμενος τοῖς αἰτίοις τῆς ἀποστάσεως, ὡς αἰτίοις τῆς τῆς πόλεως ἐρημώσεως, πόλεως ἀρχαίας τε καὶ εὐδαίμονος. Εὑρίσκοντο δ' ἔτι κἀν τοῖς ἐρειπίοις αὐτοῖς, μέρη τοῦ βαθυτάτου πλούτου αὐτῆς. Πολλὰ μὲν γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι ἀνέσκαπτον, τὰ πλείω δὲ οἱ αἰχμάλωτοι ὑπεδείκνυον, ἅπερ οἱ κεκτημένοι πρὸς τὰς ἀδήλους τοῦ πολέμου ῥοπὰς κατὰ γῆς ἐθησαύριζον.

XXVIII. Titus ex Ægypto et Alexandria in Italiam navigaturus, captivorum duces Joannem et Simonem, atque alios septingentos viros proceritate et elegantia corporum præstantes, statim in Italiam duci jussit, ad explendam triumphi pompam. Tito Romam reverso, Lucius Bassus prætor in Judæam missus, castello Herodio deditione capto, omnes ejus provinciæ copias contra Machæruntem castellum munitissimum parat. Est enim in petroso tumulo situm, mœnibus obseptum, itaque a natura paratum, ut nec accessus in id

ΚΗ'. Τίτος δ' ἐπ' Αἴγυπτον πορευθεὶς, καὶ καταντήσας εἰς Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖθεν πλεῖν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν μέλλων, τῶν αἰχμαλώτων τοὺς ἡγεμόνας Ἰωάννην καὶ Σίμωνα, καὶ ἄλλους ἄνδρας ἑπτακοσίους μεγέθει τε καὶ κάλλει σώματος διαπρέποντας εἰς τὴν Ἰταλίαν αὐτίκα μάλα ἐκέλευσεν ἄγεσθαι, ἵν' ἐν τῷ θριάμβῳ πληρώσωσι τὴν πομπήν. Μετὰ δὲ τὴν εἰς Ῥώμην τοῦ Τίτου ἄφιξιν πεμφθεὶς στρατηγὸς εἰς Ἰουδαίαν Λούκιος Βάσσος, τὸ μὲν ἐν τῷ Ἡρωδίῳ φρούριον μετὰ τῶν κατεχόντων αὐτὸ προσηγάγετο. Εἶτα πᾶν ὅσον ἦν ἐκεῖ στρατιωτικὸν

συναγαγὼν, ἐπὶ Μαχαιροῦντα στρατεύει. Ἦν δὲ τὸ A φρούριον τοῦτο λίαν δυσάλωτον, πετρώδης ὢν ὄχθος τετειχισμένος· οὕτω δ' ὑπὸ τῆς φύσεως κατεσκεύαστο, ὡς μηδὲ προσιτὸς εἶναι· φάραγξι γὰρ πάντοθεν βαθείαις ἐτετάφρευτο. Οὕτω δ' ὀχυρότητος ἔχον, καὶ βασίλειον εἶχεν ἐντὸς μεγέθει τε καὶ κάλλει τῶν οἰκήσεων θαυμαστὸν, πολλὰς δὲ καὶ δεξαμένας εἰς ὑποδοχὴν ὕδατος ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῶν τόπων ἐκέκτητο. Πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις ἐν τοῖς βασιλείοις καὶ πήγανον ἦν, ἄξιον διὰ μέγεθος θαύματος· συκῆς γὰρ οὐδὲ μιᾶς ὕψους καὶ πάχους ἐλείπετο· λόγος δ' ἦν ἀπὸ τῶν Ἡρώδου χρόνων αὐτὸ διαρκέσαι, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἴσως ἔμεινεν ἂν, εἰ μὴ ὑπὸ τῶν παραλαβόντων τὸν τόπον Ἰουδαίων ἐκκέκοπτο. Ἐν δὲ τῇ κατὰ τὴν ἄρκτον τοῦ φρουρίου φάραγγι ὀνομάζεταί B τις τόπος Βαὰρ, καὶ φύει ῥίζαν ὁμωνύμως καλουμένην αὐτῷ. Αὕτη φλογὶ μὲν ἔοικε τὴν χροιὰν· περὶ δὲ τὰς ἑσπέρας σέλας ἀπαστράπτει· τοῖς δὲ βουλομένοις λαβεῖν αὐτὴν οὐκ ἔστιν εὐχείρωτος, ἀλλ' ὑποφεύγει, καὶ οὐ πρότερον ἵσταται, πρὶν ἄν τις οὖρον γυναικὸς ἢ τὸ αἷμα τὸ ἔμμηνον καταχέῃ αὐτῆς, καὶ τότε δὲ τοῖς ἁψαμένοις θάνατός ἐστι προφανὴς, εἰ μὴ τύχῃ τις αὐτὴν ἐκείνην ἀπενεγκάμενος τὴν ῥίζαν ἀπηρτημένην ἐκ τῆς χειρός. Ἁλίσκεται δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἀκινδύνως. Κύκλῳ γὰρ αὐτὴν περιορύσσουσιν, ὡς εἶναι τῇ γῇ κρυπτόμενον τῆς ῥίζης βραχύτατον, εἶτ' ἐξ αὐτῆς ἀποδοῦσι κύνα, κἀκείνου τῷ δήσαντι συνακολουθεῖν ὁρμήσαντος, ἡ μὲν ἀνασπᾶται ῥᾳδίως· θνήσκει δ' εὐθὺς ὁ κύων, φόβος δ' οὐδεὶς τοῖς μετὰ ταῦτα λαμβάνου- C σιν. Ἔστι δὲ διὰ μίαν ἰσχὺν περισπούδαστος. Τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια καί τισιν εἰσδυόμενα, αὐτὴ ταχέως ἐξελαύνει, κἂν μόνον τοῖς νοσοῦσι προσενεχθῇ. Τοῦτο τὸ φρούριον ὁ Βάσσος παραστήσασθαι θέλων, τὴν πρὸς ἀνατολὰς αὐτοῦ φάραγγα χῶσαι ἀπεπειρᾶτο. Οἱ δ' ἐναπειλημμένοι τῶν Ἰουδαίων, ἔνδον ἀπὸ τῶν ξένων διακριθέντες, ἐκείνους μὲν ἠνάγκασαν ἐν τῇ κάτω πόλει παραμένειν, τὸ δ' ἄνω φρούριον εἶχον αὐτοί. Ἐποιοῦντο μέντοι τὰς ἐξόδους προθύμως ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, καὶ τοῖς τυχοῦσι συμπλεκόμενοι, πολλοὶ μὲν ἔθνησκον, πολλοὺς δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀνῄρουν, πονοῦντας ἐπὶ τοῖς χώμασιν. Ἐκ δέ τινος συντυχίας ἡ τοῦ φρουρίου παράδοσις γέγονε, καὶ τῶν χωμάτων χωρίς. Νεανίας τις ἦν ἐν τοῖς πολιορκουμένοις, τόλμῃ θρασὺς, καὶ κατὰ χεῖρα δραστή- D ριος, Ἐλεάζαρ καλούμενος, ὃς ἐξιέναι καὶ κωλύειν τὴν χῶσιν παρακαλῶν τοὺς πολλοὺς, ἐν ταῖς μάχαις ἐπιφανέστατος γέγονε, πολλὰ τοὺς Ῥωμαίους διατιθείς. Καί ποτε τῆς μάχης διακριθείσης, αὐτὸς μείνας ἔξω τῶν πυλῶν, τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους ὡμίλει. Ῥοῦφος δέ τις τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοπέδου, τὸ γένος Αἰγύπτιος, ἐξαίφνης ἐπιδραμὼν, σὺν ὅπλοις αὐτοῖς τὸν Ἐλεάζαρ ἀράμενος, φθάνει μεταθεὶς εἰς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον. Τοῦ δὲ στρατηγοῦ γυμνωθῆναι κελεύσαντος αὐτὸν, καὶ μαστίζεσθαι, βλεπόντων τῶν ἐκ τῆς πόλεως, ἀθρόον ἡ πόλις ἀνῴμωξε. Τοῦτο κατὰ τῶν πολεμίων ὁ Βάσσος στρατήγημα ἐποιήσατο, καὶ σταυρὸν προσέταξε καταπήγνυσθαι, ὡς αὐτίκα κρεμάσων τὸν Ἐλεάζαρον. Οἱ δ' ἀπὸ τοῦ φρου-

pateat, profundis vallibus tanquam fossis cinctum. Neque vero munitione duntaxat, sed et ob regiam, magnitudine et elegantia conclavium insignem, admirandum fuit, et multas cisternas idoneis locis ad pluviam aquam excipiendam habuit. In regia quoque ruta fuit miræ magnitudinis, nulla ficu vel altitudine vel crassitudine inferior, quæ ab Herodis durasse temporibus ferebatur: et longissimo forsan tempore mansisset, nisi a Judæis, qui locum illum occuparant, excisa fuisset. In castelli valle septentrionali Baar locus est, qui radicem gignit ejusdem nominis, colore flammeo vesperi jubar quoddam ejaculantem, sed captu difficillimam. Refugit enim, neque prius consistit, quam urinam mulieris, aut sanguinem menstruum affuderis: ac tum eam attingentibus indubia mors imminet, nisi quis eam radicem de manu suspensam abstulerit. Capitur etiam alia ratione citra periculum. Nam undique eam circumfodiunt, ut ejus quam minimum terra tegatur: deinde canem ei alligant, qui cum dominum suum comitari cupit, illa facillime evulsa, statim moritur: accipientibus vero eam post, nihil est periculi. Expetitur autem ob unam virtutem. Nam quæ dæmonia vocantur, et quosdam intrant, si modo ægrotantibus admoveatur, facile expellit. Id castellum Bassus subigere **309** cupiens, vallem orientalem aggesta terra explere instituit. Judæi obsessi, a peregrinis separati, illos in urbe inferiore manere coegerunt: superius castellum ipsi tenuerunt, ac nihilo secius quotidianas eruptiones fecerunt, et cum obviis congressi sunt. Nec ipsorum duntaxat multi perierunt, sed et Romanos multos in aggeribus laborantes occiderunt. Casu tamen quodam factum est, ut castellum sine aggeribus dederetur. Inter obsessos adolescens fuit Eleazarus, animo confidens, et manu strenuus, qui populum ad eruptiones et aggerem prohibendum hortari solitus, in præliis illustrissimus evaserat, Romanisque multas clades intulerat. Aliquando autem cum prælio dirempto extra portas cum iis qui in muro erant colloqueretur, Rufus quidam Romanus miles, genere Ægyptius, subito accurrit, et Eleazarum cum ipsis armis sublatum, celeriter in castra Romanorum transfert. Quem cum dux nudari, et in conspectu civium flagris cædi jussisset, universa civitas ingemuit. Ea re Bassus opportune contra hostes usus, crucem defigi jussit, quasi Eleazarum statim in eam vellet tollere. Quo conspecto, ii qui in castello erant, magis doluerunt, maximis suspiriis editis. Eleazarus quoque eos rogavit, ne se ita mori sinerent, et suæ ipsorum salutis memores, Romanorum viribus et fortunæ cederent. Illi et Eleazari verbis fracti, et multorum pro eo deprecantium precibus (erat enim ex magna et populosa familia) adducti, ad commiserationem deflexerunt: missisque legatis castelli deditionem promiserunt, si accepto Eleazaro salvis discedere liceret. Quam conditionem ubi dux acce-

perat, qui inferiorem urbem tenebant, audita Ju- A dæorum privata pactione, fugam noctu capessere statuerunt: et cum portas aperuissent, ab iis qui cum Basso pepigerant, proditi sunt, ac fortissimi quique evaserunt: intus vero deprehensi ad mille DCC sunt occisi, mulieres et pueri sub corona venierunt. Dedititiis vero Bassus fidem servavit, ipsis dimissis, et Eleazaro reddito. His confectis, ad Jardium saltum, properavit, quo multi ex prioribus obsidionibus elapsi se contulerant. Eum igitur **310** locum equitibus undique circumdat, pedites arbores succidere jubet. Judæi vero qui illo confugerant, conferti cum clamore in Romanos irruerunt: a quibus cum fortiter excepti essent, non parum temporis in pugna tractum est, sed B eventus ejus adversis partibus non ex æquo respondit. Nam ex Romanis duodecim ceciderunt, pauci vulnerati sunt, Judæorum nullus evasit: et cum non infra tria millia capta essent, omnes perierunt. Bassus et Liberius Maximus procurator, a Cæsare omnem Judæorum terram vendere jussi sunt: octingentis duntaxat emeritis Emmanuentem castellum, triginta stadia Hierosolymis dissitum, incolendum tradidit. Et Judæos ubicunque degentes, quotannis binas quemque drachmas in Capitolium inferre jussit, quemadmodum prius in templum Hierosolymitanum conferre consuevissent.

ρίου ὁρῶντες, ὠδυνῶντο μᾶλλον, καὶ ἀνῴμωζον διωλύγιον. Καὶ ὁ Ἐλεάζαρ ἱκέτευσε σφᾶς, μήτ' αὐτὸν περιιδεῖν οὕτω θνήσκοντα, καὶ ἑαυτοῖς τὴν σωτηρίαν προμηθεύσασθαι, εἴξασι τῇ Ῥωμαίων ἰσχύϊ καὶ τύχῃ. Οἱ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐκείνου κατακλώμενοι λόγους, καὶ πολλῶν ἔνδον ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένων (ἦν γὰρ ἐκ μεγάλης καὶ σφόδρα πολυανθρώπου συγγενείας) εἰς οἶκτον ἐνέδωκαν. Καὶ στείλαντες, τὴν τοῦ φρουρίου παράδοσιν ἐπηγγέλλοντο, ἵνα ἀδεεῖς ἀπαλλάττωνται, τὸν Ἐλεάζαρ λαβόντες. Δεξαμένου δὲ τοῦ στρατηγοῦ ταῦτα, οἱ ἐν τῇ κάτω πόλει τὴν γινομένην ἰδίᾳ τοῖς Ῥωμαίοις πυθόμενοι σύμβασιν, ἀποδράναι νυκτὸς αὐτοὶ ἐβουλεύσαντο. Καὶ τὰς πύλας αὐτῶν ἀνοιξάντων, παρὰ τῶν τὴν ὁμολογίαν πεποιημένων πρὸς τὸν Βάσσον ἦκε μήνυσις. Οἱ μὲν οὖν τῶν ἐξιόντων ἐῤῥωμενέστατοι ἔφθασαν διεκπεσεῖν, τῶν δ' ἔνδον καταληφθέντων ἄνδρες μὲν ἀνῃρέθησαν ἐπὶ χιλίοις ἑπτακόσιοι, γύναια δὲ καὶ παῖδες ἠνδραποδίσθησαν. Τὰς δὲ πρὸς τοὺς παραδόντας τὸ φρούριον ὁμολογίας φυλάσσων ὁ Βάσσος, αὐτούς τε ἀφῆκε, καὶ τὸν Ἐλεάζαρ ἀπέδωκε. Ταῦτα διαπραξάμενος, ἠπείγετο ἐπὶ τὸν λεγόμενον Ἰάρδην δρυμόν· πολλοὶ γὰρ πρὸς αὐτὸν ἦσαν τῶν κατὰ τὰς πολιορκίας πρότερον ἀποδράντων. Ἐλθὼν οὖν ἐπὶ τὸν τόπον, κυκλοῦται αὐτὸν τοῖς ἱππεῦσιν ἅπαντα, τοὺς δὲ πεζοὺς δενδροτομεῖν τὴν ὕλην ἐκέλευσεν. Οἱ δ' ἐκεῖ προσπεφευγότες Ἰουδαῖοι ἀθρόοι μετὰ βοῆς ἀΐξαντες, ἐνέπιπτον τοῖς κυκλωσαμένοις αὐτούς. Ὡς δὲ καρτερῶς αὐτοὺς ἐκεῖνοι ἐδέχοντο, χρόνος μὲν οὐ βραχὺς τῇ μάχῃ ἐτρίβη· τέλος δὲ αὐτῇ οὐχ ὅμοιον τοῖς ἐναντίοις ἀπέβη μέρεσι. Ῥωμαίων μὲν γὰρ ἔπεσον δώδεκα, ὀλίγοι δ' ἐτρώθησαν. Τῶν δὲ Ἰουδαίων ἐκ τῆς μάχης ταύτης οὐδεὶς διέφυγεν· ἁλόντες δὲ καὶ τρισχιλίων οὐχ ἧττους, πάντες ἀπέθανον. Βάσσος μέντοι, καὶ Λιβέριος Μάξιμος, ὃς ἦν ἐπίτροπος, πᾶσαν τὴν γῆν ἀποδόσθαι τῶν Ἰουδαίων παρὰ Καίσαρος ἐκελεύσθησαν· ὀκτακοσίοις δὲ μόνοις ἀπὸ τῆς στρατείας διαφιεμένοις χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν, ὃ καλεῖται μὲν Ἐμαούς· ἀπέχει δὲ τῶν Ἱεροσολύμων σταδίους τριάκοντα. Φόρον δὲ τοῖς ὁπουδήποτε οὖσιν Ἰουδαίοις ἐπέταξε, δύο δραχμὰς ἕκαστον ἐτησίως εἰσφέρειν εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν συνετέλουν.

XXIX. Basso defuncto, Flavius Silva provincia C suscepta, Masadam castellum, solum adhuc ex iis quæ defecerant reliquum, obsidere instituit. Tenebatur autem a sicariis, quibus vir potens præerat Eleazarus, ex Judæ posteritate, qui sub Cyrenio multis persuaserat, ne descriptionibus parerent: ac regione statim potitus, ipsum castellum muro circumdedit, ad fugam intercludendam. Deinde ad oppugnationem conversus, et qua poterat aggere excitato (castellum enim in alto saxo erat exstructum, vallibus infinitæ profunditatis coronatum) machinis adductis muri partem perfregit. Sed alium sicarii intus exstruxerant, qui ictibus arietum cessurus non esset. Constabat enim ex lignis duplici serie inter se connexis, in quorum medium terram ingerebant. Quem cum D machinarum ictus non modo non perrumperent, sed ex concussione, illa desidente materia, firmiorem redderent, Silva milites hortatus est, ut crebras faces ardentes jacularentur. Tum murus ligneus igne concepto, magnam flammam edidit, quam Boreas spirans principio superne ad Romanos devolvebat, adeo ut machinas propemodum incen-

ΚΘ'. Βάσσου δὲ τελευτήσαντος, Φλάβιος Σίλβας διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν. Ὃς ἐπὶ Μασάδαν τὸ φρούριον ἐστράτευσε, μόνον ἔτι τῶν ἀφεστηκότων περιλειφθέν· κατεῖχον δὲ τοῦτο σικάριοι, ὧν προειστήκει δυνατὸς ἀνὴρ Ἐλεάζαρ, ἀπόγονος Ἰούδα, τοῦ πείσαντος πολλοὺς Ἰουδαίων μὴ πείθεσθαι ταῖς ἀπογραφαῖς ἐπὶ Κυρηνίου. Καὶ τῆς μὲν χώρας εὐθὺς ἐκράτει, τὸ δὲ φρούριον τείχει περιεκύκλωσε, τὴν εἰς φυγὴν ἔξοδον τοῖς ἔνδον ἀποφραγνύς. Εἶτα πρὸς πολιορκίαν ἐτράπετο, καὶ χῶμα χώσας ἔνθα δυνατὸν ἦν (ἐπὶ πέτρας γὰρ ὑψηλῆς τὸ φρούριον ᾠκοδόμητο, φάραγξι βάθος ἐχούσαις ἄπειρον ἐστεφανωμέναις) ἐπήγαγε τὴν ἑλέπολιν, καὶ διέῤῥηξε μέρος τοῦ τείχους. Ὤφθη δ' ἕτερον ἐντὸς ὑπὸ τῶν σικαρίων ἀντοικοδομηθὲν, τοιοῦτον οἷον μηδὲ ταῖς ἐμβολαῖς εἴξειν μέλλον τῶν ἑλεπόλεων. Ἐκ ξύλων γὰρ ἦν, δύο στίχους παραλλήλους ἐχόντων, ὧν μέσον συνεφόρουν τὸν χοῦν. Αἱ γοῦν τῶν μηχανημάτων ἐμβολαὶ οὐ μόνον οὐ διεῤῥήγνυον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ στεῤῥότερον τῷ σάλῳ συνιζάνον εἰργάζοντο· διὸ τοῖς στρατιώταις ὁ Σίλβας λαμπάδας καιομένας ἀκοντίζειν ἀθρόους παρεκελεύσατο. Τὸ δὲ πεποιημένον ἐκ ξύλων τοῦ πυρὸς ἀντελάβετο, καὶ φλόγα πολλὴν ἀνῆκε. Τὸ μὲν

σὺν πρῶτον πνέων βοῤῥᾶς ἄνωθεν εἰς τοὺς Ῥωμαίους τὴν φλόγα ἐπήλαυνε, καὶ μικροῦ τῶν μηχανημάτων ἥψατο ἄν. Ἔπειτα νότος ἀντιπνεύσας πολὺς, τῷ τείχει ταύτην προσέβαλε, καὶ ἅπαν ἤδη κατέφλεκτο. Ἐπὶ τούτοις οἱ μὲν Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν τοῖς πολεμίοις ἐπιχειρεῖν ἔμελλον· Ἐλεάζαρ δὲ τοῖς ἐν τῷ φρουρίῳ διαλεχθεὶς, ἔπεισε πάντας, τάς τε γυναῖκας ἑαυτῶν καὶ τὰ τέκνα ἀνῃρηκότας, ἐκείνοις ἐπαπελθεῖν ἕκαστον. Καὶ δὴ τούτου δόξαντος, ὁμοῦ τε τὰς γυναῖκας ἠσπάζοντο, καὶ τὰ τέκνα προσηγκαλίζοντο, τοῖς φιλήμασιν ἐμφυόμενοι καὶ δακρύοντες, καὶ διεχειρίζοντο τὰ φίλτατα ταῖς χερσὶν, ὡς μή τι σφίσι προσήκοντα. Εἶτα τὴν κτῆσιν ἅπασαν συναθροίσαντες, πῦρ ἐνέβαλλον εἰς αὐτήν. Κλήρῳ δ' ἑλόμενοι δέκα τοὺς ἐσομένους σφαγεῖς ἁπάντων, ὑπ' αὐτῶν ἕκαστος ἐπὶ τοῖς φιλτάτοις ἐκτείνυντο. Εἶτ' αὖθις ὁ κλήρῳ λαχὼν τοὺς ἐννέα διαχρησάμενος, καὶ κύκλῳ περιαθρήσας, μή πού τις ζωὸς περιλέλειπται, ὡς ἔγνω πάντας ἀνῃρημένους, πῦρ μὲν τοῖς βασιλείοις ἐνίησιν, ὅλον δὲ τὸ ξίφος ἐλάσας δι' ἑαυτοῦ πλησίον τῶν οἰκείων κατέπεσε. Καὶ οἱ μὲν ἐτεθνήκεσαν, ὑπειληφότες μή τινα ζῶντα καταλειφθῆναι. Ἔλαθε δὲ γυνὴ πρεσβῦτις, καί τις ἑταίρα, καὶ πέντε παιδία τοῖς ὑπονόμοις καταχρυφθέντα. Ἦν δὲ τὸ τῶν σφαγέντων πλῆθος, σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶ, διακόσιοι πρὸς ἑξήκοντα. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι προσβολὴν ἕωθεν ἐποιοῦντο. βλέποντες δ' οὐδένα τῶν πολεμίων, πολλὴν δ' ἔνδον ἠρεμίαν, καὶ πῦρ ἀναπτόμενον, διηπόρουν. Καὶ τέλος ἠλάλαξαν, εἴ τινα τῶν ἐντὸς προσκαλέσαιντο. Τῆς δὲ βοῆς αἴσθησις τοῖς γυναίοις ἐγένετο, κἀκ τῶν ὑπονόμων ἀναδῦσαι, τὰ πραχθέντα τοῖς Ῥωμαίοις ἐμήνυον. Οἱ δ' ἠπίστουν. Ὡς δὲ τῶν βασιλείων παρῆλθον ἔνδον, καὶ τοῖς ἀνῃρημένοις ἐνέτυχον, ἐθαύμαζον τὴν γενναιότητα τῶν ἀνδρῶν, καὶ τοῦ θανάτου τὴν καταφρόνησιν. Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ τῆς Μασάδας ἐγένετο ἅλωσις. Καὶ κατὰ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρειαν πολλοὺς ἀποθανεῖν Ἰουδαίους συμβέβηκεν. Οἱ γὰρ ἐκ τῆς στάσεως τῶν σικαρίων καταφυγόντες ἐκεῖ, πολλοὺς τῶν ὑποδεξαμένων ἔπειθον τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιεῖσθαι. Εἰ δέ τινες αὐτοῖς τῶν οὐκ ἀφανῶν Ἰουδαίων ἀντέβαινον, τοὺς μὲν ἔκτεινον, τοὺς δ' ἄλλους πρὸς ἀποστασίαν προσεκαλοῦντο. Οἱ δὲ τῆς γερουσίας πρωτεύοντες εἰς ἐκκλησίαν τοὺς Ἰουδαίους ἀθροίσαντες, ἤλεγχον τὴν τῶν σικαρίων ἀπόνοιαν, καὶ φυλάξασθαι τὸ πλῆθος παρεκάλουν τὸν ἐξ αὐτῶν ὄλεθρον. παραδοῦναι δὲ Ῥωμαίοις ἑαυτούς. Ἐπείσθη τοίνυν τὸ πλῆθος τοῖς λεγομένοις, καὶ πρὸς τοὺς σικαρίους ἀΐξαντες, συνήρπαζον αὐτούς, καὶ ἑάλωσαν μὲν περὶ ἑξακοσίους. Ὅσοι δὲ τότε διέφυγον, οὐκ εἰς μακρὰν συλληφθέντες ἐπανήχθησαν, καὶ πάσης αὐτοῖς ἐπενεχθείσης βασάνου, ὅπως Καίσαρα δεσπότην ὁμολογήσωσιν, οὐδεὶς ἐνέδωκεν, ἀλλὰ πάντες τὴν γνώμην ὑπερτέραν τῆς ἀνάγκης ἐτήρησαν. Μάλιστα δ' ἡ τῶν παίδων ἡλικία τοὺς θεωμένους ἐξέπλησσεν· οὐδὲ γὰρ ἐκείνων τις ἐξεκινήθη, Καίσαρα δεσπότην ἐξονομάσαι. Ἥψατο δὲ καὶ τῶν περὶ Κυρήνην πόλεων ἡ τῶν σικαρίων ἀπόνοια. Διεκπεσὼν γὰρ εἰς αὐτὴν Ἰωνάθης, πονη-

A deret. Deinde vehemens auster contra exortus, eamdem ad murum rejecit. Quo penitus consumpto, cum Romani **311** postridie hostes aggressuri essent, Eleazarus militibus suis persuasit, ut quisque uxoribus et liberis suis interfectis, ipsi quoque sibi manus afferret. Eo consilio probato, simul uxores salutarunt, et liberos amplexi sunt, osculis eorum cum fletu inhærentes, simul charissimos suos suis manibus tanquam alieni peremerunt. Deinde opes universas congestas in ignem conjecerunt, et decem viris sorte delectis a quibus omnes mactarentur, quisque super charissimis suis occubuit. Deinde unus cui id sorte evenerat, novem sociis interfectis, lustratisque angulis omnibus, ne quis forte vivus relictus esset, ut intel-
B lexit omnes occisos esse, regiam incendit: et adacto per totum corpus ense, prope suos occidit. Quamvis autem putaret, neminem viventem relictum esse: tamen anus quædam, et meretricula, et quinque pueri in cavernis abditi, eos latuerant. Interfectorum cum mulieribus et pueris fuere CCLX. Romani cum mane impetum in castellum facerent, nec ullum hostem cernerent, intus autem tranquilla essent omnia, et ignis arderet: animi dubii, tandem clamorem sustulerunt, ut aliquem elicerent. Quo clamore mulierculæ e cavernis excitæ, Romanis quid actum esset exposuerunt. Neque vero illi crediderunt, donec regiam ingressi, visis interfectis, generosam virorum indolem, et mortis
C contemptum sunt admirati. Ac ad hunc modum expugnata est Masada. Accidit autem ut Alexandriæ quoque in Ægypto multi Judæi cæderentur. Nam factio sicariorum eo profuga, multis hospitum suorum persuaserat, ut se in libertatem assererent. Si qui vero ex Judæis haud ignobilibus refragarentur, illis occisis, cæteros ad defectionem hortabantur. Principes vero senatus, Judæis ad concionem vocatis, sicariorum desperationem arguebant: et populum hortabantur, ut exitium ab illis imminens caverent, seque Romanis dederent. Paruit multitudo, et in sicarios impetu facto ad DC eorum comprehendit. Qui vero tum effugerant, non multo post capti, reductique sunt: et cum omnis generis tormentis excruciarentur, a nullo extor-
A τὴν ἀγορὰν προσφερομένων αὐτῷ τῶν βασιλικῶν παρασήμων, ἐπισχεῖν κελεύσας, ἔφη δεῖσθαι καὶ τοῦ Θεοῦ, τὴν βασιλείαν ἐμπεδοῦντος αὐτῷ. Ἄνεισιν οὖν εἰς τὸ Καπιτώλιον, καὶ θύσας, οὕτω δὲ τὴν βασιλικὴν ἀναλαβὼν ἐσθῆτα, κατέβαινε. Παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν πρῶτον μὲν τὸ τῶν τριακοσίων διέλυσε σύστημα, οὓς περὶ τὸ σῶμα εἶχε Ῥωμύλος ἀεί· οὐ γὰρ δεῖν ἀπιστεῖν πιστεύουσιν ἔλεγεν, οὐδὲ βασιλεύειν ἀπιστούντων ἠξίου. Εἶτα τὴν πόλιν ἐκ σκληρᾶς καὶ πολεμικῆς ἐπεχείρει μαλακωτέραν ποιῆσαι καὶ εἰρηνικωτέραν, ἀνθρωποειδῆ τε καὶ ζωόμορφον εἰκόνα Θεοῦ ἀνιστᾷν Ῥωμαίοις ἀπείρηκεν. Ὅθεν οὐδ' ἦν παρ' αὐτοῖς οὔτε γραπτὸν οὔτε πλαστὸν εἶδος Θεοῦ. Ἐν ἑκατὸν δὲ πρὸς ἑβδομήκοντα ἔτεσι ναῶν αὐτοῖς ἀνεγειρομένων, οὐδὲν ἔμμορφον ἐποίουν ἀφί- B δρυμα, ὡς οὔτε ὅσιον ἀφομοιοῦν τοῖς χείροσι τὰ βελτίονα, οὔτε ἐφάπτεσθαι ἄλλως Θεοῦ δυνατὸν ἢ νοήσει. Καὶ τὰς θυσίας δὲ ἀναιμάκτους ποιεῖσθαι ἐθέσπισε δι' ἀλφίτων τε καὶ σπονδῆς· Δεῖν γὰρ τοὺς θεοὺς, εἰρήνης καὶ δικαιοσύνης φύλακας ὄντας, φόνου καθαροὺς εἶναι· μήτε δὲ ἀκούειν τι τῶν θείων, μήτε ὁρᾷν ἐν παρέργῳ καὶ ἀμελῶς, ἀλλὰ σχολὴν ἄγοντας ἀπὸ τῶν ἄλλων, καὶ προσέχοντας τὴν διάνοιαν ὡς πράξει μεγίστῃ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν. Ἐκ δὲ τούτων καὶ ἄλλων πλειόνων, ἃ διὰ τὸ πλῆθος παρήκαμεν, διάθεσιν πρὸς τὸ Θεῖον τοῖς τότε ἀνθρώποις ἐξ ἐθισμοῦ ὁ Νομᾶς ἐνεποίησεν. Αὐτὸν δὲ οὕτω φασὶν εἰς τὸ Θεῖον ἀνηρτῆσθαι ταῖς ἐλπίσιν, ὥστε προσαγγελίας αὐτῷ θύοντι ποτὲ γενομένης ὡς ἐπέρχονται πολέμιοι, μειδιάσαι καὶ εἰπεῖν, Ἐγὼ δὲ θύω. Καὶ C τὴν χώραν δὲ ἣν αἰχμῇ Ῥωμύλος ἐκτήσατο, διένειμεν οὗτος τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν, ἀφαιρῶν ἐξ αὐτῶν τὴν ἀπορίαν, ὡς ἀνάγκην τῆς ἀδικίας ποιητικὴν, καὶ τρέπων εἰς γεωργίαν ὡς ταύτης ἐξημερούσης τὸν δῆμον, καὶ δριμὺν εἰρήνης δυναμένης ἐμποιεῖν ἔρωτα. Λέγεται δὲ καὶ τὸν Ἰανουάριον καὶ τὸν Φεβρουάριον παρ' αὐτοῦ τοῖς μησὶ προστεθῆναι, δωδεκάμηνον κατὰ τὸν τῆς σελήνης δρόμον νομοθετήσαντος λογίζεσθαι τὸν ἐνιαυτὸν, δεκάμηνον πρόσθεν ὄντα, ὡς ἐνίοις τῶν βαρβάρων τρίμηνον, καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀρκάσι μὲν τετράμηνον, τοῖς δὲ Ἀκαρνᾶσιν ἑξάμηνον. Αἰγυπτίοις δὲ μηνιαῖος ἦν ὁ ἐνιαυτὸς, εἶτα τετράμηνος· διὸ καὶ ἀρχαιότατοι δοκοῦσιν εἶναι, καίτοι μὴ ὄντες, πλῆθος ἀμήχανον ἐτῶν ἐπὶ D ταῖς γενεαλογίαις εἰσάγοντες, ἅτε δὴ τοὺς μῆνας εἰς ἐτῶν τιθέμενοι ἀριθμόν. Καὶ τὸν Ἰανουάριον δὲ Νομᾶς εἰς ἀρχὴν τοῦ ἔτους ἀπένειμεν. Οὕτω δὲ δικαιοσύνῃ καὶ εὐσεβείᾳ συνεθίσαντος τὸ ὑπήκοον, ἐξῄρητο πάντα τὰ τοῦ πολέμου. Οὐ γὰρ μόνον ὁ Ῥωμαίων δῆμος ἡμέρωτο τῇ τοῦ βασιλέως εὐνομίᾳ καὶ τῇ πραότητι, ἀλλὰ καὶ τὰς κύκλῳ πόλεις ἀρχὴ μεταβολῆς ἔλαβε, καὶ πόθος εἰσεῤῥύη πάντας εἰρήνης καὶ τοῦ δικαίου, γῆν φυτεύειν, καὶ τέκνα τρέφειν ἐν ἡσυχίᾳ, καὶ σέβεσθαι θεούς. Οὔτε γὰρ πόλεμος, οὔτε στάσις, οὔτε νεωτερισμὸς περὶ πολιτείας ἱστόρηται Νομᾶ βασιλεύοντος. Οὐδ' ἐπ' ἐκεῖνόν τις φθόνος, ἢ ἔχθρα, ἢ σύστασις ἀνδρῶν, καὶ ἐπιβουλὴ δι' ἔρωτα βασιλείας γενέσθαι ποι ἀναγέγραπται. Θυγατέρα δ' ἐσχηκὼς Πομπιλίαν, Μαρκίῳ ταύτην ἐξέδοτο, ἐξ ἧς Μάρκιος Ἄγκος θυγατριδοῦς ἐτέχθη αὐτῷ, ὃς μετὰ Τοῦλλον Ὀστίλλιον ἐβασίλευσε. Τοῦτον πενταέτη καταλιπὼν ὁ Νομᾶς ἐτελεύτησε, κατὰ μικρὸν ὑπὸ γήρως καὶ νόσου μαλακῆς ἀπομαραινόμενος, χρόνον τριετῆ τοῖς ὀγδοήκοντα προσβιώσας, βασιλεύσας ἔτη ἐπὶ τρισὶ τεσσαράκοντα.

ϛ'. Τοῦ δὲ Νομᾶ τελευτήσαντος, καὶ μηδένα κα- A ταλιπόντος διάδοχον, Ὁστίλλιος Τοῦλλος ᾑρέθη παρὰ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς· ὃς τὰ πλεῖστα τῶν τοῦ Νομᾶ χλευάσας ἠθῶν, τὸν Ῥωμύλον ἐζήλωσε, καὶ πρὸς μάχας αὐτός τε ὥρμα, καὶ τὸν δῆμον ἠρέθιζεν. Ἁρπαγῆς γοῦν γενομένης παρὰ Ῥωμαίων ἐξ Ἀλβανῶν, ὥρμησαν πρὸς μάχην ἑκάτεροι. Πρὸ δὲ τοῦ συμβαλεῖν κατηλλάγησαν, καὶ ἐς μίαν πόλιν ἀμφοῖν ἐδόκει συνοικῆσαι τοῖς γένεσιν. Ἑκάστου δὲ τῆς οἰκείας ἐχομένου, καὶ τὸ ἕτερον εἰς ταύτην ἀξιοῦντος μεταναστεῦσαι, ἀπέστησαν τοῦ σκοποῦ. Εἶτα περὶ τῆς ἡγεμονίας διηνέχθησαν· ὡς δὲ οὐδεὶς τῷ ἑτέρῳ παρεχώρει αὐτῆς, ἀγωνίσασθαι συνέθεντο περὶ τῆς ἀρχῆς. Οὔτε δὲ τοῖς στρατοπέδοις ὅλοις ἐδόκει μαχέσασθαι, οὔτε μὴν μονομαχίᾳ κριθήσεσθαι. B Ἦσαν δέ παρ' ἀμφοῖν τρίδυμοι ἀδελφοὶ, ἐκ μητέρων γεγονότες διδύμων, ἰσήλικές τε καὶ ἰσοπαλεῖς τὴν ἰσχύν. Ἐκαλοῦντο δὲ οἱ μὲν τῶν Ῥωμαίων Ὁρουπλιοράτιοι, οἱ δὲ τῶν Ἀλβανῶν Κουριᾶται. Τούτους εἰς μάχην προεβάλοντο, παρ' οὐδὲν τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν συγγένειαν θέμενοι. Οἱ δὲ ὁπλισάμενοι, καὶ ἐν τῷ μεταιχμίῳ τῶν στρατοπέδων ἀντιπαραταξάμενοι, θεούς τε ὁμογνίους ἀνεκαλοῦντο, καὶ συνεχῶς ἀνέβλεπον πρὸς τὸν ἥλιον. Συμβαλόντες δὲ ποτὲ μὲν ἀθρόοι, ποτὲ δὲ καὶ καθ' ἕνα ἐμάχοντο. Τέλος δὲ τῶν μὲν τῶν Ῥωμαίων δύω πεσόντων, τῶν δὲ Ἀλβανῶν ἁπάντων τρωθέντων, ὁ Ὁράτιος ὁ κατάλοιπος, ὅτι τοῖς τρισὶν ἅμα, εἰ καὶ ἄτρωτος ἦν, οὐκ ἠδύνατο ἀντιτάξασθαι, ἐνέκλινεν, ὡς ἂν διώκοντες αὐτὸν σκεδασθῶσι, κἀπειδὴ πρὸς τὴν δίωξιν διε- C σπάρησαν, ἑκάστῳ ἐπιτιθέμενος ἅπαντας διεχρήσατο, κἀντεῦθεν τετίμητο. Ὅτι δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν προσαπέκτεινεν, ὀλοφυρομένην ἐπεὶ τὰ τῶν ἀνεψιῶν σκῦλα ἑώρα φέροντα τὸν Ὁράτιον, φόνου ἐκρίθη· εἰς δὲ τὸν δῆμον ἔκκλητον αἰτήσας, ἀφείθη. Οἱ δὲ Ἀλβανοὶ τότε μὲν ὑπήκοοι τῶν Ῥωμαίων ἐγένοντο· ὕστερον δὲ τὰς συνθήκας ἀθετήσαντες, καὶ ὡς ὑπήκοοι πρὸς συμμαχίαν κληθέντες, μεταθέσθαι δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους ἐν τῷ καιρῷ τῆς μάχης ἐπιχειρήσαντες, καὶ συνεπιθέσθαι Ῥωμαίοις, γνωσθέντες ἐκολάσθησαν, καὶ πολλοὶ μὲν ἐκτάνθησαν, καὶ ὁ αὐτῶν ἐξηγούμενος Μέττιος· οἱ ἄλλοι δὲ μετανάστασιν ἔπαθον. Καὶ ἡ πόλις αὐτῶν Ἄλβα κατεσκάφη, πεντακόσιά που ἔτη Ῥωμαίοις νομισθεῖσα μητρόπολις. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς πολεμίους ὁ Τοῦλλος κράτιστος ἔδοξε, τοῦ θείου δὲ παρημέλει. Νόσου δ' ἐνσκηψάσης λοιμώδους, καὶ αὐτὸς νοσήσας, εἰς δεισιδαιμονίαν ἀπέκλινεν. Ἐσχηκέναι μέντοι τοῦ βίου λέγεται τέλος, καταφλεχθεὶς ὑπὸ κεραυνῶν, ἢ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ Μαρκίου Ἄγκου, ὃς θυγατριδοῦς ἐτύγχανεν, ὡς εἴρηται, τοῦ Νομᾶ. Ἐβασίλευσε δὲ Ῥωμαίων ἔτη δύω ἐπὶ τριάκοντα.

VI. Numa sine successore defuncto, Tullus Hostilius a senatu populoque Romano rex electus, institutis Numæ plerisque derisis, Romulum magis est æmulatus, ad bella et ipse propensus, et populi concitator. Cum igitur forte evenisset, ut Romani ex Albano agro prædas egissent, uterque populus ad bellum spectavit. Sed ante congressum reconciliati pepigerunt, ut unam urbem incolerent. Utroque autem suam defendente, et ut in eam migraretur postulante, id consilium repudiarunt. Post etiam de principatu orta controversia, cum neuter alteri cederet, convenit ut inter se dimicarent, non totis copiis, neque singulari certamine. Sed erant apud utrosque tergemini fratres, gemellis orti matribus, nec ætate nec viribus dispares: quorum Romani, P. Horatii, Albani Curiatii vocabantur: eos ad pugnam destinant, non habita ratione cognationis. Qui armati, et in medio duorum exercituum instructi, deos patrios invocarunt, et subinde solem intuiti sunt. Inter se congressi, alias conferti, alias singulatim dimicarunt. Tandem duobus Romanis prostratis, et Albanis omnibus vulneratis, Horatius superstes, **324** cum quamvis integer tribus par esse non posset, capessit fugam, ut persequendo segregarentur. Quo facto, singulos aggressus, omnibus interfectis, insigni victoria potitur. Sed quia sororem quoque interfecerat, ob visa in humeris ipsius, consobrinorum spolia lamentantem, cædis actus est reus: sed provocatione ad populum facta, absolutus. Albani tum Romanorum imperium subierunt. Post pactis violatis, cum ut subditi ad belli societatem evocati, pugnæ tempore se ad hostes conferre, ac in Romanos impetum facere voluisse comperti essent, multi occisi sunt, et dux eorum Metius: cæteri Romam migrare jussi, Alba diruta, quæ ad annos D Romanorum fuerat metropolis. Tullus bellator optimus, sed numinis cultor negligens, cum in pestilentia ipse quoque ægrotasset, ad superstitionem deflexit. Dicitur fulmine conflagrarse: aut Anci Marcii insidiis, nepotis Numæ, ut dictum est, periisse. Regnavit annos II et XXX.

Ζ'. Ἐπεὶ δὲ Ὀστίλλιος ἐτελεύτησε (80), διεδέ- D ξατο τὴν βασιλείαν ὁ Μάρκιος, παρ' ἑκόντων τῶν Ῥωμαίων ταύτην λαβών. Ἦν δὲ τὴν χεῖρα οὐκ ἄρτιος· τὴν γὰρ ἀγκύλην πεπήρωτο, ὅθεν καὶ Ἄγκος ἐπώνυμον ἔσχηκεν. Ἐπιεικὴς δὲ ὢν, ἠναγκάσθη μεταβαλέσθαι, καὶ πρὸς στρατείας ἐτράπετο. Οἱ γὰρ λοιποὶ Λατῖνοι διά τε τὸν τῆς Ἄλβης ὄλεθρον, καὶ περὶ ἑαυτῶν δεδοικότες, μή τι πάθωσιν ὅμοιον, δι'

VII. Mortuo Tullo, regnum a Romanis Marcio est delatum: qui ob vitium manus, quod cubitum flectere non poterat, Anci cognomentum habuit: et cum leni esset ingenio, necessario ad bella gerenda se contulit. Nam reliqui Latini tum ob Albæ excidium, tum similis cladis metu, irati quidem Tullo superstite Romanis erant: sed virum strenuum metuentes, iras reprimebant. Marcium

Variæ lectiones et notæ.

(80) Ἐπεὶ δ' Ὀστίλιος ἐτελεύτησε. Ita etiam alter e codd. Reg., et alter pro his verbis habet διεδέξατο δὲ αὐτὴν ὁ Μάρκιος.

vero ob pacis studium, injuriis opportunum esse rati, prædas ex agris egerunt. Ille vero gnarus, pacis causam esse bellum, invadit eos, a quibus invadebatur, atque ulciscitur, urbes expugnat, quarum unam evertit : et captivis, quos multos ceperat, pro mancipiis utitur, multos etiam in civitatem Romanam mittit. Romani, cum finitimi potentiam eorum, et ditionem crescere ægre ferentes, hostes se professi essent, Fidenas obsidione ceperunt ; Sabinos afflixerunt, dispersos aggressi ; et castris eorum captis, alios terrore injecto vel invitos pacem servare coegerunt. His rebus gestis, Marcius mortem obiit, anno regni XXIV exemplo avi religiosus deorum cultor.

A ὀργῆς μὲν εἶχον Ῥωμαίους· ἕως δὲ περιῆν ὁ Τοῦλλος, δεδιότες ἐκεῖνον ὡς μάχιμον, συνεστέλλοντο. Τὸν δὲ Μάρκιον εὐεπίθετον ἡγησάμενοι διὰ τὸ εἰρηναῖον τῆς γνώμης, τῇ τε χώρᾳ ἐπῆλθον, καὶ αὐτὴν ἐληΐσαντο. Συνεὶς δ' ἐκεῖνος εἰρήνης εἶναι τὸν πόλεμον αἴτιον, ἐπιτίθεται τοῖς ἐπιθεμένοις, καὶ ἀντημύνατο, καὶ πόλεις εἷλεν αὐτῶν, ὧν μίαν κατέσκαψε, καὶ πολλοῖς τῶν ἁλόντων ὡς αἰχμαλώτοις ἐχρήσατο, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην δὲ συχνοὺς ἑτέρους μετῴκισεν. Αὐξανομένων δὲ τῶν Ῥωμαίων, καὶ τῆς χώρας σφίσι προστιθεμένης, οἱ πλησιόχωροι ἤχθοντο, καὶ ἑαυτοὺς Ῥωμαίοις ἐξεπολέμωσαν· ὅθεν αὐτῶν Φιδηνάτας μὲν πολιορκίᾳ ἐκράτησαν, Σαβίνους δ' ἐκάκωσαν, αὐτοῖς τε προσπεσόντες ἐσκεδασμένοις, καὶ τὸ σφῶν ἑλόντες στρατόπεδον· ἑτέρους δ' ἐκφοβήσαντες, εἰρηνεύειν καὶ ἄκοντας παρεσκεύασαν· καὶ ἐπὶ τούτοις Μαρκίῳ ἐπέλιπε τὸ βιώσιμον, εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς καὶ τέσσαρας ἄρξαντι, καὶ πολλὴν τοῦ Θείου κατὰ τὸν πάππον Νομᾶν ποιουμένῳ τὴν ἐπιμέλειαν (81).

VIII. L. Tarquinius Demarati Corinthii exsulis, qui Tarquinios **325** Tyrrheniæ urbem migrarat, ex indigena muliere filius, Lucamon vocatus, regnum sibi vindicavit. Is cum amplum patrimonium suscepisset, nec tamen ut advena a Tarquiniensibus ad summos honores eveheretur, Romam migrat : mutatoque nomine, ab urbe in qua habitarat, L. Tarquinius appellatur. Fertur autem, cum sedem mutaret, aquila devolasse, raptoque pileo, quem capite gerebat, subvolasse ac magno clangore edito, eumdem capiti apte reposuisse. Unde nihil humile animo conceperit, et alacriter Romæ consederit, ubi non multo post in primis est numeratus. Nam cum opibus haud parce uteretur, prudentia et urbanitate potentioribus sibi conciliatis, a Marcio in patricios et senatum lectus est, et dux exercitus designatus, credita etiam liberorum et regni tutela. Nam se bonum virum præbebat, pecuniam egentibus impertiebat, rogantibus libenter ferebat opem, malum faciebat dicebatve nemini, accepta beneficia exaggerabat. Offensas vel dissimulabat, vel extenuans oblivioni mandabat : eos a quibus læsus esset, adeo non ulciscebatur, ut etiam beneficiis demereretur. His moribus et Marcium ipsum, et regios amicos sibi devinxit, existimationem viri boni et sapientis consecutus, quam non perpetuo conservavit. Marcii namque defuncti duobus filiis iniquum se præbuit, erepto regno, quod cum illis senatus populusque delaturus esset, ille senatoribus potentissimis sibi adjunctis, et adolescentibus procul ad venationem ablegatis, nihil non et dixit et fecit, donec regnum impetrasset : id se pueris, ubi adolevissent, redditurum professus. Rerum autem potitus Romanos ita tractavit, ut regios adolescentes nunquam ipsi prælaturi essent, quorum animos et corpora assuetudine ignaviæ per benignitatis speciem corrupit.

B Η'. Λούκιος δὲ Ταρκύνιος τὴν ἀρχὴν ᾠκειώσατο, ὃς Δημαράτου μὲν ἦν παῖς Κορινθίου, φυγόντος δὲ καὶ εἰς πόλιν Τυρσηνίδα Ταρκυινίαν ἐγκατοικήσαντος ἐξ αὐθιγενοῦς γυναικὸς ἐκείνῳ ἐτέχθη, Λουκούμων ὀνομασθείς. Πολλὰ μέντοι πατρόθεν διαδεξάμενος, ὅτι μὴ τῶν πρωτείων παρὰ τῶν Ταρκυινησίων ὡς ἔπηλυς κατηξίωτο, πρὸς τὴν Ῥώμην μετανιστεύει, καὶ τὴν κλῆσιν συμμεταθέμενος, καὶ μετωνομάσθη Λούκιος Ταρκύνιος ἐκ τῆς πόλεως ἐν ᾗ παρῴκει. Λέγεται δὲ μετοικιζομένου ἀετὸς καταπτὰς ἁρπάσαι τὸν πῖλον, ὃν εἶχεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ μετεωρισθεὶς καὶ κλάγξας ἐπὶ πολὺ, αὖθις αὐτὸν ἐφαρμόσαι τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ, ὡς ἐντεῦθεν μηδὲν ἐλπίσαι μικρὸν, καὶ προθύμως τῇ Ῥώμῃ ἐγκατοικῆσαι, ὅθεν τοῖς πρώτοις οὐ μετὰ C πολὺ συνηρίθμητο. Τῷ δὲ γὰρ πλούτῳ χρώμενος ἀφειδέστερον, συνέσει τε καὶ εὐτραπελίᾳ τοὺς δυνατοὺς οἰκειούμενος, ἐς τοὺς εὐπατρίδας καὶ τὴν βουλὴν κατελέχθη παρὰ Μαρκίου, καὶ στρατηγὸς ἀπεδείχθη, καὶ τὴν τῶν παίδων ἐκείνου ἐπιτροπείαν, καὶ τῆς βασιλείας πεπίστευτο. Ἐδείκνυε γὰρ ἑαυτὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, χρημάτων τε τοῖς δεομένοις μεταδιδοὺς, καὶ ἑαυτὸν ἕτοιμον παρέχων εἴ τις δέοιτο αὐτοῦ εἰς βοήθειαν· φαῦλον δέ (82) τι οὔτ' ἔπραττεν, οὔτ' ἔλεγεν οὐδενί. Καὶ εἴ τι πρός τινων εὖ ἔπασχεν, ἐξῇρε τὸ γινόμενον· εἰ δέ τι καὶ ἐπαχθέστερον αὐτῷ γένοιτο, ἢ οὐδ' ἐλογίζετο τὸ λυποῦν, ἢ καὶ φαυλίσας παρελογίζετο· οὐ μόνον τε οὐχ ἠμύνατο τὸν λελυπηκότα, ἀλλὰ καὶ εὐηργέτει. Τούτοις αὐτόν τε τὸν D Μάρκιον, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐχειρώσατο, καὶ δόξαν ἀνδρὸς ἐκτήσατο σοφοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ· ἀλλ' οὐ προσέμεινε μέχρι τέλους αὐτῷ ἡ ὑπόληψις. Τοῦ Μαρκίου γὰρ τελευτήσαντος, κακῶς περὶ τοὺς ἐκείνου διετέθη δύω υἱεῖς, καὶ τὴν βασιλείαν ἐσφετερίσατο. Τῆς τε γὰρ βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τοὺς τοῦ Μαρκίου παῖδας χειροτονεῖν μελλόντων, ἐκεῖνος τῶν βουλευτῶν τε τοὺς δυνατωτάτους μετῆλθε, καὶ τοὺς ὀρφανοὺς πόῤῥω

Variæ lectiones et notæ.

(81) *Καὶ πολλὴν τοῦ Θείου κατὰ τὸν πάππον Νουμᾶν ποιουμένῳ τὴν ἐπιμέλειαν*. Desunt hæc verba in codd. Reg. et Colb.

(82) *Φαῦλον δέ*. Ex Dionis lib. I, in Excerptis Valesianis.

ποι πέμψας εἰς θήραν, οἷς τε εἶπε, καὶ οἷς ἔπραξεν, αὐτῷ τὴν βασιλείαν ψηφίσασθαι παρεσκεύασεν, ὡς ἀνδρωθεῖσιν αὐτὴν δῆθεν τοῖς παισὶν ἀποδώσοντι. Ἐγκρατὴς δὲ καταστὰς τῶν πραγμάτων, οὕτω τοὺς Ῥωμαίους διέθετο, ὥστε μηδέποτε ἐθελῆσαι ἀνθελέσθαι τοὺς παῖδας ἐκείνου· καὶ τὰ μειράκια δὲ πρὸς ῥᾳστώνην ἐθίζων, τάς τε ψυχὰς αὐτῶν, καὶ τὰ σώματα σὺν χάριτι δή τινι ἔφθειρε. Δεδιὼς δὲ καὶ οὕτως ἔχων, ἰσχὺν ἑαυτῷ ἐν τῷ συνεδρίῳ περιεποιήσατο. Τοὺς γὰρ φιλίως αὐτῷ ἐκ τοῦ δήμου διακειμένους περὶ διακοσίους ἐς τοὺς εὐπατρίδας ἐνέγραψε, καὶ βουλευτάς· καὶ οὕτω τήν τε γερουσίαν ὑφ' ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πολλοὺς ἐποιήσατο, καὶ τὴν στολὴν πρὸς τὸ μεγαλοπρεπέστερον ἤμειψεν. Ἡ δὲ ἦν ἱμάτιον καὶ χιτὼν ὁλοπόρφυρα καὶ χρυσόπαστα, στέφανός τε λίθων χρυσοδέτων, καὶ σκῆπτρον, δίφρος τε ἐλεφάντινος, οἷς καὶ οἱ μετὰ ταῦτα οἵ τε ἄλλοι, καὶ οἱ τὴν αὐτοκράτορος ἔχοντες ἡγεμονίαν ἐχρήσαντο. Καὶ τεθρίππῳ ἐν τοῖς ἐπινικίοις ἐπόμπευσε, καὶ ῥαβδούχους διὰ βίου δώδεκα ἔσχε. Πάντως δὲ καὶ ἄλλα πλείω ἐκαινοτόμησεν ἂν, εἰ μή τις Ἄττος Ναούϊος τὰς φυλὰς αὐτὸν βουληθέντα μεταχοσμῆσαι κεκώλυκεν, ὃς οἰωνιστὴς ἦν, οἷος οὐχ ἕτερος γέγονε. Τοῦτον ἐνυβρίσαι, διὰ τὴν ἐναντίωσιν ὀργισθεὶς, καὶ τὴν τέχνην ἐξουθενῆσαι διεμελέτησεν ὁ Ταρχύνιος. Λαβὼν οὖν ἐν τῷ κόλπῳ ἀκόνην τε καὶ ξυρὸν, ἐς τὸν δῆμον παρῆλθεν, ἔχων ἐν νῷ τμηθῆναι τῷ ξυρῷ τὴν ἀκόνην, πρᾶγμα τῶν ἀδυνάτων, εἰπών τε ὅσα ἐβούλετο, ἐπεὶ Ἄττος ἀντέλεγεν ἐντονώτατα, μηδὲν ὑφιέμενος· *Εἰ μὴ φιλονείκως ἀντιλέγεις*, ἔφη, *ἀλλ' ἀληθῆ λέγεις, ἐπὶ πάντων τούτων ἀπόκριναί μοι, εἰ ὃ κατὰ νοῦν ἔχω ποιῆσαι, γενήσεται.* Ὁ δὲ Ἄττος αὐτοῦ που οἰωνισάμενος παραυτίκα, *Καὶ πάνυ γε*, εἶπεν, *ὦ βασιλεῦ, ὃ διανοῇ, ἔσται ἐπιτελές.* Οὐκοῦν, ἔφη, τὴν ἀκόνην ταύτην λαβὼν, τῷ ξυρῷ τούτῳ διάτεμε· τοῦτο γὰρ γενέσθαι διανενόημαι. Ὁ δὲ ἔλαβέ τε αὐτὴν εὐθὺς καὶ διέκοψε. Θαυμάσας δὲ ὁ Ταρχύνιος, ἄλλας τε τιμὰς ἐκείνῳ παρέσχε, καὶ χαλκῆς εἰκόνος ἠξίωσε, καὶ οὐδὲν ἔτι τῆς πολιτείας ἠλλοίωσε, πρὸς πάντα τε τῷ Ἄττῳ συμβούλῳ ἐκέχρητο. Μαχεσάμενος δὲ Λατίνοις ἀποστατήσασιν, ἔπειτα καὶ Σαβίνοις ἐς τὴν Ῥωματίδα ἐμβαλοῦσι συμμαχουμένοις ὑπὸ Τυρσηνῶν, ἁπάντων ἐκράτησε. Τῶν δὲ τῆς Ἑστίας ἱερειῶν ἃς παρθενεύειν διὰ βίου νενόμισται, φωράσας τινὰ συμφθαρεῖσαν ἀνδρὶ, ὑπόγεών τινα κατασκευάσας ὑποδρομὴν προμήκη, κλίνην τε θεὶς ἐν αὐτῇ, καὶ λύχνον, καὶ τράπεζαν σιτίων ὑπόπλεων, ἐκεῖ τὴν φθαρεῖσαν προπεμπομένην ἐκόμισε· καὶ ζῶσαν εἰσαγαγὼν, ἐγκατῳκοδόμησε, καὶ οὕτω τὰς τὴν παρθενίαν μὴ τηρησάσας τῶν ἱερειῶν ἐξ ἐκείνου τιμωρεῖσθαι κεκράτηκεν. Οἱ δὲ ταύτας αἰσχύνοντες, εἰς ξύλον τὸν αὐχένα δίκρουν ἐμβάλλονται ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ μετὰ τοῦτο γυμνοὶ αἰκιζόμενοι ἀποψύχουσιν. Ἐπέθεντο μέντοι τῷ Ταρχυνίῳ οἱ τοῦ Μαρκίου παῖδες, ἐπεὶ μὴ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς παρεχώρει, ἀλλά τινα Τούλλιον τεχθέντα οἱ ἐξ αἰχμαλωτίδος προῆγε πάντων· ὃ δὲ, μάλιστα τοὺς εὐπατρίδας ἐλύπει, ὧν τινας προσεταιρισάμενοι, αὐτῷ ἐπεβούλευσαν, δύω τινὰς χωριτικῶς ἐσταλμένους ἀξίναις καὶ δρεπάνοις ὁπλισαμένους, αὐτῷ ἐπιθέσθαι παρασκευάσαντες. Οἳ ἐπεὶ μὴ ἀγοράζοντι τῷ Ταρχυνίῳ ἐνέτυχον, ἐπὶ τὰς θύρας τῶν βασιλείων ἧκον, ἀλλήλοις δῆθεν διαμαχόμενοι, καὶ οἱ ἐς ὄψιν ἐλθεῖν ἐδέοντο, καὶ τυχόντες τούτους εἰς λόγους ἀλλήλοις ἀντικατέστησαν, καὶ δικαιολογουμένῳ τῷ

A Cum autem eos etiam sic metueret, suas opes in concilio auxit, cc ex plebe amicis in patricios et senatores lectis: quo pacto et senatum et plebem subegit. Habitum etiam magnificentiorem sumpsit, tunicam et vestem purpuream auro distinctam, coronam auream gemmis ornatam, sceptrum, et sellam eburneam: quibus **326** et secuti reges, et imperatores quoque Romanorum sunt usi. Victis hostibus, quadrigis magnifice est invectus, et lictores per omnem ætatem XII habuit. Omnino etiam alia innovaturus fuit, nisi ei tribus mutaturo Actius Navius augur præstantissimus obstitisset. Ei cum ob adversationes iratus illudere, et artem eludere studeret, cotem et novaculam in sinu B gestans, ad populum prodiit, id animo agitans, ut cos novacula discinderetur, quod fieri nequaquam posset. Cumque dixisset quæ voluerat, Actio acerrime adversante, ac minime cedente: *Nisi*, inquit, *adversandi studio refragaris, et vera dicis, coram omni populo mihi respondeto, num id quod in animo habeo, possit fieri.* Cum ille in augurio rem statim expertus, profecto futuram dixisset: *Atqui hoc animo agitavi*, inquit, *te novacula cotem discissurum.* Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt. Id admiratus Tarquinius, tum alios honores Actio habuit, tum æneam statuam erexit: et reipublicæ ordine non mutato, consiliis ejus usus est ad omnia. Latinorum defectionem compescuit. Sabinos, qui Tyrrhenis adjutoribus in Romanum C agrum impressionem fecerant, superavit. Unam e Vestalibus, quibus perpetua servanda est virginitas, a quodam stupratam, in subterraneo specu oblongo excavato, ibique lectulo, lucerna, et mensa cibariis plena, collocatis, multis stupratam eo deducentibus, viventem obstruxit. Et sic ab illo tempore de incœstis Vestalibus pœnas sumi, receptum est. Qui vero illas violarint, collo furcæ in foro inserto, nudi flagris cæduntur, donec exspirarint. Cæterum Marci liberi, cum regnum eis non restitueret, sed Tullium quemdam serva sibi natum omnibus anteferret, idque patricii quoque ægerrime paterentur, quibusdam illorum ascitis, insidias ei parant: subornatis duobus, qui agrestium more D asciis et falcibus armati, eum aggrederentur. Qui cum Tarquinium in foro non invenissent, ad regias fores venerunt, inter sese rixantes, et se ad regem admitti postulantes. Quo impetrato, cum invicem dicerent, rex in alterum causam dicentem intentus, ab altero occiditur. **327** Hic Tarquinii fuit exitus, cum annos VIII et XXX regnasset.

ἐνὶ προσέχοντα τὸν Ταρκύνιον ὁ ἕτερος κατειργάσατο. Ὁ μὲν οὖν Ταρκύνιος τοιοῦτον ἔσχε τέλος, τριάκοντα καὶ ὀκτὼ βασιλεύσας ἐνιαυτούς (83).

IX. Regnum autem Romanorum Tullius opera Tanaquilis, Tarquinii uxoris, est adeptus. Hunc Ocrisia quædam, Servii Tullii Latini conjux, bello capta, et Tarquinio tradita, sive domo uterum ferens, sive post captivitatem gravidam facta (utrumque enim fertur) peperit. Ei puero interdiu in sella dormienti magnam e capite flammam emicuisse tradunt: qua visa a Tarquinio, diligenter sit educatus, et per ætatem in patricios et Senatum lectus. Tarquinii percussoribus comprehensis, uxor ejus et Servius, compertis insidiis, mortem regis principio celant: sublatumque tanquam adhuc viventem, se curare simulant: et interim paciscuntur, ut Tullius regno filiis, ubi adoleverint, cedat. Cum autem clamor impetusque multitudinis vix sustineri posset, Tanaquil ex superiore parte ædium, *Populum bono animo esse jubet, maritum enim suum vivere, propediem ipsum eos visuros. Ut autem per otium curari possit, neque tamen rerum administratio, eo ægrotante, langueat, interim Tullio munia regis mandasse.* Quæ cum dixisset, Tullium ob virtutis opinionem haud inviti admiserunt. Is suscepta reipublicæ procuratione, pleraque se de Tarquinii facere sententia simulabat: cumque sibi populum in omnibus dicto audientem esse cerneret, percussores Tarquinii, quem forte adhuc vivere dixit, propter insidias factas ad Senatum adductos, et capitis damnatos occidit. Cum vero Marcii filii metu ad Volscos confugissent, tum demum Tarquinii mortem palam fecit, aperteque regnum tenuit: ac primum præ se tulit, se tutorio nomine filiorum Tarquinii, principatum administraturum. Deinde ad plebis animos conciliandos conversus, quod ea facilius quam patres cessura esset, pecuniam distribuit, agros singulis assignavit, et servos manumittendos et in tribus referendos curavit. Quæ cum potentes ægre ferrent, constituit, ut liberti patronis quædam officia vicissim præstarent. Patriciis autem ei succensentibus, et præter alia illud quoque dicentibus, eum nemine auctore potiri rerum: pro concione **328** multa populo grato locutus effecit, ut statim integrum sibi regnum ab eo decerneretur. Pro quo ut gratiam referret, cum alia plebi donavit, tum nonnullos eorum in senatum legit: qui cum olim plurimis rebus deteriore conditione essent, quam patricii, progressu temporis (interregno et sacerdotiis quibusdam exceptis) par cum illis jus obtinuerunt, neque præter calceos quidquam ab illis diversum habuerunt. Nam patricii calceos urbanos gestarunt, et corrigiarum implexione et forma litteræ adornatos,

A Θ'. Τὴν δὲ τῆς Ῥώμης βασιλείαν ὁ Τούλλιος διεδέξατο, συνεργίᾳ τῆς τοῦ Ταρκυνίου γυναικὸς, Τανακυλλίδος. Τοῦτον δὲ γυνή τις Ὀκρισία καλουμένη, Σερουΐου Τουλλίου (84) ἀνδρὸς Λατίνου εὐνήτειρα ἐν τῷ πολέμῳ ἁλοῦσα, καὶ τῷ Ταρκυνίῳ ἐξαιρεθεῖσα, τέτοκεν, ἢ ἐγκύμων οἴκοθεν οὖσα, ἢ συλλαβοῦσα μετὰ τὴν ἅλωσιν· λέγεται γὰρ καὶ ἀμφότερα. Οὗτος ἐς παῖδας ἤδη τελῶν ἐπὶ δίφρου μεθ' ἡμέραν κατέδαρθε, καὶ πῦρ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς πολὺ ἐδόκει ἐξάλλεσθαι. Ὅπερ ἰδὼν ὁ Ταρκύνιος, διὰ σπουδῆς ἦγε τὸν παῖδα, καὶ εἰς ἡλικίαν ἀφιγμένον τοῖς εὐπατρίδαις καὶ τῇ γερουσίᾳ συνέταξε. Συλληφθέντων οὖν τῶν τοῦ Ταρκυνίου φονέων, μαθοῦσα ἡ ἐκείνου γυνὴ καὶ ὁ Τούλλιος τὴν παρασκευὴν τῆς ἐπιβουλῆς, οὐ φανερὸν αὐτίκα B τὸν τοῦ Ταρκυνίου θάνατον ἔθεντο, ἀλλ' ἀνελόμενοι αὐτὸν ὡς ἔτι ἐμπνέοντα ἐθεράπευον δῆθεν, κἀν τούτῳ πίστεις ἀλλήλοις ἔδοσαν, ὥστε τὸν Τούλλιον τὴν ἀρχὴν εἰληφότα, τοῖς παισὶν αὐτῆς ἀνδρωθεῖσιν ἐκστῆναι ταύτης. Ἐπεὶ δὲ τὸ πλῆθος συνδραμὼν ἐθορύβει, προκύψασα ἐκ τῶν ὑπερῴων ἡ Τανακυλλίς. *Μὴ φοβεῖσθε*, ἔφη, *ὁ γὰρ ἀνήρ μου καὶ ζῇ, καὶ ὑμῖν μετ' ὀλίγον ὀφθήσεται. Ἵνα δὲ αὐτός τε σχολάζων ὑγιασθῇ, καὶ μή τι τοῖς πράγμασιν ἐκ τῆς αὐτοῦ ἀσθενείας εἴη ἐμπόδιον, Τουλλίῳ κατά γε τὸ παρὸν τὴν τῶν κοινῶν ἐπιτρέπει διοίκησιν.* Εἶπεν ἐκείνη ταῦτα. Οἱ δὲ τὸν Τούλλιον οὐκ ἀκουσίως ἐδέξαντο, ἀγαθὸς γὰρ ἀνὴρ ἐδόκει. Ἐγχειρισθεὶς οὖν ἐκεῖνος τὴν τῶν κοινῶν οἰκονομίαν, τὰ πλείω κατ' ἐντολὰς δῆθεν διῴκει τοῦ Ταρκυνίου. C Ὡς δ' ἐν πᾶσιν ἑώρα πειθαρχοῦντας αὐτῷ, τοὺς αὐτόχειρας τοῦ Ταρκυνίου πρὸς τὴν γερουσίαν παρήγαγε, διὰ τὴν ἐπιβουλὴν τάχα· ἔτι γὰρ ζῆν ἐκεῖνον προσεποιεῖτο, καὶ οἱ μὲν καταψηφισθέντες ἀπέθανον. Οἱ δὲ τοῦ Μαρκίου υἱοὶ φοβηθέντες, εἰς Οὐολόσκους (85) κατέφυγον, κἀκεῖνος τότε τόν τε θάνατον τοῦ Ταρκυνίου ἐξέφηνε, καὶ φανερῶς τῆς βασιλείας ἐπείληπτο· καὶ πρῶτον μὲν τοὺς τοῦ Ταρκυνίου παῖδας προὐβάλλετο, ὡς αὐτὸς τὴν ἡγεμονίαν ἐπιτροπεύων· εἶτα πρὸς θεραπείαν τοῦ δήμου ἐτράπετο, ὡς ῥᾷστα μᾶλλον τὸν ὅμιλον ἢ τοὺς εὐπατρίδας ὑποποιησόμενος, χρήματά τε αὐτοῖς ἐδίδου, καὶ γῆν ἑκάστῳ προσένειμε, καὶ τοὺς δούλους ἐλευθεροῦσθαι καὶ φυλετεύεσθαι (86) παρεσκεύασεν. Ἀχθομένων D δ' ἐπὶ τούτοις τῶν δυνατῶν, ἔταξέ τινα τοὺς ἐλευθερωθέντας τοῖς ἐλευθερώσασι σφᾶς ἀνθυπουργεῖν. Ὡς δὲ χαλεπῶς εἶχον οἱ εὐπατρίδαι αὐτῷ, καὶ διεθρόουν ἄλλα τε, καὶ ὅτι μηδενὸς αὐτὸν ἑλομένου τὴν ἀρχὴν ἔχει, συναγαγὼν τὸν δῆμον ἐδημηγόρησε· καὶ πολλὰ ἐπαγωγὰ διαλεχθεὶς αὐτῷ, οὕτω διέθετο, ὡς αὐτίκα πᾶσαν αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἐπιψηφίσασθαι. Ὁ δὲ

Variæ lectiones et notæ.

(83) *Ἐνιαυτούς*. Addunt Reg. et Colb.: Οἱ μὲν τῆς βασιλείας οἱ τοῦ Μαρκίου παῖδες ἐδράξαντο, ἀλλ' ὁ Τούλλιος ταύτην ἔσχε τῇ συνεργίᾳ, etc.

(84) *Ἐπουρίου Τουλλίου*. Sic mss. Legendum forte Σπουρίου, vel potius Σερβίου.

(85) *Οὐολόσχους*. Cod. Colb. Οὐελέσχους.

(86) *Φυλετεύεσθαι*. Sic præter Viennensem, Regii et Colberteus. Alius φυλάττεσθαι perperam habuit.

αὐτοὺς ἀμειβόμενος, ἄλλα τε ἐφιλοτιμήσατο, καὶ ἐς τὸ συνέδριόν τινας αὐτῶν ἐνέγραψεν, οἳ πάλαι μὲν ἐν πλείστοις ἧττον ἔφερον τῶν εὐπατριδῶν. Τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, πλὴν τῆς μεσοβασιλείας καί τινων ἱερωσυνῶν, τῶν ἴσων μετεῖχον τοῖς εὐπατρίδαις, καὶ διέφερον ἄνευ τῶν ὑποδημάτων οὐδέν. Τοῖς γὰρ εὐπατρίδαις τὰ ὑποδήματα ἀστυκὰ, καὶ τῇ τε ἐπαλλαγῇ τῶν ἱμάντων, καὶ τῷ τύπῳ τοῦ γράμματος ἐκεκόσμηντο, ἵν' ἐκ τούτων δοκοῖεν, ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν τῶν κατ' ἀρχὰς βουλευσάντων κατιέναι. Τὸ γράμμα δὲ ῥῶ (87) φασιν εἶναι, ἢ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἑκατὸν ἐκείνων ἀνδρῶν δηλωτικὸν ὂν, ἢ ὡς τοῦ τῶν Ῥωμαίων κατάρχον ὀνόματος. Τὸν μὲν οὖν ὅμιλον οὕτως ὁ Τούλλιος ᾠκειώσατο. Δείσας δὲ μή τις στάσις συμβῇ, τὰ πλεῖστα καὶ ἰσχυρότατα τῶν κοινῶν τοῖς δυνατωτέροις ἐπέτρεψε· καὶ οὕτω σφίσιν αὐτοὶ συνεφρόνησαν, καὶ τὸ δημόσιον διήγαγον ἄριστα. Καὶ πολέμους δέ τινας πρός τε τοὺς Οὐϊέντας, καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς Τυρσηνοὺς ἐπολέμησεν, ἐν οἷς οὐδὲν ἐπράχθη συγγράμματος ἄξιον. Τοὺς Λατίνους δ' ἐπὶ μᾶλλον Ῥωμαίοις βουληθεὶς οἰκειώσασθαι, νεών τινα ἐκ χρημάτων κοινῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ κατασκευάσαι πεποίηκε, καὶ τοῦτον ἀνέθεσαν τῇ Ἀρτέμιδι. Περὶ δὲ τῆς νεωκορίας αὐτοῦ διεφέροντο, κἀν τούτῳ Σαβῖνος ἀνὴρ βοῦν ἦγε περικαλλῆ πρὸς τὴν Ῥώμην, ὡς ἔκ τινος χρησμοῦ θύσων αὐτὴν τῇ Ἀρτέμιδι. Ὁ δὲ χρησμὸς τὸν ἐκείνην θύσαντα ἔλεγε τὴν πατρίδα ἐπαυξήσειν. Τοῦτο δέ τις τῶν Ῥωμαίων μαθὼν, προσῆλθεν αὐτῷ, καὶ πρότερον εἶπε δεῖν ἐν τῷ ποταμῷ ἁγνισθῆναι, καὶ εἰπὼν ἔπεισε, καὶ πείσας ἔλαβε, τὸν βοῦν ὡς φυλάξων, καὶ λαβὼν ἔθυσεν. Ἐκφήναντος δὲ τοῦ Σαβίνου τὸ λόγιον, οἱ Λατῖνοι καὶ τῆς τοῦ ἱεροῦ προστασίας τοῖς Ῥωμαίοις ἐξέστησαν, καὶ ἐς τἆλλα ὡς κρείττονα σφῶν ἐτίμων αὐτούς. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Ὁ Τούλλιος δὲ τοῖς Ταρκυνίοις τὰς θυγατέρας συνῴκισε, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῖς ἀποδώσειν ἐπαγγελλόμενος, ἄλλοτε ἄλλο τι προφασιζόμενος ἀνεβάλλετο. Οἱ δὲ οὐδὲν ὑγιὲς ἐφρόνουν, ἀλλ' ἤχθοντο. Ὁ δ' ἐν οὐδενὶ λόγῳ τού-

A ut a primis senatoribus orti esse viderentur. Litteram autem *R* fuisse tradunt, sive quod ea apud Græcos centenarium numerum significet, sive quod prima nominis Romani sit littera. Plebe sic conciliata, veritus Tullius, ne qua seditio oriretur, plurima et maxima quæque negotia opulentissimis mandavit. Sic inter sese consentientes, rempublicam optime gesserunt. Bella quædam cum Veientibus et cæteris Tyrrhenis omnibus gessit, in quibus nihil accidit memoratu dignum. Cum autem Latinos magis etiam Romanis devincire cuperet, auctor fuit ut communibus sumptibus Romæ fanum Dianæ facerent. Sed cum de antistite controversia esset, Sabinus quidam bovem insignem ex oraculo Dianæ immolaturus adduxit. Cecinerant enim vates, B qui eam immolasset, patriæ suæ opes aucturum esse. Quo Romanus quidam cognito, illi persuasit, ut vivo prius flumine perfunderetur: atque ipse interim acceptam bovem, tanquam asservaturus, mactavit. Oraculo vulgato, Latini Romanis et templi patrocinio cesserunt: et aliis in rebus, ut præstantioribus, honorem habuerunt. Atque hæc hactenus. Tullius autem cum Tarquiniis filias suas despondisset, ac regnum se eis redditurum pollicitus, alias aliud causando procrastinaret: illi moram ægre ferentes, male cogitabant. Quod rege nihil curante, sed Romanos ad democratiam et libertatem magis assuefaciente, Tarquinii magis etiam indignabantur. Ac junior eam molestiam C concoquebat; sed natu major Tullium diutius non ferens, quia uxorem et fratrem suum conatum non probare videbat: uxorem suam ipse, fratrem per illius **329** uxorem veneno tollit; ductaque fratris conjuge, illa adjutrice Tullio insidiatur: et cum multis senatoribus ac patriciis, quibus invisus erat Tullius, conspiratione inita, ex improviso curiam ingreditur, etiam Tullia uxore comitante multaque locutus, eos qui aderant patriæ dignitatis commonefecit, Tullium autem multis probris

Variæ lectiones et notæ.

(87) *Τὸ γράμμα δὲ ῥώ*, etc. Scribit Zonaras, ex Dione, patricios Romanos, quo a cætera plebe dignoscerentur, calceos corrigiarum implexione, et forma litteræ Ῥῶ insignitos induisse: quæ quidem, inquit, centenarium numerum significaret, totidem enim erant patricii, vel quod sit prima littera Romani nominis; quæ quidem minime hic cohærent. Nam patriciorum lunati erant, quos vocabant, calcei, quibus scilicet assuta erat lunula, quod pridem docuere Rosinus, Dempsterus, Salmasius ad Pollionem, et ad Inscriptionem Herodis, Benedictus Balduinus in *Calceo antiquo*, et alii criticorum filii; quæ quidem lunula formam refert characteris Latini C, quo centenarius numerus effingi solet, ita ut patriciorum centenarium numerum in calceis adumbrare potuerit. At quod Zonaras de littera Ῥῶ hic commentatur, prorsus absurdum est, quod alii notarunt, cum nusquam P littera Græca calceis patriciorum afflicta fuerit, neque primum vocis Romæ elementum retulerit. Unde jure idem Balduinus cap. 9, quod hic de littera P habetur, superfluum glossema, et a quodam Græculo in textum Zonaræ immistum esse arbitratur; nisi ipsemet Zonaras, non intellecto, quem exscribebat, Dione, erraverit; quod licet existimare, cum id ipsum præ- D ferant codices omnes mss. Scripserat nempe Dio litteram C in patriciorum calceis centenarium effingere (quod scribit Isidorus lib. XIX cap. 14); addideratque idem valere quod Ῥῶ apud Græcos; quemadmodum Joannes Gazensis in libro *Περὶ ἀρχαιολογίας*, ait Numam regem ἐν τοῖς ὑποδήμασι Ῥωμαίων τῶν πατρικίων τυποῦσθαι τὸ Ῥωμαϊκὸν Κάππα, ὃ παρὰ τοῖς Ἕλλησίν ἐστι *Ῥῶ*, etc. Nam Romanum Κάππα est C Latinum, eumdemque numerum refert quod P apud Græcos. Cod. Reg. 2431, fol. 212: Περὶ τοῦ ἀξιώματος τοῦ Ἐπάρχου· Ὁ Ἔπαρχος παρὰ Ῥωμαίοις, καὶ ἱερεὺς ἦν, καὶ πρῶτος τῆς βουλῆς, ἐπεὶ οὖν βουλευταὶ ἦσαν ἑκατὸν, οὗτος δὲ ὁ ἀριθμὸς διὰ τοῦ *Κάππα* τοῦ Ῥωμαϊκοῦ χαρακτηρίζεται: τούτου χάριν τὸ Κάππα σχῆμα φέρει αὐτῶν ὑπόδημα, ἐξ οὗ ὀνομάζεται Καππάριον, οἷον οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος τῶν ἑκατὸν τῆς βουλῆς. Adde Suidam in v. Χλαμύς.

affecit. Qui cum trepido nuntio excitatus sermoni interveniseet, atque aliquid dixisset, Tarquinius senem medium arripit, elatumque e curia, in inferiorem partem per gradus dejicit. Ille ad Tarquinii audaciam, eoque magis quod ab omnibus destitutus esset, consternatus, nihil amplius neque dixit, neque fecit. Tarquinius vero statim regnum a patribus accepit, et per quosdam Tullium domum se recipientem sustulit. At ejus filia maritum in curia deosculata, regem salutavit: atque in regiam abiens, per patris corpus carpentum egisse fertur. Sic Tullius rempublicam administravit, sic vitam finiit, cum annos XLIV regnasset.

A τους πηποίητο, καὶ τοὺς Ῥωμαίους πρὸς τὸ δημοκρατικὸν ἐνῆγε καὶ τὸ ἐλεύθερον. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπὶ τούτοις ἤσχαλλον οἱ Ταρκύνιοι. Ἀλλ' ὁ μὲν νεώτερος, κἂν ἐχαλέπαινεν, ἔφερε, τῷ δὲ χρόνῳ προήκοντι οὐκέτι τοῦ Τουλλίου ἐδόκει ἀνέχεσθαι. Ἐπεὶ δὲ μὴ συνευδοκοῦσαν εὕρισκε τὴν γυναῖκα, καὶ τὸν ὁμαίμονα, αὐτὸς μὲν τὴν γυναῖκα, τὸν δ' ἀδελφὸν διὰ τῆς γυναικὸς ἐκείνου φαρμάκοις ἀνεῖλε, καὶ συναφθεὶς τῇ συνεύνῳ τοῦ ἀδελφοῦ, τῷ Τουλλίῳ σὺν αὐτῇ ἐπεβούλευε. Καὶ πολλοὺς τῶν τε βουλευτῶν καὶ τῶν εὐπατριδῶν αἰτίας ἔχοντας κατὰ τοῦ Τουλλίου πείσας συνάρασθαί οἱ, ἐξαπιναίως μετ' αὐτῶν εἰς τὸ συνέδριον παραγέγονεν, ἑπομένης αὐτῷ καὶ τῆς γυναικὸς Τουλλίας· καὶ πολλὰ μὲν εἶπε, τῆς τοῦ πατρὸς ἀξίας τοὺς παρόντας ἀναμιμνήσκων, πολλὰ δ' ἀπέσκωψε πρὸς τὸν Τούλλιον. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ταῦτα μαθὼν ἐπέστη σπουδῇ, καί τι δὴ καὶ ἐφθέγξατο, συνήρπασεν αὐτὸν, καὶ ἐξάρας ὦσε κατὰ τῶν πρὸ τοῦ βουλευτηρίου ἀναβαθμῶν. Καὶ ὁ μὲν ταραχθεὶς πρὸς τὴν τοῦ Ταρκυνίου τόλμαν, καὶ ὅτι οὐδέ τις αὐτῷ ἐπεκούρησεν, οὔτ' εἶπεν ἔτι οὐδὲν οὔτ' ἐποίησε. Ταρκύνιος δὲ τήν τε βασιλείαν εὐθὺς παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβε. Καὶ πέμψας τινὰς, τὸν Τούλλιον κομιζόμενον οἴκαδε διεχρήσατο. Ἡ δὲ θυγάτηρ ἐκείνου τὸν ἄνδρα ἐν τῷ βουλευτηρίῳ καταφιλήσασα, καὶ βασιλέα προσαγορεύσασα, καὶ ἀπιοῦσα πρὸς τὰ βασίλεια, τὸ ὄχημα κατὰ τοῦ νεκροῦ τοῦ πατρὸς ὡς εἶχεν ἐπήλασεν. Οὕτω μὲν οὖν ὁ Τούλλιος ἦρξε, καὶ οὕτως ἀπέθανε, βασιλεύσας τέσσαρας ἐνιαυτοὺς ἐπὶ τεσσαράκοντα.

X. Tarquinius regno suscepto, Romuli more armatis corpus circumsepsit: quibus et noctu et interdiu, domi et foris usus est. Nam quod ipse erga socerum, uxor erga patrem ita se gessissent, timuit ne a seipso adversus se exemplum caperetur. Jam quia metu regnum tutandum erat, potentissimos senatores et cives comprehensos occidebat: alios palam, quibus aliquid crimini dare poterat, alios clam: nonnullos in exsilium mittebat. Neque vero Tullii studiosos duntaxat, sed etiam tyrannidis suæ adjutores perdidit. Ita optimis quibusque senatorii et equestris ordinis sublatis, cum se omni populo invisum esse crederet, statuit nullos in patres legere: sed senatum penitus tollere aggressus, neque ullum senatorem substituit: neque cum iis qui restabant, quidquam quod alicujus momenti esset, communicavit. Quamvis enim eos convocaret, non tamen ideo faciebat, ut alicujus rei gerendæ adjutores essent: sed ut visa eorum paucitate, ab omnibus contemnerentur: pleraque vero per se aut filios administrabat. Fuit aditu affatuque difficilis, superbia et crudelitate ex æquo erga omnes **330** usus: ac more tyrannico tam ipse, quam liberi ejus cum omnibus egerunt. Quamobrem satellitibus etiam diffisus, conciliataque sibi Latinorum custodia, et in Romanorum ordines inserta, id spectavit, ut Latinos Romanis æquatos, suo sibi beneficio obstrictos haberet, et Romanos adjunctis exteris minus formidaret. Gabinos, armis infeliciter adortus, dolo superavit. Nam Sextum filium transfugere Gabios jussit: cujus facti ut justam habere causam videretur, patrem aperte ut tyrannum et fœdifragum est insectatus, atque a patre vicissim flagris cæsus. Deinde cum ex composito ad Gabinos cum pecuniis et sociis transfugisset, illi ut ei commento crederent, et Tarquinii crudelitate, et multis Sexti veris

B Γ'. Ὁ Ταρκύνιος δὲ τὴν βασιλείαν παρειληφὼς, δορυφόρους κατὰ Ῥωμύλον ἑαυτῷ περιέστησε, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν αὐτοῖς καὶ οἰκουρῶν καὶ ἀγοράζων ἐκέχρητο. Ἐξ ὧν γὰρ αὐτὸς εἰς τὸν κηδεστὴν, καὶ ἡ γυνὴ πρὸς τὸν πατέρα ἐποίησαν, καὶ τοὺς λοιποὺς ἐδεδίεσαν. Ἐπεὶ δὲ ὡς τυραννήσων παρεσκευάσατο, τοὺς δυνατωτάτους τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἄλλων συλλαμβάνων ἐκτίννυεν, οἷς μὲν αἰτίαν εἶχεν ἐπενεγκεῖν, φανερῶς ἀναιρῶν, οὓς δὲ λάθρα, ἐνίους δέ γε καὶ ὑπερώριζεν. Οὐ γὰρ τοὺς τῷ Τουλλίῳ προσκειμένους μόνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸς τὴν μοναρχίαν συναραμένους αὐτῷ προσαπώλλυε. Καὶ οὕτω τὸ κράτιστον τῆς βουλῆς, καὶ τῆς ἱππάδος ἀνάλωσε, μισεῖσθαί τε ὑπὸ παντὸς τοῦ δήμου ἐπίστευε. Διὸ οὐδὲ ἀντικαθίστη τὸ παράπαν C ἀντὶ τῶν ἀπολλυμένων τινὰς, ἀλλὰ καὶ τὴν γερουσίαν καταλῦσαι παντελῶς ἐπιχειρήσας, οὔτε ἀντεισῆγεν ἐς αὐτὴν οὐδένα, οὔτε τοῖς οὖσιν ἐπεκοίνου τι λόγου ἄξιον. Συνεκάλει μὲν γὰρ αὐτοὺς, οὐ μὴν ὥστε τι τῶν ἀναγκαίων συνδιοικεῖν, ἀλλ' ἵνα δήλη αὐτῶν ἡ βραχύτης γίνοιτο ἅπασι, κἀντεῦθεν καταφρονοῖντο. Τὰ δὲ πλεῖστα καθ' ἑαυτὸν, ἢ καὶ μετὰ τῶν υἱέων ἔπραττε. Δυσπρόσιτός τε καὶ δυσπροσήγορος ἦν καὶ τῇ ὑπεροψίᾳ καὶ τῇ ὠμότητι ὁμοίως ἐχρῆτο πρὸς ἅπαντας, καὶ τυραννικώτερον αὐτός τε καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ προσεφέροντο ἅπασι. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ τοὺς δορυφόρους ὑπόπτους ἔχων, ἐκ τῶν Λατίνων προσηταιρίσατο δορυφορικὸν, καὶ ἐς τὰς τῶν Ῥωμαίων τάξεις Λατίνους ἐνέμιξεν, ἵνα οἱ μὲν Λατῖνοι ἰσομοιρίας τοῖς Ῥωμαίοις τυχόντες, εὔ- D νοιαν αὐτῷ ἐντεῦθεν ὀφείλωσι, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἧττον ἐκφοβῶσιν αὐτὸν, μηκέτι κατὰ σφᾶς ὄντες, ἀλλὰ τοῖς Λατίνοις συνοπλιτεύοντες. Γαουΐνοις δὲ μάχην συνῆψε, καὶ κακῶς μὲν ἠγωνίσατο, δόλῳ δὲ αὐτοὺς ἐχειρώσατο. Αὐτομολῆσαι γὰρ αὐτοῖς Σέξτῳ ὑπέθετο τῷ υἱῷ· ἵνα δ' εὐπρόσωπος αὐτῷ τῆς αὐτομολίας πρόφασις γένηται, ἐκεῖνος μὲν φανερῶς

A τὸν πατέρα ὡς τύραννον καὶ παράσπονδον ἐλοιδόρησεν. Ὁ δὲ τὸν υἱὸν ἐμαστίγωσέ τε καὶ ἀντημύνατο, εἶτα κατὰ συνθήκας πρὸς Γαουΐνους ἐψευδαυτομόλησε, χρήματά τε καὶ ἑταίρους παρειληφώς. Οἱ δὲ πιστεύσαντες τῇ σκηνῇ διά τε τὴν τοῦ Ταρκυνίου ὠμότητα, καὶ ὅτι τότε πολλὰ καὶ ἀληθῆ τὸν πατέρα ἐκακηγόρει, κἀντεῦθεν ἐκπεπολεμῶσθαι αὐτῷ ἐδόκει, ἐδέξαντό τε αὐτὸν ἀσμενέστατα, καί τινας ἐπελεύσεις κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς χώρας σὺν αὐτῷ ἐποιήσαντο, καὶ οὐ μετρίως αὐτῇ ἐλυμήναντο. Διὰ ταῦτα γοῦν καὶ ὅτι καὶ χρήματα ἰδίᾳ τέ τισι παρεῖχε, καὶ ἐς τὸ κοινὸν ἀνήλισκε δαψιλῶς, ἡρέθη παρ' αὐτῶν στρατηγὸς, καὶ τὴν τῶν πολιτικῶν ἐν αὐτοῖς πραγμάτων ἐπετράπη διοίκησιν. Ἐπὶ τούτοις λάθρα πέμψας τινὰ, τὰ συμβάντα τε ἐγνώρισε τῷ πατρὶ, B καὶ πρὸς τὸ μέλλον γνώμην ᾔτησεν ἐξ αὐτοῦ. Ὁ δὲ εἶπε μὲν τῷ πεμφθέντι οὐδὲν, ἵνα μὴ ἴσως γνωσθεὶς, ἑκών τι ἢ ἄκων ἐξείποι. Εἰς δὲ κῆπον εἰσαγαγὼν αὐτὸν, ἐν ᾧ μήκωνες ἦσαν, τὰς κωδύας (87*) αὐτῶν τὰς ὑπερεχούσας ῥάβδῳ κατέκλασε, καὶ εἰς γῆν κατεστόρησε, καὶ οὕτω τὸν ἀγγελιαφόρον ἀπέπεμψε. Καὶ ὁ μὲν τὸ πραχθὲν τῷ Σέξτῳ ἀπήγγειλεν, ἀσυνέτως ἔχων τῆς πράξεως. Ὁ δὲ τὸν νοῦν συνῆκε τῆς ὑποθέσεως, καὶ τοὺς ἀξιολογωτέρους τῶν Γαουΐνων τοὺς μὲν λάθρα φαρμάκοις διέφθειρε, τοὺς δὲ διά τινων δῆθεν λῃστῶν, ἄλλους δὲ ἐκ δικαστηρίων ἀπέκτεινε, συκοφαντίας κατ' αὐτῶν πρὸς τὸν πατέρα προδοσίας πλαττόμενος. Ὅμοιον δέ τι τούτῳ καὶ ὁ Ἡρόδοτος (88) ἱστορεῖ. Περίανδρον γὰρ τὸν Κυψέλου τύραννον Κορίνθου γενόμενον φησὶ πρὸς C Θρασύβουλον τὸν Μιλήτου τύραννον διαπέμψασθαι πυνθανόμενον, ὅπως αὐτῷ τὰ τῆς ἀρχῆς ἀσφαλῶς ἕξει. Τὸν δὲ Θρασύβουλον τῷ ἀπαγγείλαντι ταῦτα μηδὲν ἀποκρίνασθαι· ἀπαγαγόντα δ' εἰς λήϊον, τῶν ἀσταχύων τοὺς ὑπερέχοντας ἐκτέμνειν τε καὶ ῥιπτεῖν, καὶ οὕτως ἀποπέμψαι τὸν ἐσταλμένον. Τὸν δὲ ἐπανελθόντα, καὶ τὴν τοῦ Θρασυβούλου συμβουλὴν ἐρωτώμενον, εἰπεῖν, εἰς παραπλῆγα πεμφθῆναι, καὶ διηγεῖσθαι ὅσα ἐκεῖνος ἐποίησε, μή τι πρὸς ὃ ἠρωτήθη φθεγξάμενος· τὸν δέ γε Περίανδρον συνεικέναι τὸν τοῦ Θρασυβούλου λογισμὸν, καὶ τοὺς ὑπερέχοντας τῶν Κορινθίων ἅπαντας ἀπολέσαι. Καὶ ὁ Σέξτος οὖν οὕτω τοὺς Γαουΐνους μετῆλθε, καὶ τοὺς μὲν κρείττους ἀπώλλυε, τῷ πλήθει δὲ τὰ σφῶν διένεμε χρήματα. Καὶ μετὰ τοῦτο τῶν μὲν διαφθαρέντων ἤδη, τῶν δὲ λοιπῶν ἠπατημένων, καὶ πάντα πιστευόντων αὐτῷ, μετὰ τῶν αἰχμαλώτων Ῥωμαίων, καὶ τῶν αὐτομόλων, οὓς πολλοὺς διὰ τοῦτο συνήθροισε, κατέσχε τὴν πόλιν, καὶ τῷ πατρὶ παραδέδωκε. Καὶ ὃς ἐκείνης τῷ υἱῷ παρεχώρησεν, αὐτὸς δὲ πρὸς ἄλλα ἐπολέμησεν ἔθνη.

in patrem maledictis adducebantur : a quo cum eum hostili odio dissidere crederent, hominem benignissime susceperunt, et aliquot cum eo in Romanum agrum impressiones magna clade illata fecerunt. His igitur de causis, et quod pecuniam aliquibus privatim dabat, et in publicum liberaliter conferebat, dux ab eis creatus est, urbanarum etiam rerum administratione commissa. Posthæc, per quemdam patri statum rerum suarum nuntiat, quid se facere velit, sciscitatur. Ille vero nihil respondet nuntio, ne cognitus vel volens vel invitus arcanum prodat : sed in hortum ædium transit, sequente illo, et summa papaverum capita baculo decutit, itaque nuntium dimitit : qui re non intellecta, quid actum esset, Sexto renuntiat. Is vero animadverso patris consilio, Gabinorum primores partim clam veneno sustulit, partim per sicarios interfecit : alios in judicio calumniis oppressos, quasi urbem patri suo prodere vellent, amovit. Simile quiddam Herodotus de Periandro Cypseli filio, Corinthi tyranno, scribit : qui cum a Thrasibulo Mileti tyranno consilium firmandi imperii petiisset, Thrasybulum nuntio voce nihil respondisse : sed eo in segetem deducto, culmis eminentioribus resectis et abjectis, hominem dimisisse. Qui reversus, deque illius consilio rogatus, dixerit, se ad hominem emotæ mentis esse missum, neque enim ad interrogata quidquam **331** respondisse, ac quid ille fecisset, narrarit : at Periandrum, intellecta Thrasybuli ratione, omnes Corinthiorum principes sustulisse. Ad eumdem modum Sextus etiam cum Gabinis egit : et melioribus occisis, eorum pecunias vulgo distribuit. Deinde illis deletis, reliquis deceptis, et omnia credentibus, cum Romanis captivis et transfugis, quos ea de causa multos coegerat, urbem occupavit, patrique tradidit. Sed is, ea filio concessa, cum aliis populis bellum gessit.

ΙΑ'. Τοὺς δὲ τῆς Σιβύλλης χρησμοὺς Ῥωμαίοις D καὶ ἄκων προσεποιήσατο. Γυνὴ γάρ τις θεόμαντις, ἣν Σιβύλλαν ὠνόμαζον, ἐς τὴν Ῥώμην ἐλήλυθε, βιβλία τρία ἢ ἐννέα φέρουσα, καὶ ταῦτα πρίασθαι τῷ Ταρκυνίῳ ἐδίδου, καὶ τὴν τιμὴν τῶν βιβλίων ὡρίσατο. Ἐκείνου δὲ μὴ προσεσχηκότος αὐτῇ, τὸ ἓν ἢ τὰ τρία τῶν βιβλίων κατέκαυσεν. Ὡς δ' αὖθις κατωλιγώρει αὐτῆς ὁ Ταρκύνιος, κἀκ τῶν λοιπῶν ὁμοίως διέφθειρε. Μελλούσης δὲ καὶ τὰ ἔτι λοιπὰ καταφλέξειν, ἠνάγκασαν αὐτὸν οἱ οἰωνισταὶ, τὰ γοῦν σωζόμενα πρίασθαι. Καὶ ὠνήσατο ταῦτα, ὅσου τὰ

XI. Cæterum oracula Sibyllina vel invitus populo Romano comparavit. Mulier enim quædam fatidica, quam Sibyllam nominabat, Romam, III aut IX libros allatos, Tarquinio certo pretio venales, proposuit. Illo vero eam negligente, vel unum vel tres libros exussit. Ut iterum a rege despecta est, ex reliquis totidem abolevit. Cum autem eos etiam qui restabant crematura esset, augures eum reliquos emere coegerunt : idque tanti, quanti universos parare potuisset. Eos libros duobus senatoribus asservandos tradidit : quique scripta

Variæ lectiones et notæ.

(87*) *Κωδύας*. Vide Henric. Valesium ad Harpocrationem, pag. 301, ubi de hac voce.
(88) *Ἡρόδοτος*. Lib. I, p. 9.

illa non satis assequerentur, duos viros e Græcia mercede accersiverunt, qui eos legerent, atque interpretarentur. Finitimi autem cognoscendi avidi, quid iis libris contineretur, altero custodum M. Aquilio largitionibus corrupto, quædam transcripserunt. Quo facinore cognito, Marcus culeo insutus, atque submersus est. Id supplicii genus post in parricidis observatum : ut neque terra, neque aqua, neque sol eorum morte inquinaretur. Templum in monte Tarpeio ex patris voto ædificavit. Cum vero terra ad fundamenta jacienda effoderetur, viri recens mortui capite invento, quod sanguis nondum destituerat, Romani Tyrrhenum vatem percontati sunt, quid portenderet? At ille id signum in Tyrrheniam translaturus, certum in terra spatium designavit : in eoque Romæ situ et Tarpeio monte iucluso, legatos rogavit, *An ea Roma esset ? an is mons esset ? an caput ibi inventum esset*|? ut illis nihil suspicantibus, et ita esse affirmantibus, illius portenti vis in eum locum, in quo descriptio facta esset, transferretur. Sed **332** legati ab illius filio fraudem prius edocti, cum rogarentur : *Non hic*, inquiunt, *Roma colitur, sed in Palatio : et mons Romæ est, et caput in monte illo inventum est*. Vatis calliditate hac ratione elusa, omnem veritatem didicerunt, et civibus suis renuntiarunt, eos fore potentissimos, et plurimis imperaturos. Igitur hæc quoque res fiduciam illorum auxit, et mons ex eo Capitolium est appellatus. Quia vero Tarquinius ad templi exædificationem pecunia agebat, Ardeatibus illato bello, neque pecuniam acquisivit, et regno excidit. Quæ calamitas ex prodigiis est præsignificata. Nam et vultures ex hortis ejus pullos aquilarum expulerunt : et anguis ingens e conclavi, in quo cum amicis convivabatur, et ipsum et convivas fugavit. Iis de causis Titum et Aruntem filios, Delphos misit. Quibus cum Apollo respondisset, tum eum imperium amissurum, cum canis humana voce loqueretur, spe bona sibi blanditus est, nunquam id oraculum eventurum ratus. Erat autem L. Junius, sororis Tarquinii filius, cujus patrem et fratrem tyrannus sustulerat. Is vitæ suæ timens, stultitiam simulavit, cujus numine tutior esset : unde Bruti nomen est adeptus, quod fatuum significat. Ob eam stultitiæ simulationem a Tarquiniis Delphos ductus, ludibrium verius quam comes : etsi profitebatur se deo baculum dono laturum, in quo cum nihil appareret boni, ea quoque de causa ridebatur. Verum ea re per ambages effigiem quamdam ingenii sui repræsentabat. Nam eo excavato, clam aurum infuderat : ut ostenderet, ingenium quoque suum integrum et honorabile sub ignominioso stultitiæ velamento delitescere. Adolescentibus porro interrogantibus, quis patri successurus esset ? Respondit deus, eum qui matrem prius oscularetur, rerum potiturum. Quo Brutus intellecto, terram, quasi fortuito prolapsus, deosculatus est, quam communem omnium matrem esse recte judicavit. Idem Brutus Tarqui-

A πάντα κτήσασθαι ἔμελλε, καὶ δύω βουλευταῖς ἀνδράσι φυλάσσειν παρέδωκεν. Ὡς δ' οὐ πάνυ τῶν γεγραμμένων συνίεσαν, εἰς τὴν Ἑλλάδα στείλαντες, δύω ἄνδρας ἐκεῖθεν μισθοῦ ἤγαγον, τοὺς ἀναγνωσομένους ταῦτα καὶ ἑρμηνεύσοντας. Οἱ δὲ περίοικοι μαθεῖν ἐθελήσαντες, ὅ τι ποτὲ τὸ διὰ τῶν βιβλίων εἴη δηλούμενον, τὸν ἕτερον τῶν φυλασσόντων αὐτὰ Μάρκον Ἀκίλλιον χρήμασιν ἀναπείσαντες, μετεγράψαντό τινα. Γνωσθέντος δὲ τοῦ ἔργου, ὁ Μάρκος δύω βύρσαις συῤῥαφείσαις ἐμβληθεὶς, κατεποντώθη, ὃ ἐξ ἐκείνου μετέπειτα κατὰ τῶν πατροκτόνων ἐπεκράτησε γίνεσθαι, ἵνα μήτε ἡ γῆ, μήτε τὸ ὕδωρ, μήτε ὁ ἥλιος μιανθῇ αὐτοῦ θνήσκοντος. Τὸν δὲ νεὼν τὸν ἐν τῷ Ταρπείῳ ὄρει κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς εὐχὴν ᾠκοδόμει. Τῆς δὲ γῆς εἰς τὴν τῶν θεμε- B λίων καταβολὴν ἀναῤῥηγνυμένης, ἀνδρὸς νεοθνῆτος κεφαλὴ ἀνεφάνη ἔναιμος ἔτι. Ἔπεμψαν οὖν Ῥωμαῖοι πρὸς ἄνδρα Τυρσηνὸν τερατοσκόπον, ἐρωτῶντες τὸ διὰ τοῦ |φανέντος δηλούμενον. Ὁ δὲ τὸ σημεῖον εἰς τὴν Τυρσηνίδα μεταθεῖναι μηχανησάμενος, διάγραμμα ἐπὶ τῆς γῆς ἐποιήσατο, καὶ εἰς αὐτὸ τήν τε τῆς Ῥώμης θέσιν ἐντείνας, καὶ τὸ Ταρπεῖον ὄρος, ἔμελλε τοὺς πρέσβεις ἀνερέσθαι, *Ἡ Ῥώμη αὕτη ἐστί ; τὸ ὄρος τοῦτό ἐστι ; ἡ κεφαλὴ ἐνταῦθα εὑρέθη ;* Ἵν' ἐκείνων μηδὲν ὑποτοπησάντων καὶ συμφησάντων ἡ δύναμις τοῦ σημείου εἰς τὸ χωρίον, ἐν ᾧ διεγέγραπτο, μετασταίη. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἐτεχνήσατο· οἱ δὲ πρέσβεις παρὰ τοῦ υἱέος ἐκείνου μαθόντες τὸ τέχνασμα, ἐρωτώμενοι· *Οὐκ* C *ἐνταῦθα οἰκεῖται ἡ Ῥώμη, ἀλλ' ἐν τῷ Παλατίῳ, καὶ τὸ ὄρος ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐστὶ, καὶ ἡ κεφαλὴ ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ εὑρέθη*. Οὕτω δὲ τῷ τερατοσκόπῳ διακρουσθέντος τοῦ μηχανήματος, πᾶσαν ἐκεῖνοι τὴν ἀλήθειαν ἔμαθον, καὶ τοῖς πολίταις ἀνήγγειλαν, ὅτι κράτιστοι ἔσονται, καὶ πλείστων ἄρξουσιν. Ἐλπὶς οὖν κἀκ τούτου αὐτοῖς προσεγένετο, κἀντεῦθεν τὸ ὄρος μετωνομάσθη παρ' αὐτῶν Καπιτώλιον· Καπίτα γὰρ τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ ἡ κεφαλὴ ὀνομάζεται. Δεηθεὶς δὲ χρημάτων εἰς τὴν οἰκοδομὴν ναοῦ ὁ Ταρκύνιος, Ἀρδεάταις ἐπήνεγκε πόλεμον, ὅθεν οὔτε χρήματα προσεκτήσατο, καὶ τῆς βασιλείας ἐξέπεσε. Γεγόνασι δ' αὐτῷ καὶ σημεῖά τινα δηλωτικὰ τῆς ἐκπτώσεως. Ἔκ τε γὰρ τοῦ κήπου αὐτοῦ γῦπες νεοσσοὺς ἐξήλασαν ἀετῶν· καὶ ἐξ ἀνδρῶνος, D ἐν ᾧ συνειστιᾶτο φίλοις, ὄφις μέγας ἐπιφανεὶς αὐτόν τε καὶ τοὺς συσσίτους ἐξέβαλε. Διά τοι ταῦτα ἐς Δελφοὺς Τῖτόν τε καὶ Ἀῤῥοῦντα τοὺς υἱοὺς ἔπεμψε. Τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος χρήσαντος τότε τῆς ἀρχῆς ἐκπεσεῖσθαι αὐτὸν, ὅτε κύων ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρήσαιτο, ἀγαθαῖς ἐλπίσιν ᾐώρητο, μὴ οἰηθεὶς ποτε γενέσθαι τὸ μάντευμα. Ἦν δὲ Λούκιος Ἰούνιος ἀδελφῆς τοῦ Ταρκυνίου υἱὸς, οὗ τὸν πατέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν ὁ Ταρκύνιος ἔκτεινεν. Οὗτος οὖν, καὶ περὶ ἑαυτῷ δεδοικὼς, μωρίαν προσεποιήσατο, ταύτην ἑαυτοῦ προστησάμενος σώτειραν. Διὸ καὶ Βροῦτος ἐπεκλήθη· τοὺς γὰρ εὐήθεις οὕτω τοῖς Λατίνοις ἔθος καλεῖν. Πλαττόμενος οὖν τὸν μωραίνοντα, τοῖς τοῦ Ταρκυνίου παισὶν εἰς Δελφοὺς ἀπιοῦσι συμπαρελήφθη ὡς ἄθυρμα. Ὁ δὲ καὶ ἀνάθημα φέρειν ἔλεγε τῷ Θεῷ· τὸ δ'

Ϛʹ. Οἱ Ῥωμαῖοι δὲ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ πυθόμενοι, ἀνεθάρσησαν, καὶ πρὸς ἄμυναν τῶν ἐπικαλεσαμένων αὐτὸν ἐτράπησαν· καὶ τοὺς Ταραντίνους εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπερθέμενοι, εἰσέβαλον εἰς τὸ Σάμνιον μετὰ ὑπάτων τοῦ Ῥουφίνου καὶ τοῦ Ἰουνίου, καὶ τήν τε χώραν ἐπόρθουν, καὶ τείχη τινὰ ἐκλειφθέντα ἔλαβον. Οἱ γὰρ Σαμνῖται εἰς τὰ ὄρη τὰ Κρανιτὰ (15) λεγόμενα, ὅτι κρανίαν πολλὴν ἔχουσι, τά τε φίλτατα καὶ τὰ τιμιώτατα ἀνεκόμισαν. Καταφρονήσαντες οὖν οἱ Ῥωμαῖοι, εἰς τὰ εἰρημένα ὄρη ἀναβῆναι ἐτόλμησαν. Δασέων οὖν αὐτῶν, καὶ δυσπροβάτων ὄντων, πολλοὶ μὲν ἀπέθανον, πολλοὶ δὲ καὶ ἑάλωσαν. Οἱ δ' ὕπατοι οὐκέτι κοινῇ τὸν πόλεμον ἐποιήσαντο, ἀλλήλοις αἰτιώμενοι διὰ τὸ ἀτύχημα, ἀλλ' Ἰούνιος μὲν ἐδῄου μέρος τι τῆς Σαμνίτιδος, Ῥουφῖνος δὲ Λευκανοὺς καὶ Βρεττίοις ἐλυμήνατο, καὶ ἐπὶ Κρότωνα ὥρμησεν ἀποστάντα Ῥωμαίων, μεταπεμψαμένων αὐτὸν τῶν ἐπιτηδείων, φθασάντων δὲ τῶν λοιπῶν ἐπαγαγέσθαι παρὰ τοῦ Μίλωνος φρουράν, ἧς ἦρχε Νικόμαχος. Ἀγνοήσας οὖν τοῦτο, καὶ ἀμελῶς τοῖς τείχεσι προσιὼν ὡς πρὸς φίλους, ἔπταισεν, ἐξαίφνης ἐπεκδραμούντων αὐτῷ· εἶτά τι ἐπινοήσας στρατήγημα, τὴν πόλιν εἷλε. Δύω γὰρ ἄνδρας ψευδαυτομόλους αἰχμαλώτους ἐς τὸν Κρότωνα ἔπεμψε· τὸν μὲν εὐθὺς λέγοντα ὅτι, ἀπεγνωκὼς τὴν ἅλωσιν αὐτῶν, ἐς τὴν Λοκρίδα προδιδομένην αὐτῷ μέλλει ἀπαίρειν· τὸν δ' ἕτερον μετὰ τοῦτο, ὡς ἐν ὁδῷ ἐστι διαβεβαιούμενον. Καὶ γὰρ ἵνα πίστιν ἔχῃ λόγος, ἀνεσκευάσατο, καὶ προσεποιεῖτο ἐπείγεσθαι. Ὁ γοῦν Νικόμαχος πιστεύσας τούτοις (καὶ οἱ κατάσκοποι γὰρ τὰ αὐτὰ ἀνήγγελλον), τὸν Κρότωνα λιπών, ἐς τοὺς Λοκροὺς ἀπῄει σπουδῇ δι' ἐπιτομωτέρας ὁδοῦ. Καὶ ἐν τῇ Λοκρίδι γενομένου αὐτοῦ, ὁ Ῥουφῖνος ὑπέστρεψε πρὸς τὸν Κρότωνα, καὶ λαθὼν διά τε τὸ ἀπροσδόκητον, καὶ δι' ὁμίχλην τότε συμβᾶσαν, εἷλε τὴν πόλιν. Μαθὼν δὲ τοῦτο Νικόμαχος, ἀπῄει εἰς Τάραντα· καὶ ἐν τῇ ὁδῷ τῷ Ῥουφίνῳ περιπεσών, πολλοὺς ἀπέβαλε, καὶ οἱ Λοκροὶ τοῖς Ῥωμαίοις προσεχώρησαν. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Ῥωμαῖοι ἐστράτευσαν εἰς τὸ Σάμνιον, καὶ ἐς Λευκανίδα, καὶ Βρεττίοις ἐπολέμησαν. Ὁ δὲ Πύῤῥος τῆς Σικελίας ἐκπεσών, καὶ ἐπανελθὼν ἤδη, δεινῶς αὐτοὺς ἐλύπει, καὶ τοὺς μὲν Λοκροὺς ἐκομίσατο (τὴν γὰρ φρουρὰν τῶν Ῥωμαίων ἀποκτείναντες μετέστησαν) ἐπὶ δὲ τὸ Ῥήγιον στρατεύσας ἀπεκρούσθη, καὶ αὐτὸς ἐτρώθη, καὶ πλείστους ἀπέβαλε. Μεταστὰς δὲ εἰς τὴν Λοκρίδα, καὶ τῶν αὐτῷ ἐναντία φρονησάντων δικαιώσας τινάς, παρὰ τῶν λοιπῶν σῖτον καὶ χρήματα ἔλαβε, καὶ εἰς Τάραντα ἀνεκομίσθη. Κακῶς δὲ πάσχοντες ἀπὸ Ῥωμαίων οἱ Σαμνῖται, ἐξαναστῆναι αὐτὸν ἐποίησαν. Ἐλθὼν δὲ εἰς ἐπικουρίαν αὐτῶν, ἐτράπη. Τρωθέντος γὰρ πώλου ἐλέφαντος, καὶ ἀποσεισαμέ-

VI. Romani vero per ejus absentiam confirmatis animis, ad ultionem eorum, a quibus accersitus fuerat, conversi, Tarentinorum vindicta in aliud tempus dilata, Rufini et Junii consulum ductu et auspiciis Samnium invaserunt: agrisque vastatis, castella quædam ab incolis deserta occuparunt. Samnites enim in montes Cranitas, qui a cornorum frequentia sic dicuntur, charissima pignora, et pretiosissima quæque contulerunt. Romanis igitur per contemptum eos montes conscendere ausis, asperos atque arduos, multi occubuerunt, multi capti sunt. Ejus cladis culpam consules alter in alterum conferentes, de communi sententia bellum gerere destiterunt. Ac Junius partem Samniticæ ditionis vastavit: Rufinus Lucanos et Bruttios afflixit: et ad Crotonem recuperandam profectus est, quæ defecerat a Romanis, accersitus a familiaribus suis. Sed cæteri ante adventum ejus, præsidium, cui Nicomachus præerat, a Milone accersiverant. Cujus rei ignarus, cum, ut ad amicorum mœnia negligentius accessisset, subita hostium eruptione cladem accepit: deinde arte quadam urbe potitus est. Duos enim captivos, transfugarum titulo Crotonem misit: quorum alter diceret, eum, desperata urbis expugnatione, Locridem, quo a proditoribus vocetur, discessurum: alter deinde affirmaret, eum jam in itinere esse. Quæ oratio ut esset probabilior, sarcinis collectis se properare simulavit. Id Nicomachus verum esse ratus (nam speculatores **378** idem renuntiabant) Crotone deserta, per viam breviorem celeriter Locros contendit. Quo cum pervenisset, Rufinus converso ad Crotonem itinere, animadvertente nemine, quod et præter exspectationem aderat, et nebula conspectum eripuerat, urbem cepit. Quo Nicomacho cognito, Tarentum rediturus, cum in itinere in Rufinum incidisset, multos amisit: Locri ad Romanos se contulerunt. Sequente anno Romanis, expeditione contra Samnium et Leucadem suscepta, belloque Bruttios adortis, Pyrrhus Sicilia expulsus, et in Italiam reversus, permolestus fuit. Locros, qui Romano præsidio cæso defecerant, recepit: sed a Rhegii oppugnatione repulsus, et ipse vulneratus est, et multos milites amisit. Inde in Locridem profectus, et quibusdam adversæ factionis multatis, frumentoque et pecunia a cæteris acceptis, Tarentum rediit. A Samnitibus, quos Romani graviter urgebant, in auxilium evocatus, in fugam versus est. Nam cum pullus elephanti vulneratus, sessoribus excussis, matrem passim quæreret, eaque perturbata etiam cæteri elephanti concitati essent, sine discrimine permista sunt om-

Variæ lectiones et notæ.

(15) *Κρανιτά*. Hos esse montes prope Tibur, putat Ortelius, quos Dionysius Halicarnasseus, lib. I *corniclos*, seu *corniculos* vocat, de quibus sat multa habet Cluverius, lib. II *Italiæ antiquæ*, pag. 661, qui de *Cranitis* Zonaræ siluit.

-nia : sed tandem Romani multis occisis, et VIII elephantis captis, castris etiam potiti vicerunt. Pyrrhus vero cum paucis equitibus Tarentum refugit, atque inde in Epirum navigavit, ut rediturus, Milone cum præsidio Tarenti relicto : dataque sella, quæ loris e Niciæ ob proditionem occisi pelle constricta erat. Ac Niciam quidem ita ultus est. Tarentinos autem aliquot adolescentes ob dicteria quædam puniturus, rogavit, cur ea petulantia usi essent. Qui cum respondissent : *Se longe plura et acerbiora in eum fuisse dicturos, nisi vinum defecisset :* eos cum risu dimisit. Pyrrhus igitur illustrissimus imperator, qui multum terroris Romanis ejecit, quinto anno relicta Italia, et in Græciam expeditione suscepta, non multo post Argis periit. Mulier enim quædam, ut fertur, eum prætereuntem videre cupiens, e superiore loco delapsa, occidit. Eodem anno Fabricius et Pappus censores facti, cum alios equites et senatores, tum Rufinum, quamvis dictatorium, atque
379 iterum consularem, notarunt, quod decem pondo argentea vasa habebat. Ita Romani paupertatem non in parum habendo, sed in multum concupiscendo, positam esse crediderunt : eaque de causa magistratibus et aliis ob rempublicam peregre abeuntibus, viaticum et annulus e publico dabatur. Tarentini quidam Milonem, a quo male accepti fuerant, Nicone duce agressi, cum nihil profecissent, castello quodam suæ ditionis occupato, eum infestarunt. Et cum didicissent Romanos contra se bellum moliri, legatis Romam missis, pacem impetrarunt. Ptolemæus item Philadelphus, Ægypti rex, Pyrrhi cladibus et Romanorum incrementis cognitis, et munera eis misit, et amicitiam pepigit. Quo Romani delectati, vicissim legatos ad illum miserunt : qui magnifice ab illo donati, munera in ærarium referre voluerunt, sed ea senatus non admissa ipsos habere jussit. Post hæc Samnites per Carvilium subegerunt, Lucanos et Brutios per Papyrium vicerunt. Idem Papyrius etiam Tarentinos domuit. Qui cum Milonem ægre paterentur, et a suis Miloni, ut dictum est, infestis urgerentur, Carthaginiensium opem implorarunt, Pyrrhi cognito interitu. At Milo, in angustias redactus, Romanis terra, Carthaginiensibus mari prementibus, arcem Papyrio ea conditione tradidit, ut sibi cum pecuniis et militibus incolumi discedere liceret. Inde Carthaginienses, ut Romanis fœderati, recesserunt : Urbs Papyrio deditionem fecit, armis et navibus traditis, murisque dirutis, et tributo imposito. Tarentinis subactis, Romani Rhegium invaserunt : quod Crotonem proditione captam evertissent, et Romanos in urbe deprehensos occidissent. Mamertinos Messanæ habita-

A νου τοὺς ἀναβάτας, περιπλανωμένου τε κατὰ ζήτησιν τῆς μητρὸς, κἀκείνης ἐπὶ τούτῳ ταραχθείσης, καὶ τῶν ἄλλων ἐλεφάντων θορυβηθέντων, φύρδην ἀνεμίχθησαν ἅπαντα. Τέλος δὲ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπεκράτησαν, συχνοὺς ἀποκτείναντες, καὶ ὀκτὼ ἑλόντες ἐλέφαντας, καὶ τὸ χαράκωμα κατέσχον αὐτῶν. Ὁ δὲ Πύῤῥος σὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι διέφυγεν εἰς τὸν Τάραντα, ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν Ἤπειρον ἀπέπλευσεν, ὡς αὖθις ἐπανήξων, τὸν Μίλωνα μετὰ φρουρᾶς εἰς Τάραντα καταλείψας, δοὺς αὐτοῖς δίφρον (16) ἱμᾶσιν ἐκ τοῦ δέρματος τοῦ Νικίου ἐνδεδεμένον, ὃν ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ ἀπέκτεινεν. Τὸν μὲν οὖν Νικίαν οὕτως ἐτιμωρήσατο. Νεανίσκους δέ τινας ἐν συμποσίῳ σκώψαντας αὐτὸν, τιμωρήσασθαι ἔμελλεν. Ἐρωτήσας δ' αὐτοὺς, διὰ τί ἔσκωπτον, ἐπεὶ ἀπεκρίθησαν,
B ὅτι, *Πολὺ πλείω καὶ χαλεπώτερα εἰρήκειμεν ἂν, εἰ μὴ ὁ οἶνος ἡμᾶς ἐπιλέλοιπε*, γελάσας ἀφῆκεν αὐτούς. Πύῤῥος μὲν οὖν ἐπιφανέστατος ἐν στρατηγοῖς γενόμενος, καὶ φόβον πολὺν τοῖς Ῥωμαίοις ἐμβαλὼν, καὶ πέμπτῳ ἔτει τὴν Ἰταλίαν λιπὼν, καὶ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσας, οὐ πολλῷ ὕστερον ἐν Ἄργει ἀπέθανε. Γυνὴ γάρ τις, ὡς λόγος ἔχει, παριόντα αὐτὸν ἰδεῖν ἀπὸ τοῦ τέγους ἐπιθυμήσασα ἐσφάλη, καὶ ἐμπεσοῦσα διέφθειρεν αὐτόν. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει ὅ τε Φαβρίκιος καὶ ὁ Πάππος ἐτιμήτευσαν, καὶ ἄλλους τε τῶν ἱππέων ἀπήλειψαν, καὶ τῶν βουλευτῶν, καὶ τὸν Ῥουφῖνον καίπερ δικτατορεύσαντα, καὶ δὶς ὑπατεύσαντα. Αἴτιον δ' ὅτι σκεύη ἀργυρᾶ λιτρῶν δέκα εἶχεν· οὕτως οἱ Ῥωμαῖοι πενίαν
C οὐ τὸ μὲν πολλὰ κεκτῆσθαι, ἀλλὰ τὸ πολλῶν δεῖσθαι, ἐνόμιζον. Καὶ διὰ τοῦτο τοῖς τε ἄρχουσι τοῖς ἐκδημοῦσι, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς κατά τι πρᾶγμα τῇ πόλει διαφέρον ἐξιοῦσι, τά τε ἄλλα τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δακτύλιος ἐκ τοῦ δημοσίου ἐδίδοτο. Τῶν Ταραντίνων δέ τινες κακωθέντες ὑπὸ τοῦ Μίλωνος, ἐπέθεντο αὐτῷ, Νίκωνα προστησάμενοι. Ὡς δ' οὐδὲν ἤνυσαν, τεῖχός τι τῆς σφετέρας χώρας κατέσχον, κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι τῷ Μίλωνι ἐπῄεσαν. Ἐπεὶ δὲ ᾔσθοντο τοὺς Ῥωμαίους πολεμῆσαι σφίσι βουλομένους, πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην ἔστειλαν, καὶ εἰρήνης ἔτυχον. Καὶ Πτολεμαῖος δὲ ὁ Φιλάδελφος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, τόν τε Πύῤῥον κακῶς ἀπηλλαχότα μαθὼν, καὶ τοὺς Ῥωμαίους αὐξανομένους, δῶρά τε αὐτοῖς ἔπεμψε, καὶ ὁμολογίαν ἐποιήσατο. Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι
D ἐπὶ τούτῳ ἡσθέντες, πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἀντεπέστειλαν, οἳ μεγαλοπρεπῆ δῶρα παρ' ἐκείνου λαβόντες, εἰς τὸ δημόσιον ταῦτα εἰσῆγον. Ἡ δὲ βουλὴ οὐ προσήκατο, ἀλλ' εἴασεν αὐτοὺς ταῦτα ἔχειν. Μετὰ δὲ ταῦτα τούς τε Σαμνίτας διὰ Καρουιλίου ὑπέταξαν, καὶ Λευκανῶν καὶ Βρεττίων διὰ Παπειρίου ἐκράτησαν. Καὶ τοὺς Ταραντίνους ὁ αὐτὸς Παπείριος ἐχειρώσατο. Ἀχθόμενοι γὰρ τῷ Μίλωνι, καὶ πρὸς τῶν σφετέρων κακούμενοι, τῶν, ὡς εἴρηται, ἐπιθεμένων τῷ Μίλωνι, Καρχηδονίους ἐπεκαλέσαντο, ἐπεὶ καὶ τὸν Πύῤῥον τεθνάναι ἔμαθον. Ὁ δὲ Μίλων ἐν

Variæ lectiones et notæ.

(16) Δοὺς *αὐτῷ δίφρον*, etc. Huc spectant ista Marcellini, lib. XXIII, extr. *Nam quod supersedere solio damnati ob iniquitatem judicis alius cogebatur, aut finxit vetustas, aut olim consuetudo cessavit.*

A στενῷ ἑαυτῷ τὰ πράγματα συνεν:γμένα ὁρῶν, τῶν Ῥωμαίων ἐκ τῆς Ἠπείρου ἐφεδρευόντων, τῶν δέ γε Καρχηδονίων ἐκ τῆς θαλάσσης, παρέδωκε τῷ Παπειρίῳ τὴν ἄκραν, ἐπὶ τῷ ἀβλαβὴς μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν καὶ τῶν χρημάτων ἀποχωρῆσαι. Ἐντεῦθεν οἱ μὲν Καρχηδόνιοι, ὡς ἔνσπονδοι τοῖς Ῥωμαίοις, ἀπέπλευσαν. Ἡ δὲ πόλις προσεχώρησε τῷ Παπειρίῳ, καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὰς ναῦς αὐτῷ παρέδοσαν, καὶ τὰ τείχη καθεῖλον, καὶ δασμοφορεῖν ὡμολόγησαν. Οὕτω δὲ τοὺς Ταραντίνους ὑφ' ἑαυτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι ποιησάμενοι, ἐτράποντο πρὸς τὸ Ῥήγιον, ὅτι τὸν Κρότωνα προδοσίᾳ λαβόντες, τήν τε πόλιν κατέσκαψαν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ Ῥωμαίους διέφθειραν. Τοὺς μὲν οὖν Μαμερτίνους, τοὺς τὴν Μεσήνην ἔχοντας, οὓς συμμάχους οἱ ἐν Ῥηγίῳ προσεδέχοντο, ὁμολογίᾳ διεκρούσαντο (17). B Ἐκακοπάθησαν δὲ πολιορκοῦντες τὸ Ῥήγιον σπάνει τε τροφῆς, καὶ ἄλλοις τισὶν, ἕως Ἱέρων ἐκ Σικελίας σῖτόν τε Ῥωμαίοις πέμψας, καὶ στρατιώτας, ἐπέρρωσε σφᾶς, καὶ τὴν πόλιν συνεῖλεν· ἣ τοῖς περιοῦσι τῶν ἀρχαίων πολιτῶν ἀπεδόθη, οἱ δ' ἐπιβουλεύσαντες αὐτῇ ἐκολάσθησαν. Ὁ δέ γε Ἱέρων οὔτε πατρόθεν ἐπιφάνειαν ἔχων τινὰ, μητρόθεν δὲ καὶ δουλείᾳ προσήκων, Σικελίας ἁπάσης ἦρξε μικροῦ, καὶ φίλος Ῥωμαίοις ἐνομίσθη, καὶ σύμμαχος. Οὗτος οὖν τῶν Συρακουσίων κρατήσας, μετὰ τὴν τοῦ Πύῤῥου φυγὴν, καὶ τοὺς Καρχηδονίους εὐλαβηθεὶς ἐγκειμένους τῇ Σικελίᾳ, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπέκλινε, καὶ πρώτην χάριν αὐτοῖς τὴν εἰρημένην συμμαχίαν, καὶ τὴν σιτοπομπίαν ἀπένειμε. Μετὰ ταῦτα δὲ χειμῶνος γεγονότος πολλοῦ, ὥστε τὸν Τίβεριν εἰς πολὺ τοῦ βάθους κρυσταλλωθῆναι καὶ αὐανθῆναι τὰ δένδρα, οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐταλαιπώρησαν, καὶ τὰ βοσκήματα τῆς πόας ἐπιλιπούσης ἐφθάρησαν.

tores, a Rheginis ad belli societatem evocatos, pactione eluserunt. Sed dum Rhegium obsident, et cibariorum penuria et aliis incommodis sunt conflictati : donec ab Hierone frumento et milite adjuti, urbem expugnatam, veterum civium reliquiis reddiderunt : de iis qui eam per insidias oppresserant, supplicium sumptum est. At Hieron neque patrio genere nobilis, et matre ancilla natus, toti pene Siciliæ imperavit, Romanorum 380
amicus et socius appellatus. Qui cum post Pyrrhi fugam Syracusis potitus, Carthaginienses insulæ imminentes formidaret, ad Romanos inclinavit, eosque primo illo beneficio frumenti et auxiliorum demeruit. Post hæc sævissima hieme Tiberis in magnam altitudinem conglaciavit, arbores aruerunt, Romani afflicti sunt, jumenta ex pabuli inopia perierunt.

Ζ'. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Λόλιός τις ἀνὴρ Σαμνίτης C ὁμηρεύων ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἐκδρὰς, δύναμιν συνελέξατο, καὶ καρτερὸν χωρίον τι ἐν τῇ οἰκείᾳ καταλαβὼν, ἐλῄστευεν. Ἐφ' ὃν Κύϊντός τε Γάλλος καὶ Γαῖος Φάβιος στρατεύσαντες, αὐτὸν μὲν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ σύγκλυδας καὶ ἀόπλους τοὺς πλείονας ὄντας συνέσχον· χωρήσαντες δ' ἐπὶ Καρικίνους, παρ' οἷς τὴν λείαν ἐκεῖνοι ἀπετίθεντο, πράγματα ἔσχον, καὶ τέλος νυκτὸς ὑπ' αὐτομόλων, ὑπερβάντες (18) πη τοῦ τείχους, ἐκινδύνευσαν ἀπολέσθαι διὰ σκότος, οὐχ ὡς ἀσελήνου τῆς νυκτὸς οὔσης, ἀλλ' ὅτι σφοδρότατα ἔνιφεν· ἐκφανείσης δὲ τῆς σελήνης, ἀθρόον ἐκράτησαν τοῦ χωρίου. Πολλὰ δὲ χρήματα τότε τῇ Ῥώμῃ ἐγένοντο, ὥστε καὶ ἀργυραῖς δραχμαῖς χρήσασθαι· εἶτα εἰς τὴν νῦν καλουμένην Καλαβρίαν ἐστράτευσαν, προφάσει D μὲν ὅτι τὸν Πύῤῥον ὑπεδέξαντο, καὶ τὴν συμμαχίδα κατέτρεχον· τῇ δ' ἀληθείᾳ ὅτι ἐβούλοντο οἰκειώσασθαι τὸ Βρεντέσιον, ὡς εὐλίμενον, καὶ προσβολὴν καὶ κάταρσιν ἐκ τῆς Ἰλλυρίδος καὶ τῆς Ἑλλάδος τοιαύτην ἔχον, ὥσθ' ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος καὶ ἐξανάγεσθαί τινας, καὶ καταίρειν. Καὶ εἷλον αὐτὸ, καὶ ἀποίκους ἔπεμψαν εἰς αὐτό τε καὶ εἰς ἕτερα. Ταῦτα δὲ διανύοντες, καὶ ἐπὶ μεῖζον αἰρόμενοι (19), οὐχ ὑπερεφρόνουν· ἀλλὰ Κύϊντον Φάβιον βουλευτὴν Ἀπολλωνιάταις τοῖς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ἐξέδωκαν, ὅτι πρέσβεις αὐτῶν ὕβρισεν. Οἱ δὲ λαβόντες αὐτὸν,

VII. Anno sequente Lollius Samnis Romæ obses, fuga elapsus : manuque facta, et munito suæ regionis castello occupato, latrocinium exercuit. Eum cum suis, qui convenæ erant, et inermes majori ex parte, Q. Gallus et C. Fabius comprehenderunt. Sed Caricinorum oppugnatio, apud quos prædam reposuerant, difficilis fuit. Denique vero transfugarum opera, noctu superato muro, in tenebris pene cæsi fuissent, non ob noctem illunem, sed propter nivium procellas. Cum autem luna illuxisset, subito castellum expugnarunt. Eo tempore auctis opibus, Romani drachmas argenteas usurpare cœperunt. Deinde Calabriæ arma intulerunt, id crimini dantes quod, Pyrrhum recepissent, et socios infestassent : sed revera ob eam causam, ut Brundusium subigerent, propter portuum commoditatem, et facilem in Illyriam et Græciam trajectum. Eodem enim vento spirante, ex eo portu et solvere, et in eumdem appellere licebat. Voti compotes facti, colonos non modo Brundusium, sed et in alia loca miserunt. Quæ cum perfecissent, et altius ascenderent, non sunt elati ; sed Q. Fabium senatorem, ob contumeliam legatis factam, Appolloniatibus, qui in sinu Ionio habitant, dediderunt ; quem illi acceptum, incolumem domum remisere. Q. Fabio et Æmilio consulibus ad libertatem Ulsineis fœderatis suis restituendam, militarunt :

Variæ lectiones et notæ.

(17) *Ὁμολογίᾳ προσεδήσαντο. Pactione obstrinxerunt*, vel *ad deditionem compulerunt*. Alter cod. Wolfianus, ut et Regii et Colbert. διεκρούσαντο, *pactione eluserunt*.

(18) *Ὑπερβάντες ὑπ' αὐτομόλων*. Hic a librario quidpiam omissum rebatur Wolfius. Sic tamen omnes mss.

(19) *Ἐπὶ μεῖζον αἰρόμενοι*. Sic ms. Dionis excerpta, διαιρούμενοι. Sed Valesius Zonaræ lectionem magis probat.

qui cum Tyrrhenorum antiquissimi essent, et potentiam et mœnia fortissima sibi pararant, et republica bonis ornata legibus utebantur. Quibus de causis aliquando bello suscepto, Romanis longissimo tempore restiterunt. Sed subacti, atque in delicias delapsi, reipublicæ administrationem, et bella fere gerenda, servis commiserunt: eosque tandem eo evexerunt, ut opibus **381** atque animis elati, ipsi sese in libertatem assererent, et dominas suas uxores ducerent, et dominis succederent, atque in senatum legerentur, et magistratus inirent, et ipsi omnem auctoritatem obtinerent, cæteraque omnia. Injurias a dominis sibi factas, majore petulantia in illos regesserunt. Veteres igitur cives, cum eos neque ferre, neque suis viribus ulcisci possent, clam legatos Romam miserunt, qui precibus secreto impetrarunt, ut senatus, ne res palam fieret, in privatis ædibus conveniret. Ac illi quidem, ut nemine audiente, deliberabant. Samnis autem quidam, ædium domini hospes, ægrotans, per incuriam ibi relictus, cognito senatusconsulto, monuit eos qui accusabantur. Illi igitur quæstionibus habitis de legatis, cum quid ageretur intellexissent, et illos et primores civitatis occiderunt. Quapropter Fabius a Romanis contra eos missus, omnes qui in aciem descenderant, profligavit, in fuga multos occidit, reliquos in urbem compulsos oppugnavit. Ubi cum ex vulnere occubuisset, servi resumpta fiducia eruperunt: sed victi, atque obsidione ad famem redacti, deditionem fecerunt. Consul eos qui suis dominis magistratus eripuerant, excruciatos necavit, urbem evertit: indigenas, et servos qui in dominorum fide manserant, alibi collocavit.

ἀπέπεμψαν οἴκαδε ἀπαθῆ. Ἐπὶ δὲ Κυΐντου Φαβίου (20) καὶ Αἰμιλίου ὑπάτων πρὸς Οὐλσινίους ἐστράτευσαν ἐπ' ἐλευθερίᾳ αὐτῶν. Ἔνσπονδοι γὰρ ἦσαν αὐτῶν, οἱ ἀρχαιότατοι τῶν Τυρσηνῶν ὄντες, ἰσχύν τε περιεποιήσαντο, καὶ τεῖχος κατεσκεύασαν ὀχυρώτατον, πολιτείᾳ τε εὐνομουμένῃ ἐκέχρηντο, καὶ δι' αὐτὰ πολεμοῦντές ποτε τοῖς Ῥωμαίοις ἐπὶ πλεῖστον ἀντέσχον. Ὡς δ' ἐχειρώθησαν, αὐτοὶ μὲν ἐξώκειλαν εἰς ἁβρότητα, τὴν δὲ διοίκησιν τῆς πόλεως τοῖς οἰκέταις ἐπέτρεψαν, καὶ τὰς στρατείας δι' ἐκείνων ὡς τὸ πολὺ ἐποιοῦντο· καὶ τέλος ἐς τοῦτο προήγαγον σφᾶς, ὡς καὶ δύναμιν τοὺς οἰκέτας καὶ φρόνημα ἔχειν, καὶ ἐλευθερίας ἑαυτοὺς ἀξιοῦν. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ ἔτυχον ταύτης δι' ἑαυτῶν, καὶ τὰς σφῶν δεσποίνας ἠγάγοντο, καὶ τοὺς δεσπότας διεδέχοντο, καὶ εἰς τὴν βουλὴν ἐνεγράφοντο, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐλάμβανον, καὶ αὐτοὶ τὸ σύμπαν κῦρος εἶχον, καὶ τά τε ἄλλα καὶ τὰς ὕβρεις τὰς ὑπὸ τῶν δεσποτῶν αὐτοῖς γινομένας ἰταμώτερον εἰς αὐτοὺς ἐκείνους ἀνταπεδείκνυντο. Οὔτ' οὖν φέρειν σφᾶς οἱ ἀρχαῖοι πολῖται, οὔτε καθ' ἑαυτοὺς δεδυνημένοι ἀμύνασθαι, λάθρα πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλαν, οἳ καὶ δι' ἀπορρήτων νυκτὸς τὴν γερουσίαν εἰς ἰδιωτικὴν οἰκίαν ἐλθεῖν, ὅπως μηδὲν ἐξαγγελθῇ, παρεκάλεσαν, καὶ ἔτυχον. Καὶ οἱ μὲν ὡς οὐδενὸς ἐπακούοντος ἐβουλεύοντο· Σαμνίτης δέ τις, παρὰ τῷ κυρίῳ τῆς οἰκίας ἐπιξενούμενος καὶ νοσῶν, ἔλαθε κατὰ χώραν μείνας, καὶ ἔμαθεν ἃ ἐψηφίσαντο, καὶ ἐμήνυσε τοῖς τὴν αἰτίαν ἔχουσι. Κἀκεῖνοι τοὺς πρέσβεις ἐπανιόντας κατέσχον, καὶ ἐβασάνισαν· καὶ μαθόντες τὰ δρώμενα, αὐτούς τε ἀπέκτειναν, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πρώτους. Δι' οὖν ταῦθ' οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Φάβιον ἐπ' αὐτοὺς ἔστειλαν· καὶ ὃς τούς τε ἀπαντήσαντας αὐτῷ ἐξ ἐκείνων ἐτρέψατο, καὶ πολλοὺς ἐν τῇ φυγῇ φθείρας, κατέκλεισε τοὺς λοιποὺς εἰς τὸ τεῖχος, καὶ προσβαλὼν τῇ πόλει. Καὶ ὁ μὲν ἐνταῦθα τρωθεὶς ἀπέθανε. Θαρσήσαντες δ' ἐπὶ τούτῳ ἐπεξῆλθον, καὶ ἡττηθέντες αὖθις ἀνεχώρησαν, καὶ ἐπολιορκοῦντο· καὶ εἰς ἀνάγκην λιμοῦ ἐμπεσόντες, παρέδωκαν ἑαυτούς. Ὁ δὲ ὕπατος τοὺς μὲν ἀφελομένους τὰς τῶν κυρίων τιμάς, αἰκισάμενος ἔκτεινε, καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψε· τοὺς δὲ αὐθιγενεῖς, καὶ εἴ τινες τῶν οἰκετῶν χρηστοὶ περὶ τοὺς δεσπότας ἐγένοντο, ἐν ἑτέρῳ κατῴκισε τόπῳ.

VIII. Ab eo tempore Romani transmarina bella gerere sunt aggressi, prius classis instruendæ plane rudes. Cum autem in mari versari cœpissent, in insulas, aliasque continentes trajecerunt. Sed cum Carthaginiensibus primum sunt congressi, nihilo neque opibus neque agri bonitate inferioribus, et in re nautica exercitatissimis: qui præterea pedestribus equestribusque copiis, et elephantis pollebant, et Libyæ, Sardiniæ, ac magnæ parti Siciliæ imperabant: unde in spem Italiæ quoque subigendæ erigebantur. Nam præter alia superbiæ incitamenta, immodica quoque libertas animos eis faciebat. Eorum enim rex, annui magistratus, non diuturnæ potestatis auctoritatem habebat, et quasi rationibus suis consulerent, ad id summa alacritate

Η'. Ἐντεῦθεν ἤρξαντο οἱ Ῥωμαῖοι διαποντίων ἀγώνων· ναυτικῶν γὰρ οὔ τι πάνυ πεπείραντο. Θαλαττουργοὶ δὲ γενόμενοι, καὶ ἐπὶ τὰς νήσους, τάς τε ἄλλας ἠπείρους ἐπεραιώθησαν. Καρχηδονίοις δὲ πρώτοις ἐπολέμησαν, οὐδὲν αὐτῶν οὖσιν ἥττοσιν οὔτε πλούτῳ, οὔτε ἀρετῇ χώρας, καὶ ἠσκημένοις τὰ ναυτικὰ εἰς ἀκρίβειαν, καὶ παρεσκευασμένοις ἱππικαῖς τε δυνάμεσι καὶ πεζαῖς, καὶ ἐλέφασι, καὶ ἄρχουσι Λιβύων, τήν τε Σαρδὼ καὶ τῆς Σικελίας τὰ πλείω κατέχουσιν· ὅθεν καὶ τὴν Ἰταλίαν χειρώσασθαι δι' ἐλπίδων πεποίηντο. Τά τε γὰρ ἄλλα σφᾶς φρονηματίζεσθαι ἔπειθον, καὶ τῷ αὐτονόμῳ λίαν ἐτύγχανον ἐπαιρόμενοι. Τὸν γὰρ βασιλέα ἑαυτοῖς κλῆσιν ἐτησίου ἀρχῆς, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ χρονίῳ δυναστείᾳ προὐβάλλοντο. Καὶ ὡς αὐτοῖς πονούμενοι,

Variæ lectiones et notæ.

(20) *Κυΐντον Φάβιον*. Excerpta Dionis Valesiana, p. 590.

προθυμότατα ὥργων (21). Σκήψεις δὲ τοῦ πολέμου ἐγένοντο Ῥωμαίοις μὲν ὅτι Καρχηδόνιοι τοῖς Ταραντίνοις ἐβοήθησαν, Καρχηδονίοις δὲ ὅτι φιλίαν Ῥωμαῖοι συνέθεντο τῷ Ἱέρωνι. Τὸ δ' ἀληθὲς ὅτι ἀλλήλους ὑφεωρῶντο, καὶ μίαν σωτηρίαν τῶν οἰκείων ἑκάτεροι ᾤοντο, εἰ τὰ τῶν ἄλλων προσκτήσαιντο. Οὕτω διανενομένοις αὐτοῖς συμπεσόντι τὰς σπονδάς τε διέλυσε, καὶ εἰς τὸν πόλεμον αὐτοὺς ἐξηρέθισε. Τὸ δ' ἦν τοιοῦτον. Οἱ Μαμερτῖνοι, ἐκ Καμπανίας ποτὲ πρὸς Μεσήνην ἀποικίαν στειλάμενοι, τότε δ' ὑπὸ Ἱέρωνος πολιορκούμενοι, ἐπεκαλέσαντο τοὺς Ῥωμαίους, οἷα σφίσι προσήκοντας. Κἀκεῖνοι ἑτοίμως ἐπικουρῆσαι αὐτοῖς ἐψηφίσαντο, εἰδότες ὅτι, ἂν τῆς συμμαχίας αὐτῶν οἱ Μαμερτῖνοι μὴ τεύξωνται, πρὸς τοὺς Καρχηδονίους τραπήσονται, κἀκεῖνοι τῆς τε Σικελίας ὅλης κρατήσουσι, καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐξ αὐτῆς διαβήσονται. Ἡ γὰρ νῆσος αὕτη βραχὺ τῆς ἠπείρου διέχει· ὡς μυθεύεσθαι ὅτι ποτὲ καὶ αὐτὴ ἠπείρωτο. Ἥ τε οὖν νῆσος, οὕτω τῇ Ἰταλίᾳ ἐπικειμένη, ἐδόκει τοὺς Καρχηδονίους ἐκκαλέσασθαι, καὶ τῶν ἀντιπέραν ἀντιποιήσασθαι, ἄν γε ταύτην κατάσχωσι, καὶ ἡ Μεσήνη παρεῖχε τοῖς κρατοῦσιν αὐτῆς καὶ τοῦ πορθμοῦ κυριεύειν. Ψηφισάμενοι δὲ βοήθειαν οἱ Ῥωμαῖοι τοῖς Μαμερτίνοις, οὐ ταχέως αὐτοῖς ἐπεκούρησαν διά τινας ἐπισυμβάσας αἰτίας. Ὅθεν, ἀνάγκῃ πιεζόμενοι οἱ Μαμερτῖνοι, Καρχηδονίους ἐπεκαλέσαντο. Οἱ δὲ καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἐπικαλεσαμένοις εἰρήνην κατεπράξαντο πρὸς Ἱέρωνα, ἵνα μὴ οἱ Ῥωμαῖοι ἐς τὴν νῆσον περαιωθῶσι, καὶ τὸν πορθμὸν δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐφύλασσον, Ἄννωνος σφῶν ἡγουμένου. Κἂν τούτῳ Γάϊος Κλαύδιος χιλιαρχῶν, ναυσὶν ὀλίγαις ὑπὸ Ἀππίου Κλαυδίου προπεμφθεὶς, εἰς τὸ Ῥήγιον ἀφίκετο. Διαπλεῦσαι δὲ οὐκ ἐθάῤῥησε, πολὺ πλεῖον τὸ τῶν Καρχηδονίων ὁρῶν ναυτικόν. Ἀκατίῳ δ' ἐμβὰς, προέσχε τῇ Μεσήνῃ, καὶ διελέχθη αὐτοῖς ὅσα ὁ καιρὸς ἐδίδου. Ἀντειπόντων δὲ τῶν Καρχηδονίων, τότε μὲν μηδὲν πράξας ἀνεκομίσθη· μετὰ ταῦτα δὲ, γνοὺς τοὺς Μαμερτίνους ἐν στάσει ὄντας, (οὔτε γὰρ τοῖς Ῥωμαίοις ὑπείκειν ἐβούλοντο, καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐβαρύνοντο) ἔπλευσεν αὖθις, καὶ ἄλλα τε εἶπεν ἐπαγωγὰ, καὶ ὡς ἐπ' ἐλευθερώσει τῆς πόλεως ἥκει, καὶ ἐπειδὰν καταστήσῃ τὰ πράγματα, ἀποπλεύσει, καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἢ ἀπογῆσαι ἐκέλευσεν, ἢ εἴ τι δίκαιον ἔχοιεν, τοῦτο εἰπεῖν. Ὡς δ' οὔτε τῶν Μαμερτίνων τις ὑπὸ δέους ἐφθέγγετο, καὶ οἱ Καρχηδόνιοι, βίᾳ τὴν πόλιν κατέχοντες, οὐδὲν αὐτοῦ ἐφρόντιζον· Αὐτάρκης, ἔφη, *μαρτύριον παρ' ἀμφοτέρων ἡ σιωπὴ, τῶν μὲν ὅτι ἀδικοῦσιν, (εἰ γάρ τι ὑγιὲς ἐφρόνουν, ἐδικαιολογήσαντο ἂν) τῶν δὲ, ὅτι τῆς ἐλευθερίας ἐφίενται. Ἐπαῤῥησιάσαντο γὰρ ἂν, εἰ τὰ τῶν Καρχηδονίων προῄρηντο, καὶ ἐπηγγέλλοντο βοηθήσειν αὐτοῖς.* Θορύβου δὲ καὶ ἐπαίνου παρὰ τῶν Μαμερτίνων ἐπὶ τούτοις γενομένου, εὐθὺς ἀνέπλευσε πρὸς τὸ Ῥήγιον, καὶ μετ' ὀλίγον παντὶ τῷ ναυτικῷ

A ferebantur. Belli causæ prætendebantur, a Romanis, quod Carthaginienses Tarentinis opem tulissent : a Carthaginiensibus, **382** quod Romani cum Hierone amicitiam iniissent. Sed vera causa illa erat, quod invicem se suspectos habebant : et utrique incolumitatem suam in eo sitam esse putabant, si alteros subegissent. Cum sic affecti essent, hujusmodi occasio solvendæ pacis, et auspicandi belli incidit. Mamertini, qui olim ex Campania coloniam Messanam deduxerant, tum autem ab Hierone obsidebantur, opem Romanorum, ut quos cognatione attingerent, implorarunt : quibus alacriter auxilia sunt decreta. Neque enim obscurum erat, Mamertinos ad Carthaginienses transituros,

B si a Romanis destituerentur : qui, subacta tota Sicilia, inde in Italiam transituri essent. Ea enim insula parum a continente distat : unde olim Italiæ fuisse junctam fabulantur. Ob situm igitur Italiæ tam propinquum, Carthaginienses invitare videbatur : ut, ea occupata, etiam oppositam continentem sibi vindicarent. Et qui Messanam tenebant, etiam fretum illud angustum in potestate habebant. Romani vero auxilia Mamertinis decreta, ob causas quasdam non statim miserunt. Quare illi, urgente necessitate, Carthaginenses implorarunt. Qui et supplicibus et sibi ipsis pacem cum Hierone confecerunt, ne Romani in insulam trajicerent, et urbem atque fretum Hannone duce custodiverunt. Interea C. Claudius, tribunus militum, ab Appio

C Claudio cum paucis navibus præmissus, Rhegium venit. Sed cum hostilem classem longe majorem videret, trajicere non ausus, navicula conscensa Messanam appulit : et cum Mamertinis ea collucutus est, quæ tempus ferebat. Sed Carthaginiensibus refragatis, tum quidem rebus infectis recessit. Post autem, cum Mamertinos in motu esse cognovisset (neque enim Romanis parere volebant, et Carthaginienses ægre patiebantur) rursus navigavit : et præter alia ad persuadendum apta, se liberandæ civitatis ergo adesse dixit, et rebus in integrum restitutis recessurum. Carthaginienses vero aut recedere, aut quam justam manendi causam haberent, exponere jussit. Cum vero neque Mamertinus quisquam præ metu loqueretur, et

D Carthaginienses **383** urbem vi tenentes, nihil eum curarent : *Satis*, inquit, *argumenti est utrorumque silentium, alteros injuste agere (nam si causa freti essent, se defenderent) alteros libertatis esse cupidos. Si enim Carthaginiensibus studerent, libere illis auxilia promitterent.* Quæ verba cum Mamertini cum plausu et laudibus excepissent, Rhegium statim rediit : ac paulo post cum tota classe vi trajicere conatus, partim ob multitudinem et solertiam Carthaginiensium, partim ob freti sævitiam, et tempestatem subito exortam, triremibus aliquot amissis, cum reliquis ægre tenuit Rhegium.

Variæ lectiones et notæ.

(21) *Αὐτοῖς πτοούμενοι προθυμότατα ὥργουν.* Mss. cod. πονούμενοι προθυμότατα ὥργων.

βιασάμενος τὸν διάπλουν, τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους καὶ τῆς τέχνης τῶν Καρχηδονίων, τὸ δὲ πλεῖστον διὰ τὴν τοῦ ῥοῦ χαλεπότητα, καὶ χειμῶνα ἐξαίφνης γινόμενον, τινάς τε τῶν τριήρων ἀπέβαλε, καὶ ταῖς λοιπαῖς μόλις εἰς τὸ Ῥήγιον ἀπεσώθη.

IX. Neque tamen ob eam cladem Romani mari abstinuerunt; sed Claudius naves refecit. Hanno causam rupti fœderis Romanis ascripturus, etiam captas triremes Claudio remisit, captivosque restituit, eumque ad pacem provocavit. Sed cum ille nullas conditiones admitteret, minatus est, se non passurum ut Romani vel manus in mari abluerent. Claudius vero freti natura considerata, captavit refluxum ejus et ventum simul ex Italia in Siciliam ferentes: itaque in insulam trajecit, prohibente nemine: et Mamertinis in portu inventis (nam Hanno cum cives suspectos haberet, arcem tuebatur) pro concione persuasit, ut Hannonem accersserent. Qui etsi descendere volebat, tamen veritus ne Mamertini de injuriis sibi factis conquerentes, novi aliquid molirentur, in concionem venit: et multis verbis utrinque frustra factis, a quodam Romano comprehensus, in carcerem conjicitur, Mamertinis approbantibus. Sic ille tota Messana necessario relicta, a Carthaginiensibus multatus est: et una cum exercitu caduceator ad Romanos missus, per quem edicebant, ut Messanam relinquerent, et intra certum diem tota Sicilia excederent. Romanis vero non obtemperantibus, Italos, qui apud ipsos stipendia merebant, occiderunt: et Hierone adjuvante, impetu facto Messanam obsederunt: ac fretum custodierunt, ut neque milites neque frumentum ad eos importarentur. Quo consul jam appropinquans animadverso, ut milites ubique in portu per causam mercaturæ faciendæ versantes invenit, eos decepit, **384** ut quam minimo cum periculo fretum transiret: noctuque clam in Sicilia non procul a castris Hieronis appulit, eumque statim aggressus est, se improvisa impressione maximum illis terrorem illaturum ratus. Verum equites ejus succubuerunt, sed gravis armaturæ milites superiores evaserunt. Hieron tum in montes, post Syracusas se contulit: quo Claudius amoto, Mamertinis sua præsentia recreatis, Carthaginienses jam destitutos invadit, impetu in eorum castra facto, quæ quodammodo peninsulæ instar erant, hinc mari, illinc profundis cincta paludibus. Angustissimæ autem fauces, qua solum patebat aditus, muro intercludebantur. Quo dum vi per multas ærumnas penetrare Romani student, telis profligati recedunt. Afros vero auctis animis, ex angustis faucibus eruptione facta, tanquam fugientes persecuturis, Romani conversi repulerunt, multis occisis, ut non amplius castris egrederentur, quamdiu Claudius Messanæ fuit. Qui cum eos vi elicere non auderet, ad Syracusas et Hieronem convertit animum, præsidio Messanæ relicto. Et ut ipse urbem oppugnabat, sic cives aliquando erumpebant, nunc his, nunc illis favente victoria. Et consul aliquando in angustias redactus, captus esset, nisi antequam circumveniretur, ad

A Θ'. Οὐ μέντοι τῆς θαλάσσης οἱ Ῥωμαῖοι διὰ τὴν ἧτταν ἀπέσχοντο· ἀλλ' ὁ μὲν Κλαύδιος τὰς ναῦς ἐπεσκεύαζεν. Ἄννων δὲ, τὴν αἰτίαν τῆς τῶν σπονδῶν διαλύσεως εἰς τοὺς Ῥωμαίους τρέψαι βουλόμενος, καὶ τὰς ἁλούσας τριήρεις τῷ Κλαυδίῳ ἔπεμψε, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπεδίδου, καὶ πρὸς τὴν εἰρήνην προεκαλεῖτο αὐτόν. Ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἐδέξατο, ἠπείλησε μηδ' ἀπονίψασθαι τὰς χεῖράς ποτε ἐν τῇ θαλάσσῃ τοὺς Ῥωμαίους ἐᾶσαι. Ὁ Κλαύδιος δὲ, τὴν τοῦ πορθμοῦ φύσιν κατανοήσας, ἐτήρησε τὸν ῥοῦν καὶ τὸν ἄνεμον ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν Σικελίαν ἅμα φέροντας· καὶ οὕτω διέπλευσεν εἰς τὴν νῆσον, μηδενὸς ἐναντιωθέντος. Εὑρὼν οὖν ἐν τῷ λιμένι τοὺς Μαμερτίνους (ὁ γὰρ Ἄννων, προϋποπτεύσας αὐτοὺς, ἐν τῇ ἀκροπόλει καθῆστο, φυλάττων αὐτὴν) B ἐκκλησίαν συνήγαγε, καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς ἔπεισε μεταπέμψασθαι τὸν Ἄννωνα. Ὁ δὲ καταβῆναι οὐκ ἤθελε· φοβηθεὶς δὲ, μὴ οἱ Μαμερτῖνοι ὡς ἀδικοῦντος αὐτοῦ νεωτερίσωσιν, ἦλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Καὶ πολλῶν ὑπ' ἀμφοῖν μάτην λεχθέντων, συνήρπασέ τις τῶν Ῥωμαίων αὐτὸν, καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ δεσμωτήριον, συνεπαινούντων τῶν Μαμερτίνων. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ὅλην ἀνάγκῃ τὴν Μεσήνην ἐξέλιπεν. Οἱ Καρχηδόνιοι δὲ ἐκόλασαν μὲν τὸν Ἄννωνα, κήρυκα δὲ τοῖς Ῥωμαίοις ἔπεμψαν, τήν τε Μεσήνην ἐκλιπεῖν κελεύοντες, καὶ ἐκ πάσης ἀπελθεῖν Σικελίας ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ· καὶ στρατιὰν ἀπεστάλκασιν. Ὡς δ' οὐκ ἐπείθοντο οἱ Ῥωμαῖοι, τούς τε μισθοφοροῦντας παρ' αὐτοῖς ἐξ Ἰταλίας ἀπέκτειναν, καὶ τῇ Μεσήνῃ προσέβαλον. Συνῆν δὲ καὶ ὁ Ἱέρων αὐτοῖς, C καὶ τὴν πόλιν ἐπολιόρκουν, καὶ τὸν πορθμὸν ἐφύλασσον, ὡς μήτε στράτευμα, μήτε σῖτος αὐτοῖς κομισθῇ. Ὁ μαθὼν ὁ ὕπατος ἤδη πλησιάζων, ὡς εὗρε συχνοὺς αὐτῶν πολλαχῇ κατὰ πρόφασιν ἐμπορίας ἐλλιμενίζοντας, ἐξηπάτησε σφᾶς ὅπως διέλθῃ τὸν πορθμὸν ἀσφαλέστατα· καὶ ἔλαθε νυκτὸς τῇ Σικελίᾳ προσορμισάμενος. Καὶ προσπλεύσας οὐ πόῤῥω τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἱέρωνος, αὐτίκα συνέμιξε, νομίζων φοβερώτατος αὐτοῖς ἐκ τοῦ ἀθρόου φανήσεσθαι. Ἀντεπεξελθόντων δ' αὐτῶν, τὸ μὲν Ῥωμαίων ἱππικὸν ἠλαττώθη, τὸ δ' ὁπλιτικὸν ὑπερέσχε. Καὶ ὁ Ἱέρων τότε μὲν εἰς τὰ ὄρη, ἐς δὲ τὰς Συρακούσας ὕστερον ἀπεχώρησεν. Ὁ οὖν Κλαύδιος, ἀποχωρήσαντος τοῦ Ἱέρωνος, καὶ τῶν Μαμερτίνων διὰ τὴν D παρουσίαν αὐτοῦ ἀναθαρσησάντων, ἐπῆλθε τοῖς Καρχηδονίοις μονωθεῖσιν ἤδη· καὶ τῷ σφῶν προσέβαλε χαρακώματι, ὄντι οἷον ἐν χεῤῥονήσῳ. Ἐντεῦθεν μὲν γὰρ ἡ θάλασσα τοῦτο συνεῖχεν, ἐντεῦθεν δ' ἕλη τινὰ δυσδιάβατα· ἐπὶ δὲ τὸν αὐχένα, δι' οὗπερ μόνου εἰσῄεσαν, στενωτάτου τυγχάνοντος, (ἐπεποίητο διατείχισμα) Βιαζόμενοι οὖν πρὸς ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι, ἐταλαιπώρησαν, καὶ βαλλόμενοι ἀνεχώρησαν. Οἱ δὲ Λίβυες θαρσήσαντες ἐπεξῆλθον· καὶ ὡς φεύγοντας ἐπιδιώκοντες, ἔξω προεληλύθασι τῶν στενῶν. Κἀνταῦθα ἐπιστραφέντες οἱ Ῥωμαῖοι, αὐτοὺς ἐτρέψαντο, καὶ πολλοὺς ἀπέκτειναν, ὥστε αὐτοὺς μηκέτι τοῦ στρα-

A τοπέδου προελθεῖν, παρ' ὅσον ἦν ἐν Μεσήνῃ ὁ Κλαύδιος. Ὁ δὲ, βιάσασθαι τὴν πρόοδον μὴ τολμῶν, πρὸς τὰς Συρακούσας καὶ τὸν Ἱέρωνα ἐτράπετο, φυλακὴν ἐν τῇ Μεσήνῃ καταλιπών. Καὶ προσέβαλέ τε αὐτὸς τῷ ἄστει, κἀκεῖνοί ποτε ἐπεξῄεσαν· καὶ ὁτὲ μὲν ἐκράτουν, ὁτὲ δ' ἐκρατοῦντο ἑκάτεροι. Καί ποτε ἐν χωρίῳ στενῷ ὁ ὕπατος γεγονὼς, ἑάλω ἄν, εἰ μὴ πρὸ τοῦ περισχεθῆναι ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἱέρωνα, εἰς συμβάσεις δή τινας αὐτὸν προσκαλούμενος. Οὕτω, γὰρ ἐλθόντος τινὸς, πρὸς ὃν ἔμελλε συμβήσεσθαι, διελέγετό τε αὐτῷ, καὶ ὑπαπῄει, μέχρις οὗ πρὸς τὸ ἀσφαλὲς ἀπεχώρησε. Τῆς δὲ πόλεως ῥᾳδίως ἁλῶναι μὴ δυναμένης, καὶ τῆς προσεδρίας ἀπόρου διὰ σπάνιν οὔσης σιτίων, καὶ διὰ νόσον τῆς στρατιᾶς, ἀπανέστη. Καὶ οἱ Συρακούσιοι εἵποντο, καὶ ἐς λόγους τοῖς σκεδαννυμένοις ᾔεσαν. Καὶ ἐσπείσαντο
B ἄν, εἰ καὶ ὁ Ἱέρων συμβῆναι ἠθέλησεν. Ὁ δὲ ὕπατος, φρουρὰν ἐν τῇ Μεσήνῃ καταλιπὼν, ἀπέπλευσεν εἰς τὸ Ῥήγιον. Οἱ Ῥωμαῖοι δὲ, ἐπεὶ τὰ Τυρσηνικὰ καθειστήκει, καὶ τὰ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἀκριβῶς εἰρήνουν, τὰ δὲ τῶν Καρχηδονίων ἐπὶ πλέον συνίστατο, ἄμφω τοὺς ὑπάτους ἐς τὴν Σικελίαν ἐκστρατεῦσαι ἐκέλευσαν. Περαιωθέντες οὖν ὅ τε Μάξιμος Οὐαλέριος καὶ ὁ Ὀκτακίλιος Κράσσος, καὶ διὰ τῆς νήσου ὁμοῦ τε πορευόμενοι, καὶ διχῇ, πολλοὺς ὁμολογίᾳ παρεστήσαντο. Ὡς δὲ τὰ πλείω ᾠκείωντο, πρὸς τὰς Συρακούσας ὥρμησαν. Καὶ ὁ Ἱέρων φοβηθεὶς, διεκηρυκεύσατο σφίσι τὰς πόλεις τε ἃς ἀφῄρητο, ἀποδιδοὺς καὶ χρήματα ὑπισχνούμενος, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐλευθερῶν, καὶ ἔτυχεν ἐπὶ τούτοις σπονδῶν. Οἱ γὰρ ὕπατοι ῥᾷον μετ' αὐτοῦ καταστρέψασθαι τοὺς Καρχηδονίους ἐνόμισαν. Συμβάντες δ' αὐτῷ, πρὸς τὰς λοιπὰς πόλεις ὑπὸ Καρχηδονίων φρουρουμένας ἐτράποντο. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀπεκρούσθησαν, Ἔγεσταν δ' ἑκουσίαν ἔλαβον. Διὰ γὰρ τὴν πρὸς Ῥωμαίους οἰκείωσιν οἱ ἐν αὐτῇ, ἀπὸ τοῦ Αἰνείου λέγοντες γεγονέναι, προσεχώρησαν αὐτοῖς τοὺς Καρχηδονίους φονεύσαντες.

Hieronem de pacis conditionibus legatum misisset. Nam cum quidam venisset, cum quo de pace tractaret, inter colloquendum paulatim recessit, donec in tuta pervenit. Et quia urbs facile capi non poterat, et obsidio cum ob penuriam commeatus, tum propter luem in exercitu grassantem, facultatem non habebat, recessit. Syracusani autem sequentes, cum dispersis colloquebantur: ac pacem fecissent, si etiam Hieron consentire voluisset. Consul præsidio Messanæ relicto, Rhegium trajecit. Romani Hetruriæ rebus compositis, atque Italia plane pacata, Carthaginiensium autem viribus crescentibus, utrumque consulem in Siciliam ire jusserunt. Igitur Valerius Maximus et Octacilius Crassus, tam seorsim quam una insulam peragrantes, multos in deditionem acceperunt: ac locis plerisque adjunctis, Syracusas contenderunt. Quorum successibus **385** Hieron territus, redditis urbibus quas eis ademerat, promissaque pecunia, et captivis dimissis, pacem petiit, atque impetravit: quod consules, ejus opibus adjunctis, Carthaginienses a se facilius debellari posse rebantur. Pactis firmatis, ad alias urbes, in quibus Punica præsidia erant, conversi, aque cæteris repulsi, Segestam ultro se dedentem acceperunt. Cives enim ob necessitudinem sibi cum Romanis intercedentem (nam suum quoque ortum ad Æneam auctorem referebant) Carthaginiensibus cæsis, illorum fidei se commiserunt.

C Ι'. Καὶ οἱ μὲν ὕπατοι διὰ τὸν χειμῶνα εἰς τὸ Ῥήγιον ἀπῆραν. Καρχηδόνιοι δὲ εἰς Σαρδὼ τὸ πλεῖον ἐκόμισαν τοῦ στρατοῦ, ἵν' ἐκεῖθεν τῇ Ῥώμῃ ἐπίθωνται, καὶ ἢ τέλεον οὕτω τῆς Σικελίας ἐκστήσωσιν, ἢ διαπεραιωθέντας ἀσθενεστέρους ποιήσωσιν. Ἀλλ' οὔτε τούτου, οὔτε μὴν ἐκείνου ἐπέτυχον. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι τήν τε οἰκείαν ἐφύλαττον, καὶ ἀξιόμαχον εἰς Σικελίαν δύναμιν ἔπεμψαν μετὰ Ποστουμίου Ἀλβίνου, καὶ μετὰ Αἰμιλίου Κυΐντου. Ἐλθόντες δὲ εἰς Σικελίαν οἱ ὕπατοι, ἐπ' Ἀκράγαντα ὥρμησαν, κἀνταῦθα Ἀννίβαν τὸν Γίσκωνος ἐπολιόρκουν. Οἱ ἐν Καρχηδόνι πυθόμενοι, Ἄννωνα αὐτῷ σὺν πολλῇ χειρὶ συμμαχήσοντα ἔπεμψαν. Ὁ δὲ ἐς Ἡράκλειαν ἐλθὼν, οὐ πόρρω οὖσαν Ἀκράγαντος, ἐπολέμει. Καὶ μάχαι πλείους καὶ μεγάλαι δ' ἐγίνοντο· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὁ Ἄννων τοὺς ὑπάτους
D προὐκαλεῖτο εἰς πόλεμον, εἶθ' ὕστερον ἐκεῖνον οἱ Ῥωμαῖοι προὐκέκληντο. Ἕως μὲν γὰρ ἄφθονον εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι τροφὴν, οὐκ ἐτόλμων μαχέσασθαι, τῷ πλήθει ἐλαττονούμενοι, λιμῷ δὲ τὴν πόλιν αἱρήσειν ἤλπιζον. Ἐπεὶ δὲ σίτου ἐσπάνιζον, αὐτοὶ μὲν ἀποκινδυνεύσειν προεθυμοῦντο. Ὁ δὲ Ἄννων ὤκνει, ὑποπτεύσας διὰ τὴν προθυμίαν ἐνεδρευθήσεσθαι. Διό οἵ τε ἄλλοι τὰ τῶν Ῥωμαίων θεραπεύειν ἠξίουν ὡς ἀκμὴν νενικηκότων, καὶ ὁ Ἱέρων ἀπροθύμως

X. Consulibus ob hibernum tempus Rhegium reversis, Carthaginienses majorem copiarum partem in Sardiniam transtulerunt, ut inde Romanos aggrederentur: atque aut penitus Sicilia pellerent, aut si trajecissent, vires eorum carperent. Sed neutrum eis successit, Romanis et sua tuentibus, et Siciliam cum justis copiis, Posthumii Albini et Q. Æmilii ductu atque auspiciis, defendentibus. Qui cum in insulam venissent, Hannibalem Gisconis filium Agrigenti obsederunt. Quo Carthagine audito, Hanno cum magna manu auxilio missus, Heracleæ, quæ parum Agrigento distat, bellum gessit: ac multa magnaque prælia sunt commissa, primum Hannone consules, deinde consulibus Hannonem provocantibus. Nam dum Romani copiam cibariorum habebant, numero militum inferiores, pugnam detrectabant, se fame urbem expugnaturos sperantes: cum vero frumento deficerent, ad decertandum alacres facti sunt. Hanno vero pugnandi copiam eis facere noluit, veritus ne alacritate illa in insidias pelliceretur. Unde factum est, ut et alii Romanis tanquam victoribus studerent: et Hieron ante segniter auxiliari solitus, tum frumentum submitteret, unde Romani animos receperunt. Hanno quoque pugnam committere insti-

tuit, etiam Annibalem eruptione facta Romanos a A tergo cæsurum sperans. Quo consules animadverso cum quiescerent, et Hanno per contemptum usque ad vallum accessisset, aliquot miserunt, qui ei a tergo insidiarentur. Illoque sub vesperam secure et contemptim **386** exercitum reducente, Romani tam ex vallo, quam ex insidiis eum aggressi, multam et hominum et elephantorum cædem ediderunt. Interea Annibal Romanorum castra adortus est, sed repulsus a custodibus. Hanno castris desertis Heracleam confugit. Annibal noctu Agrigento profugiendi capto consilio, ipse quidem clam evasit : cæteri autem deprehensi, partim a Romanis, multi ab Agrigentinis sunt occisi : qui tamen ea re veniam non impetrarunt, sed opibus direptis omnes vænierunt. Consules Messanam in B hiberna concesserunt. Carthaginienses Hannoni irati, Amilcarem Barchinum successorem dederunt, imperatorem, Annibale filio excepto, inter suos præstantissimum : qui cum Siciliam ipse tueretur, Annibalem classi præfectum in Italiam, oræ maritimæ infestandæ causa misit, ut consules ad se retraheret. Sed fefellit eum opinio. Nam præsidiis ubique in mari collocatis, in Siciliam profecti, nihil memorabile gesserunt. Amilcar vero, metuens ne Galli milites, ob stipendia non integra munerata indignantes, cum Romanis se conjungerent, ad quamdam Romanam urbem per proditionem scilicet occupandam et diripiendam eos misit : subornatis transfugis, qui consulibus Gallorum adventum nuntiarent. Ita illi omnes insidiis excepti C perierunt : sed et Romanorum multi occubuerunt. Consulibus domum reversis; Amilcar etiam Italiæ oram classe vastavit; et quasdam Siciliæ urbes subegit. Quo Romani audito, classem instruxerunt, cui consulum alter Cneius Duillius est præfectus, collega ejus Cneius Cornelius in Siciliam missus : qui cum bello terrestri, quod mandatum ei fuerat, neglecto, navibus quas habebat, Liparæ, spe proditionis dolo Carthaginiensium facta, appulisset, a Bode Annibalis legato est circumventus. Cum autem ad defensionem se pararet, ille Romanorum audaciam veritus, eos ad pacis conditiones provocavit. Cumque consuli et tribunis militum persuasisset, ut ipsius triremem conscenderent, quo D cum præfecto classis colloquerentur, eos Carthaginem misit, cæteros non repugnantes cepit.

αὐτοῖς συναιρόμενος πρότερον, τότε σῖτον αὐτοῖς ἔπεμψεν, ὥς τε καὶ τοὺς ὑπάτους ἀναθαρσῆσαι. Ἄννων δὲ ἐπεχείρησε μάχην συνάψαι, ἐλπίσας, καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐκ τοῦ τείχους κατὰ νώτου τοῖς Ῥωμαίοις προσπεσεῖσθαι. Ὁ μαθόντες οἱ ὕπατοι, ἡσύχαζον, ὥς τε τὸν Ἄννωνα καταφρονήσαντα τῷ ταφρεύματι προσελθεῖν. Ἔπεμψαν δέ τινας κατόπιν αὐτοῦ ἐνεδρεύσοντας. Ἐκείνου δὲ πρὸς ἑσπέραν ἀδεῶς καὶ καταφρονητικῶς ἐπανάγοντος, ἔκ τε τῆς ἐνέδρας καὶ τοῦ χαρακώματος αὐτῷ οἱ Ῥωμαῖοι συνέμιξαν, καὶ φόνον πολὺν καὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἐλεφάντων εἰργάσαντο. Ὁ δ' Ἀννίβας ἐν τούτῳ ταῖς σκηναῖς τῶν Ῥωμαίων ἐπελθὼν, ἐξεκρούσθη ὑπὸ τῶν φυλαττόντων αὐτάς. Ὁ δ' Ἄννων εἰς τὴν Ἡράκλειαν κατέφυγε, τὸ στρατόπεδον ἐκλιπών, καὶ ὁ Ἀννίβας νυκτὸς ἐκδρᾶναι τοῦ Ἀκράγαντος βουλευσάμενος, αὐτὸς μὲν ἔλαθεν· οἱ δ' ἄλλοι γνωσθέντες, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, συχνοὶ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν Ἀκραγαντίνων ἐκτάνθησαν. Οὐ μέντοι συγγνώμης ἔτυχον οἱ Ἀκραγαντῖνοι, ἀλλὰ καὶ τὰ χρήματα σφῶν διηρπάσθησαν, καὶ αὐτοὶ ἐπράθησαν ἅπαντες. Καὶ οἱ μὲν ὕπατοι πρὸς τὴν Μεσήνην διὰ τῶν χειμῶνα ἀνεχώρησαν. Ὠργίζοντο δ' οἱ Καρχηδόνιοι κατὰ Ἄννωνος, καὶ Ἀμίλκαν ἀντ' αὐτοῦ τὸν Βαρχίδην ἀπέστειλαν, ἄνδρα τῶν ὁμοφύλων, πλὴν τοῦ Ἀννίβα τοῦ υἱέος, ἐν στρατηγίᾳ κρείττονα· καὶ αὐτὸς μὲν τὴν Σικελίαν ἐφύλαττεν· Ἀννίβαν δὲ ναυαρχοῦντα ἐς Ἰταλίαν ἔπεμψε, τὰ παράλια αὐτῆς κακουργήσοντα, ἵνα τοὺς ὑπάτους πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπάσηται. Ἀλλ' οὐκ ἔτυχε τοῦ σκοποῦ. Καταστήσαντες γὰρ ἐκεῖνοι φρουρὰς ἑκασταχόθι τῆς παραλίας, εἰς Σικελίαν ἦλθον, οὐδὲν δὲ μνήμης ἔπραξαν ἄξιον. Ὁ δὲ Ἀμίλκας τοὺς Γαλάτας τοὺς μισθοφόρους, ὅτι μὴ ἐντελῆ δέδωκεν αὐτοῖς τὸν μισθὸν, ἀγανακτήσαντας, φοβηθεὶς μὴ προσχωρήσωσι τοῖς Ῥωμαίοις, διέφθειρε, πέμψας αὐτοὺς εἴς τινα τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους πόλιν παραληψομένους αὐτὴν, ὡς τάχα προδιδομένην, καὶ διαρπάσαι αὐτὴν ἐπιτρέψας. Στείλας δὲ πρὸς τοὺς ὑπάτους ψευδαυτομόλους, τὴν τῶν Γαλατῶν προμηνύοντας ἔλευσιν· ὅθεν οἱ Γαλάται μὲν πάντες ἐνεδρευθέντες ἐφθάρησαν, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀπέθανον. Ἀπελθόντων δὲ τῶν ὑπάτων οἴκαδε, ὁ Ἀμίλκας καὶ τὴν Ἰταλίαν ἐπόρθει, προσπλέων, καὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλεις τινὰς ὑπηγάγετο. Πυθόμενοι δὲ ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι, ναυτικὸν συνεστήσαντο, καὶ Γαΐον αὐτῷ Δουΐλλιον τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων ἐπέστησαν, τὸν δὲ τούτου συνάρχοντα Κορνήλιον Γάϊον εἰς Σικελίαν ἔπεμψαν, ὃς κατὰ γῆν πολέμου ὃν ἐκεκλήρωτο ἀμελήσας, ταῖς προσούσαις αὐτῷ ναυσὶν ἐς Λιπάραν ἔπλευσεν, ὡς προδιδομένην αὐτῷ, τοῦτο δ' ἐκ δόλου τῶν Καρχηδονίων ἐγένετο. Ὡς οὖν ἐς τὴν Λιπάραν καθωρμίσατο, Βώδης αὐτὸν ὁ τοῦ Ἀννίβου περιεστοίχισεν ὑποστράτηγος. Παρασκευαζομένου δὲ τοῦ Γαΐου πρὸς ἄμυναν, δείσας ἐκεῖνος τὴν ἀπόνοιαν αὐτῶν, προεκαλέσατο αὐτοὺς εἰς σπονδάς· καὶ πείσας ἀνεβίβασεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ τριήρη τόν τε ὕπατον καὶ τοὺς χιλιάρχους, ὡς τῷ ναυάρχῳ ἐντευξομένους. Καὶ τούτους μὲν εἰς Καρχηδόνα ἀπέπεμψαν, τοὺς δὲ λοιποὺς οὐδὲ ἀραμένους τὰ ὅπλα εἷλον.

387. XI. Annibal deinde Italiam vastavit : Amilcar Segestam petiit, ubi maxima pars Romani peditatus erat : et C. Cæcilio tribuno militum opem illis ferre volenti, per insidias multos milites occidit. His Romani cognitis, præfectum urbis statim

ΙΑ'. Εἶτα Ἀννίβας μὲν τὴν Ἰταλίαν ἐπόρθει, Ἀμίλκας δὲ εἰς Ἔγεσταν ἐστράτευσεν, ἐν ᾗ τὸ πλεῖστον τοῦ πεζοῦ τοῖς Ῥωμαίοις ἦν, οἷς ἐπικουρῆσαι Γάϊον Καικίλιον χιλίαρχον ἐθελήσαντα λοχήσας, πολλοὺς ἐφόνευσε τῶν αὐτοῦ. Ταῦτα δὲ μαθόν-

τες οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ, τὸν μὲν ἀστυνόμον εὐθὺς ἐξέπεμψαν, καὶ τὸν Δουίλιον ἐπέσπευσαν. Ὁ δὲ ἐς τὴν Σικελίαν ἐλθὼν, καὶ καταμαθὼν τὰς ναῦς τῶν Καρχηδονίων τῇ μὲν παχύτητι καὶ τῷ μεγέθει τῶν σφῶν ἐλαττουμένας, τῷ τάχει δὲ τῆς εἰρεσίας καὶ τῇ ποικιλίᾳ τοῦ πλοῦ προεχούσας, μηχανὰς ἐπὶ τῶν τριήρων, ἀγκύρας τε καὶ χεῖρας περικόντους σιδηρᾶς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα κατεσκεύασεν, ὅπως ταῖς πολεμίαις ναυσὶν ἐπιῤῥιπτοῦντες αὐτὰ συνάπτοιντο σφίσι, καὶ μεταβαίνοντες εἰς αὐτὰς, εἰς χεῖρας ἴοιεν τοῖς Καρχηδονίοις, καὶ ὡς ἐν πεζῇ μάχῃ τούτοις συῤῥήγνυνται. Συμμίξαντες οὖν οἱ Καρχηδόνιοι ταῖς τῶν Ῥωμαίων ναυσὶ, περιέπλεον σφᾶς, συντόνῳ χρώμενοι εἰρεσίᾳ, καὶ ἐκ τοῦ αἰφνιδίου προσέβαλλον. Χρόνον μὲν οὖν τινα ἰσοπαλὴς ἡ ναυμαχία ἐγίνετο. Εἶθ' οἱ Ῥωμαῖοι ἐπικρατέστεροι γεγονότες, πολλοὺς μὲν κατέδυσαν, συνέσχον δὲ καὶ πολλούς. Ὁ δ' Ἀννίβας ἐπὶ ἑπτήρους ναυμαχῶν, συσχεθείσης τῆς αὐτοῦ νηὸς τριήρει τινὶ, μὴ ἁλῷ φοβηθεὶς, τὴν ἑπτήρη τε ἐγκατέλιπε, καὶ μεταβὰς εἰς ἑτέραν διέφυγε. Τῆς μὲν οὖν ναυμαχίας τοῦτο τέλος ἐγένετο, καὶ λάφυρα πολλὰ ἐλήφθη. Τὸν δ' Ἀννίβαν οἱ Καρχηδόνιοι διὰ τὴν ἧτταν ἀπέκτειναν ἂν, εἰ μὴ εὐθὺς ἐπηρώτησε σφᾶς, ὡς ἀκεραίων ἔτι τῶν πραγμάτων ὄντων, εἰ ναυμαχῆσαι κελεύουσιν, εἰ μή; Συνθεμένων γὰρ αὐτῶν ναυμαχῆσαι, ὡς τῷ ναυτικῷ προέχειν ἐπαιρομένων, ὑπεῖπεν, ὅτι, *Οὐδὲν ἄρα ἠδίκηκα, ὅτι ταὐτὰ ὑμῖν ἐλπίσας συνέβαλον· τῆς γὰρ γνώμης, ἀλλ' οὐ τῆς τύχης ἐτύγχανον κύριος.* Καὶ ὁ μὲν ἐσώθη, τὴν δὲ ἡγεμονίαν ἀφῃρέθη. Δουΐλιος δὲ τὸ πεζὸν προσλαβὼν, τούς τε Ἐγεσταίους ἐῤῥύσατο, μηδ' εἰς χεῖρας αὐτῷ τοῦ Ἀμίλχα ἐλθεῖν ὑπομείναντος, καὶ τὰ φίλια τὰ ἄλλα ἐβεβαιώσατο, καὶ εἰς τὴν Ῥώμην τοῦ θέρους παρελθόντος ἀνεκομίσθη. Ἀπάραντος δ' αὐτοῦ, ὁ Ἀμίλχας τό τε Δρέπανον κεκλημένον (ἔστι δὲ λιμὴν ἐπίκαιρος) ἐκρατύνατο, καὶ ἐς αὐτὸ τὰ πλείστου κατέθετο ἄξια, καὶ τοὺς Ἐρυκηνοὺς ἅπαντας μετανέστησε, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν κατέσκαψεν, ἵνα μὴ οἱ Ῥωμαῖοι καρτερὰν αὐτὴν οὖσαν καταλαβόντες, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου ποιήσωνται· καὶ πόλεις εἷλε τὰς μὲν βίᾳ, τὰς δὲ προδοσίᾳ. Καὶ εἰ μὴ Γάϊος Φλῶρος αὐτὸν ἐπέσχεν, ἐκεῖ χειμάσας, τὴν Σικελίαν ἂν κατεστρέψατο ἅπασαν. Λούκιος δὲ Σκιπίων ὁ συνάρχων αὐτοῦ, ἐπὶ Σαρδὼ καὶ ἐπὶ Κύρνον ἐστράτευσε (κεῖνται δὲ ἐν τῷ Τυρσηνικῷ πελάγει, ὀλίγον ἀλλήλων ἀπέχουσαι, ὡς μίαν αὐτὰς πόῤῥωθεν εἶναι δοκεῖν) καὶ προτέρᾳ τῇ Κύρνῳ προσβαλὼν, τὴν μὲν Οὐαλερίαν τὴν κρατίστην αὐτῆς πόλιν βίᾳ εἷλεν, ἀπόνως δὲ τὰ λοιπὰ ἐχειρώσατο. Ἐς δὲ τὴν Σαρδὼ πλέων, κατεῖδέ τι ναυτικὸν Καρχηδόνιον, καὶ ἐπ' αὐτὸ ἐτράπετο, καὶ οἱ μὲν ἔφυγον πρινὴ συμμῖξαι. Αὐτὸς δ' ἐπὶ πόλιν Ὀλβίαν ἦλθεν. Ἔνθα τῶν Καρχηδονίων μετὰ τῶν νεῶν ἐπιφανέντων φοβηθεὶς (οὐδὲ γὰρ εἶχε τὸ πεζὸν ἀξιόμαχον) ἐπ' οἴκου ἀπῆρεν. Ἐν δὲ τῷ τότε χρόνῳ ἄλλοι τε τῶν ἁλόντων, καὶ ἐν τῷ ἄστει δουλευόντων, καὶ οἱ Σαμνῖται (συχνοὶ γὰρ πρὸς τὴν τοῦ ναυτικοῦ παρασκευὴν ἀφίκοντο) συνέθεντο τῇ Ῥώμῃ ἐπιβουλεῦσαι. Μα-

ablegarunt, et Duillium maturare jusserunt. Qui cum in Siciliam venisset, navesque Carthaginiensium crassitudine et magnitudine Romanis inferiores, sed celeritate remigii, et navigandi varietate superiores esse vidisset : machinas quasdam, ancoras, manus ferreas longis contis præfixas, aliaque ejus generis fabricavit, quibus hostiles naves attraherentur : ac transitu in illas facto, sui cum Carthaginiensibus, veluti in terrestri pugna, cominus dimicarent. Carthaginienses cum Romanas naves crebra remigatione circumdatas subito invasissent, aliquandiu æquo marte certatum est : deinde vero Romani superiores facti, multos demerserunt, multos ceperunt. Annibal septiremi, in qua pugnabat, cum triremi commissa, veritus ne caperetur, in aliam navim saltu facto, evasit. Hoc navalis prælii exitu Romani multis spoliis aucti sunt. Carthaginienses vero Annibalem ob acceptam cladem occidissent, nisi eos statim, veluti rebus adhuc integris, percontatus esset : Utrum navali prælio decertare juberent, necne. Cum assensi essent, ut qui classibus gloriarentur, subjecit, *Nullum suum peccatum esse, qui eadem spe, qua ipsi, pugnam iniisset. Consilium enim in sua potestate, eventum penes fortunam fuisse.* Sic illi vita concessa est, imperium abrogatum. Duillius peditatu sibi adjuncto, Segestanos liberavit, Amilcare nec ad manus venire auso : et sociis civitatibus firmatis, elapsa æstate Romam rediit. Post ejus abitum Amilcar Drepanum (est autem portus opportunus) muniit, eoque res maximi pretii contulit : et Erycinis omnibus expulsis, atque urbe eversa, ne locus munitissimus Romanis ad bellum gerendum usui esset, urbes alias vi, alias proditione cepit : ac nisi a C. Floro, qui ibi hibernabat, coercitus fuisset, totam Siciliam subegisset. L. Scipio ejus collega exercitum in Sardiniam et Corsicam **288** duxit, insulas in Tyrrheno mari sitas, tam exiguo intervallo separatas, ut ex longinquo pro una habeantur. Ac primum Corsicæ principe urbe Valeria vi capta, reliquis citra laborem est potitus. In Sardiniam navigaturus, cum classem Carthaginiensem conspexisset, in eam impetum fecit. Sed cum illa, priusquam ad manus veniretur, fugisset, Olbiam urbem invasit. Ubi navium Carthaginiensium conspectu territus (nec enim a peditatu satis ad pugnam paratus erat), domum versus iter intendit. Eo tempore cum alii captivi, tum Samnites, quorum complures ad navalem instructionem venerant, Romæ insidiari decreverunt. Quo Erius Potilius auxiliorum dux cognito, se eis assentiri simulavit, ut omnia eorum consilia cognosceret. Quia vero illa deferre non poterat, a Samnitibus undique circumdatus, eis persuasit, ut cum senatus haberetur, in foro congressi, vociferarentur, in demetiendo frumento fraudem sibi esse factam. Quod cum illi fecissent accersitus, ut tumultus auctor, insidias exposuit : ac tum quidem seditione sopita, illi sunt dimissi. Noctu vero, cum quique domini servos suos com-

prehendissent, omnis conjuratio dissipata est. Sequenti æstate Romani et Carthaginienses simul et in Sicilia et in Sardinia bellum gesserunt. Deinde cum Attilius Latinus in Siciliam venisset, atque Mutistratum urbem a Floro obsessam invenisset: copiis illius usus, cum mœnia oppugnaret, oppidani principio cum Carthaginiensibus ei fortiter restiterunt. Sed uxoribus et liberis lamentantibus, omissa defensione, Carthaginiensibus noctu digressis, primo diluculo portas ultro aperuerunt. Verum Romani ingressi, nemini pepercerunt: donec Attilius pronuntiari jussit, prædam et homines ejus fore qui cepisset. Tum demum reliquis captis, urbem direptam incenderunt.

A θὼν δὲ τοῦτο Ἕριος Ποτίλιος, ὁ τῆς βοηθείας ἄρχων προσεποιήσατο συμφρονεῖν αὐτοῖς, ἵνα ἀκριβώσῃ πᾶν τὸ δεδογμένον αὐτοῖς, καὶ ἐπεὶ μὴ οἷός τε ἦν καταμηνῦσαι τὸ βούλευμα (πάντες γὰρ περὶ αὐτὸν ἦσαν οἱ Σαμνῖται) ἔπεισεν αὐτοὺς βουλῆς ἀγομένης εἰς τὴν ἀγορὰν ἀθροισθῆναι, καὶ καταβοῆσαι αὐτοῦ, ὡς περὶ τὸν σῖτον ἀδικουμένους, ὅνπερ ἐλάμβανον. Τῶν δὲ τοῦτο ποιησάντων, μεταπεμφθεὶς, ὡς αἴτιος τοῦ θορύβου, ἐξέφηνεν αὐτοῖς τὴν ἐπιβουλήν. Καὶ τότε μὲν ἡσυχάσαντας ἀπέπεμψαν. Νυκτὸς δὲ συνέλαβον ἕκαστοι τῶν ἐχόντων δούλους τινὰς ἐξ αὐτῶν, καὶ οὕτως ἡ πᾶσα διελύθη συνωμοσία. Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ θέρει ἔν τε τῇ Σικελίᾳ καὶ τῇ Σαρδοῖ ἅμα ἐπολέμησαν οἱ Ῥωμαῖοί τε καὶ οἱ Καρχηδόνιοι.

Καὶ μετὰ τοῦτ' Ἀττίλιος Λατῖνος ἐς τὴν Σικελίαν ἐλθὼν, καὶ Μουτίστρατον πόλιν ὑπὸ τοῦ Φλώρου πολιορκουμένην εὑρὼν, τῇ παρασκευῇ ἐκείνου ἐχρήσατο. Καὶ προσβολὰς περὶ τὸ τεῖχος αὐτοῦ ποιουμένου, πρῶτον μὲν οἱ ἐπιχώριοι μετὰ τῶν Καρχηδονίων ἠμύνοντο κραταιῶς. Τῶν δὲ γυναικῶν καὶ τῶν παίδων ἐς δάκρυα καὶ ἐς οἰμωγὰς προαχθέντων, οὐκ ἀντέσχον. Ὑπεξελθόντων δὲ νυκτὸς τῶν Καρχηδονίων, ἅμα τῇ ἕῳ τὰς πύλας ἐθελονταὶ οἱ ἐπιχώριοι ἀνεπέτασαν. Εἰσελθόντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι πάντας ἐφόνευον· ἕως ἐκήρυξεν ὁ Ἀττίλιος, τὴν λοιπήν τε λείαν καὶ τοὺς ἀνθρώπους τοῦ λαβόντος εἶναι. Ἔκτοτε γὰρ τοὺς λοιπούς τε ἐζώγρησαν, καὶ τὴν πόλιν προδιαρπάσαντες κατέπρησαν.

XII. Inde Camarinam incircumspecte aggressi, atque in loca insidiis occupata delapsi, omnes perissent, nisi M. Calphurnius, tribunus militum, calamitatem eam arte correxisset. Nam cum ex omnibus unum tumulum ob præcipitium non occupatum vidisset, ccc **389** a consule milites petiit: quos cum propere illo adduxisset, ut hostibus in se conversis, cæteri effugerent, non deceptus est. Nam hostes eorum impetu perculsi, consule cum suis ut jam captis relictis, contra Calphurnium concurrerunt: et atroci pugna commissa, multi etiam ex illis, sed illi ccc omnes perierunt, præter unum Calphurnium: qui cum præ vulneribus instar mortui inter cadavera jacuisset, vivens repertus, evasit incolumis. Interea vero dum ccc pugnant, etiam consul Attilius, evitato periculo, Camarina et aliis urbibus partim vi, partim deditione subactis, ad Liparam proficiscitur: quam cum Hamilcar clam noctu occupasset, subita eruptione facta, multos cæcidit. Caius vero Sulpitius non modo Sardiniæ pleraque loca infestavit: sed successibus elatus, etiam contra Libyam iter intendit. Ac Carthaginienses cum Annibale solverunt, patriæ metuentes: sed vento adverso repulsi, ambo recesserunt. Deinde Attilius Annibalem per subornatos transfugas, tanquam denuo in Africam navigaturus, decepit. Cum igitur celeriter e portu solvisset, Sulpitius contra eum invectus, plerasque naves ejus, præ caligine diu ignorantes quid rei esset, ac turbatas, demersit: reliquæ ad terram profugerunt, atque inanes captæ sunt. Nam Annibal cum portum non tutum esse videret, iis relictis, in urbem Sulcos se contulit: ibique orta contra eum seditione Carthaginiensium, cum solus ad eos prodiisset, periit. Ex eo tempore Romani securius agros populantes, ab Hannone victi sunt. Hæc eo anno gesta sunt: et continenter lapides de cœlo simul plures, grandinis instar, Romæ deciderunt.

B ΙΒʹ. Ἐκεῖθεν δ' ἐπὶ Καμερίναν ἀπερισκέπτως γενόμενοι ἐς χωρία προλελοχισμένα ἐνέπεσον· καὶ πανσυδὶ ἂν ἐφθάρησαν, εἰ μὴ Μάρκος Καλπούρνιος χιλιαρχῶν σοφίᾳ μετῆλθε τὸ δυστύχημα. Ἰδὼν γάρ τινα τῶν πέριξ λόφων μόνον ὑπὸ τοῦ κρημνώδους μὴ προκατειλημμένον, ὁπλίτας τριακοσίους παρὰ τοῦ ὑπάτου ᾐτήσατο, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐπ' ἐκεῖνον ὥρμησεν, ἵν' οἱ πολέμιοι πρὸς αὐτοὺς τράπωνται, κἀντεῦθεν οἱ λοιποὶ διαφύγωσι· καὶ ἔσχεν οὕτως. Ὡς γὰρ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν εἶδον οἱ ἐναντίοι, ἐκπλαγέντες, τὸν μὲν ὕπατον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν, ὡς ἤδη ἑαλωκότας, κατέλιπον, ἐπὶ δὲ τὸν Καλπούρνιον συνέδραμον. Καὶ μάχης ἰσχυρᾶς γεγονυίας, πολλοὶ μὲν κἀκείνων, πάντες δ' οἱ τριακόσιοι ἔπεσον· μόνος δὲ περιεσέσωστο ὁ Καλπούρνιος, τρωθεὶς μὲν· C λαθὼν δ' ἐν τοῖς νεκροῖς κείμενος ὑπὸ τῶν τραυμάτων, ὡς τεθνηκὼς, ἔνθα ζωὸς εὑρεθεὶς ἐσώθη. Ἐν ᾧ δ' οἱ τριακόσιοι ἐμάχοντο, ὁ ὕπατος ἀπεχώρησε. Διαφυγὼν δ' οὕτως, τήν τε Καμαρῖναν καὶ ἄλλας πόλεις τὰς μὲν βίᾳ, τὰς δὲ καὶ ὁμολογίᾳ παρεστήσατο. Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Λιπάραν ὥρμησεν ὁ Ἀττίλιος. Νυκτὸς δὲ λαθὼν προκατέσχεν αὐτὴν ὁ Ἀμίλκας· καὶ ἐπεξελθὼν αἰφνιδίως, πολλοὺς διέφθειρε. Γάϊος δὲ Σουλπίκιος τῆς τε Σαρδοῦς τὰ πλεῖστα κατέδραμε, καὶ ὑπερφρονήσας ἐκ τούτου, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Λιβύην. Καὶ ἀπῆραν μὲν καὶ οἱ Καρχηδόνιοι σὺν τῷ Ἀννίβᾳ, περὶ τοῖς οἴκοι δεδότες. Ἀντιπνεύσαντος δὲ πνεύματος σφίσιν, ἄμφω ὑπεχώρησαν. Καὶ μετὰ ταῦτα ἔσφηλε διά τινων D ψευδαυτομόλων τὸν Ἀννίβαν ὁ Ἀττίλιος, ὡς ἐς τὴν Λιβύην αὖθις πλευσόμενος. Σπουδῇ τε οὖν αὐτῷ ἐξαναχθέντι ἐπιπλεύσας ὁ Σουλπίκιος, τὰς μὲν πλείους τῶν νεῶν ἀγνοούσας ὑπὸ ὁμίχλης ἐπὶ πολὺ τὸ γινόμενον, καὶ ταραττομένας κατέδυσε· τὰς δὲ λοιπὰς καταφυγούσας ἐς τὴν γῆν κενὰς εἷλεν. Ὁ γὰρ Ἀννίβας, οὐκ ἀσφαλῆ τὸν λιμένα ὁρῶν, καταλιπὼν αὐτὰς ἀνεχώρησεν εἰς πόλιν Σουλκούς. Ἔνθα στασιασάντων πρὸς αὐτὸν Καρχηδονίων, προϊλ-

θέ τε ἐς αὐτοὺς μόνος, καὶ ἀπώλετο. Ἀδεέστερον δ' A ἐκ τούτου τὴν χώραν κατατρέχοντες οἱ Ῥωμαῖοι, ἡττήθησαν ὑπὸ Ἄννωνος. Ταῦτα ἐν τῷ ἔτει τούτῳ ἐγένετο. Καὶ συνεχῶς λίθοι ἐξ οὐρανοῦ ἐς τὴν Ῥώμην ἅμα πολλοὶ, ὡς καὶ χαλάζῃ ἐοικέναι, ἔπεσον. Καὶ ἐς τὸ Ἀλβανὸν καὶ ἄλλοθι λίθους ὁμοίως συνέβη κατενεχθῆναι. Οἱ δ' ὕπατοι, ἐπὶ Σικελίαν ἐλθόντες, ἐπὶ Λιπάραν ἐστράτευσαν. Ἐπεὶ δ' ὑπὸ τὴν ἄκραν τὴν Τυνδαρίδα καλουμένην ναυλοχοῦντας ᾔσθοντο τοὺς Καρχηδονίους, διχῇ τὸν πλοῦν ἐποιοῦντο. Καὶ θατέρου τῶν ὑπάτων τῷ ἡμίσει τοῦ ναυτικοῦ τὸ ἀκρωτήριον περιβαλόντος, νομίσας ὁ Ἀμίλκας μόνους εἶναι, ἐξανήχθη. Ὡς δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἐπεγένοντο, πρὸς φυγὴν ἐχώρησε, καὶ τοῦ ναυτικοῦ πλεῖστον ἀπέβαλεν. Ἐπαρθέντες δ' οἱ Ῥωμαῖοι, Σικελίαν μὲν, ὡς ἤδη σφετέραν οὖσαν, κατέλιπον, τῇ δὲ B Λιβύῃ τῇ τε Καρχηδόνι ἐπιχειρῆσαι ἐτόλμησαν. Ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν ὅ τε Ῥηγοῦλος ὁ Μάρκος, καὶ Λούκιος Μάλιος, ἐξ ἀρετῆς προκριθέντες. Καὶ οἱ μὲν, εἰς τὴν Σικελίαν πλεύσαντες, τὰ ἐκεῖσε καθίστων, καὶ τὸν ἐς τὴν Λιβύην ηὐτρέπιζον πλοῦν. Καρχηδόνιοι δὲ οὐκ ἀνέμειναν αὐτοὺς ἐπιπλεῦσαι σφίσιν, ἀλλὰ παρασκευασάμενοι πρὸς Σικελίαν ἠπείχθησαν, καὶ παρὰ τῇ Ἡρακλειώτιδι ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἦλθον. Ἰσοῤῥόπου δὲ τῆς ναυμαχίας ἐπὶ πολὺ γινομένης, τέλος ὑπερέσχον Ῥωμαῖοι. Ἀμίλκας δὲ ἀντιστῆναι αὐτοῖς οὐκέτι ἐτόλμα· Ἄννωνα δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔπεμψεν, ὡς ὑπὲρ εἰρήνης, βουλόμενος τὸν καιρὸν τρίβειν (ἤλπιζε γὰρ στράτευμα οἱ πεμφθήσεσθαι οἴκοθεν), Ἄννων δὲ βοώντων τι- C νῶν συλλαβεῖν αὐτὸν, ὅτι καὶ Καρχηδόνιοι ἀπάτῃ συνέλαβον τὸν Κορνήλιον· *Ἂν τοῦτο ποιήσητε*, εἶπεν, *οὐδὲν ἔτι κρείττους τῶν Λιβύων ἔσεσθε.* Ἐκεῖνος μὲν οὖν εὐκαιρότατα θωπεύσας αὐτοὺς, οὐδὲν ἔπαθεν, οἱ δὲ καὶ αὖθις τοῦ πολέμου εἴχοντο. Καὶ οἱ μὲν ὕπατοι ἐκ τῆς Μεσσήνης ἔπλεον, Ἀμίλκας δὲ καὶ Ἄννων διαιρεθέντες, ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς περισχεῖν ἐμελέτων. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἄννων οὐχ ὑπέστη προσιόντας αὐτούς· προκαταπλεύσας δ' εἰς Καρχηδόνα, ταύτην ἐφύλασσεν. Ὁ δὲ Ἀμίλκας, πυθόμενος τοῦτο, κατὰ χώραν ἔμενεν. Ἐκβάντες δ' εἰς τὴν γῆν οἱ Ῥωμαῖοι, ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα τὴν πόλιν ἐχώρησαν. Οὓς ἰδόντες προσιόντας οἱ ἐπιχώριοι, προϋπεξῆλθον, καὶ ἀμαχεὶ κατασχόντες αὐτὴν οἱ Ῥωμαῖοι, τοῦ πολέμου ὁρμητήριον ἐποιήσαντο. Κἀντεῦθεν τήν τε γῆν ἐπόρθουν, καὶ πόλεις τὰς μὲν ἐθελουσίας, τὰς δὲ φόβῳ προσεκτῶντο, λείαν τε πολλὴν ἐλάμβανον, καὶ αὐτομόλους πλείστους ἐδέχοντο, καὶ τῶν οἰκείων συχνοὺς τῶν ἐν τοῖς πρὶν ἁλόντων πολέμοις ἐκομίζοντο.

Idem in Albano, et alibi quoque factum. Consules in Siciliam profecti, Liparam oppugnarunt. Cum autem sub Tyndario promontorio Carthaginienses in insidiis esse cognovissent, naves diviserunt. Et cum alter consul semisse classis promontorium circumdedisset, ratus Hamilcar eum solum esse, naves suas contra eduxit. Sed reliquis etiam se ostendentibus, in fugam versus, maximam navium partem amisit. Hoc successu elati Romani, Sicilia, ut jam suæ ditionis, relicta, **390** Libyam et Carthaginem petere ausi sunt, ductu et auspiciis M. Reguli et L. Manlii : qui ob virtutem prælati cæteris, cum in Sicilia appulissent, insula ordinata, navigationem Libycam adornarunt. Verum Carthaginienses eorum adventu non exspectato, classe celeriter comparata, juxta Heracleam cum eis congressi sunt. Cumque diu æquo Marte pugnatum esset, Romani tandem vicerunt. Amilcar vero non amplius eis resistere ausus, et cum spem haberet, domo sibi missum iri exercitum, tempus extrahere cupiens, Hannonem ad eos per speciem petendæ pacis misit. Quem cum quidam comprehendendum esse clamitarent, quod etiam Carthaginienses Cornelium fraude cepissent : *Si istud*, inquit, *feceritis*, *Afris nihilo jam præstantiores eritis.* Ea tam opportuna adulatione incolumis evasit. Illi vero rursus in bellum incubuerunt. Ac consules Messana profectos Hamilcar et Hanno divisis copiis utrinque circumdare statuerunt. Sed Hanno eorum accessu non exspectato, ad Carthaginem tutandam properavit. Quo Amilcar cognito, eodem loco mansit. Cæterum Romani exscensu in terram facto, Aspidem urbem invaserunt : quos cum cives accedere vidissent, e medio excesserunt. Ita urbem Romani vacuam ceperunt : eaque ad belli gerendi commoditatem usi, atque inde erumpere soliti, agros vastarunt ; et alias urbes vi, alias deditione subegerunt, magnamque prædam ceperunt : et transfugas, suorumque plurimos, bellis prioribus captos, receperunt.

ΙΓ. Χειμῶνος δὲ ἐπιγενομένου, Μάλιος μὲν εἰς D Ῥώμην σὺν τῇ λείᾳ ἀπέπλευσε, Ῥηγοῦλος δ' ἐν τῇ Λιβύῃ ὑπέμεινε. Καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ἐν παντὶ κακῷ γεγόνασι, τῆς χώρας τε πορθουμένης αὐτῶν, καὶ τῶν περιοίκων ἀλλοτριουμένων, καὶ κατειληθέντες εἰς τὸ τεῖχος ἡσύχαζον. Ῥηγούλῳ δὲ παρὰ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν στρατοπεδευομένῳ, δράκων ἐπεφάνη ὑπερμεγέθης, οὗ τὸ μῆκος λέγεται εἶναι ποδῶν ἑκατὸν πρὸς εἴκοσι· καὶ γὰρ ἡ λεβηρὶς αὐτοῦ εἰς τὴν Ῥώμην κεκόμιστο δι' ἐπίδειξιν. Ἀνάλογον δὲ καὶ τὸν ἄλλον ὄγκον τοῦ σώματος εἶχεν· ὃς συχνοὺς τῶν στρατιωτῶν τοὺς μὲν πελάζοντας αὐτῷ, τοὺς δὲ καὶ πίνοντας ἐκ τοῦ ποταμοῦ διέφθειρε. Κατειργάσατο δ' αὐτὸν ὁ Ῥηγοῦλος πληθύϊ στρα-

XIII. Cum hiems supervenisset, Manlius cum manubiis Romam navigavit. Regulus in Africa mansit Carthaginienses vero omnis generis malis conflictantes (nam et ager vastabatur, et finitimi alienabantur) intra mœnia conglobati se continuerunt. Regulo ad Bagradam flumen castrametato, draco ingens visus est, cujus longitudo pedum cxx fuisse perhibetur, et pellis ostentationis causa Romam perlata esse. Longitudini tantæ totius moles corporis respondit. Eum post multos milites, qui vel propius accesserant, vel e flumine biberant, devoratos, Regulus militum copiis et catapultis confecit. **391** Amilcarem autem in silvoso tumulo castra habentem noctu aggressus, multos in cu-

bilibus, multos experrectos occidit : si qui vero evaserant, ab iis qui vias custodiebant, excepti perierunt. Sic magna pars Carthaginiensium est absumpta, et multæ urbes ad Romanos defecerunt. Itaque ii qui in urbe erant, veriti ne caperentur, caduceatores ad eum miserunt ; ut eo tolerabili aliqua pactione amoto, imminens malum subterfugerent. Cum autem multa perquam molesta postularet, ut pacis conditiones nihil aliud quam excidium judicarent, paci bellum prætulerunt. Regulus enim ad id usque tempus prospera fortuna usus, animis et fastu adeo plenus fuit, ut Romam scriberet, se metu obsignatas habere Carthaginis portas. Idem affectus et ejus militum, et civium Romanorum fuit : unde factum est, ut impingerent. Nam Carthaginiensibus cum alii, tum Xanthippus Lacedæmonius auxilio venerunt. Qui imperator creatus (nam ei et populus cupide summam rerum detulit, et Amilcar cæterique principes ultro cesserunt) cum alia probe ordinavit, tum Carthaginienses a tumulis, in quibus præ metu agebant, in planitiem deduxit, ubi et equitatus eorum et elephantes plurimum poterant. Hic aliis temporibus quietus, exspectavit dum Romani castra negligenter tuerentur. Elati enim victoria, Xanthippum ut Græculum (quo nomine per contemptum utuntur) nihil facientes, securi agitabant. Sic affectos Romanos adortus, eorumque equitatu per elephantos profligato, multos occidit, multos cepit, atque ipsum Regulum. Qua victoria Carthaginienses etsi animos receperant, tamen captivos conservarunt : ne ii quoque, quos pridem Romani ceperant, occiderentur. Ac cæteros quidem bene tractarunt, Regulum autem omnibus modis afflixerunt. Nam et tantum cibi præbebant, unde vitam sustentare posset, et continenter elephantum ad eum adducebant : a quo territus, neque animo neque corpore conquiesceret. Denique post has vexationes eum in carcerem conjecerunt. Suos etiam fœderatos crudelissime tractarunt. Nam cum ea quæ promiserant **392** præstare non possent, eos dimiserunt, ut stipendia non multo post persoluturi. Sed vectores eorum jusserunt, iis in deserta quadam insula expositis, clam discedere. Xanthippum alii submersum ab iis ferunt, abeuntem persecutis. Alii navem ei datam veterem, et ruinarum plenam, extrinsecus recens picatam, ut in ea per se submergeretur : quo is animadverso, alia navi conscensa evaserit. Id vero factum, ne ab illo conservati viderentur. Putabant enim, eo sublato, etiam rerum gestarum gloriam una perituram.

τιωτῶν καὶ μηχαναῖς λιθοβόλοις. Καὶ τὴν μὲν οὕτως διέφθειρεν. Τῷ δὲ Ἀμίλκᾳ ἐπὶ μετεώρου καὶ ξυλώδους στρατοπεδευομένῳ χωρίου νύκτωρ προσέμιξε, καὶ πολλοὺς μὲν ἐν ταῖς εὐναῖς, πολλοὺς δ' ἐξεγερθέντας διώλεσεν. Εἰ δέ τινες καὶ διέφυγον, τοῖς τὰς ὁδοὺς τηροῦσιν ἐμπίπτοντες ὤλλυντο. Καὶ οὕτω τῶν τε Καρχηδονίων μέρος ἀναλώθη πολὺ, καὶ πόλεις αὐτῶν συχναὶ πρὸς Ῥωμαίους μεθίσταντο. Φοβηθέντες δ' οἱ ἐν τῇ πόλει μὴ ἁλῶσι, διεκηρυκεύσαντο πρὸς τὸν ὕπατον, ὅπως ὁμολογίᾳ τινὶ ἐπιεικεῖ ἀποπέμψαντες αὐτὸν, τὸ παραυτίκα δεινὸν ὑπεκφύγωσιν. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ ἀπῃτοῦντο καὶ φορτικὰ, ὡς ἅλωσιν αὐτῶν ἀκριβῆ νομίζεσθαι τὰς σπονδὰς, πολεμεῖν μᾶλλον εἵλοντο. Ὁ μέντοι Ῥηγοῦλος, μέχρι τότε εὐτυχῶν, αὐχήματος μεστὸς ἐγένετο καὶ φρονήματος, ὥστε καὶ γράφειν εἰς τὴν Ῥώμην, ὅτι κατεσφραγισμένας ἔχει τὰς τῶν Καρχηδονίων πύλας ὑπὸ τοῦ φόβου. Τὰ ἴσα δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, καὶ οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐφρόνουν· ὅθεν καὶ ἐσφάλησαν. Ἦλθον μὲν γὰρ τοῖς Καρχηδονίοις καὶ ἕτεροι σύμμαχοι, ἦλθε δὲ καὶ ἐκ Λακεδαίμονος Ξάνθιππος. Οὗτος, τὴν αὐτοκράτορα τῶν Καρχηδονίων ἀρχὴν εἰληφὼς (ὅ τε γὰρ δῆμος αὐτῷ τὰ πράγματα προθύμως ἐπέτρεψε, καὶ ὁ Ἀμίλκας καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἐν τέλει ἑκουσίως ἐξέστησαν) τά τε ἄλλα παρεσκεύασεν εὖ, καὶ ἀπὸ τῶν μετεώρων τοὺς Καρχηδονίους, ἐν οἷς ὑπὸ δέους ἦσαν, κατήγαγεν εἰς τὸ ὁμαλὸν, ἐν ᾧ ἥ τε ἱππεία αὐτῶν καὶ οἱ ἐλέφαντες πλεῖστον ἰσχύσειν ἔμελλον· καὶ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἡσύχαζε· τηρήσας δέ ποτε τοὺς Ῥωμαίους καταφρονητικῶς αὐλιζομένους· μέγα γὰρ φρονοῦντες τῇ νίκῃ, καὶ τὸν Ξάνθιππον ὡς Γραικὸν ὑπερορῶντες (οὕτω γὰρ καλοῦσι τοὺς Ἕλληνας, καὶ εἰς ὄνειδος δυσγενείας τῷ προσρήματι κατ' αὐτῶν χρῶνται) τὰς στρατοπεδείας ἀπερισκέπτως πεποίηντο· οὕτως οὖν τοῖς Ῥωμαίοις διακειμένοις ὁ Ξάνθιππος ἐπελθὼν, καὶ τὸ ἱππικὸν αὐτῶν διὰ τῶν ἐλεφάντων τρεψάμενος, πολλοὺς μὲν κατέκοψε, πολλοὺς δὲ καὶ ἐζώγρησε, καὶ αὐτὸν τὸν Ῥηγοῦλον. Καὶ ἐν φρονήματι διὰ ταῦτα ἦσαν οἱ Καρχηδόνιοι, τοὺς δὲ ἁλόντας περιέσωσαν, ἵνα μὴ καὶ οἱ παρὰ τῶν Ῥωμαίων πρότερον ἐξ αὐτῶν αἰχμαλωτισθέντες κτανθῶσι. Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους τῶν ἑαλωκότων Ῥωμαίων ἐν θεραπείᾳ εἶχον, τὸν δὲ Ῥηγοῦλον ἐν πάσῃ κακουχίᾳ πεποίηντο, τροφήν τε αὐτῷ ὅσον ἀποζῆν προσῆγον, καὶ ἐλέφαντα προσέφερον συνεχῶς, ὅπως ὑπ' αὐτοῦ δειματούμενος, μήτε τῷ σώματι, μήτε τῇ διανοίᾳ ἡσυχάζοι. Ἐπὶ συχνὸν δὲ κακώσαντες οὕτως αὐτὸν εἰς δεσμωτήριον ἔθεντο. Τοὺς δὲ σφετέρους συμμάχους οἱ Καρχηδόνιοι δεινότατα μετεχειρίσαντο. Οὐ γὰρ εὐποροῦντες ἀποδοῦναι αὐτοῖς ἃ προϋπέσχοντο, ἀπέπεμψαν αὐτοὺς, ὡς καὶ τὸν μισθὸν αὐτοῖς οὐκ ἐς μακρὰν ἀποδώσοντες. Ἐκέλευσαν δὲ τοῖς κομίζουσι σφᾶς εἰς ἐρήμην τινὰ νῆσον ἐκβιβάσαι, καὶ λάθρα ἀποπλεῦσαι. Καὶ τὸν Ξάνθιππον δὲ οἱ μέν φασι καταποντίσαι αὐτοὺς ἀποπλεύσαντι ἐπιπλεύσαντας· οἱ δὲ ναῦν αὐτῷ δοῦναι παλαιὰν, μηδὲν στέργουσαν, νέον καταπιττώσαντες ἔξωθεν, ἵν' αὐτῇ ἐφ' ἑαυτοῦ καταποντισθῇ· τὸν δὲ γνόντα τοῦτο εἰς ἑτέραν ἐμβῆναι, καὶ οὕτω διασωθῆναι. Ταῦτα δ' ἐποίουν, ἵνα μὴ δοκοῖεν πρὸς ἐκείνου σεσῶσθαι. Ἐνόμισαν γὰρ, ἀπολωλότος αὐτοῦ, καὶ τὴν τῶν ἔργων δόξαν συναπολέσθαι.

XIV. Romanis ea clade mœstis, illud dolorem

ΙΔʹ. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ἤλγουν μὲν διὰ τὸ συμβὰν,

καὶ πλέον ὅτι τοὺς Καρχηδονίους ἐπὶ τὴν Ῥώμην αὐτὴν προσεδόκων ἀποπλευσεῖσθαι. Διὰ ταῦτα τήν τε Ἰταλίαν ἐν φυλακῇ ἐποιήσαντο, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐν Σικελίᾳ τῇ τε Λιβύῃ ὄντας Ῥωμαίους σπουδῇ τοὺς ὑπάτους ἔπεμψαν, Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Φούλβιον Πλαίτινον. Οἱ ἐς Σικελίαν πλεύσαντες, καὶ φρουρήσαντες τὰ ἐκεῖ, πρὸς Λιβύην ὡρμήκεσαν. Καὶ χειμῶνι ληφθέντες, κατηνέχθησαν ἐς Κόρσουραν. Πορθήσαντες δὲ τὴν νῆσον, καὶ φρουρᾷ παραδόντες, ἔπλεον αὖθις. Κἀν τούτῳ ἰσχυρὰ ναυμαχία πρὸς Καρχηδονίους ἐγίνετο. Ἠγωνίζοντο γὰρ οἱ μὲν παντελῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῆς οἰκείας ἐκβαλεῖν· Ῥωμαῖοι δὲ τοὺς ἐγκαταλειφθέντας σφῶν ἐν τῇ πολεμίᾳ ἀνασώσασθαι. Ἀγχωμάλως δὲ μαχομένων, οἱ ἐν τῇ Ἀσπίδι ὄντες Ῥωμαῖοι κατὰ νώτου τοῖς Καρχηδονίοις ἐξαίφνης ἐπέπλευσαν· καὶ ἀμφιβόλους αὐτοὺς καταλαβόντες, ἐνίκησαν. Καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τῷ πεζῷ Ῥωμαῖοι ἐκράτησαν, καὶ εἷλον πολλούς, οὓς διὰ τὸν Ῥήγουλον καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἁλόντας περιεσώσαντο. Ἁρπαγάς δέ τινας ποιησάμενοι, ἐς Σικελίαν ἔπλεον. Χειμῶνι δὲ περιπεσόντες, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες, οἴκοι ταῖς ναυσὶ ταῖς περισωθείσαις ἀπέπλευσαν. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι καὶ τὴν Κόρσουραν ἔλαβον, καὶ ἐς Σικελίαν ἐπεραιώθησαν. Καὶ εἰ μὴ τὸν Κολλατῖνον καὶ Γναῖον Κορνήλιον ἔμαθον πολλῷ προσπλέοντας ναυτικῷ, πᾶσαν ἂν αὐτὴν ἐχειρώσαντο. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ναυτικόν τε ἄριστον ταχέως ἐξήρτυσαν, καὶ καταλόγους βελτίστους ἐπεποιήκεσαν. Καὶ οὕτως ἐῤῥώσθησαν, ὥστε τρίτῳ μηνὶ ἐς τὴν Σικελίαν ἐπανελθεῖν. Πεντακοσιοστὸν δ' ἦν ἔτος, ἀφ' οὗπερ ἡ Ῥώμη συνέστη. Καὶ τὴν μὲν κάτω τοῦ Πανόρμου πόλιν οὐ χαλεπῶς εἷλον, τῇ δὲ ἄκρᾳ προσεδρεύοντες ἐκακοπάθησαν, μέχρις οὗ τοὺς ἐν αὐτῇ ἐπέλιπεν ἡ τροφή. Τότε γὰρ προσεχώρησαν τοῖς ὑπάτοις. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὰς ναῦς αὐτῶν οἴκαδε πλεούσας τηρήσαντες, εἷλον συχνὰς χρημάτων μεστάς. Εἶτα Σερουΐλιός τε Καιπίων καὶ Γάϊος Σεμπρώνιος ὕπατοι, τοῦ μὲν Λιλυβαίου πειράσαντες ἀπεκρούσθησαν, ἐς δὲ τὴν Λιβύην ἐπεραιώθησαν, καὶ τὴν παραλίαν ἐπόρθουν. Ὡς δ' ἐκομίζοντο οἴκαδε, χειμῶνι ἐνέτυχον καὶ ἐβλάβησαν. Διὸ νομίσας ὁ δῆμος ἐξ ἀπειρίας τῶν ναυτικῶν βλάπτεσθαι, τῆς μὲν ἄλλης θαλάσσης ἀπέχεσθαι ἐψηφίσαντο, ναυσὶ δ' ὀλίγαις τὴν Ἰταλίαν φρουρεῖν παρεσκεύαζον. Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ ἔτει Πούπλιος Γάϊος καὶ Αὐρήλιος Σερουΐλιος ἐς τὴν Σικελίαν ἦλθον, καὶ ἄλλα τέ τινα κατεστρέψαντο, καὶ Ἱμέραν· οὐ μέντοι τινὰ συνέσχον τῶν ἐν αὐτῇ· νυκτὸς γὰρ αὐτοὺς οἱ Καρχηδόνιοι ἐξεκόμισαν. Μετὰ δὲ τοῦτο Αὐρήλιος ναῦς τε παρὰ Ἱέρωνος εἰληφώς, καὶ ὅσοι τῶν Ῥωμαίων ἦσαν ἐκεῖ συμπαραλαβών, ἔπλευσεν εἰς Λιπάραν, καὶ ἐν αὐτῇ χιλίαρχον Κυΐντον Κάσσιον καταλιπών, προσεδρεύοντα μάχης ἄνευ, ἀπῆρεν οἴκαδε. Κυΐντος δὲ μὴ φροντίσας τῆς ἐντολῆς, προσέμιξε τῇ πόλει, καὶ πολλοὺς ἀπέβαλεν. Ὁ μέντοι Αὐρήλιος μετὰ ταῦτα ἐκείνους ἑλών, πάντας ἀπέκτεινε, καὶ τὸν Κάσσιον τῆς ἀρχῆς ἔπαυσε. Καρχηδόνιοι δὲ τὰ δόξαντα τοῖς Ῥωμαίοις περὶ τοῦ

A anxit, quod Carthaginienses ad ipsam urbem navigaturos arbitrabantur. His de causis et Italiam præsidiis munierunt, et consules M. Æmilium et Fulvium Plætinum ad Romanos, qui in Sicilia et Libya erant, celeriter miserunt. Qui cum Sicilia præsidiis firmata, in Africam navigarent, tempestate ad Corsuram delati, vastata insula, et præsidiis munita, perrexerunt. Ac tum acre prælium in mari commissum est cum Carthaginiensibus. Hi enim annitebantur, ut Romanos e sua ditione penitus ejicerent: Romani vero, ut suos ex hostili terra recuperarent. Ancipiti pugnæ eventu, Romani qui Aspide erant, a tergo Carthaginienses ex improviso adorti, utrinque circumventos vicerunt. Deinde Romani, etiam pedestri prælio victores, ceperunt B multos, quos propter Regulum et concaptivos ejus conservarunt: abactaque præda, in Siciliam redierunt. Sed tempestate conflictati, multis amissis, cum reliquis navibus domum redierunt. Carthaginienses autem et Corsuram receperunt, et in Siciliam trajecerunt. Ac nisi Collatinum et Cneium Cornelium cum magna classe adventare cognovissent, eam totam subegissent. Romani enim optimam classem celerrime compararunt, et delectus fortissimorum virorum habuerunt: itaque firmati sunt, ut tertio mense in Siciliam redirent. Id factum anno ab Urbe condita quingentesimo. Ac Panormi urbem inferiorem facile ceperunt: sed in arcis obsidione difficultatibus conflictati sunt: donec C præsidiarii commeatu destituti, consulibus deditionem **393** fecerunt. Carthaginienses autem, observatis navibus eorum domum redituris, multas pecuniæ plenas ceperunt. Deinde Servilius Cæpio et C. Sempronius coss. Lilybæo frustra tentato, in Africam transvecti, oram maritimam infestarunt: in reditu incommodum ex tempestate ceperunt. Itaque populus existimans detrimenta illa ex rei navalis imperitia capi, reliquo mari abstinere, et Italiam duntaxat paucis tueri navibus decreverunt. Anno sequenti, P. Caius et Aurelius Servilius in Siciliam profecti, cum alia loca, tum Himeram ceperunt, sed vacuam civibus, quos Carthaginienses noctu asportarant. Post hæc Aurelius, navibus ab Hierone acceptis, et Romanis omnibus qui in insula D erant assumptis, Liparam trajecit: ibique Q. Cassio tribuno militum relicto, qui eam sine pugna obsideret domum rediit: sed Quintus mandato consulis neglecto, urbem aggressus, multos amisit. Qua deinde Aurelius expugnata, omnes occidit, et Cassio magistratum abrogravit. Carthaginienses decreto Romanorum de re navali cognito, classem spe totius Siciliæ potiundi miserunt. Ac dum ambo coss. Cæcilius Metellus et C. Furius aderant, quieverunt. Sed cum Furius Romam rediisset, Metello contempto, ad Panormum accesserunt. Metellus, cognita exploratorum præsentia, omnibus qui in urbe erant convocatis, pro concione edixit, ut sese invicem prehensarent: et quemvis rogando quis esset, quidque ageret, hostes deprehendit.

Carthaginiensibus autem ad pugnam se parantibus, per dies complures metu simulato, effecit, ut elati animis audacius mœnia oppugnarent. Signoque dato, Romanis subito portis omnibus erumpere jussis, facile vicit in angustias redactos : unde cum evadere non possent, in tanta et virorum et elephantorum multitudine, turbabantur. Sed interea classis Punica appellens, exitii causa in primis eis fuit. Nam dum naves conscendere contendunt, partim in mari perierunt, partim ab elephantis et sese et homines urgentibus conculcati, partim a Romanis occisi sunt. Capti etiam multi et viri et elephantes : qui cum magistros suos non **394** habentes exasperarentur, Metellus captivis, qui eos cepissent, salutem et impunitatem præconio promitti jussit. Sic illi mansuetissimis et notis captis, etiam cæteros attraxerunt : qui cxx, numero sic per fretum Romam sunt traducti. Dolia multa inter sese devinxerunt, et lignis insertis ita distinxerunt, ut neque separarentur, neque coirent : eaque trabibus constrata, sarmentis et terra ingesta, circumsepserunt, ut structura illa stabuli instar esset : in eamque introductos, sine sensu navigationis trajecerunt. Hac victoria potito Metello, Asdrubal dux tum quidem evasit : sed post a Carthaginensibus revocatus, atque in crucem actus est.

A ναυτικοῦ μαθόντες, ἔπεμψαν εἰς Σικελίαν, πᾶσαν ὑποτάξαι τότε ἐλπίζοντες. Καὶ ἕως μὲν ἄμφω παρῆσαν οἱ ὕπατοι Καικίλιος Μέτελλος καὶ Γάϊος Φούριος, ἠρέμουν. Ὡς δὲ πρὸς τὴν Ῥώμην ἀπῆρεν ὁ Φούριος, κατεφρόνησαν τοῦ Μετέλλου, καὶ πρὸς τὸ Πάνορμον ἦλθον. Ὁ δὲ Μέτελλος κατασκόπους ἐλθεῖν μαθὼν ἐκ τῶν πολεμίων, ἤθροισε τοὺς ἐν τῇ πόλει πάντας, καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς, ἀλλήλων λαβέσθαι σφίσιν ἐκέλευσε. Καὶ οὕτως ἕκαστον ἀνακρίνων ὅστις τε εἴη καὶ ὅ τι πράττοι, κατεφώρασε τοὺς πολεμίους. Καρχηδόνιοι δὲ παρετάξαντο, ὡς μαχούμενοι, καὶ Μέτελλος δεδιέναι προσεποιεῖτο. Τούτου δ' ἐπὶ πλείους ἡμέρας γινομένου, οἱ Καρχηδόνιοι ἐφρονηματίσθησαν, καὶ προσέβαλλον θρασύτερον. Καὶ τότε ὁ Μέτελλος σημεῖον τοῖς Ῥωμαίοις ἦρε· κἀκ τούτου B ἐξαπιναίως ἐκεῖνοι κατὰ πάσας τὰς πύλας ἐκδραμόντες, ῥᾳδίως ἐκράτησαν, καὶ ἐς στενὸν αὐτοὺς κατέκλεισαν, ὥστε μηκέτ' ἀναχωρῆσαι δι' αὐτοῦ δυνηθῆναι. Στενοχωρούμενοι γὰρ ἅτε καὶ αὐτοὶ πολλοὶ ὄντες, καὶ πολλοὺς ἐλέφαντας ἔχοντες ἐταράττοντο. Κἂν τούτῳ τὸ ναυτικὸν τὸ Λιβυκὸν προσπελάσαν αὐτοῖς ἐγένετο φθορᾶς αἰτιώτατον. Ἰδόντες γὰρ τὰς ναῦς, ὥρμησαν εἰς αὐτὰς, καὶ ἐμβαίνειν ἐξεβιάζοντο, καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέπιπτον, καὶ ἐφθείροντο, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων ἐμπελαζομένων ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπώλλυντο· οἱ δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐκτείνοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ζῶντες ἑάλωσαν, ἄνδρες τε καὶ ἐλέφαντες. Ἐπειδὴ γὰρ ἄνευ τῶν συνήθων σφίσιν ἀνδρῶν ὄντες ἠγριαίνοντο, κήρυγμα τοῖς αἰχμαλώτοις ὁ Μέτελλος ἐποιήσατο, σωτηρίαν καὶ ἄδειαν τοῖς συλλαβοῦσιν αὐτοὺς διδοὺς· καὶ οὕτως προσελθόντες τοῖς σφῶν πραοτάτοις, ἐκείνους τε διὰ τὴν συνήθειαν ἐχειρώσαντο καὶ τοὺς ἄλλους προσεπεσπάσαντο, οὓς καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἐκόμισαν, ἑκατὸν ὄντας καὶ εἴκοσιν, οὕτως αὐτοὺς τὸν πορθμὸν περαιώσαντες. Πίθους πολλοὺς συνδήσαντες ἀλλήλοις, καὶ ξύλοις διαλαβόντες σφᾶς, ὥστε μήτ' ἀπαρτᾶσθαι σφᾶς, μήτε συμπίπτειν, δοκοὺς ἐπ' αὐτῶν ἐπέτειναν, καὶ ὕλην καὶ γῆν ἐπεφόρησαν, φράξαντές τε πέριξ τὸ χωρίον, ὡς αὐλῇ τινι ἐοικέναι, εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἐπεβίβασαν, καὶ διεπόρθμευσαν, οὐδ' αἰσθανομένους ὅτι πλέοιεν. Ὁ μὲν οὖν Μέτελλος οὕτως ἐνίκησεν· ὁ δ' Ἀσδρούβας ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς σωθεὶς τότε, ὕστερον ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων ἐκλήθη, καὶ ἀνεσκολοπίσθη.

XV. Carthaginienses cum aliis de causis, tum ob captivorum multitudinem, Romam legatos miserunt, adjuncto Regulo, quem propter virtutem et auctoritatem nihil non impetraturum arbitrabantur, jurejurando obstrictum, ut rediret. Is et aliis in rebus se pro Carthaginiense gessit, neque uxorem ad colloquium admisit : neque urbem, quamvis vocaretur, ingressus est. Sed senatu extra urbem coacto (ita enim respondere legatis hostium moris erat) in concilium introductus, dixit : *Nos, P. C. Carthaginienses ad vos miserunt (nam ego quoque jure belli servus eorum factus sum) petentes in primis, ut pax iis conditionibus, quas utrinque probaveritis, fiat : sin id nolitis, ut saltem captivi permutentur.* Hæc locutus, cum legatis secessit, ut Romani soli deliberarent. Cum autem a coss. interesse deliberationi juberetur, non paruit, priusquam id Carthaginienses permisissent. Ac tacitus assidens, cum sententiam rogaretur, ait : *Ego, P. C. si vel millies captus fuero, vestrum unus sum. Nam meum corpus penes Carthaginienses est, animus vero meus vobiscum. Ac illud quidem alienatum a vobis : hic, quo minus Romanorum sit, efficere nemo potest : ac ut captivus, ad*

C ΙΕ'. Οἱ Καρχηδόνιοι δὲ διεκηρυκεύσαντο τοῖς Ῥωμαίοις διά τε τἆλλα, καὶ τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων, καὶ τοῖς πρέσβεσι καὶ αὐτὸν τὸν Ῥηγοῦλον συνέπεμψαν, πᾶν δι' αὐτοῦ οἰηθέντες κατωρθωκέναι διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρός. Ὥρκωσάν τε αὐτὸν, ἦ μὴν ἐπανήξειν. Καὶ ὃς τά τε ἄλλα ὡς εἷς τῶν Καρχηδονίων ἔπραττε, καὶ οὔτε τὴν γυναῖκα εἰς λόγους ἐδέξατο, οὔτε τὴν πόλιν εἰσῆλθε, καὶ ταῦτα καλούμενος, ἀλλ' ἔξω τοῦ τείχους τῆς βουλῆς ἀθροισθείσης (ὡς ἔθος ἦν χρηματίζειν τῶν πολεμίων τοῖς πρέσβεσιν) εἰσαχθεὶς εἰς τὸ συνέδριον, εἶπεν· *Ἡμᾶς, ὦ πατέρες, πρὸς ὑμᾶς Καρχηδόνιοι ἔπεμψαν (ἐκεῖνοι γάρ με ἐστάλκασι, ἐπεὶ δοῦλος αὐτῶν νόμῳ πολέμου γεγένημαι) καὶ ἀξιοῦσι μάλιστα μὲν καὶ τὸν πόλεμον λύσασθαι ἐπὶ συν-* D *θήκαις ταῖς δοκούσαις ἀμφοῖν, εἰ δὲ μὴ τῶν αἰχμαλώτων ποιήσασθαι ἄλλαγμα.* Ταῦτα εἰπὼν, μετέστη μετὰ τῶν πρέσβεων, ὡς ἂν καθ' ἑαυτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι βουλεύσωνται. Κελευόντων δὲ αὐτὸν τῶν ὑπάτων συμμετασχεῖν σφίσι τῆς διαγνώμης, οὐ πρὶν ἐπείσθη, πρὸ τοῦ ἐπιτραπῆναι παρὰ τῶν Καρχηδονίων. Ὁ δὲ τέως μὲν ἐσιώπα. Ἐπεὶ δ' οἱ βουλευταὶ εἰπεῖν αὐτὸν γνώμην ἐκέλευον, εἶπεν· *Εἰμὶ*

μὲν εἰς ἐξ ὑμῶν, ὦ πατέρες, κἂν μυριάκις ἁλῶ. Τὸ μὲν γὰρ σῶμά μου Καρχηδονίων, ἡ δὲ ψυχή μου ὑμετέρα ἐστίν. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὑμῶν ἠλλοτρίωται, ταύτην δὲ οὐδεὶς δύναται μὴ οὐχὶ Ῥωμαίαν εἶναι ποιῆσαι· καὶ ὡς μὲν αἰχμάλωτος Καρχηδονίοις προσήκω. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἐκ κακίας, ἀλλ' ἐκ προθυμίας ἐδυστύχησα, καὶ Ῥωμαῖός εἰμι, καὶ φρονῶ τὰ ὑμέτερα, καὶ οὐδ' ἐξ ἑνὸς τρόπου λυσιτελεῖν ὑμῖν τὰς καταλλαγὰς νομίζω. Ταῦτα ὁ Ῥηγοῦλος εἰπὼν, καὶ τὰς αἰτίας προσέθηκε, δι' ἃς τὰς συμβάσεις ἀπηγόρευε. Καὶ ἐπήγαγεν ὡς, *Οἶδα μὲν ὅτι μοι προὖπτος ὄλεθρος πρόκειται. Ἀδύνατον γὰρ λαθεῖν αὐτοὺς ἃ συνεβούλευσα, ἀλλὰ καὶ οὕτως τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας τὸ κοινῇ συμφέρον προτίθημι. Εἰ δέ τις φήσει· Τί οὖν οὐκ ἐκδιδράσκεις, ἢ ἐνταῦθα καταμένεις; ἀκούσεται, ὅτι ὀμώμοκα αὐτοῖς ἐπανήξειν, καὶ οὐκ ἂν παραβαίην τοὺς ὅρκους, οὐδ' εἰ πρὸς πολεμίους γεγόνασι, καὶ δι' ἄλλα, μάλιστα δὲ ὅτι τὸ δεινὸν ἐμπεδορκήσας μὲν μόνος πείσομαι· ἂν δ' ἐπιορκήσω, πᾶσα ἡ πόλις ἀναπλησθήσεται.* Ἡ γερουσία δὲ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἕνεκεν, καὶ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀντιδοῦναι προτεθύμητο. Γνοὺς οὖν τοῦτο αὐτὸς, ἵνα μὴ τὸ συμφέρον δι' αὐτὸν καταπρόωνται, ἐπλάσατο πεπωκέναι φάρμακον δηλητήριον, καὶ μέλλειν πάντως δι' αὐτοῦ ἀπολέσθαι. Καὶ οὔτε ἡ σύμβασις γέγονεν, οὔτε τῶν αἰχμαλώτων ἡ ἀμοιβή. Ἀπιόντος δ' αὐτοῦ σὺν τοῖς πρέσβεσιν, ἀντελάβοντο ἄλλοι τε καὶ οἱ παῖδες καὶ ἡ γυνή. Οἱ δ' ὕπατοι μήτ' ἐθέλοντα καταμεῖναι αὐτὸν ἐκδώσειν ἔφασαν, μήτ' ἀπιόντα κατασχεῖν. Καὶ οὕτω προτιμήσας μὴ παραβῆναι τοὺς ὅρκους, ἀνεκομίσθη· καὶ αἰκισθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ὡς ἡ φήμη λέγει, ἀπέθανε. Τὰ γὰρ βλέφαρα αὐτοῦ περιτεμόντες, καὶ χρόνον τινὰ ἐν σκότει καθείρξαντες, εἶτα εἰς σκεῦός τι σύμπηκτον κέντρα πανταχόθεν ἔχον ἐμβαλόντες αὐτὸν, καὶ τρέψαντες πρὸς τὸν ἥλιον, οὕτως ὑπὸ κακοπαθείας καὶ ἀγρυπνίας μὴ δυνάμενόν πη κλιθῆναι διὰ τὰ κέντρα, διέφθειραν. Ἃ πυθόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι (22), τοὺς πρώτους τῶν παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτων παρέδοσαν τοῖς ἐκείνου παισὶ καὶ ἀνταικίσασθαι, καὶ ἀνταποκτεῖναι. Τοὺς δ' ὑπάτους ἐς τὴν Λιβύην στρατεύσασθαι ἐψηφίσαντο, τόν τε Γάϊον Ἀττίλιον τὸν τοῦ Ῥηγούλου ἀδελφὸν, καὶ τὸν Μάλλιον τὸν Λούκιον. Οἳ ἐς τὴν Σικελίαν ἐλθόντες τῷ Λιλυβαίῳ προσέβαλον, καί τι μέρος τῆς τάφρου συγχῶσαι εἰς τὴν τῶν μηχανημάτων προσαγωγὴν ἐπεχείρησαν. Καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ὑπορύσσοντες, τὸν χοῦν ὑφεῖλκον. Ἐπεὶ δ' ἠλαττοῦντο τῇ πολυχειρίᾳ, τεῖχος ἕτερον ἔνδον μηνοειδὲς ᾠκοδόμησαν. Καὶ οἱ μὲν ὑπονόμους ὑπὸ τὸν κύκλον εἰργάζοντο, ὅπως κατὰ τὸ διάκενον αὐτῶν ἰζήσαντος τοῦ τείχους, εἰσπέσωσιν. Οἱ Καρχηδόνιοι δὲ ἀντορύσσοντες, πολλοὺς μὲν ἀγνοοῦντας τὸ γινόμενον ἐκδεχόμενοι ἔκτεινον, πολλοὺς δὲ καὶ πῦρ ἐν φρυγάνοις εἰς τὰ

A *Carthaginienses pertineo. Cum autem nulla improbitate, sed rei bene gerendæ studio cladem acceperim, Romanus sum : vobisque consultum cupio, et pacificationem nullo modo e re vestra esse duco.* His dictis, suæque sententiæ rationibus adductis, subjecit : *Scire se, haud dubium exitium sibi instare : neque enim Carthaginiensibus clam esse posse, quid suascrit.* **395** *Sed sic quoque reipublicæ commodum privata incolumitate sibi esse antiquius. Quod si quis dixerit, Cur non aufugiat, aut Romæ maneat ? ei se responsurum, se jurejurando reditum promisisse : id se hostibus etiam cum ob alia servaturum esse, tum quod servata fide, solus ærumnam passurus esset ; violata, tota civitas perjurii crimine obstringeretur.* Senatu autem salutis illius causa, tum ad B pacem faciendam, tum ad permutandos captivos parato : ne a ratione utilitatis sua causa decederent, venenum sibi datum esse finxit, ex quo omnino periturus esset. Ita neque pace neque captivorum permutatione facta, cum eum cum legatis abeuntem, præter alios uxor et liberi retinerent : consules neque manere volentem dedituros, neque abiturum detenturos esse dicerent, jurisjurandi religione privatis affectibus anteposita, discessit. Et a Carthaginiensibus per cruciatum, ut aiunt, interfectus est. Nam palpebris præcisis, eum aliquandiu in tenebris concluserunt. Deinde in vas quoddam refertum stimulis conjectum, et ad solem conversum, doloribus et vigiliis, cum nusquam inclinare se posset, peremerunt. Quibus Romani au- C ditis, principes captivorum ejus liberis vicissim et excruciandos et necandos tradiderunt : et coss. C. Attilio, Reguli fratri, et L. Manlio, bellum Africanum decreverunt. Qui cum in Sicilia Lilybæum oppugnarent, et fossæ partem ad machinas adducendas explere aggressi essent, Carthaginienses subterfodientes terram subtraxerunt : sed cum operarum multitudine vincerentur, alium murum intus lunatum struxerunt. Romanis autem cuniculos subter muros agentibus, ut iis in cavernas desidentibus, irruerent : Carthaginienses contra fodientes, multos id ignorantes exceptos trucidarunt, multos igni sarmentis injecto in fossis cremarunt. Sed cum quidam e sociis moram obsidio- D nis, et stipendia non integra numerata ægre ferentes, de oppido prodendo cum Romanis agerent : Amilcar eo consilio animadverso, sed dissimulato, ne illi palam deficerent, pecunia magistratibus data, multitudini promissa, sic eos reconciliavit, ut proditionem non inficiati, postremos legatos redeuntes non reciperent : qui ad consules **396** profugi, agro in Sicilia et aliis rebus donati sunt. Carthaginienses qui domi erant, his auditis, Ardebam cum plurimis navibus, frumentum et pecunias Lilybæum advehentibus miserunt. Is tempestate observata appulit. Quod deinde alii

Variæ lectiones et notæ.

(22) *Ἀπυθόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι.* Vide Excerpta ex Diodoro Siculo, p. 274, 276.

plurimi imitari ausi, partim successum habuerunt, partim perierunt. Dum ambo consules aderant, æquo marte pugnabatur. Sed cum morbo et fame premerentur, iisque de causis alter suos milites domum reduceret, Amilcar erumpere ausus, machinas incendit, defensores earum occidit : et equitatu Deprano emisso, Romanos pabulatione et commeatu prohibendo, eorumque socios infestando, Ardeba interim alias Siciliæ, alias Italiæ oram populante, ad summam inopiam redegit. Sed Lucio Junio classem parante, Claudius Pulcher Lilybæum propere abiit : et militibus in naves impositis, Hannonem Carthaginiensem in quinqueremi navigantem comprehendit : unde Romani exemplum fabricandarum navium petiverunt. Sed cum classes sæpe periclitarentur, quanquam crebro tot navium, in quibus multi viri et pecuniæ erant, interitu dolebant : tamen non cesserunt, sed quemdam in senatu de pace cum Carthaginiensibus facienda locutum occiderunt, et dictatorem dixerunt Collatinum, magistrum equitum Metellum : nihil tamen memorabile gesserunt. Interea Junius Ericem subegit ; et Carthalo Ægithalo potitus, Junium cepit.

A ὀρύγματα ἐμβαλόντες ἔφθειρον. Ἐπεὶ δέ τινες τῶν συμμάχων τῇ τε παρατάσει τῆς πολιορκίας ἀχθόμενοι, καὶ τῷ μὴ τὸν μισθὸν αὐτοῖς ἐντελῆ καταβάλλεσθαι, προδοῦναι τὸ χωρίον τοῖς Ῥωμαίοις διεκηρυκεύοντο, ἐφώρασεν ὁ Ἀμίλκας τὸ βουλευόμενον, οὐκ ἐξέφηνε δὲ, ἵνα μὴ πολεμιώσῃ αὐτούς· χρήματα δὲ τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν παρασχὼν, καὶ τῷ πλήθει προσυποσχόμενος ἕτερα, οὕτως αὐτοὺς ᾠκειώσατο, ὥστε μηδ' ἀρνήσασθαι τὴν προδοσίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τελευταίους πρέσβεις ἐπανιόντας ἀπώσασθαι· οἳ πρὸς τοὺς ὑπάτους αὐτομολήσαντες, γῆν τε ἐν Σικελίᾳ καὶ ἕτερ' ἄττα ἔλαβον. Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ οἴκοι Καρχηδόνιοι, πέμπουσιν Ἀρδέβαν σὺν ναυσὶ πλείσταις εἰς τὸ Λιλύβαιον, σῖτον ἀγούσαις, καὶ χρήματα. Καὶ ὃς χειμῶνα ἐπιτηρήσας, B εἰσέπλευσε. Κἀκ τούτου καὶ ἄλλοι συχνοὶ καταίρειν ὁμοίως ἐτόλμων· καὶ οἱ μὲν ἐπετύγχανον, οἱ δὲ ἀπώλλυντο. Ἕως μὲν οὖν ἄμφω παρῆσαν οἱ ὕπατοι, ἰσοπαλεῖς οἱ ἀγῶνες ἐγίνοντο. Νόσου δὲ καὶ λιμοῦ τρυχόντων αὐτοὺς, καὶ τοῦ ἑτέρου οἴκαδε διὰ ταῦτα σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις ἀναχωρήσαντος, Ἀμίλκας θαῤῥήσας ἐπεξῄει, καὶ τὰς μηχανὰς ἐνεπίμπρα, καὶ τοὺς ἐπαμύνοντας αὐταῖς ἔφθειρε, καὶ ἡ ἵππος αὐτοῦ ἐκ τοῦ Δρεπάνου ὁρμωμένη, τά τε ἐπιτήδεια κομίζεσθαι τοὺς Ῥωμαίους ἐκώλυε, καὶ τὴν αὐτῶν συμμαχίδα κατέτρεχε, καὶ ὁ Ἀρδέβας ποτὲ μὲν τῆς Σικελίας, ποτὲ δὲ τῆς Ἰταλίας τὰ παράλια ἔκειρεν, ὅθεν οἱ Ῥωμαῖοι ἐν ἀπορίᾳ κατέστησαν. Τέως μέντοι Λούκιος Ἰούνιος ἡτοίμαζε ναυτικὸν, Κλαύδιος δὲ Πούλχρος εἰς τὸ Λιλύβαιον ἐπειχθεὶς, καὶ τριήρεις πληρώσας, συνέλαβε δι' αὐτῶν Ἄννωνα τὸν Καρχηδόνιον ἐκπλέοντα πεντήρει, καὶ παράδειγμα τοῖς Ῥωμαίοις τῆς κατασκευῆς τῶν νεῶν ἐγένετο. Πολλάκις δὲ τοῦ ναυτικοῦ κινδυνεύοντος, ἐβαρύνοντο οἱ Ῥωμαῖοι τῇ συνεχεῖ τῶν νεῶν φθορᾷ. Ἄνδρας γὰρ συχνοὺς καὶ χρήματα πλεῖστα ἐν ταύταις ἀπώλλυσαν. Οὐ μέντοι γε καὶ ἐνέδοσαν, ἀλλὰ καί τινα φθεγξάμενον περὶ καταλλαγῶν πρὸς Καρχηδονίους ἐν τῇ βουλῇ διεχρήσαντο, καὶ λεχθῆναι δικτάτορα ἐψηφίσαντο. Καὶ δικτάτωρ μὲν ὁ Κολλατῖνος ἐλέχθη, ἱππάρχησε δὲ ὁ Μέτελλος· οὐδὲν δὲ μνήμης ἔπραξαν ἄξιον. Ἐν ᾧ δὲ Κολλατῖνος δικτάτωρ ἐλέγετο, ἐν τούτῳ τὸν Ἔρυκα παρεστήσατο ὁ Ἰούνιος, καὶ ὁ Καρθάλων κατέσχεν Αἰγίθαλον, καὶ ἐζώγρησε τὸν Ἰούνιον.

XVI. Sequenti anno C. Aurelius et P. Servilius, C magistratu inito, Lilybæum et Drepanum infestantes, terra Carthaginienses prohibuerunt, eorumque socias civitates afflixerunt. Carthalo cum variis rationibus contra eos tentatis nihil effecisset, in Italiam abiit, ut aut consules eo traduceret, aut interea agros vastaret, et urbes caperet : sed ne ibi quidem ei quidquam successit. Nam cum Strategum ædilem adventare didicisset, in Siciliam rediit. Ubi cum conductitius miles ob stipendium tumultuaretur, multos in desertis insulis expositos reliquit, multos Carthaginem misit. Quo cæteri cognito indignati, res novas spectabant. Sed Amilcar, successor Carthaloni **397** datus, multos eorum noctu occidit, multos in mari demersit. Interea Romani perpetuam cum Hierone amicitiam sanxerunt, remissis tributis annuis. Sequenti anno bello navali propter crebras clades et impensas, publice abstinuerunt. Sed quidam privatim navibus postulatis, quas restituerent, et prædam sibi vendicarent, cum alias clades hostibus intulerunt, tum Hipponem urbem Libycam ingressi, navigia omnia et multas ædes cremarunt. Et cum cives portus aditum catenis clausissent, ex magno

ΙϚʹ. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Αὐρήλιος Γάϊος καὶ Σερουΐλιος Πούπλιος τὴν ἀρχὴν λαβόντες τότε Λιλύβαιον, καὶ τὸ Δρέπανον ἐλύπουν, καὶ τοὺς Καρχηδονίους τῆς γῆς ἀπεῖργον, καὶ τὴν αὐτῶν συμμαχίδα κατέκειρον. Ὁ οὖν Καρθάλων πολυτρόπως ἐπιχειρήσας κατ' αὐτῶν, ὡς οὐδὲν ἤνυσεν, εἰς Ἰταλίαν ὥρμησεν, ἵν' οὕτω τοὺς ὑπάτους μεταγάγῃ ἐκεῖ, εἰ τέως τὴν χώραν κακώσῃ, καὶ πόλεις αἱρήσῃ. Ἀλλ' οὐδ' ἐνταῦθά τι αὐτῷ προσεχώρησε· τὸν γὰρ στρατηγὸν τὸν ἀστυνόμον μαθὼν πλησιάζοντα, εἰς Σικελίαν ἀνέπλευσεν. Ἔνθα τῶν μισθοφόρων στασιασάντων διὰ τὸν μισθὸν, συχνοὺς μὲν ἐς νήσους ἐρήμους ἐκβιβάσας κατέλιπε, πολλοὺς δὲ καὶ ἐς τὴν Καρχηδόνα ἀπέστειλεν. Ὃ γνόντες οἱ λοιποὶ ἠγανάκτησαν, καὶ νεωτερίσειν ἔμελλον. Ὧν Ἀμίλκας διαδεξάμενος τὸν D Καρθάλωνα, πολλοὺς μὲν νυκτὸς κατέκοψε, πολλοὺς δὲ καὶ κατεπόντωσεν. Ἐν τοσούτῳ δ' οἱ Ῥωμαῖοι φιλίαν ἀΐδιον πρὸς Ἱέρωνα διεπράξαντο, καὶ προσαφῆκαν ὅσα παρ' αὐτοῦ ἐτησίως ἐλάμβανον. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει τοῦ θαλαττίου πολέμου δημοσίᾳ μὲν οἱ Ῥωμαῖοι ἀπέσχοντο διὰ τὰ ἀναλώματα. Ἰδίᾳ δέ τινες νῆας αἰτήσαντες, ὥστ' ἐκείνας μὲν ἀποκαταστῆσαι, τὴν λείαν δὲ οἰκειώσασθαι, ἄλλα τε τοὺς πολεμίους ἐκάκωσαν, καὶ ἐς Ἱππῶνα Λιβυκὴν πόλιν εἰσπλεύσαν-

τες, τά τε πλοῖα πάντα καὶ πολλὰ τῶν οἰκοδομημά- A των κατέπρησαν. Τῶν δ' ἐπιχωρίων τὸ στόμα τοῦ λιμένος διαλαβόντων ἁλύσεσιν, ἐν περιστάσει ἐγένοντο, σοφίᾳ δὲ καὶ τύχῃ περιεγένοντο. Σπουδῇ γὰρ ταῖς ἁλύσεσι προσπεσόντες, ἐπεὶ προσάψασθαι αὐτῶν ἔμελλον οἱ ἔμβολοι τῶν νηῶν, μετέστησαν, ἐς τὰς πρύμνας οἱ τοῦ πληρώματος· καὶ οὕτως αἱ πρῶραι, κουφισθεῖσαι, ὑπερῇραν τὰς ἁλύσεις. Αὖθις δ' ἐς τὰς πρώρας αὐτῶν μεταπηδησάντων, αἱ πρύμναι τῶν σκαφῶν μετεωρίσθησαν, καὶ διεξέδραμον. Καὶ μετὰ τοῦτο περὶ τὸ Πάνορμον ναυσὶ Καρχηδονίους ἐνίκησαν. Οἱ δ' ὕπατοι, Μέτελλος μὲν Καικίλιος περὶ τὸ Λιλύβαιον ἦν, Νουμέριος δὲ Φάβιος τῷ Δρεπάνῳ προσήδρευε, καὶ ἐπεβούλευσε τῇ νησίδι τῇ Πελιάδι καλουμένῃ, προκατειλημμένῃ παρὰ Καρχηδονίων, στρατιώτας πέμψας νυκτὸς, οἳ τοὺς φρουροὺς κτεί- B ναντες, τὴν νῆσον εἷλον. Ὁ μαθὼν Ἀμίλχας, ἕωθεν τοῖς διαβεβηκόσιν ἐπέθετο· οἷς οὐκ ἔχων ἀμῦναι ὁ Φάβιος, τῷ Δρεπάνῳ προσέμιξεν, ὡς ἢ τὴν πόλιν δι' ἐρημίαν αἱρήσων, ἢ τῆς νήσου τὸν Ἀμίλχαν ἀπάξων. Καὶ ἠνύσθη τὸ ἕν· φοβηθεὶς γὰρ ὁ Ἀμίλχας, ἀνεχώρησεν εἰς τὸ τεῖχος. Καὶ ὁ Φάβιος τὴν Πελιάδα κατέσχε, καὶ τὸ μεταξὺ ταύτης καὶ τῆς ἠπείρου στενὸν καὶ τεναγῶδες τυγχάνον συγχώσας ἠπείρωσε, καὶ ῥᾷον προσεπολέμει τοῦ τείχους ἐκεῖ (23) ὄντος ἀσθενεστέρου. Καὶ οἱ Καρχηδόνιοι συχνὰ παρελύπουν αὐτοὺς, εἰς Σικελίαν τε περιπλέοντες, καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν περαιούμενοι. Τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἀλλήλων ἄνδρα ἀντ' ἀνδρὸς ἠλλάξαντο· τοὺς δὲ λοιποὺς, ἐπεὶ μὴ ἦσαν ἰσοπληθεῖς, ἀργυρίου οἱ Καρχηδόνιοι ἐκομί- C σαντο. Ἔκτοτε δὲ διάφοροι μὲν ὑπάτευσαν, οὐδὲν δὲ ἱστορίας ἔπραξαν ἄξιον· μέγιστον γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι ἐσφάλλοντο, ὅτι κατ' ἐνιαυτὸν ἄλλους, εἶθ' ἑτέρους ἄρχοντας ἔπεμπον· ἄρτι δὲ τὴν στρατηγίαν μανθάνοντας, τῆς ἀρχῆς ἔπαυον, ὥσπερ εἰς ἄσκησιν σφᾶς, ἀλλ' οὐκ εἰς χρῆσιν αἱρούμενοι. Οἱ Γαλάται δὲ, τοῖς Καρχηδονίοις συμμαχοῦντες καὶ μισοῦντες αὐτοὺς, ὅτι κακῶς μετεχειρίζοντο σφᾶς, φρουρίου τινὸς φυλακὴν ἐμπιστευθέντες τοῖς Ῥωμαίοις αὐτὸ προήκαντο ἐπὶ χρήμασι. Μεταστάντας δὲ ἀπὸ τῶν Καρχηδονίων Γαλάτας, καὶ ἄλλους τῶν σφῶν συμμάχων τινὰς οἱ Ῥωμαῖοι ἐπὶ μισθοφορᾷ προσελάβοντο, μήπω πρότερον τρέφοντες ξενικόν. Τούτοις οὖν ἐπαιρόμενοι, καὶ ὅτι οἱ τὰς ναῦς ἔχοντες ἰδιῶται τὴν Λιβύην ἐπόρθησαν, οὐκέτι ἀμελεῖν τῆς θαλάσσης ἤθελον, ἀλλὰ καὶ αὖθις ναυτικὸν συνεστήσαντο.

periculo arte et fortuna evaserunt. Nam festinanter in catenas invecti, cum eas rostra navium jamjam attingerent, in puppes transierunt: ita proræ levatæ catenas superarunt. Cumque rursus in proras transiluissent, puppes levatæ transierunt. Post hæc ad Panormum Carthaginienses vicerunt. Consulum alter Cæcilius Metellus ad Lilybæum fuit, alter Numerius Fabius Drepanum obsedit, et insulæ Columbariæ, a Carthaginiensibus præoccupatæ, noctu missis militibus est insidiatus, qui occiso præsidio insulam occuparunt. Cum autem, Amilcare mane contra illos profecto, Fabius illis opem ferre non posset, Drepanum invasit, ut aut urbem per ducis absentiam caperet, aut illum ab insula abstraheret. Horum alterum ei successit. Amilcar enim territus, in munitionem se recepit. Fabius Columbariam tenuit: et angustias paludesque interjectas aggeribus continenti junxit. Ita facilior facta oppugnatio, cum ibi murus esset infirmior. Carthaginienses autem eis crebra detrimenta inferebant, nunc in Siciliam, nunc in Italiam trajiciendo. Captivos viritim permutarunt: cæteros, quia tantum numerum non habebant, Carthaginienses pecunia redemerunt. Ab eo tempore diversi consules fuerunt, sed nihil historia dignum gesserunt. Nam illud maximo detrimento Romanis fuit, quod duces quotannis mutabant, eosque qui imperatoria munia adhuc discebant, revocabant: quasi non rei gerendæ, sed exercendi causa ablegatos. Galli Carthaginiensibus sociis infensi, quod ab eis male acciperentur, præsidium quoddam suæ fidei commissum, Romanis pecunia

398 prodiderunt: ab eisque una cum aliis qui a societate Carthaginiensium defecerant, stipendio conducti sunt, cum prius peregrinum alere militem Romani non consuevissent. His freti, et classe privatorum hominum Africam infestantium, mare diutius negligere nolentes, denuo naves compararunt.

ΙΖʹ. Καὶ Λουτάτιος Κατύλος ὕπατος ᾑρέθη, καὶ D τούτῳ συνεξεπέμφθη Κύϊντος Οὐαλέριος Φλάκκος ἀστυνομῶν. Οἳ, ἐς Σικελίαν ἐλθόντες, καὶ κατὰ γῆν καὶ θάλασσαν τῷ Δρεπάνῳ προσέβαλον, καί τι τοῦ τείχους κατήρειψαν· καὶ εἷλον ἂν αὐτὸ, εἰ μὴ, τοῦ ὑπάτου τρωθέντος, περὶ ἐκεῖνον οἱ στρατιῶται ἀπησχολήθησαν. Κἀν τούτῳ μαθόντες τοὺς πολεμίους οἴκοθεν ἥκειν ναυτικῷ πλήθει, Ἄννωνος ναυαρχοῦντος, πρὸς ἐκείνους ἐτράποντο. Καὶ ἀντιπαραταξαμένων αὐτῶν, ἄστρον τι λαμπαδῶδες, ὕπερθεν τῶν Ῥωμαίων φανὲν ἐξ ἀριστερᾶς, εἰς τοὺς Καρχηδονίους ὀρθὸν ἐγκατέσκηψεν. Ἐγένετο δ' ἡ ναυμαχία καὶ ἐπ' ἀμφοῖν καρτερὰ, δι' ἄλλα τε καὶ ἵνα οἱ μὲν Καρ-

XVII. Luctatio Catulo consuli designato, collega adjunctus est Q. Valerius Flaccus ædilis. Qui in Siciliam profecti, et terra marique Drepanum aggressi, partem muri dejecerunt: oppidumque cepissent, nisi consule vulnerato, milites circa illum occupati fuissent. Interea cognito hostium adventu, Hannone magnam turbam domo adducente, contra illos se converterunt. Acie utrinque instructa, astrum quoddam, facis instar, supra Romanos ad lævam exortum, versus Carthaginienses acumen direxit. Pugna atrox commissa est ab utrisque, tum ob alia, tum quod Carthaginienses Romanos ad extremam bellorum navalium despe-

Variæ lectiones et notæ.

(23) *Τοῦ τείχους ἐκεῖ*, etc. Mutilum locum putabat Wolfius: sic tamen omnes mss.

rationem adigere voluerunt. Romani prius acceptas clades resarcire studuerunt. Sed penes hos victoria fuit. Nam Carthaginiensium naves, præter alias sarcinas, frumentum et pecuniam vehentes, gravabantur. Hanno elapsus, statim Carthaginem properavit. Sed a civibus iracundia et metu commotis, in crucem actus est, et legati de pace ad Catulum missi. Qui quod et annus ejus jam pene exierat, neque brevi tempore Carthaginis exscindendæ spem habebat, et successoribus gloriam laborum suorum invidebat, a pace non abhorrens, inducias fecit, pecunia, frumento et obsidibus acceptis, ut Romam legatos mitterent; ea conditione, ut tota Sicilia et omnibus circumjacentibus insulis Romanis cederent, neque Hieronem lacesserent: et pecuniam partim pace facta statim, partim post numerarent: et Romanos captivos gratis redderent, suos vero redimerent. Tali pactione facta (solam enim sub jugum missionis ignominiam Amilcar deprecatus est) militibus e munitionibus eductis, domum rediit, priusquam jusjurandum daretur. Qui Romæ erant, victoria celeriter cognita, ita sunt **399** animis elati, quasi plane debellatum esset: legatisque præsentibus, se non amplius continere potuerunt, spe totius Africæ occupandæ concepta. Itaque conditionibus a consulibus propositis non acquiescentes, et pecuniam promissa longe majorem postularunt: et interdixerunt, ne longis navibus vel ad Italiam, vel ad alias socias provincias accederent, aut conductitiis inde militibus uterentur. Atque ita primo bello Punico, anno quarto et vicesimo a Romanis confecto, Catulus triumphavit. Quintus vero Luctatius, post consulatum in Siciliam profectus, cum fratre Catulo omnia ibi ordinavit. Siculis arma adempta: tota insula, Hieronis excepto imperio, a Romanis subacta, et amicitia cum Carthaginiensibus constituta. Sed utrique paulo post seorsim alia gessere bella. Nam Carthaginienses, reliqui eorum stipendiarii, et servitia civitatis, et multi ex finitimis, adversa illorum fortuna freti, invaserunt. Romani cum ab hostibus illorum accerserentur, adeo non assenserunt, ut cum per legatos reconciliare illos non possent, omnes Carthaginiensium captivos gratis dimitterent, frumentum mitterent, e sociis provinciis conscribendi militis potestatem darent, clementiæ laudem magis occupantes, quam suis rationibus consulentes. Unde post in negotia inciderunt. Amilcar enim Barchinus ille, victis hostibus, Romanos, quanquam eis infensissimus, bello petere non ausus, contra magistratuum voluntatem in Hispaniam abiit. Sed hæc post facta sunt.

A χηδόνιοι ἐς τελείαν ἀπόγνωσιν τοὺς Ῥωμαίους τοῦ ναυτικοῦ καταστήσωσιν· οἱ δ' ἵνα καὶ τὰς προτέρας ἀνακαλέσωνται συμφοράς· ὅμως δ' οὖν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν νίκην ἤραντο. Τὰ γὰρ τῶν Καρχηδονίων σκάφη, φορτία φέροντα πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ σῖτον, καὶ χρήματα, ἐβαρύνοντο. Ὁ δ' Ἄννων, διαφυγὼν, εὐθὺς εἰς τὴν Καρχηδόνα ἠπείχθη. Οἱ Καρχηδόνιοι δὲ θυμῷ ληφθέντες, καὶ φόβῳ, τὸν μὲν ἀνεσταύρωσαν, πρέσβεις δὲ πρὸς εἰρήνην τῷ Κατύλῳ πεπόμφασι. Καὶ τῷ πρὸς βουλῆς ἦν τὸν πόλεμον καταλύσασθαι, ὅτι ἐπὶ ἐξόδῳ οὔσης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς οὔτε δι' ὀλίγου ἐξαιρήσειν τὴν Καρχηδόνα ἤλπιζεν, οὔτε τοῖς διαδόχοις τὴν δόξαν τῶν ἑαυτοῦ πόνων καταλιπεῖν ἤθελε. Διὸ ἀναχωχὴν ἐποιήσατο, καὶ χρήματα καὶ σῖτον καὶ ὁμήρους αὐτῷ δόντες, ἵν' ἐς τὴν Ῥώμην πρεσβεύσων-B ται ἐπὶ τῷ Σικελίας τε αὐτοὺς πάσης ἐκστῆναι Ῥωμαίοις, καὶ πάσας τὰς πέριξ νήσους ἐκλιπεῖν, καὶ μήτε τῷ Ἱέρωνι πολεμεῖν· καὶ χρήματα τὰ μὲν ἅμα τῷ σπείσασθαι δοῦναι, τὰ δὲ καὶ ὕστερον· καὶ τοὺς μὲν ἐκείνων αὐτομόλους καὶ αἰχμαλώτους προῖκα ἐκπέμψαι, τοὺς δ' ἑαυτῶν πρίασθαι. Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ σύμβασις ὡμολόγητο (μόνην γὰρ τὴν τοῦ ζυγοῦ ἀτιμίαν ὁ Ἀμίλκας παρῃτήσατο)· καὶ ὁ μὲν ταῦτα συνθέμενος, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν τειχῶν ἐξαγαγὼν, ἀπέπλευσεν οἴκαδε, πρὶν τοὺς ὅρκους ἐπενεχθῆναι. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τήν τε νίκην δι' βραχέος ἔμαθον καὶ ἐπήρθησαν ὡς παντάπασι κεκρατηκότες. Καὶ τῶν πρέσβεων ἐλθόντων, οὐκέτι κατέχειν ἑαυτοὺς ἠδύναντο, καὶ τὴν Λιβύην ἕξειν C ἅπασαν ἤλπιζον. Διὸ οὐδὲ ταῖς τοῦ ὑπάτου ὁμολογίαις ἐνέμειναν, ἀλλὰ καὶ χρήματα αὐτοὺς πολλῷ πλείω τῶν ὑπεσχημένων ἐπράξαντο· καὶ ἀπηγόρευσαν σφίσι μήτε τὴν Ἰταλίαν, μήτε τὴν ἔξω συμμαχίδα σφῶν μακραῖς ναυσὶ παραπλεῖν, ἢ μισθοφόροις τισὶν ἀπ' αὐτῶν κεχρῆσθαι. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος τοῖς Καρχηδονίοις πόλεμος τοῖς Ῥωμαίοις εἰς τοῦτο κατέληξε τετάρτῳ ἔτει καὶ εἰκοστῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἤγαγεν ὁ Κατύλος τὰ ἐπινίκια, Κύϊντος δὲ Λουτάτιος ὑπατεύσας, ἀπῆλθεν ἐς Σικελίαν, καὶ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Κατύλου πάντα τὰ ἐκεῖ κατεστήσατο, καὶ τὰ ὅπλα τῶν ἐν αὐτῇ ἀφείλοντο. Σικελία μὲν οὖν οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων δεδούλωτο πλὴν τῆς ἀρχῆς τοῦ Ἱέρωνος· ἐκ δὲ τούτου πρὸς τοὺς Καρχηδονίους φιλία ἦν αὐτοῖς. Ἄμφω δ' αὖθις εἰς πολέμους ἑτέρους D χωρὶς μετ' ὀλίγον κατέστησαν. Τοῖς γὰρ Καρχηδονίοις οἵ τε περίλοιποι τῶν μισθοφορησάντων σφίσι, καὶ τὸ δουλεῦον τὸ ἐν τῇ πόλει, καὶ τῶν ὁμορούντων πολλοὶ πρὸς τὰς συμφορὰς αὐτῶν συνεπέθεντο. Οἵ γε μὴν Ῥωμαῖοι, ἐπικαλεσαμένων αὐτοὺς τῶν πολεμούντων ἐκείνοις, οὐθ' ὑπήκουσαν, ἀλλὰ καὶ ἀντιπρεσβευσάμενοι, καὶ μὴ δυνηθέντες καταλλάξαι αὐτοὺς, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τῶν Καρχηδονίων, ὅσους εἶχον, ἀφῆκαν προῖκα, καὶ σῖτον ἔπεμψαν, καὶ μισθοφόρους ἐκ τῆς οἰκείας συμμαχίδος αὐτοῖς ἐπαγαγέσθαι ἐπέτρεψαν, δόξαν ἐπιεικείας θηρώμενοι μᾶλλον, ἢ τοῦ συμφέροντος αὐτοῖς προμηθούμενοι· ὅθεν πράγματα ἔσχον εἰσέπειτα. Ὁ γὰρ Ἀμίλκας ἐκεῖνος ὁ Βαρχίδης, ἐπεὶ τοὺς ἐναντίους ἐνίκησεν, ἐπὶ μὲν τοὺς Ῥωμαίους, καίπερ κάρτα μισῶν αὐτοὺς, οὐκ ἐτόλμησε στρατεῦσαι, ἐς δὲ τὴν Ἰβηρίαν παρὰ γνώμην τῶν οἴκοι τελῶν ἀπῆρεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐγένετο ὕστερον.

XVIII. Tum autem Romani cum Faliscis bellum gesserunt, Manlio Torquato agrum illorum urente:

ΙΗ'. Τότε δὲ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι Φαλίσκοις ἐπολέμησαν, καὶ Μάλιος Τουρκουάτος τὴν χώραν αὐτῶν

ἰδήωσε· καὶ συμμίξας αὐτοῖς, ἐσφάληκεν τῷ ὁπλιτικῷ, τοῖς δ' ἱππεῦσιν ἐκράτησε, καὶ αὖθις αὐτοῖς μαχεσάμενος ἐνίκησε· καὶ τά τε ὅπλα αὐτῶν, καὶ τὴν ἵππον καὶ τὰ ἔπιπλα καὶ τὸ δουλεῦον καὶ τὸ ἥμισυ τῆς χώρας ἀφείλετο. Ὕστερον δὲ ἡ μὲν ἀρχαία πόλις, εἰς ὄρος ἐρυμνὸν ἱδρυμένη, κατεσκάφη· ἑτέρα δ' ᾠκοδομήθη εὐέφοδος. Μετὰ δὲ τοῦτο ἐπολέμησαν αὖθις πολέμους πρὸς Βοουΐους, καὶ πρὸς Γαλάτας ἐκείνοις πλησιοχώρους, καὶ πρὸς Λιγύων τινάς. Τοὺς μὲν οὖν Λίγυας Σιμπρώνιος Γράκχος μάχῃ νικήσας ἐκάκου. Καὶ τοῖς Γαλάταις Πούπλιος Οὐαλέριος συμβαλὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἡττήθη· εἶτα πυθόμενος εἰς ἐπικουρίαν αὐτοῦ τινας ἐκ τῆς Ῥώμης ἥκειν, ὁμόσε αὖθις τοῖς Γαλάταις ἐχώρησεν· ἵν' ἢ καθ' ἑαυτὸν νικήσοι, ἢ ἀποθάνοι. Τοῦτο γὰρ μᾶλλον ἢ ζῶν αἰσχύνην ὀφλεῖν προείλετο· καί πως κατὰ τύχην ἐκράτησε. Τότε μὲν οὖν ταῦθ' οὕτως τοῖς Ῥωμαίοις συνήντησαν, καὶ Σαρδὼ (24) παρὰ τῶν Καρχηδονίων ἀμαχεὶ, χρήματά τε αὖθις ἔλαβον, ἐγκαλέσαντες αὐτοῖς βλάπτειν σφῶν τοὺς πλέοντας· οὔπω γὰρ κρατυνθέντες οἱ Καρχηδόνιοι, τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν ἐδεδοίκεσαν. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Λούκιος Λέντουλος καὶ Κύϊντος Φλάκκος ἐπὶ τοὺς Γαλάτας στρατεύσαντες, ἕως μὲν ὁμοῦ διῆγον, ἦσαν ἀνανταγώνιστοι· ἐπεὶ δὲ διχῇ πορθεῖν τινα ἤρξαντο, ὡς οὕτω πλείω λείαν περιβαλούμενοι, ἐς κίνδυνον τὸ τοῦ Φλάκκου κατέστη στρατόπεδον, νυκτὸς κυκλωθέν. Ἀλλὰ τότε μὲν οἱ βάρβαροι ἀνεκόπησαν, προσλαβόμενοι δὲ συμμάχους, χειρὶ πολλῇ αὖθις ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐχώρησαν. Ἀπαντησάντων δὲ σφίσι Πουπλίου τε Λεντούλου καὶ Λικιννίου Οὐάρου ἤλπισαν αὐτοὺς διὰ τὸ πλῆθος τὸ σφέτερον καὶ ἄνευ μάχης καταπλήξειν· καὶ πέμψαντες, τήν τε χώραν τὴν περὶ τὸ Ἀρίμενον ἀπῄτουν, καὶ τῆς πόλεως, ὡς αὐτῶν οὔσης, ἐξοικισθῆναι ἐκέλευον. Οἱ δ' ὕπατοι, μήτε συμβαλεῖν θαῤῥοῦντες δι' ὀλιγότητα, μήτε προέσθαι τολμῶντες, ἀνοχὰς ἔπραξαν, ὡς ἐς τὴν Ῥώμην πρεσβεύσωνται. Οἱ δ' ἐπὶ τὴν βουλὴν ἐλθόντες τὰ αὐτὰ εἶπον. Ὡς δ' οὐδενὸς οἱ πρέσβεις ὧν ᾔτουν ἐτύγχανον, εἰς τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησαν, καὶ εὗρον ἐφθαρμένα σφίσι τὰ πράγματα. Τινὲς γὰρ τῶν συμμάχων αὐτῶν, μεταγνόντες, καὶ διὰ φόβου τοὺς Ῥωμαίους πεποιημένοι, ἐτράποντο ἐπὶ τοὺς Βοουΐους, καὶ συχνοὶ ἀπώλοντο ἀμφοτέρωθεν. Κἀντεῦθεν ἀπῆλθον οἴκαδε οἱ λοιποὶ, καὶ οἱ Βοουΐοι σπονδὰς ἐπὶ μέρει πολλῷ τῆς χώρας σφῶν ἐποιήσαντο. Ἤδη δὲ τῶν Γαλατικῶν λυθέντων πολέμων, ὁ Λέντουλος ἐστράτευσεν ἐπὶ Λίγυας, καὶ τοὺς προσπίπτοντας ἠμύνετο, καί τινα ἐρύματα παρεστήσατο. Οὔαρος δὲ, ἐπὶ Κύρνον ὁρμήσας, καὶ μὴ δυνηθεὶς ἀπορίᾳ πλοίων περαιωθῆναι, Κλινέαν Κλαύδιόν τινα σὺν δυνάμει προέπεμψε. Κἀκεῖνος, τοὺς Κυρνίους καταπλήξας, ἐς λόγους ἦλθε, καὶ ὡς αὐτοκράτωρ τυγχάνων ἐσπείσατο. Οὔαρος δὲ τῶν συνθηκῶν μὴ

A qui cum eis congressus peditatu succubuit, equitatu victor. Deinde repetita pugna, eos domuit, armis, equis, supellectilibus, servitiis, et agri semisse multatos. Tandem etiam antiqua urbs, in arduo sita monte, eversa : aliaque condita in planitie, oppugnatu facilis. Post, alia bella cum Boiis et Gallis eorum vicinis et Liguribus quibusdam gesserunt. Ac Ligures Sempronius Gracchus victor afflixit. P. Valerius, a Gallis principio superatus, cum auxilia sibi mitti Roma audisset, Gallos denuo **400** est aggressus : ut aut per se victoria potiretur, aut mortem oppeteret, quam vitæ ignominiosæ præferebat : ac fortuna quadam vicit. Tum igitur ita cum Romanis actum : eisque Sardinia citra pugnam, et pecuniæ rursus datæ a

B Carthaginiensibus : qui cum negotiatores Romanos in mari male tractasse accusarentur, nondum firmatis opibus, minas illorum timuerunt. Sequenti anno P. Lentulus et Q. Flaccus, bello contra Gallos suscepto, dum una agebant, insuperabiles erant. Sed cum separati, loca quædam, majoris prædæ cupiditate, vastare cœpissent, Flacci castra noctu circumdata, in periculo fuerunt. Barbari vero tum repulsi, multis sociis ascitis, cum magna manu denuo Romanos invaserunt. Et P. Lentulo et Licinio Varo se ob multitudinem suam vel sine pugna terrorem incussuros arbitrati, per legatos Ariminensem agrum repetierunt : et eos ipsa urbe, quæ sua esset, cedere jusserunt. Consules vero nec ob

C paucitatem confligere, neque illa concedere ausi, inducias fecerunt, ut iis de rebus legati a Gallis Romam mitterentur. Qui cum apud senatum eadem postulassent, neque quidquam impetrassent, in castra reversi, res suas perditas repererunt. Quidam enim ex eorum sociis, mutata sententia, Romanos timentes, Boios sunt aggressi : ac utrinque multi ceciderunt. Unde reliqui domum redierunt : Boii per pactiones magna agri sui parte sunt multati. Gallicis bellis jam confectis, Lentulus contra Ligures arma cepit : et iis qui occurrebant profligatis, castella quædam subegit. Varus Corsicam petiturus, cum propter navigiorum penuriam trajicere non posset, Claudium Cliniam cum copiis præmisit : qui Corsis territis, in colloquium venit,

D et pro auctoritate pacem cum eis fecit. Varus autem nulla pactionis habita ratione, eos oppugnare non destitit, donec subegisset. Romani vero id crimen violati fœderis a sese amoventes, Claudium eis dediderunt : non receptum expulerunt. Bellum adversus Carthaginienses, ob mercatorum suorum injurias susceptum, deposuerunt : exactaque pecunia fœdus renovarunt, ne sic quidem diu duraturum. Ac **401** Carthaginiensi bello dilato, Sardos dicto non audientes adorti vicerunt : qui deinde a

Variæ lectiones et notæ.

(24) *Καὶ Σαρδόνιοι.* Ita mss. Reg. et Colb. At Wolfius legendum censebat Σαρδώ. Neque enim, inquit, Sardi a Carthaginiensibus pecuniam extorserunt, sed Romani et pecuniam et ipsam Sardiniam.

Carthaginiensibus clam ad rebellionem incitati sunt. Defecerunt et Corsi : nec Ligures quieverunt. Sequenti anno Romani copiis trifariam divisis, ut hostes simul bello infestati, auxilia invicem ferre non possent, Posthumium Albinum in Ligusticum, Sp. Carvilium contra Corsos, in Sardiniam P. Cornelium ædilem miserunt. Consules licet haud citra laborem, citra moram tamen mandata executi sunt. Sardos nihil modicum animis agitantes, Carvilius ingenti prælio subegit. Cornelius enim et multi milites morbo perierunt. Romanis digressis, Sardi et Ligures de integro defecerunt. Contra Ligures missus est Q Fabius Maximus, in Sardiniam Pomponius Manius. Carthaginienses, ut eorum bellorum auctores, hostes judicati, jussi numerare pecuniam, et omnibus cedere insulis, ut quæ Romanorum essent. Et ut sententiam suam magis declararent, hastam illis et caduceum miserunt, optione data, utrum mallent. Sed Carthaginienses nihil territi, tum ad alia responderunt asperius, tum se neutrum velle dixerunt, sed illud alacriter accepturos, quod legati reliquissent. Hic mutuis odiis conceptis, neutri bellum auspicari sunt ausi. Contra Sardos autem denuo tumultuantes, ambo coss. M. Malleolus et M. Æmilius missi, magnam prædam ceperunt : quæ eis a Corsis, cum eo appulissent, est erepta. Qua de causa post Romani utrosque invaserunt. M. Pomponius, qui Sardos infestabat, cum eorum plurimos in saltuosis specubus abditos indagare non posset, sagaces canes ex Italia accersivit : per eosque tramitibus hominum et pecudum investigatis, multos inde extraxit. Caius vero Papirius Cursor planitie pulsos, cum in montes adegisset, per insidias multos amisit : et præ siti plures amisisset, ni sero tandem aqua inventa, Corsis ut deditionem facerent, persuasisset.

φροντίσας ἐπολέμησε τοῖς Κυρνίοις, ἕως αὐτοὺς ἐχειρώσατο. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὸ παρασπόνδημα ἀπο-προσποιούμενοι ἔπεμψαν αὐτοῖς ἐκδιδόντες τὸν Κλαύδιον. Ὡς δ' οὐκ ἐδέχθη, ἐξήλασαν αὐτόν. Ἐπὶ δὲ Καρχηδονίους μέλλοντες στρατεύσειν, ὡς τοῖς σφῶν ἐμπόροις λυμαινομένους, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησαν, χρήματα δ' ἐπιπραξάμενοι, ἀνενεώσαντο τὰς σπονδάς· ἔμελλον δὲ μηδ' ὡς ἐς μακρὰν αἱ συνθῆκαι μένειν. Τὰ μὲν οὖν τῶν Καρχηδονίων ἀνεβέβλητο· ἐπὶ δὲ τοὺς Σαρδονίους μὴ πειθομένους αὐτοῖς ἐστράτευσαν καὶ ἐνίκησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα ἔπεισαν τοὺς Σαρδονίους οἱ Καρχηδόνιοι κρύφα τοῖς Ῥωμαίοις ἐπαναστῆναι, καὶ τούτοις οἱ Κύρνιοι προσαπέστησαν, καὶ οἱ Λίγυες οὐχ ἡσύχασαν. Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ ἔτει τριχῇ τὰς δυνάμεις διελόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι, ἵν' ἅμα πολεμούμενοι πάντες μὴ συμβοηθεῖεν ἀλλήλοις, Ποστούμιον μὲν Ἀλβῖνον εἰς τὴν Λιγυστικὴν, Σπούριον δὲ Καρουΐλιον ἐπὶ τοὺς Κυρνίους, ἐς δὲ τὴν Σαρδὼ τὸν ἀστυνόμον Πούπλιον Κορνήλιον ἔπεμψαν. Καὶ οἱ μὲν ὕπατοι οὐκ ἀπόνως μὲν, οὐ βραδέως δὲ τὰ προσταχθέντα σφίσι κατέπραξαν. Τοὺς δὲ Σαρδονίους μή τι μέτριον φρονοῦντας ἰσχυρᾷ μάχῃ Καρουΐλιος κατεστρέψατο· ὁ γὰρ Κορνήλιος καὶ τῶν στρατιωτῶν πολλοὶ ὑπὸ νόσου ἐφθάρησαν. Ἐπεὶ δ' οἱ Ῥωμαῖοι ἐκ τῆς χώρας αὐτῶν ἀπηλλάγησαν, ἀπέστησαν αὖθις οἱ Σαρδόνιοι καὶ οἱ Λίγυες. Κύϊντος μὲν οὖν Φάβιος Μάξιμος ἐπέμφθη πρὸς Λίγυας, ἐς δέ γε τὴν Σαρδὼ Πομπώνιος Μάνιος. Τούς γε μὴν Καρχηδονίους, ὡς αἰτίους αὐτοῖς τῶν πολέμων ὄντας, πολεμίους ἔκριναν, καὶ πέμψαντες πρὸς αὐτοὺς, χρήματά τε ἀπῄτουν, καὶ ἁπασῶν ἐκπλεῖν τῶν νήσων ἐπέταττον, ὡς αὐτοῖς διαφερουσῶν. Ἐκφαίνοντες δὲ καὶ τὴν σφετέραν διάνοιαν, δόρυ αὐτοῖς ἐπέστειλαν, καὶ κηρύκιον, ἓν ἑλέσθαι κελεύοντες ὁποῖον ἂν ἐθελήσωσιν. Οἱ δὲ, μηδὲν ὑποπτήξαντες, τά τε ἄλλα τραχύτερον ἀπεκρίναντο, καὶ τῶν πεμφθέντων σφίσιν αἱρεῖσθαι μὲν εἶπον οὐδέτερον, δέχεσθαι δ' ἑτοίμως ὁπότερον καταλείψουσιν. Ἐντεῦθεν μὲν ἐμίσουν ἀλλήλους, ὤκνουν δὲ πολέμου κατάρξασθαι. Κινηθέντων δ' αὖθις τῶν Σαρδονίων, ἐπ' αὐτοὺς οἱ ὕπατοι ἄμφω ἐστράτευσαν, Μάρκος δὲ Μαλλέολος καὶ Μάρκος Αἰμίλιος· καὶ πολλὰ μὲν λάφυρα ἔλαβον. Παρὰ δὲ τῶν Κυρνίων προσσχόντες, αὐτοῖς αὐτὰ ἀφῃρέθησαν. Διὸ μετὰ ταῦτα ἐπ' ἀμφοτέρους οἱ Ῥωμαῖοι ἐτράποντο. Καὶ Μάρκος μὲν Πομπώνιος Σαρδόνας (25) ἔφερε, καὶ μαθὼν τοὺς πλείονας αὐτῶν ἐς σπήλαια ὑλώδη καὶ δυσεξεύρετα καταδύντας, μὴ δυνάμενός τε αὐτοὺς εὑρεῖν, κύνας ἐκ τῆς Ἰταλίας μετεπέμψατο εὔρινας, καὶ δι' ἐκείνων τὸν στίβον καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν βοσκημάτων εὑρὼν, πολλὰ ἀπετέμετο. Γάϊος δὲ Παπείριος ἐκ μὲν τῶν πεδίων τοὺς Κυρνίους ἀπήλασε· βιαζόμενος δὲ πρὸς τὰ ὄρη, συχνοὺς ἐξ ἐνέδρας ἀπέβαλε, πλείους τε ἂν ὕδατος ἀπορίᾳ ἀπώλεσεν, εἰ μή που ὕδωρ ὀψέ ποτε ἀνεφάνη, καὶ ἔπεισε τοὺς Κυρνίους ὁμολογῆσαι.

XIX. Sub hoc tempus Amilcar dux Carthaginiensium, ab Hispanis victus occubuit. Nam cum aciem contra eos instruxisset, illi currus facibus et pice plenos ante **402** copias Carthaginiensium produxerunt : cumque prope ventum esset, iis incensis, jumenta incitata in rabiem egerunt : eaque re adversarios turbatos, divulsos, et in fugam versos assectati, et ducem et plurimos alios ceciderunt. Amilcari post diuturnam felicitatem ad hunc mo-

ΙΘ'. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Ἀμίλκας ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς πρὸς Ἰβήρων νικηθεὶς ἔθανεν. Ἀντιπαραταξαμένου γὰρ σφίσιν, ἁμάξας δᾴδων καὶ πίσσης μεστὰς πρὸ τοῦ στρατοῦ τῶν Καρχηδονίων προήγαγον, καὶ πλησιάσαντες ἀνῆψαν αὐτὰς, καὶ τὰ ἕλκοντα αὐτὰς ὑποζύγια ἐπισπέρχοντες οἴστρησαν. Κἀκ τούτου συνταραχθέντων τῶν ἐναντίων, διασπασθέντων τε καὶ τραπομένων, ἑπόμενοι κἀκεῖνον καὶ ἄλλους πλείστους ἐφόνευσαν. Καὶ ὁ μὲν, ἐπὶ

Variæ lectiones et notæ.

(25) Σαρδῶνας. Mss. omnes Σαρδόνας habent.

πλεῖστον ἀνθήσας, οὕτως ἐτελεύτησε. Τελευτήσαντα A δὲ αὐτὸν Ἀσδρούβας ὁ Γαμβρὸς διεδέξατο, καὶ τῆς Ἰβηρίας πολλὰ προσεκτήσατο, πόλιν τε ἐν αὐτῇ Καρχηδόνα ὁμώνυμον τῇ πατρίδι ἔκτισε. Τῶν δέ γε Βοουΐων καὶ τῶν ἄλλων Γαλατῶν πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, πλείστους δὲ καὶ αἰχμαλώτους πωλούντων, δείσαντες οἱ Ῥωμαῖοι μήποτε κατ' αὐτῶν τοῖς χρήμασι χρήσωνται, ἀπεῖπον μηδένα ἀνδρὶ Γαλάτῃ μήτ' ἀργύριον μήτε χρυσίον διδόναι. Ἐντεῦθεν οἱ Καρχηδόνιοι μαθόντες τοὺς ὑπάτους Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Μάρκον Ἰούνιον εἰς τὴν Λιγυστικὴν ἀπάραντας, παρεσκευάζοντο εἰς τὴν Ῥώμην ἐλάσαι. Γνόντων δὲ τοῦτο τῶν ὑπάτων, καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἀθρόον ὡρμηκότων, ἐξεπλάγησαν, καὶ ἀπήντησαν αὐτοῖς ὡς φίλοι. Κἀκεῖνοι δὲ ὑπεκρίθησαν ὅτι οὐκ ἐπ' ἐκείνους ἀπῄεσαν, ἀλλὰ διὰ τῆς χώρας αὐτῶν ἐς τοὺς Λίγυας. Ῥωμαῖοι δὲ B τόν τε Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν, καὶ τῆς ἠπείρου τῆς ἑλληνικῆς ἥψαντο· πρόφασις δ' αὐτοῖς τοῦ πλοῦ ἐγένετο ἥδε. Ἴσσα νῆσός ἐστιν, ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ κειμένη. Οἱ γοῦν ταύτης κάτοικοι Ἰσσαῖοι καλούμενοι, ἐθελονταὶ τοῖς Ῥωμαίοις παραδεδώκασιν ἑαυτοὺς, τῷ σφῶν κρατοῦντι ἀχθόμενοι Ἀγρῶνι τῷ τῶν Σαρδιαίων βασιλεῖ, γένους Ἰλλυρικοῦ. Πρὸς ὃν οἱ ὕπατοι πρέσβεις ἔπεμψαν. Ἐκείνου δὲ τεθνεῶτος, ἐπὶ υἱῷ διαδόχῳ παιδὶ ἔτι ἡ ἐκείνου γυνὴ, τοῦ δὲ παιδὸς μητρυιὰ, τὴν τῶν Σαρδιαίων (26) διεῖπεν ἀρχήν· ἣ τοῖς πρέσβεσιν οὐδὲν μέτριον ἐχρημάτισε. Παῤῥησιασαμένους δὲ τοὺς μὲν ἔδησε, τοὺς δὲ ἀπέκτεινε. Τῶν δὲ Ῥωμαίων πόλεμον ψηφισαμένων αὐτῇ, κατέπτηξε, καὶ τούς τε σωζομένους τῶν πρέ- C σβεων ἀποδώσειν ὑπέσχετο, καὶ τοὺς θανόντας ἔλεγεν ὑπὸ λῃστῶν πεφονεῦσθαι. Τῶν δὲ Ῥωμαίων τοὺς αὐτόχειρας ἐξαιτησαμένων, οὔτε τινὰ ἐκδώσειν ἔφη, καὶ ἐπὶ τὴν Ἴσσαν ἔστειλε στράτευμα. Εἶτα αὖθις δείσασα, Δημήτριόν τινα πρὸς τοὺς ὑπάτους ἔπεμψεν, ὡς ἑτοίμη πρὸς πᾶν ὑπακοῦσαι αὐτῶν. Καὶ σπονδαὶ πρὸς τὸν πεμφθέντα ἐγένοντο, τὴν Κέρκυραν αὐτοῖς παρασχόμενον. Τῶν δὲ πρὸς τὴν νῆσον περαιωθέντων, ἀνεθάρσησεν αὖθις, οἷα γυνὴ κούφην ἔχουσα γνώμην, καὶ εὐμετάβολον, καὶ πρὸς Ἐπίδαμνον καὶ Ἀπολλωνίαν ἐξέπεμψε στρατιάν. Τῶν δὲ Ῥωμαίων τάς πόλεις τε ῥυσαμένων, καὶ πλοῖα αὐτῆς κατασχόντων μετὰ χρημάτων ἐκ Πελοποννήσου προσπλέοντα, καὶ τὰ χωρία πορθησαμένων τὰ πάραλα, καὶ τοῦ Δημητρίου διὰ τὴν ἐμπληξίαν ἐκείνης D πρὸς Ῥωμαίους μεθεστηκότος, καὶ ἄλλους αὐτομολῆσαι πεπεικότος, κατέπτηξε, καὶ ἀπέσχετο τῆς ἀρχῆς, καὶ τὴν μὲν ὁ Δημήτριος, ὡς τῷ παιδὶ ἐπιτροπεύσων εἰλήφει. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ ταῦτα παρὰ Κορινθίων ἐπῃνέθησαν, καὶ τοῦ Ἰσθμικοῦ μετέσχον ἀγῶνος. Καὶ στάδιον ἐν αὐτῷ ὁ Πλαῦτος ἐνίκησε. Καὶ πρὸς Ἀθηναίους δὲ φιλίαν ἐπεποιήκεσαν, καὶ τῆς πολιτείας σφῶν, τῶν τε μυστηρίων μετέσχον. Τὸ δ' Ἰλλυρικὸν ὄνομα πάλαι μὲν ἐν ἄλλοις ἐπεκέκλητο, ὕστερον δὲ ἐς τὴν ἄνω μεταβέβηκεν ἤπειρον,

dum interfecto, gener Asdrubal successit: ac multis Hispaniæ urbibus subactis, Carthaginem patriæ cognominem condidit. Boiis cæterisque Gallis ex venditione tum aliarum rerum, tum plurimorum captivorum, magnam pecuniam facientibus, veriti Romani, ne iis opibus contra se uterentur, edixerunt, ne quis homini Gallo vel aurum vel argentum daret. Deinde Carthaginienses M. Æmilii et M. Junii in Ligusticum expeditione cognita, se ad Romam invadendam paraverunt. Quo consules intellecto, ex improviso eos adorti terruerunt, ut per amicitiæ speciem eis obviam égrederentur. Simularunt illi quoque se non contra illos esse profectos, sed per eorum agrum in Ligriam ituros. Romani sinu Ionio transmisso, ad Græciæ continentem hac de causa appulerunt. Issa insula in Ionio sinu sita est: cujus incolæ Issæi Romanis ultro se dediderunt, suo domino Agroni Sardianorum regi, gentis Illyricæ irati. Ad eum consules legatos miserunt. Sed illo mortuo, filio adhuc impubi hærede relicto, uxor ejus pueri noverca, Sardianorum imperium administravit, nec ullum æquum legatis responsum dedit. Qui cum liberius locuti essent, alios occidit, alios vinxit. Cum autem Romani bellum ei decrevissent, territa, se et in columes legatos reddituram pollicetur, et mortuos a latronibus esse cæsos ait. Romanis vero cædium auctores poscentibus, neque se quemquam dedituram esse dixit, et Issam exercitum misit. Deinde rursus territa, Demetrium ad consules misit, tanquam per omnia morem eis gestura. Et pax facta est cum legato, Corcyra ab eo accepta. Sed cum Romani ad insulam trajecissent, resumpta fiducia, ut mulier levi et mutabili prædita ingenio, ad Epidamnum et Apolloniam misit exercitus. Verum quia Romani iis urbibus liberatis, illiusque navibus cum pecunia ex Peloponeso **403** venientibus, captis, oram maritimam vastabant: Demetrius autem ob muliérculæ vecordiam ad Romanos se contulerat, multis transfugis secum adductis: abjecto animo, imperio abstinuit, quod Demetrius tutorio nomine suscepit. Hac de causa Romani a Corinthiis laudati sunt, et ad Isthmiacos ludos admissi, in quibus Plautus stadium vicit. Inita cum Atheniensibus quoque amicitia, civitate donati, et ad initia sunt admissi. Illyrici nomen olim aliis locis attributum, post in superiorem continentem supra Macedoniam et Thraciam, intra Hæmum et Rhodopen transiit: sitaque est Illyria in medio horum montium et Alpium, et intra Hæmum fluvium, et Istrum, usque ad Pontum Euxinum: alicubi etiam ultra Istrum evagatur. Cum aliquando Romanis oraculum esset redditum, Græcos et Gallos urbem occupaturos, duos Gallos et totidem Græcos utriusque sexus in medio foro vivos defoderunt: ut

Variæ lectiones et notæ.

(26) *Σαρδιαίων*. Ita mss. Reg. et Colb. at Henric. Valesius ad Dionis Excerpta, Ἀρδιαίων legendum observat, ex Strabone, lib. vii, Appiano in Illyrico, et Stephano.

ita satis satisfactum esse, itaque defessi, partem urbis aliquam tenere viderentur. Sardi perpetuam Romani prætoris præsentiam ægre ferentes, seditionem moverunt : sed denuo subacti sunt.

A καὶ ὑπὲρ τὴν Μακεδονίαν, τήν τε Θρᾴκην τὴν ἐντὸς τοῦ Αἵμου, καὶ τὴν πρὸς τῇ Ῥοδόπῃ, καὶ ἔστιν ἐν τῷ μέσῳ τούτων τῶν ὀρῶν καὶ τῶν Ἀλπίων, τοῦ τε Αἵμου ποταμοῦ (27), καὶ τοῦ Ἴστρου μέχρι τοῦ Εὐξείνου Πόντου, καί πη καὶ ἐπέκεινα τοῦ Ἴστρου νέμεται. Λογίου δέ ποτε τοῖς Ῥωμαίοις ἐλθόντος, καὶ Ἕλληνας καὶ Γαλάτας τὸ ἄστυ καταλήψεσθαι, Γαλάται δύω καὶ Ἕλληνες ἕτεροι ἔκ τε τοῦ ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος γένους ζῶντες ἐν τῇ ἀγορᾷ κατωρύγησαν, ἵν' οὕτως ἐπιτελὲς τὸ πεπρωμένον γενέσθαι δοκῇ, καί τι κατέχειν τῆς πόλεως κατορωρυγμένοι νομίζωνται. Μετὰ δὲ τοῦτο Σαρδόνιοι ἐν δεινῷ ποιούμενοι, ὅτι στρατηγὸς Ῥωμαίων ἀεὶ καθειστήκει αὐτοῖς, ἐπανέστησαν· αὖθις δὲ ἐδουλώθησαν.

XX. Cum Insubres Gallica gens, auxiliis a transalpinis popularibus accersitis, Romanis arma intulissent, et quædam loca populati essent : tandem noctu magna tempestate orta, deos sibi infestos esse rati, abjectis animis, trepidi fuga salutem quærere instituerunt. Regulus vero eos persecutus, et extremum agmen aggressus, victus occubuit. Æmilius cum tumulum quemdam occupasset, Galli idem imitati, per dies aliquot quieverunt. Deinde illi cladis acceptæ dolore, Barbari victoriæ insolentia impulsi, de tumulis decurrerunt. Cumque diu æquo marte certatum esset, Romani denique eos equitatu circumdatos occiderunt, castris direptis, et spoliis recuperatis. Post hæc Æmilius Boiis superatis triumphans, captivorum principes armatos in Capitolium perduxit, insolentiam eorum irridens, quod se thoraces non prius exuturos jurassent, quam in Capitolium venissent. Ab eo tempore Boiorum terram omnem occuparunt : et tum primum Eridano superato, **404** Insubres invaserunt, eorumque agros vastarunt. Interea Roma prodigiis perterrita est. Nam et in Piceno flumen sanguine manavit, et in Etruria magnus cœli tractus ardere visus, et Arimini lux noctu instar diei fulsit, et alibi in Italia tres lunæ noctu apparuerunt, et vultur in foro per dies complures sedit. Consules igitur, tum ob hæc prodigia, tum quod vitio creati dicerentur, accersiti sunt. Verum non statim litteras legerunt : sed cum modo in aciem descendissent, commisso prius prælio vicerunt. Epistola post pugnam lecta, Furius haud gravatim paret : sed Flaminius victoria elatus, eam argumento esse aiebat, se rite creatos esse, et optimates ex invidia etiam diis affingere mendacia asseverabat. Nec igitur, nisi rebus omnibus confectis, recedere voluit : et se cives suos edocturum esse dixit, ne vel avium vel ullius alterius rei observatione fallerentur. Itaque manere, et collegæ idem persuadere instituit. Quod cum ille detrectaret, Flaminii milites veriti, ne a cæteris destituti, ab hostibus male tractarentur, precibus ab eo impetrarunt, ut dies aliquot maneret, sed nihil rei gessit. Flaminius autem regionem ubique pervagatus, agros vastavit, et aliquot castella cepit : et militibus, ut eos sibi conciliaret, omnes manubias donavit. Sero domum reversis, contumaciæ crimen a senatu est objectum : et ob iram in Flaminium,

K'. Ἰνσοῦβροι δὲ Γαλατικὸν γένος, συμμάχους ἐκ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ὁμοφύλων προσειληφότες, ὅπλα τοῖς Ῥωμαίοις ἐπήνεγκαν· διὸ καὶ αὐτοὶ ηὐτρεπίζοντο. Ληϊσαμένων δὲ τῶν βαρβάρων τινὰ, τελευταῖον χειμῶνος μεγάλου νυκτὸς συμβάντος, B ὑπετόπησαν τὸ θεῖον ἐναντιοῦσθαι αὐτοῖς καὶ ἠθύμησαν· καὶ καταπτήξαντες φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίσασθαι ἐπεχείρησαν. Καὶ ὁ Ῥηγοῦλος αὐτοὺς κατεδίωξε, καὶ τοῖς ὀπισθοφυλακοῦσι προσμίξας, ἡττήθη τε καὶ ἀπέθανεν. Αἰμίλιος δὲ, λόφον τινὰ κατασχὼν, ἡσύχαζεν. Ἀντικατασχόντων δὲ καὶ τῶν Γαλατῶν ἕτερον, ἐπί τινας μὲν ἡμέρας ἠρέμουν· ἔπειτα οἱ μὲν ὀργῇ τοῦ γεγονότος, αὐχήματι δὲ τῆς νίκης οἱ βάρβαροι, καταδραμόντες ἀπὸ τῶν μετεώρων συνέβαλον. Καὶ ἐπὶ πολὺ μὲν ἰσοῤῥόπως ἐμάχοντο· τέλος δ' οἱ Ῥωμαῖοι, τῷ ἱππικῷ περισχόντες, αὐτοὺς κατέκοψαν, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν εἷλον, καὶ τὰ λάφυρα ἐκομίσαντο. Καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς τῶν Βοουΐων ὁ Αἰμίλιος ἐλυμήνατο, καὶ τὰ ἐπινίκια ἤγαγε, τούς τε C πρώτους τῶν ἁλόντων ὡπλισμένους ἐπὶ τὸ Καπιτώλιον ἀνεκόμισεν, ἐπισκώπτων αὐτοῖς ὡς ὀμωμοκόσι μὴ πρότερον τοὺς θώρακας ἀποδύσασθαι πρὶν ἀνελθεῖν εἰς τὸ Καπιτώλιον. Ἐκ δὲ τούτου τήν τε τῶν Βοουΐων ἅπασαν προσεκτήσαντο, καὶ τὸν Ἠριδανὸν τότε πρῶτον ἐπὶ τοὺς Ἰνσούβρους διέβησαν, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐπόρθουν. Τεράτων δ' ἐν τούτῳ γενομένων, ἐς μέγα δέος οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ κατέστησαν. Ποταμός τε γὰρ ἐν τῷ Πικινῷ αἱματώδης ἐῤῥύη, κἀν τῇ Τυρσηνίδι καίεσθαι τοῦ οὐρανοῦ πολὺ ἔδοξε, καὶ ἐν τῷ Ἀριμίνῳ φῶς νύκτωρ ἡμέρᾳ προσεοικὸς ἔλαμψε, καὶ πολλαχόθι τῆς Ἰταλίας τρεῖς σελῆναι νυκτὸς ἐφαντάσθησαν, κἀν τῇ ἀγορᾷ γὺψ ἐφ' ἡμέρας πλείονας ἐνιδρύθη. Διά τε γοῦν τὰ τέρατα ταῦτα, D καὶ ὅτι τινὲς παρανόμως ἔλεγον τοὺς ὑπάτους αἱρεθῆναι, μετεπέμψαντο αὐτούς. Δεξάμενοι δὲ τὰ γράμματα οἱ ὕπατοι, οὐκ εὐθὺς αὐτὰ ἀνέγνων, ἄρτι πρὸς πόλεμον καθιστάμενοι, ἀλλὰ προσυμβαλόντες ἐκράτησαν. Μετὰ δὲ τὴν μάχην ἀναγνωσθείσης τῆς ἐπιστολῆς, ὁ μὲν Φούριος ἑτοίμως ἐπείθετο· ὁ δέ γε Φλαμίνιος, ἐπαιρόμενος τῇ νίκῃ, τήν τε αἵρεσιν αὐτῶν ἀπεδείκνυ δι' αὐτῆς ὀρθῶς ἔχουσαν, καὶ διὰ τὸν πρὸς αὐτὸν φθόνον ἐνέκειτο καὶ τοῦ θείου τοὺς δυνατοὺς καταψεύδεσθαι. Οὔτ' οὖν ἀπαναστῆναι πρὶν τὸ πᾶν καταστήσεσθαι ἤθελε, καὶ διδάξειν καὶ τοὺς οἴκοι, ἔφη, μήτ' ὄρνισι μήτ' ἄλλῳ δή τινι τοιούτῳ προσέχοντας ἀπατᾶσθαι. Καὶ ὁ μὲν κατὰ χώραν μέ-

Variæ lectiones et notæ.

(27) *Αἵμου ποταμοῦ.* Sic tres mss. Reg. Asteriscum apposuit Wolfius, quod fluvius hujusce nominis non occurrat apud geographos. Cum vero dicat Zonaras, Illyricum intra Hæmum fluvium et Istrum usque ad Pontum Euxinum contineri, videtur intellexisse aut Dravum aut Savum fluvios.

νειν ἤθελε, καὶ τὸν συνάρχοντα κατέχειν ἐπειρᾶτο· A Φούριος δ' οὐχ ἐπείθετο. Τῶν δὲ μετὰ τοῦ Φλαμινίου μελλόντων καταλειφθήσεσθαι, φοβηθέντων μὴ μονωθέντες πάθωσί τι παρὰ τῶν ἐναντίων, καὶ δεηθέντων ἡμέρας τινὰς προσμεῖναι, ἐπείσθη, οὐ μέντοι καὶ ἔργου ἥψατο. Φλαμίνιος δὲ περινοστῶν τὴν χώραν ἔτεμνε καὶ ἐρύματά τινα κατεστρέψατο, τά τε λάφυρα πάντα τοῖς στρατιώταις, θεραπεύων αὐτούς, ἐχαρίσατο. Ὀψὲ δ' οἴκαδε ἐπανελθόντες, ὑπὸ μὲν τῆς γερουσίας τὴν αἰτίαν τῆς ἀπειθείας ἔσχον· διὰ γὰρ τὴν πρὸς τὸν Φλαμίνιον ὀργὴν ἠτίμασαν καὶ τὸν Φούριον (28)· τὸ δὲ πλῆθος, ἀντιφιλονεικῆσαν ὑπὲρ τοῦ Φλαμινίου, ἐψηφίσαντο τὰ νικητήρια, καὶ ἀγαγόντες αὐτὰ, ἐξέστησαν τῆς ἀρχῆς. Ἕτεροι δὲ ὕπατοι Κλαύδιος Μάρκελλος καὶ Γνάϊος Σκιπίων, ἀνθαιρεθέντες, ἐστράτευσαν ἐπὶ τοὺς Ἰνσούβρους· εἰρήνην B γὰρ αὐτοῖς αἰτήσασιν οὐκ ἐψηφίσαντο· καὶ ἄμφω μὲν πρῶτον πολεμοῦντες τὰ πλείω ἐκράτουν. Ἔπειτα, τὴν συμμαχίδα λεηλατουμένην μαθόντες, διῃρέθησαν. Καὶ Μάρκελλος μὲν, ἐπὶ τοὺς λῃζομένους τὴν σύμμαχον διὰ ταχέων ἐλθὼν, οὐ κατέλαβε σφᾶς ἐκεῖ, φεύγοντας δ' ἐπεδίωξε, καὶ ὑποστάντας ἐνίκησε· Σκιπίων δὲ, κατὰ χώραν μείνας, Ἀχέρας ἐπολιόρκει· καὶ λαβὼν αὐτὰς ὁρμητήριον τοῦ πολέμου πεποίηκεν, οὔσας ἐπικαίρους καὶ εὐερκεῖς. Κἀντεῦθεν ὁρμώμενοι τό τε Μεδιόλανον καὶ κωμόπολιν ἑτέραν ἐχειρώσαντο. Ἁλόντων δὲ τούτων, καὶ οἱ λοιποὶ Ἰνσοῦβροι ὡμολόγησαν αὐτοῖς, χρήματα καὶ μέρος τῆς γῆς δόντες. Εἶτα Πούπλιός τε Κορνήλιος καὶ Μάρκος Μινούτιος ἐπ' Ἴστρου (29) ἐστράτευσαν, C καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ ἐθνῶν τὰ μὲν πολέμῳ, τὰ δὲ ὁμολογίαις ὑπέταξαν. Λούκιος δὲ Οὐετούριος καὶ Γάϊος Λουτάτιος ἦλθον μέχρι τῶν Ἄλπεων, ἄνευ δὲ μάχης πολλοὺς ᾠκειώσαντο. Ὁ μέντοι τῶν Σαρδιαίων ἄρχων Δημήτριος, ὡς ἄνω που εἴρηται, τοῖς ἐπιχωρίοις ἐπαχθὴς ἦν καὶ τὰ τῶν πλησιοίκων ἐκακούργει, καὶ ἐδόκει τῇ Ῥωμαίων φιλίᾳ ἀποχρώμενος ἀδικεῖν. Αἰσθόμενοι δὲ τοῦτο οἱ ὕπατοι Αἰμίλιος Παῦλος καὶ Μάρκος Λιούϊος, μετεπέμψαντο αὐτόν. Ὡς δ' οὐχ ὑπήκουσεν ἀλλὰ καὶ τῆς συμμαχίδος σφῶν ἥπτετο, ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτὸν ἐν τῇ Ἴσσῃ ὄντα. Καὶ προμαθόντες ὅτι ὑφόρμει που τῶν κατάρσεων, μέρος τῶν νεῶν εἰς τὰ ἐπὶ θάτερα τῆς νήσου προσμίξαι ἔπεμψαν. Κἀκ τούτου τῶν Ἰλλυρίων ἐπ' ἐκείνους ὡς καὶ μόνους ὄντας τραπομένων, αὐτοὶ κατὰ σχολὴν προσπλεύσαντες ἐν ἐπιτηδείῳ τε ἐστρατοπεδεύσαντο καὶ προσπεσόντας σφίσιν αὐθημερὸν τοὺς ἐπιχωρίους ὀργῇ τῆς ἀπάτης ἀπεώσαντο. Τοῦ δὲ Δημητρίου ἐς Φάρον ἑτέραν νῆσον διαφυγόντος, καὶ ἐπ' ἐκείνην ἔπλευσαν, καὶ τῶν ἀντικαταστάντων ἐκράτησαν καὶ τὴν πόλιν ἐκ προδοσίας εἷλον, τοῦ Δημητρίου διαδράντος. Ὃς, τότε μὲν εἰς Μακεδονίαν μετὰ πολλῶν χρημάτων πρὸς Φίλιππον τὸν βασιλέα αὐτῆς ἐλθὼν, ὑπ' ἐκείνου μὲν οὐκ ἐξεδόθη, πρὸς δὲ τοὺς Ἰλλυρίους ἐπανελθὼν συνελήφθη ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ ἐδικαιώθη.

A etiam Furio negatus honos. Sed a multitudine patribus pro Flaminio adversata, decreto actoque triumpho, magistratum deposuerunt: aliique consules creati, Claudius Marcellus, et Cn. Scipio, Insubribus arma intulerunt, pace quam petierant haud concessa: ac principio belli ambo rem fere bene gesserunt. Deinde cum sociæ civitates infestarentur, divisi, Marcellus contra prædatores celeriter profectus, cum eos ibi non invenisset, fugientes persecutus est, commissaque pugna superavit. Sed Scipio castris non motis, Acerras obsedit: iisque expugnatis (erant enim opportuno loco sitæ et munitæ) ad gerendi belli commoditatem usus est. Inde profecti, Mediolanum, et aliud oppidum ceperunt: quibus expugnatis, cæteri quoque Insu- B bres **405** deditionem fecerunt, pecunia et agri parte multati. Deinde P. Cornelius et M. Minutius ad Istrios duxerunt exercitum, et multas illius loci gentes partim vi, partim deditione subegerunt. L. vero Veturius et C. Luctatius usque ad Alpes progressi, citra pugnam sibi multos adjunxerunt. Demetrius autem, cujus supra facta est mentio, Sardianorum princeps, popularibus suis gravis, etiam finitimos vexabat: ac Romanorum amicitia fretus, injurius esse videbatur. Quo consules Paulus Æmilius et M. Livius animadverso, eum accersiverunt. Ut vero non parebat, sed eorum socios quoque offendebat, Issam contra eum sunt profecti: edoctique, eum alicubi in portubus insidias col- C locasse, navium partem ad alterum latus insulæ miserunt. Quo factum, ut Illyriis contra illos, tanquam soli essent, conversis, cæteri per otium portu occupato, et castris idoneo loco positis, insulares eodem die ex imposturæ iracundia irruentes profligarent. Demetrium in aliam insulam Pharum persecuti, hostibus superatis, urbem proditione ceperunt. Demetrius ad Philippum Macedoniæ regem cum magna pecunia confugit. Nec ab illo deditus est: sed in Illyrios reversus, et a Romanis captus, pœnas dedit.

ΚΑ'. Τῷ δ' ἐχομένῳ ἔτει περιφανῶς οἱ Ῥωμαῖοι D τοῖς Καρχηδονίοις ἐξεπολεμώθησαν, καὶ ὁ πόλεμος οὗτος τῷ μὲν χρόνῳ πολὺ ἐλάσσων τοῦ προτέρου συμβέβηκε, τοῖς δ' ἔργοις τοῖς τε παθήμασι καὶ μείζων καὶ χαλεπώτερος. Ἐπῆρε δὲ τοῦτον μάλιστα ὁ Ἀννίβας στρατηγῶν τῶν Καρχηδονίων. Ὁ δ' Ἀν-

XXI. Sequenti anno Romanorum et Carthaginiensium inimicitiæ aperte eruperunt: ac id bellum, ut tempore longe prioro minus, sic operibus et cladibus longe majus fuit, et gravius. Ejus autem belli potissimus auctor fuit Annibal dux Carthaginiensium, Amilcaris Barchini filius, statim a

Variæ lectiones et notæ.

(28) *Φούριος*. Φρούριος habent mss. omnes.

(29) *Ἐπ' Ἴστρου*. Ita mss. codd. sed ἐπ' Ἴστροις reponendum ex Eutropio lib. III, et aliis observat Henricus Valesius ad Joannem Antiochenum, qui Ἰστριανοῖς habet. Ita Dio, lib. XXXVIII, p. 64. Ἡττήθη (πρὸς) τῇ τῶν Ἰστριανῶν πόλει πρὸς τῶν Σκυθῶν τῶν Βασταρνῶν, ubi interpres, *ad Istrarum urbem*.

puero contra Romanos exercitatus. Aiebat enim Amilcar se omnes filios, tanquam catulos quosdam contra illos alere. Illum autem quem ingenio longe cæteris antecellere videret, jurejurando adegit, se hostem fore populo Romano. Ea de causa cum aliis eum disciplinis, tum in re militari diligenter erudiit, usque ad annum ætatis decimumquintum. Unde patri in imperio succedere non potuit : sed post Asdrubalis obitum, annum tum sextum et vicesimum agens, nihil cunctatus, Hispaniensem exercitum statim occupavit. Et imperator a militibus salutatus, effecit ut etiam ab **406** urbanis magistratibus sibi principatus confirmaretur. His perfectis, speciosum quærebat titulum invadendi Romanos, quem ei Zacynthiorum coloni in Hispania suppeditarunt. Qui cum non procul ab amne Ibero habitarent, paulum a mari remoti, Romanos magno studio et honore colebant, atque in Carthaginiensi fœdere excepti erant. Ea de causa bellum eis intulit Annibal, haud ignarus, Romanos aut opem eis laturos, aut clades eorum ulturos. Eo accedebat, quod eos magnas opes habere norat, quibus in primis egebat : et aliis rationibus, quæ contra Romanos etiam ei profutura erant, adductus, Saguntinos est adortus. Hispania vero, in qua illi habitant, cum finitimis locis omnibus in Europa versus Occidentem sita, ad mare interius, et Herculis columnas et Oceanum longe excurrit, atque etiam continentem longissimo tractu usque ad montes Pyrenæos occupat : qui a mari, quod olim Bebrycium dicebatur, post Narbonense appellatum est, usque ad exterius mare magnum pertinent, totamque Hispaniam a Gallia finitima dirimunt. Intra eos multæ diversæ gentes consederunt, nec lingua eadem, nec forma reipublicæ utentes : unde nec eodem nomine appellantur. Nam Romani Hispanos, Græci ab Ibero amne Iberos vocant. Saguntini cum obsiderentur, auxilia et finitimorum et Romanorum implorarunt : ac illos prohibuit Annibal. Romani autem legatis ad eum missis, postularunt, ut Sagunto abstineret. Quod ni faceret, minabantur, se Carthaginem statim ad eum accusandum navigaturos. At Annibal ex Hispanis quosdam misit, qui per fidei et amicitiæ speciem legatis appropinquantibus dicerent, non adesse ducem, procul in loca quædam incognita profectum : monerentque, ut quamprimum discederent, ne adventu illorum cognito, per imperatoris absentiam ab effrenatis militibus interirent. Legati vera illa esse rati, Carthaginem abierunt. indictoque concilio, Carthaginiensium alii pacem suaserunt ; factio vero Annibalis, Saguntinos esse injurios, et Romanos ea quæ nihil ad ipsos attinerent, curiose complecti asserebat. Denique in eorum **407** sententiam itum est, qui belli Romanis inferendi auctores erant. Interea dum Annibal

A νίβας οὗτος παῖς τοῦ Ἀμίλχου τοῦ Βαρχίδου ἐγένετο, καὶ ἐκ παίδων εὐθὺς ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους ἠσκήθη. Πάντας γὰρ τοὺς υἱοὺς ὁ Ἀμίλκας ὥσπερ τινὰς σκύμνους ἐπ' αὐτοὺς τρέφειν ἔλεγεν, ἐκεῖνον δὲ, πολὺ τῇ φύσει προφέροντα ὁρῶν, καὶ ὥρκωσε πολεμήσειν αὐτοῖς. Καὶ διὰ τοῦτο τά τε ἄλλα καὶ τὰ πολέμια ἔτι μᾶλλον αὐτὸν ἐξεδίδασκε, πεντεκαιδεκαέτη ὄντα. Ὅθεν οὐχ ἠδυνήθη, θανόντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς, τὴν στρατηγίαν διαδέξασθαι. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀσδρούβας ἐτελεύτησεν, οὐκέτι ἐμέλλησεν, ἓξ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν τότε γεγονὼς, ἀλλὰ τό τε στράτευμα ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ αὐτίκα προσκατέλαβε (30), καὶ στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν ἀναδειχθεὶς, διῳκήσατο καὶ παρὰ τῶν οἴκοι τελῶν βεβαιωθῆναι αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν. Πράξας δὲ
B ταῦτα, προφάσεως εὐπρεποῦς ἐδεῖτο εἰς τὴν κατὰ Ῥωμαίων ὁρμὴν, καὶ ταύτην ἐποιήσατο τοὺς ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ Ζακυνθίους. Οὗτοι γὰρ, οὐ πόῤῥω τοῦ ποταμοῦ οἰκοῦντες τοῦ Ἴβηρος ἄνω τῆς θαλάσσης βραχὺ, τοῖς Ῥωμαίοις προσέκειντο, κἀκεῖνοι καὶ ἐτίμων αὐτοὺς καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς Καρχηδονίους συνθήκαις ἐξαιρέτους ἐπεποιήκεσαν. Διὰ ταῦτ' οὖν ὁ Ἀννίβας πόλεμον ἤρατο πρὸς αὐτοὺς, εἰδὼς ὅτι ἢ ἐπικουρήσουσιν οἱ Ῥωμαῖοι τοῖς Ζακυνθίοις ἢ καί τι παθοῦσι τιμωρήσουσι. Διά τε οὖν ταῦτα καὶ ὅτι καὶ μέγαν πλοῦτον κεκτῆσθαι αὐτοὺς ἐγίνωσκεν, οὗ καὶ μάλιστα ἔχρῃζε, καὶ δι' ἕτερα αἴτια καὶ κατὰ Ῥωμαίων αὐτῷ συμβαλλόμενα, τοῖς Ζακυνθίοις ἐπέθετο. Ἡ δ' Ἰβηρία, ἐν ᾗ οἱ Ζακύνθιοι οἰκοῦσι, καὶ ἡ προσεχὴς αὐτῇ πᾶσα ἔν τε τῇ Εὐρώπῃ πρὸς δυσμὰς
C ἐστι, καὶ ἐπὶ πολὺ μὲν παρὰ τὴν ἔσω θάλασσαν, καὶ παρὰ τὰς Ἡρακλείους στήλας τόν τε Ὠκεανὸν αὐτὸν προήκει, καὶ προσέτι καὶ τὴν ἤπειρον τὴν ἄνω διὰ πλείστου μέχρι τοῦ Πυρηναίου νέμεται. Τὸ γὰρ ὄρος τοῦτο, ἐκ τῆς θαλάσσης τῆς πάλαι μὲν Βεβρύκων, ὕστερον δὲ Ναρβωνησίων ἀρξάμενον, ἐς τὴν ἔξω τὴν μεγάλην διατείνει, πολλὰ μὲν ἐντὸς αὐτοῦ καὶ σύμμικτα ἔθνη ἔχον, πᾶσαν δὲ τὴν Ἰβηρίαν ἀπὸ τῆς προσοίκου Γαλατίας ἀφορίζον. Οὔτε δ' ὁμόφωνοι ἦσαν, οὔτε κοινῇ ἐπολιτεύοντο, ὅθεν οὐδὲ εἰς ἓν ὄνομα ἐτέλουν. Οἱ μὲν γὰρ Ῥωμαῖοι Ἱσπανοὺς, οἱ δ' Ἕλληνες Ἴβηρας ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Ἴβηρος αὐτοὺς ἐπεκάλεσαν. Οἱ μὲν οὖν Ζακύνθιοι οὗτοι ἐπολιορκοῦντο, καὶ ἔπεμψαν πρὸς τοὺς περιοίκους καὶ πρὸς
D τοὺς Ῥωμαίους ἐπικουρίας δεόμενοι. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ὁ Ἀννίβας ἐκώλυσεν· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, πρέσβεις πρὸς ἐκεῖνον πέμψαντες, μὴ πελάζειν τοῖς Ζακυνθίοις ἐκέλευον, καὶ εἰ μὴ πείθοιτο, ἐς τὴν Καρχηδόνα πλεῦσαι εὐθὺς καὶ κατηγορῆσαι αὐτοῦ ἐπηπείλησαν. Ὁ δ' Ἀννίβας, ἐκ τῶν ἐπιχωρίων πέμψας τινὰς ὡς εὔνοιαν τηροῦντας τοῖς πρέσβεσιν ἤδη πλησίον οὖσι, παρεσκεύασε λέγειν αὐτοῖς μὴ παρεῖναι τὸν στρατηγὸν, πόῤῥω που ἐς ἄγνωστα χωρία ἀποδημήσαντα, καὶ παρῄνουν ἀπαλλαγῆναι ὡς τάχιστα, πρὶν καταγγελθεῖεν ὡς πάρεισιν, ἵνα μὴ διὰ τὴν ἀναρχίαν, τοῦ στρατηγοῦ μὴ παρόντος, ἀπόλωνται. Οἱ μὲν οὖν πιστεύσαντες αὐτοῖς εἰς τὴν Καρχηδόνα

Variæ lectiones et notæ.

(30) Αὐτίκα προκατέλαβε. Alter codex Wolfii, προσέλαβε duo Reg. et Colb. προσκατέλαβε.

ἐπήεσαν. Γενομένης δὲ ἐκκλησίας, οἱ μὲν τῶν Καρχηδονίων εἰρήνην ἄγειν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους συνεβούλευον, οἱ δὲ, τῷ Ἀννίβᾳ προσκείμενοι (31), τοὺς μὲν Ζακυνθίους ἀδικεῖν, τοὺς δὲ Ῥωμαίους τὰ μηδὲν σφίσι προσήκοντα πολυπραγμονεῖν ἔλεγον. Καὶ τέλος ἐπεκράτησαν οἱ πολεμῆσαι σφᾶς ἀναπείθοντες. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Ἀννίβας σπουδῇ τὰς προσβολὰς τῆς τειχομαχίας ἐποιεῖτο. Πολλῶν δὲ πιπτόντων, καὶ πλειόνων τιτρωσκομένων ἐκ τῶν τοῦ Ἀννίβου, καί ποτε τῶν Καρχηδονίων κατασεισάντων τι τοῦ περιβόλου καὶ κατὰ τὸ ῥῆγμα εἰσελθεῖν τολμησάντων, ἐπεξέδραμον οἱ Ζακύνθιοι καὶ ἀπεσόβησαν σφᾶς· ὅθεν αὐτοὶ μὲν ἐπεῤῥώσθησαν, οἱ Καρχηδόνιοι δὲ ἐνέδοσαν ἀθυμήσαντες. Οὐκ ἀπέστησαν δὲ πρὶν τὴν πόλιν ἑλεῖν, καίτοι ἐπ' ὄγδοον μῆνα τῆς πολιορκίας παραταθείσης, ἐν οἷς ἄλλα τε πολλὰ συνηνέχθη καὶ ἄτοπα, καὶ ὁ Ἀννίβας δεινῶς ἐτρώθη. Ἥλω δὲ οὕτως· μηχάνημα τῷ τείχει προσήγαγον, πολύ τε αὐτοῦ ὑπεραῖρον, καὶ ὁπλίτας τοὺς μὲν ἐμφανεῖς ἔχον, τοὺς δὲ λανθάνοντας. Τῶν οὖν Ζακυνθίων τοῖς ὁρωμένοις ὡς μόνοις οὖσι μαχομένων ἐῤῥωμενέστερον, οἱ κεκρυμμένοι τὸ τεῖχος ὑπορύξαντες εἰσεβιάσαντο καὶ ἔνδον ἐγένοντο. Τῷ γοῦν παραδόξῳ οἱ Ζακύνθιοι ἐκπλαγέντες εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνέδραμον, καὶ εἰς λόγους ἦλθον, εἴ πως ἐπιεικεῖ τινι ὁμολογίᾳ περισωθεῖεν. Ὡς δ' οὐδὲν ὁ Ἀννίβας προΐσχετο μέτριον, οὔτε τις αὐτοῖς ὠφέλεια πρὸς τῶν Ῥωμαίων ἐγίνετο, ἐπισχεθῆναι τὰς προσβολὰς ἐξητήσαντο, ὥς τι περὶ τῶν κατὰ σφᾶς βουλευσόμενοι. Κἀν τούτῳ τὰ τιμιώτατα συμφορήσαντες τῶν χρημάτων ἐς πῦρ ἐνέβαλον. Καὶ οἱ μὲν ἀπόμαχοι διεχειρίσαντο ἑαυτούς· οἱ δ' ἐν ἡλικίᾳ ἀθρόοι πρὸς τοὺς ἐναντίους ὡρμήκεσαν καὶ προθύμως ἀγωνιζόμενοι κατεκόπησαν.

ΚΒ'. Καὶ δι' αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ἐπολέμησαν. Ὁ γὰρ Ἀννίβας, καὶ συμμάχους συχνοὺς προσλαβὼν, εἰς τὴν Ἰταλίαν ἠπείγετο. Πυθόμενοι δὲ ταῦθ' οἱ Ῥωμαῖοι συνῆλθον εἰς τὸ συνέδριον, καὶ ἐλέχθη μὲν πολλά. Λούκιος δὲ Κορνήλιος Λέντουλος ἐδημηγόρησε καὶ εἶπε μὴ μέλλειν, ἀλλὰ πόλεμον κατὰ τῶν Καρχηδονίων ψηφίσασθαι, καὶ διχῇ διελεῖν καὶ τοὺς ὑπάτους καὶ τὰ στρατεύματα· καὶ τοὺς μὲν εἰς τὴν Ἰβηρίαν, τοὺς δὲ εἰς τὴν Λιβύην πέμψαι, ἵν' ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἥ τε χώρα αὐτῶν πορθῆται καὶ οἱ σύμμαχοι κακουργῶνται, καὶ μήτε τῇ Ἰβηρίᾳ βοηθῆσαι δύνωνται μήτ' ἐκεῖθεν αὐτοὶ ἐπικουρηθῶσι. Πρὸς ταῦτα Κύϊντος Φάβιος Μάξιμος ἀντέθετο, μὴ οὕτως ἐκ παντὸς τρόπου τὸν πόλεμον δεῖν ψηφίσασθαι, ἀλλὰ πρεσβείᾳ χρήσασθαι πρότερον. Κἂν μὲν πείσωσιν ὅτι οὐδὲν ἀδικοῦσιν, ἡσυχίαν ἄγειν· ἂν δ' ἀδικοῦντες ἁλῶσι, τότε πολεμῆσαι αὐτοῖς, ἵνα καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου ἐς αὐτοὺς ἀπωσώμεθα. Αἱ μὲν οὖν ἀμφοῖν δόξαι τοιαῦται ἦσαν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν. Τῇ δὲ βουλῇ παρασκευάζεσθαι μὲν ἔδοξε πρὸς τὴν μάχην, πρέσβεις δὲ εἰς τὴν Καρχηδόνα στεῖλαι, καὶ τοῦ Ἀννίβου κατηγορῆσαι. Καὶ εἰ μὲν μὴ ἐπαινοῖεν τὰ πραχθέντα, δικάσαι· εἰ δ' εἰς ἐκεῖνον αὐτὰ ἀναφέροιεν, ἐξαιτήσασθαι αὐτόν· κἂν μὴ ἐκδῶσι, τὸν πόλεμον ἐπαγγεῖλαι αὐτοῖς. Τῶν γοῦν πρέσβεων ἀπελθόντων, οἱ Καρχηδόνιοι τὸ ποιη-

A sedulo mœnia oppugnat, multi ex ejus militibus cadunt, pluribus vulneratis : et cum aliquando Carthaginienses muri partem dejecissent, et per ruinas penetrare conarentur, a Saguntinis eruptione facta, repulsi cesserunt : imminuta audacia, oppidanorum vero animi aucti sunt. Neque tamen ab obsidione destiterunt, in mensem octavum usque prorogata : quo temporis spatio cum alia multa, eaque incommoda evenerunt, tum Annibal graviter vulneratus est. Urbs autem sic capta est. Machinam adduxerunt, quæ mœnia multum superaret, armatis partim conspicuis, partim occultis refertam. Dum autem Saguntini cum iis duntaxat quos videbant, acrius pugnant, solos eos esse opinati, occulti suffosso muro, vi in urbem penetra- B runt. Saguntini re inopinata perterriti, in arcem accurrerunt : habitoque colloquio, tolerabilibus conditionibus salutem impetrare studuerunt. Annibale vero nihil moderati postulante, neque Romanis quidquam opis ferentibus, efflagitarunt, ut oppugnatione intermissa, rebus suis consulendi spatium daretur. Interea pretiosissimis quibusque rebus igni absumptis, homines imbelles sibi ipsi manus attulerunt : qui erant ætate integra, subito in hostes impetu facto, strenue dimicantes occubuerunt.

C XXII. Hæc Romanis et Carthaginiensibus belli causa fuit. Nam cum Annibalem multis sociis ascitis in Italiam properare Romani audivissent, indicto concilio multa verba facta sunt. Verum L. Cornelius Lentulus pro concione dixit, non esse cunctandum, sed bellum contra Carthaginienses decernendum, et tam consules quam exercitus bifariam dividendos, et alterum in Hispaniam, alterum in Lybiam mittendum : ut eodem tempore et ager eorum vastaretur, et socii vexarentur : neque Hispaniæ opem ferre, neque inde auxilia exspectare hostes possent. Ad hæc Q. Fabius Maximus respondit, non adeo præcipitanter bellum esse decernendum, sed legatos prius mittendos. Quod si crimina purgarint, quiescendum : sin injuriarum D convincantur, 408 tum demum bello petendos esse, ut etiam causa belli in illos transferatur. Ac utriusque sententia summatim hæc fuit : senatui autem placuit, se et ad bellum parare, et legatis Carthaginem missis Annibalem accusare. Quod si illa improbarent, jure agendum : sin illi imputarent, eum deposcendum : si non dederent, bellum eis indicendum. Legatis digressis, Carthaginienses quid agendum esset deliberabant. Asdrubal vero unus ex iis quos Annibal subornarat, auctor fuit veteris libertatis recuperandæ : et servitutis, quam

Variæ lectiones et notæ.

(31) *Προσκειμενοι*. Ita reposuimus ex mss., ubi Wolfius προκείμενοι ediderat.

pax attulisset, tum pecuniis, tum copiis, tum sociis comparatis repudiandæ; subjecitque : *Si vel soli Annibali suo arbitratu rem gerere permisissent, omnia rite administratum iri, et ipsos omni laboris molestia carituros.* Illo hæc locuto, magnus Hanno contra, non temere, neque ob parva et aliena crimina bellum in rempublicam retrahendum esse censuit, cum alia purgare, alia in auctores transferre liceat. Qui cum dicendi finem fecisset, Carthaginiensium seniores, primique belli memores, il i sunt assensi : cæteri adolescentes, iique potissimum qui Annibalis causam agebant, acriter adversati sunt. Ut autem nihil certi responsi dederunt, legatosque neglexerunt, M. Fabius sinu ex toga facto : *Hic*, inquit, *vobis bellum et pacem porto : utrum placet, sumite.* Cum respondissent se neutrum quidem sumere, sed utrum dedisset alacriter accepturos, bellum eis statim indixit. Hoc igitur modo, et his de causis inter Carthaginienses et Romanos alterum bellum est conflatum, futuraque divinitus denuntiata sunt. Nam Romæ bos humana voce locutus est; et alius ludis Romanis ex ædibus se in Tiberim præcipitavit, ac periit; fulmina multa sunt delata; sanguis tum e statuis manavit, tum e militis cujusdam clypeo; alterius ensem lupus ex ipsis castris rapuit. Annibali vero multæ ignotæ bestiæ Iberum transeunti, veluti viam monstrarunt; et somnium hujusmodi apparuit. Aliquando sibi visus est a diis in concilio sedentibus accersi et quamprimum in Italiam exercitum ducere juberi : ab eisque ducem itineris accepisse, quem non respectans sequeretur. Sed cum se **409** convertisset, magnam ingruere tempestatem vidisse, draconemque sequi ingentis magnitudinis. Quæ cum miraretur, ductorem rogasse, quidnam ea sibi vellent? qui responderit : *Ea illi ad vastitatem Italiæ adjumento futura esse.*

A τέον ἐσκόπουν. Καί τις Ἀσδρούβας, εἷς τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀννίβου προπαρεσκευασμένων, συνεβούλευσε σφίσι χρῆναι τήν τε ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἀνακτήσασθαι, καὶ τὴν ἐκ τῆς εἰρήνης δουλείαν ἀποτρίψασθαι καὶ χρήμασι, καὶ δυνάμεσι, καὶ συμμάχοις συγκεκροτημένοις, ἐπαγαγὼν ὅτι, *Κἂν τῷ Ἀννίβᾳ μόνῳ ὅσα βούλεται πρᾶξαι ἐπιτρέψητε, καὶ τὰ προσήκοντα ἔσται, καὶ οὐδὲν αὐτοὶ πονήσετε.* Τοιαῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, Ἄννων ὁ μέγας ἐναντιούμενος τοῖς τοῦ Ἀσδρούβου λόγοις, γνώμην εἰσήνεγκε, μήτε ῥᾳδίως, μήτε μικρῶν καὶ ἀλλοτρίων ἐγκλημάτων ἕνεκα τὸν πόλεμον ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπάσασθαι, παρὸν τὰ μὲν λῦσαι, τὰ δὲ ἐς τοὺς δράσαντας αὐτὰ τρέψαι. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν ἐπαύσατο. Τῶν δὲ Καρχηδονίων οἱ μὲν πρεσβύτεροι καὶ τοῦ πρὶν μεB μνημένοι πολέμου, αὐτῷ συνετίθεντο· οἱ δ' ἐν ἡλικίᾳ, καὶ μάλισθ' ὅσοι τὰ τοῦ Ἀννίβου ἔπραττον, ἰσχυρῶς ἀντέλεγον. Ὡς δ' οὐδὲν σαφὲς ἀπεκρίναντο, καὶ ἐν ὀλιγωρίᾳ τοὺς πρέσβεις εἶχον, ὁ Μάρκος ὁ Φάβιος, τὰς χεῖρας ὑπὸ τὸ ἱμάτιον ὑποβαλὼν, καὶ ὑπτιάσας αὐτὰς, ἔφη· *Ἐγὼ μὲν ἐνταῦθ', ὦ Καρχηδόνιοι, καὶ τὸν πόλεμον καὶ τὴν εἰρήνην φέρω· ὑμεῖς δ' ὁπότερον αὐτῶν βούλεσθε ἕλεσθε.* Ἀποκριθέντων δὲ μηδέτερον μὲν αἱρεῖσθαι, δέχεσθαι δ' ἑτοίμως ὁπότερον καταλείψουσιν· ἐπήγγειλεν αὐτοῖς αὐτίκα τὸν πόλεμον. Οὕτω μὲν καὶ διὰ ταῦτα οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ οἱ Καρχηδόνιοι τὸ δεύτερον ἐπολέμησαν, καὶ τὸ δαιμόνιον τὰ γενησόμενα προεσήμηνεν. Ἐν γὰρ τῇ Ῥώμῃ ἀνθρωπίνως ἐλάλησε βοῦς, C καὶ ἕτερος ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει ἐξ οἰκίας εἰς τὸν Τίβεριν ἑαυτὸν ἔῤῥιψε, καὶ ἐφθάρη, κεραυνοί τε πολλοὶ ἐφέροντο, καὶ αἷμα τὸ μὲν ἐξ ἀγαλμάτων ὤφθη, τὸ δὲ ἐξ ἀσπίδος στρατιώτου ἐῤῥύη, ἑτέρου τε ξίφος ἐξ αὐτοῦ τοῦ στρατοπέδου λύκος ἥρπασε. Τῷ δ' Ἀννίβᾳ θηρία πολλὰ καὶ ἄγνωστα τὸν Ἴβηρα διαβαίνοντι προκαθηγήσατο, καὶ ὄψις ὀνείρου ἐφάνη. Ἔδοξε γάρ ποτε τοὺς θεοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ καθημένους μεταπέμψασθαί τε αὐτὸν καὶ στρατεῦσαι ὅτι τάχιστα εἰς τὴν Ἰταλίαν προστάξαι, καὶ λαβεῖν παρ' αὐτῶν τῆς ὁδοῦ ἡγεμόνα, καὶ ἀμεταστρεπτὶ ὑπ' αὐτοῦ κελευσθῆναι ἕπεσθαι. Μεταστραφῆναι δὲ καὶ ἰδεῖν χειμῶνα μέγαν χωροῦντα, καὶ δράκοντα αὐτῷ ἐπακολουθοῦντα ἀμήχανον, καὶ θαυμάσαι ἐρέσθαί τε τὸν ἀγωγὸν, τί ταῦτα εἶεν· καὶ τὸν εἰπεῖν· *Ὦ Ἀννίβα, ταῦτα συμκορθήσοντά σοι τὴν Ἰταλίαν ἔρχεται.*

XXIII. Hæc bonam spem Annibali, Romanis magnum timorem attulerunt. Qui copiis et coss. bifariam distributis, Sempronium Longum in Siciliam miserunt, in Hispaniam P. Scipionem. Annibal vero impressionis in Italiam primo quoque tempore faciendæ cupidus, iter acceleravit : ac Galliam, quæ intra Pyrenæum et Rhodanum est, citra dimicationem transiit : neque quisquam cum eo congressus est, priusquam ad Rhodanum venisset. Ibi se illi ostendit Scipio : et quanquam ejus copiæ nondum advenissent, tamen cum popularibus, eorumque finitimis, naves quæ in flumine erant, communiit, alveumque custodiit. Annibal, etsi temporis aliquid instruendis ratibus, scaphis et lintribus consumpsit, tamen omnia ad trajectum necessaria, multitudine operarum prius paravit, quam Scipioni suæ legiones advenissent. Fratrem-

ΚΓ'. Ταῦτα τῷ μὲν Ἀννίβᾳ χρηστὴν ἐλπίδα, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις δεινὴν ἐνεποίει ἐκφόβησιν. Διχῇ D δὲ τὰς δυνάμεις οἱ Ῥωμαῖοι διελόντες, καὶ τοὺς ὑπάτους Σεμπρώνιον μὲν Λόγγον ἐς Σικελίαν ἔπεμψαν, ἐς δὲ τὴν Ἰβηρίαν Σκιπίωνα Πούπλιον. Ὁ δὲ Ἀννίβας, εἰς τὴν Ἰταλίαν ὡς τάχιστα ἐπιθυμῶν εἰσβαλεῖν, σπουδῇ ἐχώρει, καὶ πᾶσαν τὴν Γαλατίαν τὴν μεταξὺ τοῦ Πυρηναίου καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ οὖσαν ἀμαχεὶ διῆλθε, καὶ μέχρι μὲν τοῦ ποταμοῦ Ῥοδανοῦ οὐδεὶς εἰς χεῖρας ἦκεν αὐτῷ. Ἐκεῖ δ' ὁ Σκιπίων ἐπεφάνη, καίπερ μὴ παρούσης αὐτῷ τῆς δυνάμεως, ὅμως μετὰ τῶν ἐπιχωρίων καὶ τῶν αὐτοῖς προσοίκων τά τε πλοῖα τὰ ἐν τῷ ποταμῷ προδιέφθειρε, καὶ τὸ ῥεῦμα αὐτοῦ διὰ φυλακῆς ἐποιήσατο. Ὁ οὖν Ἀννίβας ἔτριψε μέν τινα χρόνον, καὶ σχεδίας, καὶ σκάφη, ἄλλα τε καὶ μονόξυλα κατασκευάζων. Ἔφθη δ' οὖν ὑπὸ πολυχειρίας τὰ πρὸς περαίωσιν

ἀναγκαῖα πάντα, πρὶν τῷ Σκιπίωνι τὸ οἰκεῖον ἀφικέσθαι στράτευμα, προετοιμασάμενος, καὶ τὸν ἀδελφὸν Μάγωνα σὺν τοῖς ἱππεῦσι καὶ ψιλοῖς τισιν, ᾗ σκεδάννυται ὁ ποταμὸς ἐπὶ πολὺ καὶ νήσοις διαλαμβάνεται, διαβησόμενον ἔπεμψεν. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὸν ἐμφανῆ πόρον ἐχώρει δῆθεν, ἵν' οἱ Γαλάται ἀπατηθεῖεν, πρὸς αὐτὸν ἀντιταττόμενοι, καὶ ἀμελέστερον ἐν ἄλλοις τοῦ ποταμοῦ τὴν φυλακὴν θῶνται. Ὃ καὶ γέγονε. Καὶ ὁ Μάγων διέβη τὸν ποταμόν· ὁ δὲ Ἀννίβας καὶ οἱ περὶ αὐτὸν κατὰ τὸν πόρον ἐπεραιοῦντο· καὶ γενόμενοι κατὰ τὸ μέσον, ἠλάλαξαν, καὶ οἱ σαλπιγκταὶ δὲ συνήχησαν· καὶ ὁ Μάγων κατὰ νώτου τοῖς ἀνθεστηκόσι προσέπεσε, καὶ οὕτως οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ ἐλέφαντες ἀκινδύνως ἐπεραιώθησαν. Ἄρτι δὲ περαιωθέντων αὐτῶν, καὶ τῷ Σκιπίωνι οἰκεία ἀφίκετο δύναμις. Πέμψαντες οὖν εἰς προσκοπὴν ἱππέας ἀμφότεροι, τοιούτῳ τέλει τῆς ἱππομαχίας ἐχρήσαντο, ὁποῖον ὁ σύμπας ἔσχηκε πόλεμος. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι καὶ ἔλαττον τὴν πρώτην ἐνεγκάμενοι, καὶ συχνοὺς ἀποβαλόντες ἐνίκησαν· ἐντεῦθεν Ἀννίβας, ἀπιέναι πρὸς Ἰταλίαν σπεύδων, ὑποπτεύων δὲ τὰς ἐπιτομωτέρας τῶν ὁδῶν, ἐκείνας μὲν παρεξῆλθεν, ἑτέραν δὲ πορευθεὶς ἰσχυρῶς ἐπόνησε· τά τε γὰρ ὄρη ἐκεῖνα ἀποτομώτατά ἐστι, καὶ ἡ χιὼν πολλὴ γενομένη, καὶ τὰς φάραγγας ὑπ' ἀνέμων πληρώσασα, καὶ ὁ κρύσταλλος ἰσχυρότατα παγεὶς, δεινῶς σφᾶς ἐταλαιπώρησε· καὶ πολλοὶ τῶν αὐτοῦ στρατιωτῶν ὑπό τε τοῦ χειμῶνος, καὶ ὑπὸ σιτοδείας ἀπώλοντο, πολλοὶ δὲ καὶ οἴκαδε ἀνεχώρησαν. Ἔχει δὲ λόγος ὅτι καὶ αὐτὸς ἀνέστρεψεν ἄν, εἰ μὴ πλείων καὶ ἀπορωτέρα ἡ προδιηνυσμένη ὁδὸς τῆς λειπομένης ἐτύγχανε. Διὰ μὲν δὴ τοῦτο οὐκ ἀπετράπετο· ἐξαπίνης δὲ ἐκτὸς τῶν Ἄλπεων ἐκφανεὶς, θαῦμα καὶ δέος τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέβαλε. Καὶ ὁ μὲν προεχώρει τὰ ἐν ποσὶ προσποιούμενος. Σκιπίων δὲ τὸν μὲν ἀδελφὸν Γάϊον Σκιπίωνα ὑποστρατηγοῦντα αὐτῷ εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἔπεμψεν, ὡς καταληψόμενον αὐτὴν ἢ τὸν Ἀννίβαν ἐπανάξοντα. Αὐτὸς δ' ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν ἤλασε, καὶ ἡμέρας μέν τινας ἐπέσχον, ἔπειτα ἄμφω πρὸς τὴν μάχην ὥρμησαν. Πρὶν δὲ δὴ ἔργου ἔχεσθαι, συγκαλέσας ὁ Ἀννίβας τοὺς στρατιώτας, παρήγαγε τοὺς αἰχμαλώτους, οὓς κατὰ τὴν ὁδὸν εἰλήφει, καὶ ἤρετο αὐτοὺς πότερον δεδέσθαι καὶ δουλεύειν κακῶς βούλοιντο, ἢ μονομαχῆσαι ἀλλήλοις, ὥστ' ἀφεθῆναι προῖκα τοὺς νικήσαντας. Καὶ ὡς τὸ δεύτερον εἵλοντο, συνέβαλεν αὐτούς, καὶ μαχεσαμένων ἐδημηγόρησε, τοὺς οἰκείους στρατιώτας ἐπιρρωννὺς καὶ παραθήγων εἰς πόλεμον. Τοῦτο δ' ἑτέρωθεν καὶ ὁ Σκιπίων ἐποίησεν. Εἶτα συνῆλθον μὲν ὡς ὅλοις τοῖς στρατοπέδοις μαχούμενοι. Ὁ Σκιπίων δὲ, προσυμμίξας τῷ ἱππικῷ καὶ ἡττηθεὶς συχνούς τε ἀποβαλὼν καὶ αὐτὸς τρωθεὶς, ἀποθανών τ' ἄν, εἰ μή περ αὐτῷ Σκιπίων ὁ υἱὸς, καίπερ ὢν ἑπτακαιδεκαέτης, ἐπήμυνε, κατέδεισε μὴ καὶ τῷ πεζῷ σφαλῇ, καὶ αὐτίκα τε ἐπανήγαγε καὶ τῆς νυκτὸς ὑπεχώρησεν.

que Magonem cum equitibus et velitibus nonnullis, qua amnis late spargitur, et insulis distinguitur, trajicere jussit. Ipse ad evidens vadum contendit: nimirum ut Galli, dum ipsi obsisterent, fallerentur, et in aliis ripis fluminis negligentius custodias haberent. Itaque contigit. Cum Magon flumen transmisisset, Annibal suique vadum ingressi, ubi ad medium pervenere, clamorem sustulerunt et classico cecinerunt: et Magone adversarios a tergo adorto, et cæteri et elephantes citra periculum transierunt. Vix transierant, cum Scipionis copiæ advenerunt. Cum igitur utrinque speculatum equites misissent, is equestris prælii fuit exitus, qui belli totius. Romani enim principio inferiores, multis amissis, vicerunt. Inde Annibal in Italiam properans, cum vias compendiosiores suspectas haberet: illis vitatis, atque aliis tramitibus quæsitis, magnas ærumnas toleravit. Nam et montes admodum prærupti, et valles flatu ventorum profundis nivibus expletæ, et glacies densissima **410** graviter exercitum afflixerunt: multique milites vel hieme, vel inedia perierunt: multi etiam domum redierunt. Fertur et ipse Annibal reverti voluisse, nisi confectum iter longius et difficilius fuisset eo quod restabat. Eaque de causa cœptis non destitit: ac subito extra Alpes conspectus, admirationem simul et terrorem Romanis injecit, interque progrediendum obvia quæque subegit. Scipio fratrem C. Scipionem, legatum suum, in Hispaniam misit, ut aut eam occuparet, aut Annibalem eo retraheret: ipse contra Annibalem est profectus. Ac dies quidem aliquot quieverunt, deinde autem ambo pugnæ se pararunt. Sed priusquam ad manus veniretur, Annibal, militibus convocatis, in itinere captos produxit in medium, rogans utrum vincti duram perpeti servitutem mallent, an inter sese singulari certamine congredi, ut victores gratis manumitterentur? Ut posterius prætulerunt, eos inter sese commisit: peractoque certamine, militum suorum animos pro concione confirmavit, atque ad bellum acuit. Idem et Scipio ex altera parte fecit. Deinde ita congressi sunt, quasi cum totis exercitibus conflicturi essent. Sed Scipio equestri prælio in primis tentato, multis amissis victus et vulneratus, atque adeo perimendus, nisi a filio septemdecim annos nato protectus esset: timens ne pedites etiam succumberent, statim receptui cecinit, ac noctu recessit.

ΚΔ'. Ἀννίβας δὲ μεθ' ἡμέραν τὴν ἀποχώρησιν αὐτοῦ μαθὼν, πρὸς τὸν Ἠριδανὸν ἦλθε, καὶ μήτε σχεδίας ἢ πλοῖα εὑρὼν (ἐνεπέπρηστο γὰρ παρὰ τοῦ Σκιπίωνος), τὸν μὲν ἀδελφὸν Μάγωνα σὺν τοῖς ἱππεῦσι διανήξασθαι καὶ ἐπιδιῶξαι τοὺς Ῥωμαίους ἐκέλευσεν· αὐτὸς δὲ, ἄνω πρὸς τὰς πηγὰς χωρήσας τοῦ ποταμοῦ, τοὺς ἐλέφαντας κατὰ τὸν ἐπίρρουν

XXIV. Annibal, ejus discessu mane cognito, ad Eridanum venit: ubi cum ne unam quidem ratem invenisset (cremarat enim omnia navigia Scipio), fratrem Magonem cum equitibus tranare jussit, Romanosque persequi: ipse sursum ad fontes amnis profectus, elephantes, qua flumen concitatius fertur, traducit: et aqua in belluarum mole

resistente et sparsa, facilius infra eos transiit. Scipio ab hostibus deprehensus, se loco non movit. Ac pugnam iniisset, nisi Gallica auxilia noctu ad hostes transfugissent. Ea re turbatus, et dolore vulneris vexatus, sub noctem castra in editiorem locum transtulit, vallumque communiit, persequente nemine. Deinde Carthaginienses venerunt, et flumine interjecto **411** castrametati sunt. Dum Scipio tum ex dolore vulneris, tum ob acceptam cladem sese continens, plures copias exspectat, Annibal multis frustra tentatis; ut eum ad pugnam eliceret, cum penuria commeatus laboraret, castellum quoddam est adortus, in quo Romani multum frumenti repositum habebant: et quia vi nihil proficiebat, castellanum pecunia corrumpit, ut id sibi prodat: quo occupato, etiam cæteris partim vi, partim auro se potiturum speravit. Interea Longus, Siciliam legato credita, accersitus ad Scipionem venit: nec multo post ex ambitione, et quod prædatores quosdam superarat, dum in pugnam ruit, in insidias delapsus impingit, et ab Annibale cum equitibus et elephantis in fugam convertitur: in qua multi cæsi, multi temere in fluvium præcipitati perierunt, pauci cum Longo evasere. Annibal vero ea victoria non est lætatus, quod et milites multos et elephantos omnes præter unum, frigore et vulneribus confectos amiserat. Factis igitur sine fœdere induciis, utrique ad socios se contulerunt, et in eorum urbibus hibernarunt. Ac Romanis commeatus abunde suppetebat. Annibal autem cum ea quæ socii dabant, satis non essent, Romanorum pagos et oppida invadendo, alias vincebat, alias repellebatur: aliquando equestri certamine a Longo victus, vulnus accepit. Unde quidam ex Romanis sumpta fiducia, per sese contra eum mœnia oppugnantem, eruperunt. Sed et illi cæsi sunt, et oppidum facta deditione eversum: et ex captivis Romani omnes interfecti, cæteri dimissi. Eamdem rationem in omnibus captivis observavit, ut per eos urbes sibi conciliaret. Quin ex reliquis etiam Gallis, Liguribus et Etruscis multi, Romanis in suis oppidis partim occisis, partim deditis, defecerunt. Annibal in Etruriam iturus, a Longo magna tempestate lacessitus est: et multis utrinque cæsis, in Liguriam profectus, diu ibi se continuit, suos quoque suspectos habens, nemini temere credens: sed et veste mutata et coma appositititia utens, et alias alia lingua loquens (plures enim norat, ipsamque Latinam) et noctu et interdiu plurima et videbat **412** et audiebat: quædam etiam loquebatur, persona sua dissimulata.

διαβῆναι προσέταξε. Καὶ οὕτω τοῦ ὕδατος περὶ τοῖς ὄγκοις τῶν ζώων ἐμποδιζομένου, καὶ σκεδαννυμένου ῥᾷον κάτω σφῶν διεπεραιώθη. Καταληφθεὶς οὖν ὁ Σκιπίων κατὰ χώραν ἔμεινε. Καὶ ἐμαχέσατ' ἄν, εἰ μὴ νυκτὸς οἱ Γαλάται, οἱ μετ' αὐτοῦ ηὐτομόλησαν. Ὁ δ' οὖν Σκιπίων, ἐπὶ τούτῳ ταραχθείς, καὶ ὑπὸ τοῦ τραύματος ταλαιπωρήσας, ὑπὸ νύκτα αὖθις ἐξανέστη, καὶ ἐπὶ μετεώρου τὸ τάφρευμα ἐποιήσατο. Δίωξις δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐγένετο. Μετὰ δὲ τοῦτο ἀφίκοντο καὶ οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ τὸν ποταμὸν διὰ μέσου ποιησάμενοι, ἐστρατοπεδεύσαντο. Ὁ μὲν οὖν Σκιπίων διά τε τὸ τραῦμα καὶ διὰ τὰ συμβεβηκότα ἀνεῖχε καὶ δύναμιν μετεπέμπετο· Ἀννίβας δέ, πολλὰ πειράσας παρακινῆσαι πρὸς μάχην αὐτόν, ἐπεὶ οὔτε τοῦτ' ἠδυνήθη, καὶ τροφῆς ἐσπάνισε, φρουρίῳ προσέβαλεν, ἐν ᾧ σῖτος πολὺς τῶν Ῥωμαίων ἔκειτο. Καὶ μηδὲν περαίνων, τὸν φρούραρχον διέφθειρε χρήμασι, κἀκεῖνό τε προδοθὲν ἔλαβε, καὶ τὰ ἄλλα σχεῖν τὰ μὲν ὅπλοις, τὰ δὲ χρυσίῳ ἐπήλπισε. Κἀν τούτῳ ὁ Λόγγος, τὴν Σικελίαν τῷ ὑποστρατήγῳ πιστεύσας, πρὸς τὸν Σκιπίωνα κεκλημένος ἀφίκετο· καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ὑπὸ φιλοτιμίας, καὶ ὅτι τινὰς κατατρέχοντας τὴν χώραν ἐκράτησεν, εἰς παράταξιν ὥρμησε, καὶ ἐσφάλη ἐνέδραις περιπεσών· καὶ τοῦ Ἀννίβα ἐπεξελθόντος μετὰ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἐλεφάντων, οἱ μετ' αὐτοῦ ἐτράπησαν εἰς φυγήν, καὶ πολλοὶ διεφθάρησαν φόνῳ, πολλοὶ δὲ καὶ εἰς τὸν ποταμὸν ἀπερισκέπτως ἐμπεσόντες ἐπνίγησαν, ὡς ὀλίγους μετὰ τοῦ Λόγγου περισωθῆναι. Νικήσας μέντοι ὁ Ἀννίβας, οὐκ ἔχαιρεν, ὅτι στρατιώτας τε πολλοὺς καὶ τοὺς ἐλέφαντας πλὴν ἑνὸς ὑπὸ τοῦ χειμῶνος καὶ τῶν τραυμάτων ἀπέβαλεν. Ἀνοχὴν οὖν ἄσπονδον ποιησάμενοι, πρὸς τὴν συμμαχίδα σφῶν ἑκάτεροι ἐχώρησαν, κἀν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν ἐχείμαζον. Καὶ τοῖς μὲν Ῥωμαίοις ἄφθονα ἐφοίτα τὰ ἐπιτήδεια· Ὁ δ' Ἀννίβας, οὐκ ἀρκούμενος τοῖς παρὰ τῶν συμμάχων διδομένοις, ταῖς τε κώμαις καὶ ταῖς πόλεσι τῶν Ῥωμαίων προσπίπτων, τὰ μὲν ἐκράτει, τὰ δ' ἀπεκρούετο, καί ποτε τῷ ἱππικῷ ὑπὸ τοῦ Λόγγου νικηθεὶς ἐτρώθη. Θαρσήσαντες οὖν ἐκ τούτου τινὲς τῶν Ῥωμαίων, καὶ καθ' ἑαυτοὺς προσβάλλοντι αὐτοῖς ἐπεξῆλθον, κἀκείνους τε ἔφθειρε, καὶ τοῦ χωρίου ὁμολογίᾳ ἐκράτησε. Καὶ αὐτὸ μὲν κατέσκαψε· τῶν δ' αἰχμαλώτων τοὺς μὲν Ῥωμαίους ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἄλλους ἀφῆκε· τοῦτο δὲ ἐφ' ἅπασι τοῖς ζωγρουμένοις ἐποίει, τὰς πόλεις δι' αὐτῶν οἰκειούμενος. Ἀμέλει καὶ τῶν λοιπῶν Γαλατῶν πολλοὶ καὶ Λιγύων καὶ Τυρσηνῶν τοὺς Ῥωμαίους τοὺς παρ' αὐτοῖς ὄντας οἱ μὲν φονεύσαντες οἱ δὲ ἐκδόντες μετέστησαν· ἐς δὲ τὴν Τυρσηνίδα τῷ Ἀννίβᾳ πορευομένῳ ὁ Λόγγος ἐπέθετο, χειμῶνος πολλοῦ γενομένου. Πεσόντων δὲ ἀμφοτέροις πολλῶν, ὁ Ἀννίβας, ἐς τὴν Λιγυστικὴν ἐλθών, ἐνδιέτριψεν· ὑποπτεύων δὲ καὶ τοὺς σφετέρους, οὐδενὶ ῥᾳδίως ἐπίστευεν, ἀλλὰ τὴν ἐσθῆτά τε μεταβάλλων καὶ κόμαις χρώμενος περιθέτοις, τήν τε διάλεξιν ἄλλοτε ἄλλην ποιούμενος (ᾔδει γὰρ πλείους, καὶ τὴν τῶν Λατίνων) καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν πολλὰ ἐπεσκόπει ἤκουέ τε πλεῖστα ὡς οὐκ Ἀννίβας, καί τινα ὡς ἕτερός τις ἐφθέγγετο.

XXV. Dum hæc in Italia geruntur, alter Scipio Caius in Hispaniis appulit; et oram ejus maritimam omnem usque ad Iberum, multa etiam supe-

ΚΕ'. Ἐν μὲν οὖν τῇ Ἰταλίᾳ ταῦτα ἐγίνετο. Ὁ δ' ἕτερος Σκιπίων ὁ Γάϊος εἰς τὴν Ἰβηρίαν περιέπλευσε, καὶ τὰ παραθαλάσσια αὐτῆς μέχρι τοῦ Ἴβη

ρος πάντα καὶ τῶν ἄνω συχνὰ τὰ μὲν βίᾳ, τὰ δ' ἑκόντα προσείληφε, καὶ τὸν Βαννῶνα (32) μάχῃ νικήσας ἐζώγρησεν. Ὁ δὲ τοῦ Ἀννίβου ὅμαιμων Ἀσδρούβας, μαθὼν ταῦτα, διέβη τὸν Ἴβηρα, καὶ τῶν μεταστάντων τινὰς ἐπηγάγετο· τοῦ δὲ Σκιπίωνος ἐπελθόντος αὐτῷ, ἀνεχώρησεν. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸν Φλαμίνιον καὶ τὸν Γάϊον αὖθις ὑπάτους εἵλοντο. Ἀννίβας δ' ἄρτι τοῦ ἔαρος ἐπιστάντος, ὡς ἔγνω τὸν Φλαμίνιον μετὰ τοῦ Σερουϊλίου Γεμίνου χειρὶ πολλῇ ἐπ' αὐτὸν ἰόντα, πρὸς ἐξαπάτην αὐτῶν ἐτράπη, καὶ πλαττόμενος ἐνδιατρίψειν ἐκεῖ καὶ μάχην συνάψειν, ἐπεὶ νομίσαντες αὐτὸν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ χώραν μένειν, ἀμελῶς τῶν ὁδῶν ἔσχον, ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τοὺς ἱππέας κατέλιπεν. Αὐτὸς δ' ὑπὸ νύκτα ἄρας τά τε στενόπορα μεθ' ἡσυχίας διῆλθε καὶ πρὸς Ἀρίτιον ἠπείγετο. Καὶ οἱ ἱππεῖς, ἐπεὶ πολὺ προῆλθεν, ἀπῄεσαν αὐτῷ ἐφεπόμενοι· οἱ δ' ὕπατοι, γνόντες ἠπατημένοι, Γεμῖνος μὲν αὐτοῦ ὑπέμεινε, τούς τ' ἀφεστηκότας κακώσων καὶ κωλύσων ἐπικουρῆσαι Καρχηδονίοις· Φλαμίνιος δὲ μόνος ἐδίωκεν, ἵν' αὐτοῦ μόνου τὸ ἔργον τῆς νίκης, ὡς ᾤετο, γένηται, καὶ τὸ Ἀρίτιον προκατέλαβεν. Ὁ γὰρ Ἀννίβας, συντομωτέραν τραπόμενος, δυσόδοις ἐνέτυχε, καὶ ἀνθρώπους συχνούς, καὶ πολλὰ ὑποζύγια, καὶ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἀπέβαλεν. Ὀψὲ δ' οὖν πρὸς τὸ Ἀρίτιον ἐλθών, καὶ εὑρὼν ἐκεῖ τὸν Φλαμίνιον, κατεφρόνησεν αὐτοῦ, καὶ μάχῃ μὲν οὐ συνέβαλε (τὸ γὰρ χωρίον ἀνεπιτήδειόν οἱ ἐδόκει), πεῖραν δὲ αὐτοῦ ποιούμενος, ἔκειρε τὴν χώραν· κἂν τούτῳ ἐπεκδραμόντων τῶν Ῥωμαίων, ἐπανήγαγεν, ἵνα φοβεῖσθαι δόξῃ. Τῆς δὲ νυκτὸς ἐξαναστάς, ἐπιτήδειόν τι χωρίον πρὸς τὴν μάχην εὑρών, ἔμεινε. Καὶ τοῦ μὲν πεζοῦ τὸ πλεῖον κατὰ τὰ ὄρη λοχᾷν ἔταξε, τὸ δ' ἱππικὸν σύμπαν ἔξω τῶν στενῶν ἀφανῶς ἐφεδρεύειν ἐκέλευσε, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ γηλόφου μετ' ὀλίγων ἐστρατοπεδεύσατο. Ὁ δὲ Φλαμίνιος ἐν φρονήματι ὤν, καὶ ἐπὶ μετεώρου σὺν ὀλίγοις αὐτὸν ἰδών, τήν τε λοιπὴν στρατιὰν πόῤῥω ποι πεπομφέναι νομίσας, ῥᾳδίως μεμονωμένον αἱρήσειν ἤλπισε, καὶ ἐς τὸ στενὸν ἀπερισκέπτως εἰσῆλθε, κἀνταῦθα (ὀψὲ γὰρ ἦν) ηὐλίσατο, καὶ ὑπὸ μέσας νύκτας ὑπὸ καταφρονήσεως αὐτοὺς ἀφυλάκτους καθεύδοντας πανταχόθεν ὁμοῦ περιέσχον οἱ Καρχηδόνιοι καὶ πόῤῥωθεν ἀκοντίοις καὶ σφενδόναις καὶ τοξεύμασι, τοὺς μὲν εὐναζομένους ἔτι, τοὺς δὲ τὰ ὅπλα λαμβάνοντας ἔκτεινον, αὐτοὶ μή τι δεινὸν ἀντιπάσχοντες· οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι, μηδενὸς αὐτοῖς συμπλεκομένου, σκότους τε καὶ ὁμίχλης οὔσης, οὐκ εἶχον τῇ σφετέρᾳ χρήσασθαι ἀρετῇ. Τοσοῦτος δ' ἐγένετο θόρυβος, καὶ τοιαύτη ταραχώδης ἔκπληξις κατέσχεν αὐτούς, ὡς μηδὲ τῶν σεισμῶν τῶν τότε γενομένων αἰσθέσθαι, καίπερ πολλὰ μὲν οἰκοδομήματα κατεῤῥάγη, πολλὰ δὲ καὶ τῶν ὀρῶν τὰ μὲν διέσχε, τὰ δὲ καὶ συνέπεσεν, ὡς καὶ τὰς φάραγγας ἐμφράξαι, καὶ ποταμοὶ δὲ τῆς ἀρχαίας ἐξόδου ἀποκλεισθέντες ἄλλην ἐτράποντο. Τοιοῦτοι σεισμοὶ μὲν τὴν Τυρσηνίδα κατ-

A riora loca, partim vi, partim deditione, Bannonem quoque prælio victum cepit. Quibus Asdrubal frater Annibalis cognitis, Ibero superato, et quibusdam ex iis qui defecerant receptis, Scipioni contra se eunti cessit. Romani Flaminium et Caium denuo consules crearunt. Annibal ubi ineunte vere, Flaminium et Servilium Geminum cum magna manu adventare cognovit, ad eos decipiendos conversus, seque ibi moraturum et pugnæ copiam illis facturum simulando, dum Romani verum id esse rati, vias negligenter custodiunt, equitibus in castris relictis, noctuque sarcinis collectis, et angustiis per otium superatis, Aretium contendit: equitibus etiam, cum longe processisset, consecutis. Consules ut se deceptos esse senserunt, Geminus B ibi mansit, ut eos qui defecerant vexaret, et Carthaginiensibus opem ferre prohiberet. Flaminius vero solus abeuntes persecutus, ut victoria scilicet sui unius esset, Aretium ante occupavit. Nam Annibal dum compendia quærit, in invia incidit; multosque mortales, multa jumenta, et alterum oculum amisit. Sero tandem ad Aretium progressus, Flaminium illic inventum contempsit: ac pugna quidem abstinuit (locus enim incommodus videbatur), sed hominis ingenium periclitans, agrum vastavit. Cum vero Romani excurrissent, simulato metu reduxit exercitum: et noctu castris promotis, locoque pugnæ idoneo capto, peditum partem maximam in montibus in insidiis collocavit, equi- C tatum omnem extra angustias clam in subsidiis esse jussit, ipse in tumulo cum paucis castra habuit. At Flaminius sibi fidens, cum eum cum paucis in colle vidisset, et longe ablegasse reliquum exercitum putaret, spe ejus ita destituti facile capiendi concepta, temere angustias est ingressus, ibique (serum enim diei erat) quievit. Sub noctem mediam Carthaginienses eos sine excubiis (adeo sibi præfidebant) dormientes, cum 413 eodem tempore ab omni parte circumdederunt: atque eminus jaculis, fundis, sagittis, alios cubantes adhuc, alios arma induentes, impune occiderunt. Romani enim in tenebris et nebula nemine cominus congresso, virtute sua uti non potuerunt. Tantus autem tumultus fuit, tanta per- D turbatio, tantus terror eos invasit, ut terræmotus qui tum fiebant, non sentirent, quamvis multa ædificia corruerent, multi montes partim finderentur, partim collapsi valles complanarent, et flumina veteribus alveis exclusa, alio verterentur. Quæ cum in Etruria fierent, a pugnantibus non sunt animadversa. Cecidit ipse Flaminius, et maxima multitudo: complures etiam tumulo quodam occupato, ubi diluxit, fuga salutem quæsituri, capti, arma et semetipsos, impunitate promissa, dediderunt. Sed Annibal jurisjurandi parum memor, omnes captivos qui in castris erant, ex subditis et sociis Ro-

Variæ lectiones et notæ.

(32) *Βαννῶνα*. Ita Regii et Colbert. Wolfius Βααvῶνα ediderat.

manorum dimisit: Romanos ipsos in vinculis asservavit. His actis, itinere Romam intento, Narniam usque agros vastando, et urbes subigendo, Spoleto excepto, progressus, C. Centenium prætorem circumventum, evitatis ejus insidiis, occidit. A Spoleto repulsus, cum pontem Naris dejectum vidisset, idemque cæteris fluminibus, quæ transire necesse habebat, esse factum audisset: omisso Romano itinere, in Campaniam se convertit, cujus solum fertilissimum, et urbem Capuam maximam esse audiebat. Quas si occupasset, se cætera brevi tempore adjecturum putabat. Romani clade audita mœsti atque anxii, et semetipsos et cæsos lugentes, pontes Tiberis, præter unum, dejecerunt, et mœnia multis in locis ruinosa celeriter refecerunt, et dictatorem in concione dixerunt: ac bene secum agi existimantes, si ipsi manerent incolumes, nulla sociis auxilia miserunt. Sed Annibalis in Campaniam profectione audita, etiam sociis opem ferre decreverunt. Annibali dictatorem Fabium et M. minutium magistrum equitum opposuerunt: qui cum eo venissent, cum illo non congressi sunt, sed tergis inhærentes, observarunt quando se pugnæ offerret occasio. Fabius enim cum militibus trepidis et victis contra **414** plures, et victores, Martis aleam experiri noluit: simulque putabat, quo magis agrum vastassent, eo citius commeatus penuria laboraturos. His rationibus adductus, neque alteri regioni ulli, neque Campaniæ opem tulit: et omnes hostes in Campania conclusos, et undique ignorantes circumdatos observavit. Nam ipsi quidem et ex mari et ex sociis civitatibus commeatus abunde suppetebat: illis vero nihil esse nisi ex agrorum vastatione norat. His de causis moram æquo ferebat animo, et a civibus non sine querelis Cunctator dicebatur.

A σχον, οὐ μέντοι καὶ οἱ μαχόμενοι ἐν ἐννοίᾳ σφῶν ἐγένοντο. Αὐτός τε οὖν ὁ Φλαμίνιος, καὶ ἄλλοι παμπληθεῖς ἔπεσον· συχνοὶ δὲ ἐπί τινα λόφον ἀνέβησαν· ἐπεὶ δ' ἡμέρα ἐγένετο, εἰς φυγὴν ὥρμησαν, καὶ καταληφθέντες, τά τε ὅπλα καὶ ἑαυτοὺς ἐπ' ἀδείᾳ παρέδοσαν. Ὅ γε μὴν Ἀννίβας βραχὺ τῶν ὁμωμοσμένων ἐφρόντισε, πάντων δὲ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἁλόντων, τὸ μὲν ὑπήκοον, τό τε συμμαχικὸν τῶν Ῥωμαίων ἀφῆκεν, αὐτοὺς δὲ ἐκείνους δήσας ἐφύλασσε. Πράξας δὲ ταῦτα, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἠπείγετο, καὶ μέχρι μὲν Ναρνιᾶς τήν τε γῆν τέμνων, καὶ τὰς πόλεις προσαγόμενος πλὴν Σπολιτίου, προῆλθε, Γάϊόν τε ἐνταῦθα Κεντήνιον στρατηγὸν ἐνεδρεύοντα περισχὼν ἔκτεινεν. Ὡς δὲ τῷ Σπολιτίῳ προσβαλὼν ἀπεκρούσθη, καὶ τὴν τοῦ Ναείρου γέφυραν καθ- B ῃρημένην εἶδε, καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ποταμούς, οὓς ἀναγκαῖον διελθεῖν, τοῦτο γεγονὸς ἐπύθετο, τῆς μὲν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμῆς ἐπέσχεν· ἐς δὲ τὴν Καμπανίαν ἐτράπετο, τήν τε χώραν ἀρίστην καὶ τὴν πόλιν τὴν Καπύην μεγίστην οὖσαν ἀκούων, ἐνόμιζεν, εἰ σφᾶς προκαταλάβοι, καὶ τἄλλα δι' ὀλίγου προσκτήσασθαι. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ πυθόμενοι περὶ τῆς ἥττης ἤλγησαν καὶ διὰ ἐκείνους καὶ δι' ἑαυτοὺς ὀδυρόμενοι καὶ ἐν ἀπόρῳ ἦσαν τάς τε γεφύρας τοῦ Τιβέριδος πλὴν μιᾶς καθεῖλον, καὶ τὰ τείχη πολλαχῇ πεπονηκότα σπουδῇ ἐπεσκεύαζον. Δικτάτορά τε προχειρίσασθαι βουληθέντες, αὐτοὶ ἐν ἐκκλησίᾳ αὐτὸν ἀνεῖπον. Ἀγαπῶντες δὲ εἰ αὐτοὶ μόνοι σωθεῖεν, οὐκ ἔστειλαν τοῖς συμμάχοις βοήθειαν. Πυθόμενοι δὲ τὸν Ἀννίβαν ἐς Καμπανίαν ὁρμηθῆναι, τό τε καὶ τοῖς συμμάχοις C ἐπικουρῆσαι ἔγνωσαν· τῷ δ' Ἀννίβᾳ τὸν δικτάτορα τὸν Φάβιον, καὶ τὸν ἵππαρχον τὸν Μάρκον τὸν Μινούκιον ἀντικατέστησαν. Οἳ ἐπ' ἐκεῖνον ἐλθόντες, ἐς μὲν χεῖρας αὐτῷ οὐκ ᾔεσαν· παρεπόμενοι δὲ ἐπετήρουν, εἴπου καιρὸς μάχης παραπέσοι· ἀποκινδυνεῦσαι γὰρ ὁ Φάβιος κατεπτηχόσι στρατιώταις καὶ ἡττημένοις, πρὸς πλείους καὶ νενικηκότας οὐκ ἤθελε, καὶ ἅμα ὅσῳ μᾶλλον τὴν χώραν κακώσειαν, τοσούτῳ θᾶσσον ἀπορῆσαι τροφῆς αὐτοὺς ἤλπισε. Τοιούτοις χρώμενος λογισμοῖς, οὔτ' ἄλλῃ χώρᾳ ἐπήμυνεν, οὔτε τῇ Καμπανίᾳ· κατέκλεισεν οὖν διὰ ταῦτα πᾶν τὸ πολέμιον εἰς τὴν Καμπανίαν. Περισχὼν γὰρ αὐτοὺς ἁπανταχόθεν οὐκ εἰδότας ἐν φυλακῇ ἐποιήσατο. Αὐτὸς μὲν γὰρ κἀκ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκ τῆς συμμαχίδος τῶν ἐπιτηδείων εὐπορεῖ· ἐκείνοις δὲ μόνα τὰ ἐκ τῆς γῆς ἣν ἔκειρον, ὑπάρχοντα ᾔδει. Καὶ διὰ τοῦτο ἀνεῖχε καὶ τῆς μελλήσεως οὐκ ἐφρόντισε. Διὸ καὶ παρὰ τῶν πολιτῶν αἰτίαν εἶχεν ὡς καὶ Μελλητὴς ἐπωνομασθῆναι.

XXVI. Annibal autem, instante hieme, cum ob commeatus penuriam eo loco hibernare non posset, et varias rationes Campaniæ exeundi frustra tentasset, hujusmodi consilium cepit. Captivos omnes convocatos, ne quis eorum effugeret, et quid ageretur Romanis significaret, occidit: et boum, quos in castris habebat, cornibus faces alligavit, noctuque ad Samniticos montes profectus, facibus incensis boves extimulavit, qui igni et verberibus in rabiem acti, multis in locis silva incensa, facilem ei transitum præbuerunt. Nam Romani qui in castris et collibus erant, insidias veriti, se non commoverunt. Sic Annibal ad Samnites pervenit. Ea re Fabius mane cognita, abeuntes persequens, iis qui ad hostes repellendos in via relicti erant, fugatis, eorumque sociis superatis: non procul a

ΚϚʹ. Ὁ δ' Ἀννίβας ἐπεὶ πρὸς χειμῶνα ἐγίνετο, D καὶ οὔτε κατὰ χώραν χειμάσαι σπάνει τῶν ἀναγκαίων ἠδύνατο, καὶ πολλαχῇ πειράσας ἐξιέναι τῆς Καμπανίας κεκώλυτο, τοιοῦτόν τι ἐμηχανήσατο. Τοὺς αἰχμαλώτους πάντας, ἵνα μή τις αὐτῶν διαφύγῃ, καὶ τὸ γινόμενον γνωρίσῃ τοῖς Ῥωμαίοις, κατέσφαξε· καὶ τὰς ἐν τῷ στρατοπέδῳ βοῦς ἀθροίσας, δᾷδας τοῖς αὐτῶν προσέδησε κέρασι, καὶ πρὸς τὰ κατὰ τοὺς Σαμνίτας ὄρη, ὑπὸ νύκτα χωρήσας, τάς τε δᾷδας ἀνῆψε καὶ τὰς βοῦς ἐπετάραξεν. Οἰστρηθεῖσαι δ' ἐκεῖναι διὰ τὸ πῦρ καὶ τὴν ἔλασιν, πολλαχῇ τὴν ὕλην ἐνέπρησαν, κἀκ τούτου ῥᾳδίαν παρέσχον αὐτῷ τὴν ὑπέρβασιν. Οἱ γὰρ ἐν τῷ πεδίῳ Ῥωμαῖοι καὶ οἱ ἐν τοῖς μετεώροις, ἐνέδρας πτοηθέντες, οὐκ ἐκινήθησαν. Καὶ οὕτως ὁ Ἀννίβας διῆλθε, καὶ ἐς τὴν Σαμνίτιδα ἐκομίσθη. Ὁ οὖν Φά-

διος, μεθ' ἡμέραν τὸ γενόμενον γνοὺς, κατεδίωξε, καὶ τούς τε καταλελειμμένους ἐν τῇ ὁδῷ ἵνα σφᾶς εἴρξωσι τρεψάμενος, καὶ τοὺς βοηθήσαντας αὐτοῖς κρατήσας, ἐστρατοπεδεύσατο μὲν οὐ πόῤῥω τῶν πολεμίων, οὐ μέντοι καὶ ἐς χεῖρας ἐκείνοις ἦλθεν, ἀλλ' ἀποσκίδνασθαί τε αὐτοὺς καὶ προνομεύειν ἐκώλυεν. Ὥστε τὸν Ἀννίβαν, ἀπορήσαντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμῆσαι· ὡς δ' οὐκ ἐμάχετο, δι' ἡσυχίας δὲ παρηκολούθει ὁ Φάβιος, αὖθις ὑπέστρεψεν εἰς τὸ Σάμνιον. Καὶ ὁ Φάβιος αὐτῷ ἑπόμενος δι' ἀσφαλείας προσήδρευε προμηθούμενος μήτε τῶν οἰκείων ἀποβαλεῖν τινας, καὶ αὐτὸς μὲν ἐν εὐπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων τυγχάνων, ἐκείνῳ δὲ τῶν ὅπλων ἐκτὸς οὐδὲν προσεῖναι ὁρῶν, καὶ μηδ' οἴκοθεν προσιοῦσαν ἐπικουρίαν. Οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι καὶ ἐν γέλωτι αὐτὸν ἐποιοῦντο, γράφοντα εὖ πράττειν καὶ πολλὰ κατορθοῦν, καὶ στρατιώτας παρ' αὐτῶν αἰτοῦντα, καὶ χρήματα, λέγοντες μὴ συμφωνεῖν τὰς αἰτήσεις ταῖς κατορθώσεσι. Τοὺς γὰρ νικῶντας προσήκει καὶ τῷ παρόντι ἀρκεῖσθαι στρατεύματι, καὶ χρήματα στέλλειν οἴκαδε, ἀλλ' οὐ προσαιτεῖν. Ἕως μὲν οὖν ἐνεδήμει ὁ Φάβιος, δεινὸν οὐδὲν τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο· ὡς δ' ἐκεῖνος εἰς τὴν Ῥώμην ἀπῆρε κατά τι δημόσιον, ἔπταισαν. Ὁ γὰρ Ῥοῦφος ὁ ἵππαρχος, φρόνημα κενὸν ὑπὸ νεότητος ἔχων καὶ τῶν πολεμικῶν σφαλμάτων ἀπερίοπτος ὢν καὶ τῇ μελλήσει τοῦ Φαβίου ἀχθόμενος, ἐπεὶ τὴν προστασίαν τῆς στρατιᾶς μόνος ἔσχε, τῶν μὲν ἐντολῶν τοῦ δικτάτορος ὠλιγώρησεν· ὁρμήσας δ' εἰς παράταξιν, τὸ μὲν πρῶτον νικᾷν ἔδοξεν, εἶτα ἡττήθη. Κἂν πανσυδὶ διεφθάρη, εἰ μή τινες Σαμνιτῶν κατὰ τύχην τοῖς Ῥωμαίοις ἐπίκουροι ἀφικνούμενοι δόξαν τοῖς Καρχηδονίοις παρέσχον προσιέναι τὸν Φάβιον. Ἀναχωρησάντων οὖν διὰ τοῦτο, κεκρατηκέναι ἐνόμισε, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην τὸ ἔργον μεγαλύνων καὶ τὸν δικτάτορα προσδιαβάλλων ἐπέστειλεν, ὀκνηρὸν καὶ Μελλητὴν αὐτὸν καλῶν, καὶ τὰ τῶν ἐναντίων φρονοῦντα. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ νενικηκέναι τὸν Ῥοῦφον ὄντως ἐνόμισαν, καὶ οἷα παρὰ δόξαν θαρσήσαντες, καὶ ἐπῄνουν αὐτὸν καὶ ἐτίμων. Καὶ τὸν Φάβιον ἐν ὑποψίᾳ σχόντες διὰ ταῦτα, καὶ ὅτι τὰ ἐν Καμπανίᾳ χωρία αὐτοῦ οὐκ ἐδῄωσαν, μικροῦ καὶ τῆς ἀρχῆς ἂν παρέλυσαν. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν χρήσιμον νομίζοντες εἶναι, οὐκ ἔπαυσαν, τῷ δ' ἱππάρχῳ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προσένειμαν, ὥστ' ἄμφω ἀπὸ τῆς ἴσης ἄρχειν. Δοξάντων δὲ τούτων, ὁ μὲν Φάβιος οὔτε τοῖς πολίταις, οὔτε τῷ Ῥούφῳ ἔσχεν ὀργήν. Ὁ δὲ Ῥοῦφος, οὐδὲ πρὶν ὀρθῶς φρονῶν, τότε μάλιστα ἐπεφύσητο, καὶ κατέχειν ἑαυτὸν οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' ἡμέραν ἠξίου παρ' ἡμέραν ἢ καὶ πλείους ἐφεξῆς ἐναλλὰξ μόνος ἄρχειν. Δείσας δ' ὁ Φάβιος μή τι κακὸν ἐξεργάσηται, εἰ πάσης τῆς δυνάμεως γένοιτο ἐγκρατής, πρὸς οὐδέτερον αὐτῷ συνῄνεσεν, ἀλλ' ἐνείματο τὸ στρατόπεδον, ὥστε τοῖς ὑπάτοις ἐπίσης ἰδίαν ἑκάτερον ἰσχὺν ἔχειν· καὶ παραχρῆμα ὁ Ῥοῦφος ἀπεστρατοπεδεύσατο, ἵνα διάδηλος ᾖ ὅτι καθ' ἑαυτὸν ἄρχει, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῷ δικτάτορι. Ὁ οὖν Ἀννίβας, τοῦτο αἰσθόμενος, ἐς μάχην αὐτὸν ὑπηγάγετο, ὡς ἐπὶ καταλήψει τοῦ χωρίου προσελθών· καὶ περιστοι-

A Pœnis castra posuit, sed pugna detrectata, eos vagari et prædas agere prohibuit. Itaque Annibal ob cibariorum penuriam primum Romam invadere statuit. Ut autem Fabius pugnæ copia negata, eum pedetentim assectabatur, in Samninm rediit: dictatore nunquam ab eo discedente, atque in id intento, ne quos suorum amitteret, utque ipse commeatu abundaret: ille autem præter arma nihil haberet, neque domo auxilia acciperet. Nam Carthaginienses eum deridebant, scribentem se bene rem gerere, et prosperis uti successibus, et tamen pecuniam et milites flagitantem: neque enim petitiones cum successibus consentire. Victores enim decere, exercitibus quos habeant contentos, pecuniam domum mittere, **415** non emendicare. Ac
B dum Fabius apud exercitum fuit, nihil adversi Romanis accidit. Eo autem Romam ob publica negotia profecto, impegerunt. Rufus enim magister equitum juvenili audacia exsultans, bellique casus non prospiciens, et Fabii cunctationem ægre ferens, cum solus imperium adeptus esset, mandatorum dictatoris immemor, acie cum hoste congressus principio bene pugnavit, sed tandem succubuit: ac internecione deletus esset, nisi forte fortuna Samnitum auxilia ad Romanos accedentia Carthaginiensibus adventus Fabii opinionem attulissent. Qui cum hac de causa recessissent, se victorem esse arbitratus, Romam litteras misit, quibus et rem gestam exaggerabat, et dictatorem, ut segnem et cunctatorem et hostium studiosum crimi-
C nabatur. Romani vere vicisse Rufum opinati, præter exspectationem receptis animis, eo collaudato et honorato, Fabium et ob calumniam eam, et quod hostes ejus prædia in Campania non incendissent, suspectum habentes, parum abfuit quin magistratu privarent. Sed cum eum usui reipublicæ esse putarent, id quidem non fecerunt, sed magistro equitum eamdem potestatem dederunt, : ut ambo ex æquo imperarent. His decretis, Fabius neque civibus neque collegæ succensuit. Rufus vero jam ante parum prudens, tum magis etiam inflatus, temperare sibi non potuit, quin postularet ut diebus alternis, aut etiam pluribus diebus per vices solus imperaret. Fabius autem veritus, ne totius exercitus accepto imperio rem male gereret, neutrum concessit, sed
D divisit exercitum, ut more coss. uterque ex æquo privatas vires haberet. Rufus igitur statim castra transtulit, ut appareret, se suapte auctoritate imperare, non subesse dictatori. Quo Annibal animadverso, eum ad pugnam elicuit per speciem ejus loci occupandi: et undique per insidias circumventum, in discrimen adduxit totius amittendi exercitus, nisi Fabius hostem a tergo adortus obstitisset. Hac plaga accepta, Rufus mutavit animum: et reliquiis exercitus statim ad Fabium adductis, imperium una, non exspectatis populi suffragiis, ultro ei tradidit, **416** quod solus ex magistris equitum acceperat: quo nomine ab omnibus est laudatus. Idque Fabius statim citra ullam dubi-

tationem universum recepit, approbante populo. Deinde milites cautissime duxit, et magistratu abiturus, consules, tradito exercitu, candidissime de omnibus rebus monuit: qui confidenter nihil, sed ex Fabii consiliis omnia administrarunt, quamvis Geminus rem bene gesserat. Nam cum classem Carthaginiensium tendere in Italiam, sed ob Romanorum instructionem non appellere vidisset, inter navigandum Corsicam et Sardiniam firmavit: et exscensu in Africa facto, ex ora maritima prædas egit. Quæ cum egisset, non tamen elatus fuit, ut temere Annibalem aggrederetur: sed Fabii mandatis paruit. Unde urbes non tam facile ut prius ad Carthaginienses defecerunt, metuentes, ne Annibale Italia pulso, a Romanis finitimis male tractarentur. Ac plerique futura considerabant, sed pauci ad Romanorum societatem redibant, quidam etiam donaria miserunt. Ex multis autem Hieronis muneribus, frumentum duntaxat et victoriæ signum acceperunt: quanquam adeo pecuniæ inopes, ut argenteum nummum prius impermistum et purum, ære admisto adulterarent.

A χισάμενος ἐξ ἐνέδρας, εἰς κίνδυνον κατέστησεν, ὡς πανστρατιᾷ ἐξελεῖν, εἰ μὴ ὁ Φάβιος κατὰ νώτου αὐτῷ προσπεσὼν ἐκώλυσε. Παθὼν οὖν τοῦτο ὁ Ῥοῦφος, μετεβάλετο, καὶ τὸ στράτευμά τε τὸ περίλοιπον ἐς τὸν Φάβιον εὐθὺς ἤγαγε, καὶ τὴν ἀρχὴν παραδέδωκεν, οὐδ' ἀνέμεινε τὸν δῆμον ἀναψηφίσασθαι, ἀλλ' ἐθελοντὴς τὴν ἡγεμονίαν, ἣν παρ' αὐτοῦ μόνος ἱππάρχων (33) ἔλαβεν ἀφῆκε· καὶ αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ πάντες ἐπῄνεσαν. Καὶ ὁ Φάβιος αὐτίκα, μηδὲν ἐνδοιάσας, πᾶσαν ἐδέξατο, καὶ ὁ δῆμος αὐτὸ ἀπεδέξατο. Καὶ μετὰ ταῦτα αὐτός τε ἀσφαλέστατα προέστη τοῦ στρατεύματος· καὶ μέλλων ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς ἀρχῆς, τοὺς ὑπάτους μετεπέμψατο, καὶ τὸ στράτευμα σφίσι παρέδωκε, καὶ πάνθ' ὅσα πραχθῆναι ἐχρῆν B παρῄνεσεν ἀφθονώτατα· κἀκεῖνοι θρασέως οὐδὲν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑποθήκην τοῦ Φαβίου ἅπαντα ἔπραξαν, καίπερ ὁ Γεμῖνος καὶ προκατωρθώκει τι. Τὸ γὰρ ναυτικὸν τῶν Καρχηδονίων ἰδὼν ὁρμῆσαν μὲν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, διὰ δὲ τὴν ἀντιπαρασκευὴν αὐτῶν μὴ προσμῖξαν αὐτῇ, ἐπεκπλεύσας τά τε τῶν Κυρνίων, καὶ τὰ τῶν Σαρδονίων ἐν τῷ παράπλῳ ἐβεβαιώσατο. Καὶ ἐς τὴν Λιβύην ἐκβὰς, ἐλεηλάτησε τὴν παραλίαν αὐτῆς. Ταῦτα μὲν ἔπραξεν, οὐ μέντοι δι' αὐτὰ ἐπεφύσητο ὥστε πρὸς τὸν Ἀννίβαν διακινδυνεῦσαι, ἀλλὰ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Φαβίου ἐνέμεινεν. Ὅθεν περ καὶ αἱ πόλεις οὐκέθ' ὁμοίως τοῖς Καρχηδονίοις προσετίθεντο. Ἐφοβοῦντο γὰρ μὴ ὁ Ἀννίβας τῆς Ἰταλίας ἐκπέσῃ, καὶ κακόν τι αὐτοὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἅτε προσοίκων πάθωσι. Καὶ οἱ μὲν πλείους τὸ ἀποβησόμενον ἐσκόπουν, ὀλίγοι δὲ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους αὖθις μετέστησαν, καὶ ἀναθήματά τινες αὐτοῖς ἔπεμψαν. Καὶ τοῦ Ἱέρωνος πολλὰ πεπομφότος, σῖτον καὶ νίκης ἄγαλμα οἱ Ῥωμαῖοι μόνα ἔλαβον, καίπερ ἐν ἀχρηματίᾳ ὄντες, ὥστε τὸ ἀργυροῦν νόμισμα, ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν γινόμενον πρότερον, χαλκῷ προσμῖξαι.

Variæ lectiones et notæ.

(33) *Μόνος ἱππάρχων*. Excerpta Dionis Valesiana, p. 597.

LIBER NONUS.

I. Hæc tum in Italia acta sunt, ac Romæ servilis conjuratio mature oppressa. Explorator quidam in urbe deprehensus, amputatis manibus dimissus est, ut ipse Carthaginiensibus suæ cladis nuntius esset. In Hispania Scipio navali prælio, ad Iberi ostia vicit. Nam cum pugna principio anceps esset, velis navium refectis, suos ad promptius dimicandum cohortari voluit: nec agros duntaxat vastavit, sed etiam multa loca munita subegit: et per fratrem P. Scipionem urbes Hispanicas Romano imperio adjecit. Abelus enim quidam Hispanus, cum Carthaginiensibus fidus esse crederetur, revera Romanis favens, persuasit ei qui obsides Hispanorum custodiebat, ut eos domum abire sineret, quo facilius civitates ad benevolentiam adducerentur. Quos cum, ut illius consilii **417** auctor, legatis prius ad Scipionem missis, et communicatis iis quæ volebat, noctu abduceret, captus est scilicet: Romani iis domum remissis, patrias eorum in deditionem acceperunt. Quæ cum feliciter succederent, in eam cladem inciderunt, qua nec ante nec post graviorem senserunt: eaque prodigiis præsignifi-

C Α'. Ταῦτα ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τότε ἐπράχθη. Καί τινες δοῦλοι συνωμοσίαν ἐπὶ τῇ Ῥώμῃ πεποιηκότες προκατελήφθησαν. Κατάσκοπός τέ τις ἁλοὺς ἐν αὐτῇ τὰς χεῖρας ἀπεκόπη, καὶ ἀφείθη, ἵνα τοῖς Καρχηδονίοις γένηται τοῦ πάθους αὐτάγγελος. Ἐν δὲ τῇ Ἰβηρίᾳ, ναυμαχίᾳ πρὸς τῇ τοῦ Ἴβηρος ἐκβολῇ ὁ Σκιπίων ἐνίκησεν. Ἰσοπαλῶς γὰρ ἀγωνιζομένων, τὰ ἱστία τῶν νεῶν ὑπετέμετο, ὅπως ἀπογνόντες προθυμότερον ἀγωνίσωνται, καὶ τήν τε χώραν ἐπόρθησε, καὶ τείχη συχνὰ ἐχειρώσατο, καὶ διὰ τοῦ ἀδελφοῦ Πουπλίου Σκιπίωνος πόλεις τῶν Ἰβήρων προσεκτήσατο. Ἄβελος γάρ τις Ἴβηρ δοκῶν μὲν τοῖς Καρχηδονίοις πιστὸς, τὰ τῶν Ῥωμαίων δὲ θεραπεύων, ἀνέπεισε τὸν φρουροῦντα τοὺς τῶν Ἰβήρων ὁμήρους, οἴκαδε αὐτοὺς ἀποπέμψαι, ἵν' ἐς εὔνοιαν τάχα ὑπ' αὐτῶν αἱ πόλεις ὑπαχθῶσι· καὶ D παραλαβὼν σφᾶς ἅτε καὶ τῆς ἐπινοίας εἰσηγητὴς γεγονὼς, πρὸς τοὺς Σκιπίωνάς τὸ πρότερον πέμψας, καὶ κοινολογησάμενος περὶ ὧν ἠξίου, εἶτα νυκτὸς ὑπεκκομίζων αὐτοὺς, ἑάλω δῆθεν· καὶ οὕτως ἐκείνων τε ἐγκρατεῖς ἐγένοντο οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰς πατρίδας αὐτῶν ἀνακομισθέντων οἴκαδε κατεκτή-

A σαντο. Ἐν μὲν οὖν τούτοις εὐτύχουν, συμφορᾷ δ' αὖ περιέπεσον ᾗ οὔτε πρόσθεν οὔθ' ὕστερον δεινοτέρᾳ οὐδὲ μιᾷ. Προηγήσατο δὲ ταύτης καί τινα τέρατα καὶ τὰ τῆς Σιβύλλης λόγια, ἥτις πρὸ τοσούτων ἐτῶν τὴν συμφορὰν αὐτοῖς ἐμαντεύσατο. Θαυμαστὸν δὲ καὶ τὸ τοῦ Μάρκου προμάντευμα· χρησμολόγος γάρ τις καὶ οὗτος γενόμενος ἐν τῷ Διομηδείῳ πεδίῳ πταίσειν αὐτοὺς ἅτε καὶ Τρῶας τὸ ἀρχαῖον ὄντας ἐφοίβασε. Τοῦτο δ' ἐν Ἀπουλίᾳ τῇ Δαυνίων ἐστὶ, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς τοῦ Διομήδους κατοικήσεως, ἣν ἐκεῖ ἀλητεύσας ἐποιήσατο, ἔσχηκεν. Ἐν γὰρ τῷ πεδίῳ ἐκείνῳ καὶ αἱ Κάνναι, ἔνθα τότε ἐδυστύχησαν, παρά τε τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, καὶ περὶ τὰς τοῦ Αὐφιδίου ἐκβολάς εἰσιν. Ἡ δὲ Σιβύλλα φυλάττεσθαι μὲν τὸ χωρίον παρῄνεσεν, οὐ μέντοι καὶ πλεῖόν τι
B γενήσεσθαι ἔφη, οὐδ' εἰ διὰ πάσης αὐτὸ ποιήσαιντο φυλακῆς. Τοιαῦτα μὲν οὖν ἦσαν τὰ χρησμοδοτήματα, τὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις συμβάντα οὕτως ἐγένετο. Ἦρχον μὲν Παῦλος Αἰμίλιος καὶ Τερέντιος Οὐάῤῥων, ἄνδρες οὐχ ὁμοιότροποι. Ὁ μὲν γὰρ εὐπατρίδης ἦν καὶ παιδείᾳ κεκόσμητο καὶ τὸ ἀσφαλὲς προετίμα τοῦ προπετοῦς· Τερέντιος δὲ ἐν τῷ ὁμίλῳ ἐτέθραπτο καὶ ἐν βαναυσικῇ θρασύτητι ἤσκητο, καὶ τἄλλα τε ἐξεφρόνει, καὶ τὴν ἡγεμονίαν μόνος ἔχειν ἡγεῖτο διὰ τὴν τοῦ συνάρχοντος ἐπιείκειαν. Ἦλθον οὖν ἄμφω εἰς τὸ στρατόπεδον εὐκαιρότατα. Οὔτε γὰρ τροφὴ ἔτι ἦν τῷ Ἀννίβᾳ, καὶ τὰ τῶν Ἰβήρων κεκίνητο, τά τε τῶν συμμάχων αὐτοῦ ἠλλοτριοῦτο· καὶ εἴ γε καὶ τὸ βραχύτατον ἐπεσχήκεσαν, ἀπόνως ἐκράτησαν ἄν. Νῦν δέ γε τοῦ Τερεντίου τὸ ἀπερίοπτον καὶ τὸ
C τοῦ Παύλου ἐπιεικὲς ἥττησεν αὐτούς. Ὁ γὰρ Ἀννίβας ἐπεχείρησε μὲν καὶ παραχρῆμα πρὸς μάχην αὐτοὺς ὑπαγαγέσθαι, καὶ σὺν ὀλίγοις προσπελάσας αὐτῶν τῷ ἐρύματι, ἐπεὶ ἐκδρομὴ ἐγένετο, ἑκὼν ὑπεχώρησεν, ὅπως δεδιέναι νομισθεὶς, ἐπισπάσαιτο μᾶλλον αὐτοὺς εἰς παράταξιν. Τοῦ δὲ Παύλου τοῖς οἰκείοις στρατιώταις ἐπισχόντος τὴν δίωξιν, ὁ Ἀννίβας προσεποιήσατο φοβεῖσθαι· καὶ τῆς νυκτὸς ἀνασκευασάμενος ὡς ἀπιὼν, σκεύη τε συχνὰ κατέλιπεν ἐν τῷ χαρακώματι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀμελέστερον κομίζεσθαι ἐνετείλατο, ἵνα τῶν Ῥωμαίων ἐφ' ἁρπαγὴν αὐτῶν τραπομένων ἐπιθῆται σφίσι. Καὶ εἰς ἔργον ἂν τὸ βούλευμα ἤγαγεν, εἰ μὴ ὁ Παῦλος καὶ ἄκοντας κατεσχήκει τοὺς στρατιώτας καὶ τὸν Τε-
D ρέντιον. Ὁ οὖν Ἀννίβας, καὶ τούτου διαμαρτὼν, νυκτὸς πρὸς τὰς Κάννας ἀφίκετο. Καὶ γνοὺς τὸ χωρίον καὶ πρὸς ἐνέδρας, καὶ πρὸς παράταξιν ἐπιτήδειον, ἐστρατοπεδεύσατο καὶ προήροσε πάντα τὸν τόπον ὑπόψαμμον ὄντα, ἵνα κονιορτὸς ἐν τῇ μάχῃ ἀρθῇ. Τὸν γὰρ ἄνεμον ὃς ἐν θέρει ἐκεῖσε περὶ τὴν μεσημβρίαν εἰώθει γίνεσθαι, κατὰ νώτου ἔχειν ἐμηχανήσατο. Οἱ δὲ ὕπατοι ἕωθεν κενὸν ἀνδρῶν ἰδόντες αὐτοῦ τὸ χαράκωμα, πρῶτον μὲν ἐπέσχον, ἐνεδρεύεσθαι δόξαντες· εἶτα μεθ' ἡμέρας πρὸς τὰς Κάννας ἀφίκοντο, καὶ παρὰ τῷ ποταμῷ ἑκάτερος ἰδίᾳ ηὐλίσατο. Οὐχ ὄντες γὰρ ὁμοήθεις τὴν πρὸς ἀλλήλους συνουσίαν ἐξέκλινον. Καὶ ὁ μὲν Παῦλος ἡσύχασεν, ὁ δέ γε Τερέντιος ἤθελε συμβαλεῖν· ἀμβλυτέρους δὲ τοὺς στρατιώτας ὁρῶν, ἀνεκόπτετο. Ὁ

cata est, et Sibyllinis oraculis tot ante ætatibus prædicta. Mirabilis fuit et Marci vatis divinatio, qui eos, quippe a prima stirpe Trojanos, in campo Diomedæo cladem accepturos prædixit. Is vero in Apulia Dauniorum est, nomen ab habitatione Diomedis sortitus, cum illic oberraret. In eo enim campo Cannæ sunt, ubi cæsi fuerunt, juxta sinum Ionium, et Aufidi ostia. Sibylla autem monuit ut eum locum caverent, neque tamen quidquam cautione vel diligentissima profecturos adjecit. Ac talia fuerunt oracula : res autem ita gesta est. Legionibus præerant Paulus Æmilius et Terentius Varro, viri dissimilibus ingeniis. Nam alter patricius erat, doctrina ornatus, tutasque rationes audaciæ præponebat. Terentius vero inter plebeios educatus, et importunæ audaciæ assuetus, tum aliis de rebus perperam sentiebat, tum se solum habere imperium ob collegæ moderationem opinabatur. Ambo autem perquam in tempore in castra venerunt. Neque enim commeatum habebat Annibal, et res Hispanicæ turbatæ erant, et socii ab eo alienabantur. Quod si perpusillum morati essent, citra laborem vicissent. Nunc Terentii temeritas et Pauli moderatio causæ cladis exstiterunt. Nam Annibal statim eos ad pugnam elicere studens, cum paucis munitionem aggressus est : factaque excursione, sponte recessit, ut timore simulato facilius eos in prælium attraheret. Cumque Paulus suos milites ab hoste persequendo revocasset, timore simulato, vasis noctu collectis, tanquam abiturus, multa in vallo reliquit, cæteraque negligentius portari jussit, ut Romanos in rapinam intentos aggrederetur : ac id omnino accidisset, nisi Paulus milites et Terentium vel invitos cohibuisset. Annibal, etiam hoc consilio frustratus, noctu ad Cannas venit : cognitoque loci situ, et ad parandas **418** insidias, et ad prælium committendum idoneo, castra ibi posuit, ac omnem eum agrum subarenosum aratro proscidit, ut in pugna pulvis tolleretur : id machinatus, ut ventum qui ibi sub meridiem flare consuevit a tergo haberet. Coss. cum mane castra viris vacua vidissent, primum se represserunt, insidias veriti. Postridie ad Cannas venerunt, juxta flumen uterque seorsim castrametatus. Ob morum enim diversitatem alter alterius consuetudinem declinabat. Paulo quiescente, Terentius confligere voluit : nec tamen fecit, cum milites parum esse alacres vidisset. At Annibal vel invitos ad pugnam eliciens, aquatione prohibebat, nec palari sinebat, et cadavera cæsorum supra in profluentem ante vallum eorum projiciebat, ut a potu abhorrerent. His rebus Romani concitati, aciem instruxerunt. Quo Annibal præcognito, insidiis sub tumulis collocatis, et reliquo exercitu ordinato, nonnullos transfugas subornavit, quos signo dato clypeis, hastis et ensibus gravioribus abjectis, solos pugiones retinere jussit, ut ab adversariis pro inermibus accepti, eos ex improviso aggrederentur. Romani, cum Annibalis exercitum mane in procinctu

stare viderent, armis captis et ipsi instruebantur. Classicis igitur utrinque canentibus, collatisque signis, varie et usque meridiem ancipiti Marte pugnaverunt. Ut autem ventus est exortus, et fictitii transfugæ pro inermibus accepti, post Romanos steterunt, ne scilicet a Carthaginiensibus opprimerentur: tunc qui in insidiis erant, utrinque consurrexerunt, et Annibal a fronte cum equitibus, et hostes, nec minus ventus et pulvis in facies eorum violenter incidentes, Romanos undique turbabant, et creber ex fatigatione anhelitus, ut et visu et voce privati, promiscue nulloque ordine cæderentur. Tanta igitur multitudo cecidit, ut Annibal vulgi inire numerum ne tentarit quidem: equitum autem et senatorum numerum ad senatum Carthaginiensem non scripserit, sed per modios annulorum demonstrarit. Soli enim senatores et equites annulis utebantur. Multi tamen cum Terentio tum quoque evaserunt, sed Paulus occubuit. At Annibal fugientes **419** non persecutus est, neque Romam properavit. Nam cum vel totum exercitum, vel partem ejus evestigio Romam perducere, atque in urbe bellum gerere potuisset, non tamen fecit, quamvis suadente Maharbale. Quare probro ei datum est, quod vincere possit, sed uti victoria nesciat. Rem sane tum neglectam postea nunquam resarcire potuerunt: et Annibalem cessationis ita pœnituit, ut continenter exclamaret: *O Cannæ! Cannæ!*

A δὲ Ἀννίβας, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς εἰς μάχην παρακινῶν, τῆς τε ὑδρείας εἶργε, καὶ ἀποσκεδάννυσθαι σφᾶς ἐκώλυε, καὶ τὰ σώματα τῶν φονευομένων ἄνω πρὸ τῶν ταφρευμάτων ἐνέβαλλεν, ὅπως σφίσι τὸ ποτὸν δυσχεραίνηται. Κἀντεῦθεν καὶ οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς παράταξιν ὥρμησαν. Τοῦτο δὲ προγνοὺς ὁ Ἀννίβας, λόχους μὲν ὑπὸ τοὺς ὄχθους ἐκάθισε, τὴν δὲ λοιπὴν στρατιὰν συνέταξε, καί τινας ψευδαυτομολῆσαι, ὅταν σημήνῃ, ἐκέλευσε τὰς μὲν ἀσπίδας, καὶ τὰ δόρατα, καὶ τὰ μείζω τῶν ξιφῶν ἀποῤῥίψαντας, τὰ δ' ἐγχειρίδια φέροντας κρύφα, ἵνα, δεξαμένων αὐτοὺς τῶν ἀντικαθεστηκότων ὡς ἀόπλους, ἐπίθωνται αὐτοῖς ἀπροσδοκήτως. Οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι, ἰδόντες πρωῒθεν τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν παρατεταγμένους, ὡπλίζοντό τε καὶ παρετάσσοντο· καὶ B οἱ σαλπιγκταὶ ἀμφοτέρους ἐξώτρυναν, καὶ τὰ σημεῖα ἤρθη, καὶ συμπεσόντες πολυτρόπως ἠγωνίσαντο, καὶ μέχρι τῆς μεσημβρίας οὐδετέροις τὸ κράτος ἀπονενέμητο. Ἐπεὶ δὲ τὸ πνεῦμα ἐπῆλθε, καὶ οἱ ψευδαυτόμολοι δεχθέντες ὡς ὅπλων γυμνοὶ ὄπισθεν τῶν Ῥωμαίων ἐγένοντο, ἵνα μὴ σφίσιν ἐπιτιθῶσι δῆθεν οἱ Καρχηδόνιοι, τότε καὶ οἱ λόχοι ἑκατέρωθεν ἐπανέστησαν, καὶ ὁ Ἀννίβας κατὰ πρόσωπον σὺν τοῖς ἱππεῦσι προσέμιξε, καὶ οἵ τε πολέμιοι τοὺς Ῥωμαίους πανταχόθεν ἐθορύβουν, καὶ ὁ ἄνεμος ὅ τε κονιορτὸς ἐς τὰς ὄψεις αὐτῶν βιαίως ἐμπίπτων ἐτάραττε, καὶ τὸ ἆσθμα γινόμενον συνεχὲς ἐκ τοῦ καμάτου ἀπέφραττεν, ὥστ' ἀπεστερημένοι μὲν τῆς ὄψεως, ἀπεστερημένοι δὲ καὶ φωνῆς, φύρδην καὶ ἐν οὐδενὶ κόσμῳ ἐφθείροντο. Καὶ τοσοῦτον ἔπεσε πλῆθος ὥστε τὸν Ἀννίβαν τῶν μὲν ἐκ τοῦ ὁμίλου μηδὲ πειραθῆναι ἐξευρεῖν ἀριθμὸν, περὶ δὲ τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἀριθμὸν μὲν μὴ γράψαι τοῖς οἴκοι Καρχηδονίοις, διὰ δὲ τῶν δακτυλίων ἐνδείξασθαι τοῦτον· χοίνιξι γὰρ σφᾶς ἀπομετρήσας ἀπέστειλε. Μόνοι γὰρ οἱ βουλευταὶ καὶ οἱ ἱππεῖς δακτυλίοις ἐκέχρηντο. Συχνοὶ δ' οὖν ὅμως καὶ τότε διέφυγον, καὶ ὁ Τερέντιος· ὁ γὰρ Παῦλος ἀπέθανεν. Ὁ δ' Ἀννίβας οὐκ ἐπεδίωξεν, οὐδ' εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη. Δυνάμενος γὰρ ἢ παντὶ τῷ στρατεύματι, ἢ καὶ μέρει τούτου πρὸς τὴν Ῥώμην παραυτίκα ὁρμῆσαι, καὶ ταχέως διαπολεμῆσαι, οὐκ ἐποίησε τοῦτο, καίτοι τοῦ Μαάρβου συναινοῦντος τοῦτο ποιῆσαι. Διὸ καὶ αἰτίαν ἔσχεν ὡς νικᾷν μὲν δυνάμενος, χρῆσθαι δὲ ταῖς νίκαις οὐκ ἐπιστάμενος. Ἐπεὶ δὲ τότε ἠμέλησαν, οὐκέτι οὐδ' αὖθις ἠπείχθησαν. Διὸ καὶ ὁ Ἀννίβας ὡς ἁμαρτὼν μετεμέλετο, συνεχῶς ἀναβοῶν, *Ὦ Κάνναι, Κάνναι*.

II. Romani autem excidio proximi, victoriam per Scipionem recuperarunt, P. Scipionis in Hispania bellum gerentis filium, qui patrem vulneratum defenderat. Tum vero miles Canusium fugit, adeptusque gloriam ab iis qui eodem se receperant, imperium ultro delatum accepit, et rebus ibi constitutis præsidia misit finitimis, in rebus et deliberandis et gerendis dexter. Qui Romæ erant, cladem audiverunt, sed non crediderunt; cum credidissent, luxerunt, et in curia congressi, rebus infectis recedebant: donec tandem Fabius dixit, exploratores esse mittendos, qui et rem gestam, et quid ageret Annibal, nuntiarent. Ipsis vero non plorandum esse, sed pedetentim procedendum, ut ea quæ facto essent opus, tempestive gererentur: et copias quantæ possint maximæ conscribendas esse, et finitimorum opem implorandam. Posthæc cum Annibalem in Apulia esse cognovissent, et a Terentio litteras accepissent de salute et actis ejus, nonnihil receptis animis, dictatorem Marcum Ju-

C Β'. Οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι, παραβραχὺ κινδυνεύσαντες ἀπολέσθαι, ἀντεπεκράτησαν διὰ τοῦ Σκιπίωνος, ὃς υἱὸς μὲν ἦν τοῦ Πουπλίου τοῦ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ, καὶ τὸν πατέρα, ὅτε ἐτρώθη, περιέσωσε· τότε δὲ στρατευόμενος, εἰς τὸ Κανύσιον ἔφυγε, καὶ ὕστερον εὐδοκίμησε. Παρ' ἑκόντων γὰρ τῶν συμφυγόντων εἰς τὸ Κανύσιον τὴν ἡγεμονίαν λαβὼν, τά τε ἐκεῖ κατεστήσατο καὶ τοῖς πλησιοχώροις φρουρὰς ἔπεμψε καὶ πάντα καλῶς ἐβούλευσέ τε καὶ ἔπραξεν. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τὴν ἧτταν μὲν ἤκουσαν, οὐ μὴν καὶ ἐπίστευον. Πιστεύσαντες δ' ἐπένθουν, καὶ συνιόντες εἰς τὸ συνέδριον, μή τι πράσσοντες ἀπηλλάσσοντο. Ὀψὲ δ' οὖν ὁ Φάβιος γνώμην ἔδωκε κατασκόπους πέμψαι τοὺς ἀγγελοῦντας τὸ γεγονὸς καὶ τί ὁ Ἀννίβας πράττει. Αὐτοὺς δὲ μὴ κλαίειν, σιγῇ δὲ βαδίζειν, D ἵν' ἐν καιρῷ τὰ προσήκοντα γίνοιτο· δύναμίν τε συλλέξαι ὅσην ἂν δύναιντο, καὶ τοὺς περιοίκους ἐπικαλέσασθαι. Μετὰ δὲ ταῦτα ὡς τὸν Ἀννίβαν ἐν τῇ Ἀπουλίᾳ εἶναι ἔμαθον, καὶ γράμματα παρὰ τοῦ Τερεντίου ἐδέξαντο, ὅτι περιείη καὶ ὅσα πράττοι,

μικρὸν ἀναθάρσησαν· καὶ δικτάτωρ μὲν Μάρκος Ἰούνιος, ἵππαρχος δὲ Τιβέριος Σεμπρώνιος Γράκχος ἐλέχθησαν. Καὶ παραχρῆμα τῶν τε πολιτῶν οὐ τοὺς ἡβῶντας μόνον, ἀλλὰ καὶ παρηβηκότας ἤδη κατέλεξαν, καὶ δεσμώτας ἐπ' ἀδείᾳ, καὶ δούλους ἐπ' ἐλευθερίᾳ, λῃστάς τέ τινας προσελάβοντο, καὶ τοὺς συμμάχους προσπαρεκάλουν, ἀναμιμνήσκοντες εἴ τί που εὐηργέτηντο, καὶ προσυπισχνούμενοι δώσειν τοῖς μὲν σῖτον, τοῖς δὲ ἀργύρια, ὅπερ οὔπω πρόσθεν ἐποίησαν· καὶ ἐς τὴν Ἑλλάδα πεπόμφασιν, ἢ πείσοντές τινας συμμαχῆσαι αὐτοῖς, ἢ μισθωσόμενοι. Ἀννίβας δὲ συνεστηκέναι τοὺς Ῥωμαίους καὶ παρασκευάζεσθαι μαθὼν, ἐν ταῖς Κάνναις διέτριβε, τὴν ἐξ ἐπιδρομῆς ἅλωσιν ἀπεγνωκώς· καὶ τῶν αἰχμαλώτων τὸ μὲν συμμαχικὸν ἄνευ λύτρων ἀφῆκεν, ὡς καὶ πρότερον, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ἐτήρει, ἀποδόσθαι ἐλπίζων αὐτοὺς, ἵν' ἑαυτὸν εὐπορώτερον ἐντεῦθεν ποιήσῃ, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ἀπορωτέρους. Ἐπεὶ δὲ μηδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀφίκετο τοὺς αἰχμαλώτους ζητῶν, ἐκέλευσεν αὐτοῖς πέμψαι τινὰς οἴκαδε ἐπὶ λύτρα, προομόσαντας ἐπανήξειν. Ὡς δὲ οὐδ' οὕτω λύσασθαι σφᾶς ἠθέλησαν, τοὺς μὲν λόγου τινὸς ἀξίους ἐς τὴν Καρχηδόνα ἀπέστειλε, τῶν δ' ἄλλων τοὺς μὲν αἰκισάμενος ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ μονομαχῆσαι ἠνάγκασε, τοὺς φίλους καὶ τοὺς συγγενεῖς ἀλλήλοις συμβαλών. Οἱ δὲ πεμφθέντες ἐπὶ τὰ λύτρα, ἐπανελθόντες, ἵν' εὐορκήσωσι, φυγόντες δὲ μετὰ τοῦτο, ἄτιμοι ὑπὸ τῶν τιμητῶν ἐγένοντο, καὶ ἑαυτοὺς διεχρήσαντο (34). Μάγωνα δὲ τὸν ἀδελφὸν ὁ Ἀννίβας ἀγγελοῦντα τοῖς Καρχηδονίοις ἔπεμψε τὰ γινόμενα, καὶ χρήματα παρ' αὐτῶν καὶ δυνάμεις αἰτήσοντα· καὶ ὁ μὲν ἀπελθὼν τούς τε δακτυλίους ἠρίθμησε, καὶ ἐπὶ μεῖζον ἐξῆρε δὴ τὸ κατόρθωμα, καὶ ἐψηφίσθη πάντα ὅσα ᾐτήσατο· τῷ γὰρ Ἄννωνι τἀναντία λέγοντι, καὶ καταλύσασθαι τὸν πόλεμον, ἕως καθυπέρτεροι δοκοῦσι, συμβουλεύοντι, οὐκ ἐπείσθησαν· οὐ μέντοι τὰ ψηφισθέντα καὶ εἰς ἔργον ἤγαγον, ἀλλ' ἠμέλησαν. Ἀννίβας δ' ἐν τούτῳ εἰς τὴν Καμπανίαν προὐχώρησε, καὶ πόλισμά τι εἷλε Σαμνιτικὸν, καὶ ἐπὶ Νέαν ὥρμησε πόλιν, προπέμψας μετὰ τῆς λείας ὀλίγους τινάς· πρὸς οὓς ὡς μόνους ὄντας τῶν τῆς πόλεως ἐκδραμόντων, ἐπεφάνη αὐτὸς ἀπροσδόκητος, καὶ συχνοὺς ἀπέκτεινε, τὴν δὲ πόλιν οὐχ εἷλεν, οὔτ' ἐπὶ πολὺ ταύτῃ προσήδρευσεν. Οἱ γὰρ τὴν Καπύην οἰκοῦντες Καμπανοὶ, οἱ μὲν τῇ Ῥωμαίων φιλίᾳ ἐνέμειναν, οἱ δὲ πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἀπέκλιναν. Ἐπεὶ δὲ ἐν ταῖς Κάνναις εὐτύχησε, καί τινες ἄνδρες αὐτῶν ἁλόντες ἀφείθησαν, τὸ μὲν πλῆθος ὥρμησε μεταστῆναι πρὸς τὸν Ἀννίβαν· οἱ δὲ δυνατοὶ χρόνον μέν τινα ἐπέσχον. Εἶτ' ἐπ' αὐτοὺς τὸ πλῆθος ὁρμῆσαν συνηγμένους ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, πάντας ἂν κατεχρήσατο, εἰ μή τις ἐκ τοῦ πλήθους τὸ μέγεθος συνιδὼν τοῦ κακοῦ, κατηγόρησε μὲν τῶν βουλευτῶν ὡς πάντως φθαρῆναι ἀξίων· ἔφη δὲ πρότερον ἄλλους ἀντ' ἐκείνων ἀνθελέσθαι προσήκειν, τὴν γὰρ πόλιν μὴ δύνασθαι, μὴ προβουλευόντων τινῶν σώ-

A nium, Tiberium Sempronium Gracchum magistrum equitum dixerunt. Et evestigio non juvenes duntaxat, sed etiam effetos senes conscripserunt: et carcere aperto maleficis impunitate, servis libertate promissa, etiam latrones aliquot in militum catalogos retulerunt. Ad hæc socios accersiverunt, beneficiorum quæ accepissent admonitos, aliis frumentum, aliis argentum polliciti, quod prius facere non soliti erant: et in Græciam miserunt, auxilia vel impetraturi, vel mercede conducturi. Annibal, Romanorum conspiratione et apparatu cognito, in Cannis se tenuit, desperata repentina urbis expugnatione, et fœderatos, ut prius etiam, gratis dimisit, Romanos **420** vero spe venditionis asservavit, ut ea re suas opes augeret, Romanorum
B imminueret. Sed cum nemo veniret qui captivos requireret, eos aliquot domum mittere jussit, afferendæ pecuniæ causa, prius jurejurando adactos se redituros esse. Sed cum eos ne tum quidem redimere vellent, eos qui nominis alicujus erant, Carthaginem misit. Cæteros partim excruciatos necavit, partim inter sese dimicare coegit, amicis et cognatis inter se commissis. Qui vero petendæ pecuniæ causa missi fuerant, reversi, ut jurejurando satisfecisse viderentur, et post fuga elapsi, a censoribus notati, semetipsos peremerunt. Annibal, fratre Magone Carthaginem res gestas nuntiatum misso, et ad pecuniam militesque petendos, cum is exaggerasset omnia et annulos adnumerasset,
C decreverunt omnia quæ petierat. Hannoni enim belli deponendi, et dum superiores essent, faciendæ pacis auctori, non auscultarunt: non tamen decreta exsecuti sunt, sed neglexerunt. Interim Annibal in Campaniam processit, et oppido quodam Samnitico capto, Neapolim contendit, paucis cum præda præmissis, contra quos oppidani, ut solos, excursione facta, improviso illius adventu, cæsi sunt magna ex parte: urbem tamen non cepit, neque obsidioni illius diu immoratus est. Nam Capuani cum partim Romanorum amicitiam colerent, partim Annibali studerent, postquam is in Cannis victor, aliquot eorum cives captos dimiserat: multitudo ad eum deficere voluit, optimates autem aliquandiu distulerunt. Deinde cum in curia
D convenissent, impetu populi omnes occisi essent, nisi quidam ex plebe, considerata mali magnitudine, senatores ut exitio dignos accusasset, sed prius alios eis subrogandos esse dixisset, quod urbs sine consilio salva esse non posset. Cui cum Capuani obtemperassent, singulis e curia ejiciendis multitudinem rogabat, quosnam illorum loco crearent, et cum exiguo tempore alios sufficere non possent, omnes illos ut necessarios dimiserunt: et inter se reconciliati, pacem cum Annibale fecerunt. Qui celeriter, relicta Neapoli, Capuam venit, et pro concione post multa **421** alia grata auri-

Variæ lectiones et notæ.

(34) *Ἑαυτοὺς κατεχρήσαντο.* Καταχρῆσθαι pro διαχρῆσθαι usurpat crebrius Zonaras.

bus, Italiæ principatum eis promisit, ut spe erecti, A se pro semetipsis laborare alacrius pugnarent. Post Capuæ defectionem etiam reliqua Campania in motu fuit : cujus defectionem Romanis ægre ferentibus, Annibal Nucerinos oppugnavit. Qui cum obsiderentur, inutilem ætatem ob cibariorum penuriam expulerunt : quos Annibal non recepit, neque alio quam in urbem redeundi potestatem dedit. Quamobrem cæteri quoque cum una veste se urbe excessuros pepigerunt. At ille urbe potitus, senatores in balneis inclusos suffocavit : reliquos cum discedere quo vellent jussisset, multos in itinere interfecit : sed tamen eorum multi in silvas profugi evaserunt. Ea crudelitate cæteri territi, non amplius ejus fidei se permiserunt, sed resistebant dum poterant. Nolanique de facienda deditione B consultantes, illo facinore viso, Marcellum clam accersiverunt, Annibale ab urbis oppugnatione repulso. Inde digressus, Acerranos fame domuit, iisdem quibus Nucerinos conditionibus, eodemque tractavit modo. Deinde Basilinas est aggressus, quo Romani eorumque socii circiter m confugerant, qui civibus proditionem molientibus occisis, Annibaleque sæpe profligato, famem quoque fortiter tolerarunt. Cum autem commeatus defecisset, quemdam in utre ad dictatorem miserunt : qui noctu dolia farina plena in flumen conjecta, eos in tenebris observare jussit. Hoc modo clam eos ad tempus aluit : sed tandem uno dolio ex allisione confracto, Carthaginienses re animadversa catenis C fluvium munierunt. Ut autem fame et vulneribus multi perierunt, altera urbis parte deserta et ponte interrupto, in altera obsidionem tolerarunt. Postea semen raporum in quemdam locum extra murum abjecerunt, ut hostes eos diu habituros crederent unde viverent. Qua eadem opinione deceptus Annibal, eorumque fortitudinem admiratus, eos ad pactionem provocatos pecunia vendidit : quos Romani non modo cupide redemerunt, sed etiam honorarunt.

A ζεσθαι. Πεισθέντων δὲ τῶν ἐν τῇ Καπύῃ, ἐκβάλλων ἕνα ἕκαστον ἐκ τοῦ συνεδρίου, ἠρώτα τὸ πλῆθος, ὅντινα αὐτοῦ ἀνθαιρεῖται· καὶ οὕτω μὴ δυνηθέντων αὐτῶν ἑτέρους δι' ὀλίγου ἀνθελέσθαι, πάντας ἐκείνους ὡς ἀναγκαίους ἀφῆκε, καὶ καταλλαγέντες ἀλλήλοις, ἐσπείσαντο τῷ Ἀννίβᾳ. Καὶ ὃς διὰ ταχέων ἐπαναστὰς ἐκ τῆς Νεαπόλεως ἦλθεν εἰς τὴν Καπύην· καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς ἄλλα τε πολλὰ εἶπεν ἐπαγωγὰ, καὶ τὴν ἡγεμονίαν σφίσι τῆς Ἰταλίας δώσειν ὑπέσχετο, ἵν' ἐν ἐλπίσι γενόμενοι, ὡς καὶ ἑαυτοῖς πονήσαντες, προθυμότερον ἀγωνίσωνται. Μεταστάσης δὲ τῆς Καπύης, καὶ ἡ ἄλλη Καμπανία κεκίνητο. Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι, τὴν ἀπόστασιν αὐτῆς μαθόντες, ἤχθοντο. Ὅ γε μὴν Ἀννίβας ἐπὶ Νουκερίνους (35) ἐστράτευσεν· οἱ δὲ πολιορκούμενοι τὴν ἄχρηστον σφῶν B ἡλικίαν ἀπορίᾳ τροφῶν ἐξεώσαντο· οὓς ὁ Ἀννίβας οὐ προσήκατο, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν πόλιν ἀπιοῦσι μόνον ἀσφάλειαν ἔδωκε. Διὸ καὶ οἱ λοιποὶ μεθ' ἑνὸς ἱματίου ἐκχωρῆσαι τοῦ ἄστεος ὡμολόγησαν. Ἐπεὶ δ' ἐγκρατὴς αὐτῶν ἐγένετο, τοὺς μὲν βουλευτὰς ἐς βαλανεῖα κατακλείσας ἀπέπνιξε· τοῖς δ' ἄλλοις ἀπελθεῖν εἰπὼν ὅπῃ βούλοιντο, πολλοὺς ἐν τῇ ὁδῷ κἀκείνων ἐφόνευσε. Συχνοὶ δ' οὖν αὐτῶν καὶ περιεγένοντο εἰς ὕλας προκαταφυγόντες. Ἐκ τούτου δὲ οἱ λοιποὶ φοβηθέντες οὐ συνέβαινον ἔτι αὐτῷ, ἀλλ' ἀντεῖχον ἕως ἠδύναντο. Καὶ οἱ Νωλανοὶ βουλευόμενοι προσχωρῆσαι αὐτῷ, ἐπεὶ τὸ εἰς ἐκείνους εἶδον πραχθὲν, ἐπηγάγοντο λάθρα τὸν Μάρκελλον, καὶ τὸν Ἀννίβαν προσβαλόντα μετὰ ταῦτα τῇ πόλει C ἀπώσαντο. Ἀποκρουσθεὶς δὲ τῆς Νώλης, Ἀκεράνους (36) εἷλε λιμῷ ἐπὶ ταῖς αὐταῖς τοῖς Νουκερίνοις συνθήκαις, καὶ τὰ αὐτὰ εἰργάσατο καὶ αὐτούς. Εἶτα καὶ ἐπὶ Βασιλίνας ἐστράτευσεν, ἐν ᾧ Ῥωμαῖοί τε καὶ συμμάχων ὡσεὶ χίλιοι συγκατέφυγον. Οἳ τοὺς μὲν ἐπιχωρίους προδοῦναι σφᾶς μελετήσαντας ἀπέκτειναν, καὶ τὸν Ἀννίβαν πολλάκις ἀπώσαντο, καὶ πρὸς λιμὸν γενναίως διεκαρτέρησαν· ἐπιλιπούσης δὲ τῆς τροφῆς αὐτοὺς, ἐπ' ἀσκοῦ τινα διὰ τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὸν δικτάτορα ἔπεμψαν. Ὁ δὲ πίθους ἀλεύρων πλήρεις νυκτὸς ἐνέβαλλεν εἰς τὸν ποταμὸν, ἐντειλάμενος αὐτοῖς παρατηρεῖν ἐν τῷ σκότει τὸ ῥεῦμα· καὶ χρόνον μέν τινα ἐλάνθανεν οὕτως τροφὰς αὐτοῖς χορηγῶν. Ἔπειτα πίθου τινὸς προσραγέντος ποι, καὶ συντριβέντος, ἔγνωσαν οἱ Καρχηδόνιοι τὸ γινόμενον, καὶ ἁλύσεσι τὸν ποταμὸν διειλήφασιν. Ὡς δὲ τῷ λιμῷ καὶ τοῖς τραύμασι συχνοὶ διεφθάρησαν, τὸ ἕτερον μέρος τῆς πόλεως ἐξέλιπον, κἀν τῷ λοιπῷ διεκαρτέρουν, τὴν γέφυραν διακόψαντες. Εἶτα σπέρμα γογγυλίδος ἀπὸ τοῦ τείχους εἴς τι χωρίον ἔξωθεν αὐτοῦ κατέβαλον. Ἐποίησαν δὲ τοῦτο ἵνα καταπλήξωσι τοὺς πολεμίους ὡς καὶ ἐπὶ πολὺ αὐταρκέσοντας. Ὅθεν ὁ Ἀννίβας, ἄφθονον αὐτοὺς ἔχειν τὴν τροφὴν οἰηθεὶς, καὶ ἐπὶ τῇ καρτερίᾳ θαυμάσας, εἰς ὁμολογίαν προεκαλέσατο, καὶ χρημάτων ἀπέδοτο σφᾶς. Ἐλύσαντο γὰρ αὐτοὺς οἱ ἔξω Ῥωμαῖοι ἀσμένως, ἀλλὰ μὴν καὶ ἐτίμησαν.

III. Dum hæc geruntur, legati Delphis reversi D nuntiant, jubere Pythiam ut, repudiata ignavia,
422 bello sint intenti. Ex eo confirmati atque assecuti Annibalem, juxta eum castra posuerunt, ut quid ageret observarent. Ac Junius dictator, quæ Carthaginienses facere jubebantur, eadem

Γ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγένετο, καὶ ἐκ Δελφῶν οἱ πεμφθέντες ἀνεκομίσθησαν, λέγοντες τὴν Πυθίαν χρῆσαι αὐτοῖς παύσασθαι τῆς ῥᾳθυμίας, καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν. Ἐντεῦθεν ἀνεῤῥώσθησαν, καὶ κατέλαβον τὸν Ἀννίβαν, καὶ οἱ παρεστρατοπεδεύσαντο, ὅπως τὰ πραττόμενα παρ' αὐτοῦ παρατηρῶσι. Καὶ ὁ

Variæ lectiones et notæ.

(35) *Νουκερίνους*. Excerpta Dionis Valesiana, p. 598, 601.

(36) *Ἀκεῤῥάνους*. Vide Excerpta Dionis Valesiana, p. 601.

A γε Ἰούνιος ὁ δικτάτωρ τὰ τοῖς Καρχηδονίοις παραγγελλόμενα, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ποιεῖν ὁμοίως ἐκέλευε, καὶ σῖτα καὶ ὕπνον ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ ᾑροῦντο, καὶ τὰς φυλακὰς ὁμοίως ἐπεσκόπουν, καὶ τἄλλα ἐπίσης ἔπραττον. Καταμαθὼν οὖν τοῦτο Ἀννίβας χειμέριον ἐτήρησε νύκτα, καὶ τοῖς μὲν τῶν στρατιωτῶν ἐπ' ἔξοδον ἀφ' ἑσπέρας ἀνεῖπε. Τοῦ δὲ Ἰουνίου τὸ αὐτὸ ποιήσαντος, ἐκ διαδοχῆς ἄλλοτε ἄλλους αὐτῷ προσβάλλειν ἐκέλευσεν, ἵν' ἐν συνεχεῖ πόνῳ ἐκ τῆς ἀγρυπνίας καὶ τοῦ χειμῶνος εἴησαν· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν λοιπῶν ἀνεπαύετο. Ἐπεὶ δ' ἡμέρα ἐπιλάμψειν ἔμελλε, τὸ στράτευμά τε δῆθεν ἀνεκαλέσατο, καὶ τῶν Ῥωμαίων τὰ ὅπλα ἀποθεμένων, καὶ πρὸς ἀνάπαυλαν τραπομένων, ἐπῆλθεν αὐτοῖς ἄφνω, καὶ συχνοὺς ἀπέκτεινε, καὶ τὸ τάφρευμα ἐκλειφθὲν εἷλε. B Τὰ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ καὶ τῇ Σαρδοῖ ἐκινεῖτο, οὐ μέντοι καὶ ἐπιστροφῆς τινος παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἔτυχον. Ὕπατοι δὲ ὅ τε Γράκχος ὁ ἵππαρχος καὶ Ποστούμιος Ἀλβῖνος ᾑρέθησαν. Καὶ ὁ μὲν Ἀλβῖνος μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ ὑπὸ τῶν Βοουΐων ἐφθάρη, δι' ὄρους ὑλώδους πορευόμενος καὶ ἐνεδρευθείς, οὗ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντες οἱ βάρβαροι, καὶ ἐκκαθάραντες καὶ περιχρυσώσαντες, πρὸς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἀντὶ φιάλης ἐχέχρηντο. Γεγόνασι δὲ τότε τέρατα· βοῦς τε γὰρ ἵππον ἔτεκε, καὶ ἐν θαλάσσῃ ἐξέλαμψε πῦρ. Οἱ δ' ὕπατοι Γράκχος καὶ Φάβιος, στρατοπεδευσάμενοι, τόν τε Ἀννίβαν ἐν Καπύῃ ὄντα ἐπετήρουν, ὅ τι πράσσει. Καὶ διεπέμποντο ἑκασταχόσε, τοῖς τε συμμάχοις ἐπήμυνον, καὶ τοὺς ἀφεστηκότας οἰκειοῦσθαι ἐπειρῶντο, τά τε τῶν ἀνθισταμένων ἐκάκουν. C Ὁ δ' Ἀννίβας, ἕως μὲν τῆς τροφῆς ἐνδεῶς ηὐπόρει, καὶ διακινδυνεύων, σωφρόνως μετὰ τοῦ στρατοῦ διῆγεν· ὡς δὲ τὴν Καπύην ἔλαβον, καὶ πολλοῖς ἐπιτηδείοις ἐν ῥᾳστώνῃ διεχείμασαν, τήν τε ἰσχὺν τῶν σωμάτων μὴ πονούμενοι, καὶ τὴν ῥώμην τῆς γνώμης ὑπὸ τῆς εὐθυμίας ἠλαττώθησαν, καὶ τὴν πάτριον ἀμείψαντες δίαιταν, μετέμαθον ἡττᾶσθαι μαχόμενοι. Ἐπεὶ δὲ ὁ πόλεμος ἤδη ἐπέκειτο, ἐς ὄρη μετέστη, καὶ ἐγύμναζε τὸ στράτευμα. Οἱ δ' οὐχ οἷοί τε δι' ὀλίγου ῥωσθῆναι γεγόνασι. Βοηθείας δὲ αὐτῷ οἴκοθεν ἄλλης τε καὶ ἐλεφάντων ἐλθούσης, ἀνεθάρσησε· καὶ ἐπὶ τὴν Νῶλαν, ὡς αἱρήσων αὐτήν, ἢ τόν γε Μάρκελλον τὴν Σαμνῖτιδα πορθοῦντα, ταύτης ἀπάξων, ὥρμησεν. Ὡς δ' οὐδὲν ἐπέραινε, τῆς μὲν πόλεως ἀπέστη· τὴν δὲ χώραν ἔκειρε, μέχρις οὗ D μάχῃ κατὰ τὸ ἰσχυρὸν ἡττήθη, ἐφ' ᾧ καὶ ἤλγησε. Πολλοὶ μὲν γὰρ Ἴβηρες, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν Λιβύων ἐγκατέλιπον αὐτόν, καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ηὐτομόλησαν, ὃ οὔπω πρὶν ἔπαθε. Καταγνοὺς δ' ἐκ τούτου καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν στρατιωτῶν, πᾶσαν τὴν γῆν ἐκείνην ἐξέλιπε, καὶ εἰς τὴν Καπύην ἀνεχώρησεν· εἶτα κἀκεῖθεν μετέστη. Οἱ δὲ Σκιπίωνες τόν τε Ἴβηρα ποταμὸν διέβησαν, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθουν, καὶ πόλεις προσηγοντο, καὶ τὸν Ἀσδρούβαν διὰ ταῦτα σπουδῇ ἐπελθόντα μάχῃ ἐνίκησαν. Οἱ Καρχηδόνιοι δὲ, ταῦτα μαθόντες, καὶ νομίσαντες πλείονος τὸν Ἀσδρούβαν ἢ τὸν Ἀννίβαν δεῖσθαι βοηθείας, καὶ φοβηθέντες μὴ καὶ ἐς τὴν Λιβύην οἱ Σκιπίωνες διαβῆναι ἐπιχειρήσωσι, τῷ μὲν Ἀννίβα

suos et ipse observare atque facere jubebat. Itaque et cibum et somnum eodem tempore capiebant, excubias eodem modo visebant, cæteraque ex æquo faciebant. Quo Annibal cognito, tempestuosa nocte captata, parti militum a vespera profectionem denuntiat. Junio id imitato, per vices alios atque alios impetum in Romanos facere jussit, ut continenter vigiliis et tempestate fatigarentur: ipse cum reliquis quievit. Cum lucesceret, exercitu revocato, Romanos qui armis positis ad quietem se conferebant, subito aggressus, multos occidit, et vallum ab eis desertum cepit. Sardinia et Sicilia quamvis in motu essent, a Romanis non curabantur. Coss. creati sunt, Gracchus magister equitum et Posthumius Albinus: quorum hic cum omni exercitu a Boiis cæsus est, in transitu silvosi montis insidiis exceptus, cujus capite barbari excavato, auroque inducto, pro phiala in sacris usi sunt. Prodigia tum fuerunt. Nam bos equum peperit, et flamma e mari emicuit. Coss. Gracchus et Fabius, quid Annibal Capuæ ageret, observantes, quolibet legatos mittebant, sociis opem ferebant, eos qui defecerant reconciliare conabantur, et resistentium agros populabantur. Annibal vero dum commeatu eoque armis parto non abundabat, modeste cum exercitu vivebat. Ut vero, Capua occupata, in magna rerum affluentia otiosi hibernarunt: et vires corporum desidia, et robur animorum deliciis sunt imminuta; mutatoque victu patrio, in præliis vinci didicerunt. Bello jam instante, in montes transiit, et milites exercuit: sed cum exiguo tempore firmari non possent, elephantis aliisque militibus domo advectis, animum recepit. Nolamque oppugnavit, ut vel urbem caperet, vel Marcellum a Samnii vastatione revocaret. Cum nihil proficeret, urbe relicta, agros vastavit, donec justo prælio vi superatus, ex Hispanorum et Afrorum crebra ad Romanos defectione (quod ei prius nuntiatum
423 quam acciderat) magnum dolorem cepit: et sibi ipsi ac militibus diffisus, omni illa provincia relicta, Capuam rediit, atque inde etiam post discessit. At Scipionibus, Ibero amne jam superato, agros vastantibus et urbes capientibus, etiam Asdrubale, qui ad ea prohibenda festinanter accurrerat, acie victo, Carthaginienses majoribus auxiliis Asdrubali, quam Annibali, opus esse rati, et ne Scipiones in Africam trajicerent veriti, Annibali parvis supplementis missis, maximam copiarum partem cum Magone quam celerrime in Hispaniam ablegarunt: jubentes ut, rebus illic constitutis, ipse in præsidiis esset, Asdrubal autem cum exercitu in Italiam proficisceretur. Quo cognito, Scipiones pugna abstinuerunt, ne forte victor Asdrubal in Italiam properaret. Cum autem socii Romanorum a Carthaginiensibus vexarentur, Publius cum hostibus congressus, vicit: Cneus e pugna abeuntes, exceptos occidit. Ob eam cladem, et frequentem urbium defectionem, etiam Afris aliquot ad Romanos transeuntibus, Asdrubal opinione sua

diutius mansit. Scipiones iis qui ad se defecerant statim in Italiam missis, res Hispanicas constituebant: et Saguntinorum subditis, et belli et calamitatis illius auctoribus captis, oppidum everterunt, homines vendiderunt, ac Saguntum veteribus civibus reddiderunt. Circa manubias tam accurati fuerunt, ut plus militibus quam sibi concedentes, nihil ex iis domum mitterent, nisi liberis suis talos. Itaque Cneo veniam domum eundi petenti, ut filiæ nubili dotem colligeret, senatus dotem ex publico decrevit.

A βραχεῖαν δύναμιν ἔπεμψαν, τὴν πλείστην δὲ μετὰ Μάγωνος εἰς τὴν Ἰβηρίαν τάχιστα ἀπεστάλκασι, κελεύσαντες μετὰ τὴν τῆς Ἰβηρίας κατάστασιν τὸν μὲν ἐπὶ τῇ τῶν ἐκεῖ φυλακῇ καταμεῖναι, τὸν δὲ Ἀσδρούβαν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν σὺν δυνάμει σταλῆναι. Ὃ γνόντες οἱ Σκιπίωνες οὐκέτ' ἐμαχέσαντο, ἵνα μὴ κρατήσας ἴσως ὁ Ἀσδρούβας εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐπειχθῇ. Ὡς δὲ τὸ τῶν Ῥωμαίων φίλιον ἐκάκουν οἱ Καρχηδόνιοι, Πούπλιος μὲν ὁμόσε τοῖς προσπεσοῦσιν αὐτῷ τῶν ἐναντίων ἐχώρησέ τε καὶ ἐπεκράτησε· Γναῖος δὲ, τοὺς ἀποχωροῦντας σφῶν ἐκ τῆς μάχης ὑπολαβὼν, προσδιέφθειρεν. Ἐκ δὲ τῆς συμφορᾶς ταύτης, καὶ ὅτι καὶ πόλεις συχναὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους μεθίσταντο, καὶ τῶν Λιβύων τινὲς αὐτοῖς προσεχώρησαν, πλέον ἢ διενοεῖτο ὁ Ἀσδρούβας κατέμεινεν. Οἱ δὲ Σκιπίωνες εἰς τὴν Ἰταλίαν εὐθὺς τοὺς προσχωρήσαντας ἔστειλαν. Αὐτοὶ δὲ τὰ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ καθίστων, καὶ τοὺς τῶν Ζακυνθίων ὑπηκόους, τοὺς καὶ τοῦ πολέμου καὶ τῆς συμφορᾶς αἰτίους αὐτοῖς γενομένους, ἑλόντες, τό τε πόλισμα κατέσκαψαν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐπώλησαν, καὶ τὴν Ζάκυνθον μετὰ τοῦτο κομισάμενοι, τοῖς ἀρχαίοις πολίταις ἀπέδοσαν· τοσαύτῃ τε ἀκριβείᾳ περὶ τὴν λείαν ἐχρήσαντο, ὡς μηδὲν οἴκοι πέμψαι. Τοῖς μὲν γὰρ στρατευομένοις ἐπέτρεπον τοῦτο ποιεῖν, αὐτοὶ δὲ ἀστραγάλους τοῖς τέκνοις ἔπεμψαν· ὅθεν ἡ γερουσία (37), παραιτουμένου τοῦ Γναίου, ἵν' ἀπελθὼν οἴκαδε προῖκα τῇ θυγατρὶ ἐρανίσῃ, ὡραίᾳ οὔσῃ ἀνδρὸς, ἐψηφίσαντο ἐκ τοῦ δημοσίου προῖκα δοθῆναι αὐτῷ.

IV. Eodem tempore Sardinia et Sicilia plane alienatæ facile sub jugum reductæ sunt, Asdrubale qui opem eis ferebat, capto, totaque pene Sicilia per Manlium Torquatum subacta. Neque tamen insulæ res diu tranquillæ manserunt. Philippus autem, Macedoniæ rex, apertissime Carthaginiensium amicitiam coluit. Nam cum Græciæ imperare cuperet, fœdus cum Annibale percussit, ut communibus opibus bellum gerentes Carthaginienses Italiam haberent, ipse vero Græciam, Epirum et insulas. Hac pactione Romani cognita (interceperant
424 enim Philippi caduceatorem ad Annibalem euntem), statim Marcum Valerium Lavinium prætorem contra eum miserunt, ut suo regno timens, domi maneret. Itaque factum est. Nam Corcyram usque progressus, ut in Italiam navigaret, cum Lavinium Brundusium venisse didicisset, domum rediit. Lavinio autem Corcyram usque progresso, impetu in socios Romanorum facto, Noricum cepit, et Apolloniam obsedit. Sed Lavinius ductis adversus eum copiis, et Noricum recepit, et Apolloniam liberavit. Unde Philippus navibus, quibus usus fuerat, incensis, pedes domum rediit. Romæ consules creati Fabius et Marcellus bellum adversus Annibalem, Calabriam et finitima loca circumeuntem, Graccho decessori suo mandarunt. Is Hannone, qui e Bruttiis circa Beneventum occurrerat, profligato, ulterius progressus, Annibalem observabat: eorumque qui defecerant agris vastatis, urbes nonnullas recepit. Ipsi vero coss. in Campaniam se converterunt, ut ea subacta, nihil a tergo hostile habentes, ita demum Annibalem aggrederentur. Postea divisi

B Δ'. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ καιρῷ, καὶ ἡ Σικελία καὶ ἡ Σαρδὼ ἄντικρυς ἐπολεμώθησαν. Καὶ τὰ μὲν ἐν ταύταις δι' ὀλίγου κατέστη, καὶ ὁ Ἀσδρούβας ἐπικουρῶν αὐταῖς ἑάλω, καὶ τὴν νῆσον μικροῦ πᾶσαν ἀνεκτήσατο Μάλιος Τουρκουάτος. Καὶ τότε μὲν τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ ἡσύχασε, μετὰ δὲ ταῦτα ἐταράχθη. Ὁ δὲ τῆς Μακεδονίας βασιλεὺς Φίλιππος φανερώτατος τῶν Καρχηδονίων ἐγένετο σπουδαστής. Τῆς γὰρ Ἑλλάδος προσεπάρξαι θέλων, συνθήκας πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἔθετο, ὥστε κοινῇ πολεμῆσαι, καὶ τὴν μὲν Ἰταλίαν τοὺς Καρχηδονίους λαβεῖν, τὴν δ' Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἤπειρον μετὰ τῶν νήσων ἐκεῖνον. Ἡ μὲν οὖν ὁμολογία ἐπὶ τούτοις ἐγένετο. Τοῦ δὲ κήρυκος τοῦ ὑπὸ τοῦ Φιλίππου πεμφθέντος πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἁλόντος, ἔμαθον οἱ Ῥωμαῖοι τὸ γι-
C νόμενον, καὶ παραχρῆμα στρατηγὸν ἐπ' αὐτὸν Μάρκον Οὐαλέριον Λαουΐνιον ἔστειλαν, ὅπως περὶ τοῖς οἴκοι δείσας κατὰ χώραν μείνῃ. Καὶ ἔσχεν οὕτως. Προῆλθε μὲν γὰρ μέχρι τῆς Κερκύρας ὁ Φίλιππος, ὡς ἐς τὴν Ἰταλίαν πλευσούμενος, μαθὼν δὲ τὸν Λαουΐνιον ἐς τὸ Βρεντέσιον ἤδη παρόντα, οἴκαδε ἀνεκομίσθη. Τοῦ Λαουϊνίου δὲ μέχρι τῆς Κερκύρας πλεύσαντος, εἰς τοὺς τῶν Ῥωμαίων συμμάχους ὥρμησε, καὶ εἷλε Νώρικον, Ἀπολλωνίαν τ' ἐπολιόρκει. Ἐπιστρατεύσας δ' αὖθις αὐτῷ Λαουΐνιος, καὶ Νώρικον ἀνεκτήσατο, καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν ἐῤῥύσατο. Κἀντεῦθεν ὁ Φίλιππος τὰς ναῦς αἷς ἐκέχρηντο καταπρήσας, πεζῇ ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησεν. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ὑπάτους εἵλοντο τὸν Φάβιον, καὶ τὸν Μάρκελλον, οἳ τὸν μὲν Ἀννίβαν τὴν νῦν καλουμένην
D Καλαβρίαν, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν περιπορευόμενον, τῷ Γράκχῳ τῷ πρὸ αὐτῶν ἄρξαντι ἐπέταξαν. Καὶ ὃς

Variæ lectiones et notæ.

(37) *Ὅθεν ἡ γερουσία*. Ammianus, lib. XIV: *Et dotatur ex ærario filia Scipionis, cum nobilitas florem adultæ virginis, diuturnam absentiam erubesceret patris*. Vide Valerium Maximum, lib. IV, cap. 4. Id hausit a Dione Zonaras, quod siluit Titus Livius.

Ἄννωνα περὶ Βενεβεντὸν ἀπαντήσαντά οἱ ἐκ Βρεττίων ἐτρέψατο. Κἀντεῦθεν προϊὼν, τόν τε Ἀννίβαν παρεφύλαττε, καὶ τὰ τῶν ἐφεστηκότων ἐπόρθει, πόλεις τέ τινας ἀνεσώσατο. Αὐτοὶ δὲ οἱ ὕπατοι πρὸς τὴν Καμπανίαν ἐτράποντο, ἵν' αὐτὴν χειρωσάμενοι μηδὲν κατόπιν πολέμιον ὑπολίπωσιν, οὕτω τε ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν χωρήσωσιν· εἶτα διαιρεθέντες, Φάβιος μὲν τά τε ἐκείνων, τά τε τοῦ Σαμνίου κατέτρεχε· Μάρκελλος δὲ εἰς τὴν Σικελίαν ἐπεραιώθη, καὶ τὰς Συρακούσας ἐπολιόρκει, προσχωρησάσας μὲν αὐτῷ, εἶτ' ἀποστάσας δόλῳ τινῶν ὑπὸ ψευδοῦς ἀγγελίας, καὶ δι' ἐλαχίστου ἂν αὐτὰς ἐχειρώσατο, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν ἅμα προσβαλὼν τῷ τείχει, εἰ μὴ ὁ Ἀρχιμήδης μηχαναῖς ἐπὶ πλεῖστον αὐτοὺς ἐποίησεν ἀντισχεῖν· καὶ λίθους γὰρ καὶ ὁπλίτας μηχανήμασιν ἀπαρτῶν, καθίει τε ἐξαπιναίως αὐτοὺς, καὶ ἀνέσπα δι' ὀλίγου. Ταῖς δὲ ναυσὶ καὶ ταῖς πυργοφόροις ἑτέρας ἐπιῤῥίπτων, ἀνεῖλκέ τε αὐτὰς, καὶ μετεωρίζων ἀθρόως ἠφίει, ὥστε ἐμπιπτούσας εἰς τὸ ὕδωρ ῥύμῃ βαπτίζεσθαι. Καὶ τέλος σύμπαν τὸ ναυτικὸν τῶν Ῥωμαίων παραδόξως κατέπρησε. Κάτοπτρον γάρ τι πρὸς τὸν ἥλιον ἀνεκτείνας, τήν τε ἀκτῖνα αὐτοῦ ἐς αὐτὸ εἰσεδέξατο, καὶ τὸν ἀέρα ἀπ' αὐτῆς τῇ πυκνότητι καὶ τῇ λειότητι τοῦ κατόπτρου πυρώσας, φλόγα τε μεγάλην ἐξέκαυσε, καὶ πᾶσαν αὐτὴν ἐς τὰς ναῦς ὑπὸ τὴν τοῦ πυρὸς ὁδὸν ὁρμούσας ἐνέβαλε, καὶ πάσας κατέκαυσεν. Ἀπογνοὺς οὖν ὁ Μάρκελλος τὴν πόλιν αἱρήσειν διὰ τὸ τοῦ Ἀρχιμήδους εὐμήχανον, λιμῷ αὐτοὺς κατασχεῖν ἐκ προσεδρίας διεμελέτησε· καὶ ταύτας μὲν τῷ Πούλχρῳ ἐπέτρεψεν, αὐτὸς δ' ἐπὶ τοὺς συναποστάντας σφίσιν ἐτράπετο· καὶ τοῖς μὲν γνωσιμαχοῦσι συγγνώμην ἔνεμε, τοὺς δ' ἀνθισταμένους μετεχειρίζετο χαλεπῶς, καὶ συχνὰς μὲν τῶν πόλεων βίᾳ, τινὰς δὲ καὶ προδοσίᾳ ᾕρει. Ἐν τούτοις δ' Ἰμίλκων ἐκ Καρχηδόνος σὺν στρατῷ ἧκε, τὸν Ἀκράγαντά τε κατέσχε, καὶ τὴν Ἡράκλειαν, καὶ πρὸς Συρακούσας ἐλθὼν, ἡττήθη τε καὶ ἀντεπεκράτησε· καὶ τοῦ Μαρκέλλου ἐξαπίνης αὐτῷ προσπεσόντος, αὖθις ἐνικήθη.

A Fabius Campaniam et Samnium vastavit. Marcellus in Siciliam profectus, Syracusas obsedit. Quæ cum deditionem fecissent, dolo cujusdam propter falsum nuntium denuo defecerunt: ac iis, terra marique mœnia adortus, facillime potitus esset, nisi Archimedis machinæ obstitissent. Nam et lapides, et milites inde suspensos, subito et demittebat, et paulo momento retrahebat. Aliis quoque machinis injectis, naves et turres attrahebat: et in altum eductas subito demittebat, ut cum impetu in aquas relapsæ mergerentur. Denique totam Romanorum classem mirabiliter exussit. Speculo enim quodam versus solem suspenso, radios excepit: aereque ob densitatem et levitatem speculi ex iis radiis incenso, effecit, ut ingens flamma recta in naves illata omnes eas cremaret. Marcellus igitur, B ob Archimedis ingenium expugnatione desperata, diuturnitate obsidionis et fame urbem domare statuit, eaque Pulchro mandata, ipse ad defectionis eorum socios se convertit: ac pœnitentibus concessa venia, **425** resistentes aspere tractavit: multas urbes vi, quasdam proditione cepit. Interim Himilco Carthagine cum exercitu profectus, et Agrigento et Heraclea occupatis, ad Syracusas progressus, et victus est, et vicissim vicit: et subito Marcelli superventu denuo succubuit.

Ε'. Ἐντεῦθεν ὁ Μάρκελλος ταῖς Συρακούσαις ἐφήδρευεν· ὁ δ' Ἀννίβας ἐν τῇ Καλαβρίᾳ διέτριβεν. Οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι πολλὰ αὖθις καὶ δυσχερῆ πεπόνθασιν· οἵ τε γὰρ ὕπατοι πρὸς τῇ Καπύῃ ἔπταισαν, καὶ ὁ Γράκχος ἐν τῇ Λευκανίᾳ ἀπώλετο, καὶ οἱ Ταραντῖνοι καὶ ἄλλαι πόλεις ἀπέστησαν· καὶ ὁ Ἀννίβας, κατεπτηχὼς πρότερον, ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τε ἔμεινε, καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐστράτευσε, καὶ οἱ Σκιπίωνες ἄμφω διώλοντο. Ἐπαρθεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀννίβας ἐπεχείρησε τῇ Καπύῃ βοηθῆσαι, καὶ ἦλθε μέχρι Βενεβεντοῦ. Τὸν δὲ Κλαύδιον εἰς τὴν Λευκανίαν ἐκ τοῦ Σαμνίου διὰ τὸν τοῦ Γράκχου θάνατον ἀπεληλυθέναι πυθόμενος, καὶ φοβηθεὶς μή τινα αὐτῆς σφετερίσηται, οὐκέτι περαιτέρω προσεχώρησεν· ἐπ' ἐκεῖνον δ' ἐτράπετο. Τῶν Σκιπιώνων δὲ θανόντων, πᾶσα ἡ Ἰβηρία τετάρακτο. Καὶ οἱ μὲν ἑκουσίως πρὸς τοὺς Καρχηδονίους ἀπέκλινον, οἱ δὲ καὶ ἀναγκαζόμενοι, εἰ καὶ ὕστερον αὖθις πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπένευσαν. Ὁ δὲ Μάρκελλος, ἐπεὶ μηδὲν προσβάλλων ταῖς Συρακούσαις ἐπέραινε, τοιοῦτόν τι ἐπενόησεν. Ἦν τι τοῖς Συρακουσίοις τοῦ τείχους ἐπίμαχον, ὃ Γαλεάγραν ὠνόμαζον, ὃ πρὶν μὲν ἐλάνθανε τοιοῦτον ὂν, τότε δὲ ἐφωράθη. Τηρήσας οὖν τοὺς Συρακουσίους παννυχίδα τῇ Ἀρτέμιδι ἄγοντας πανδημεὶ, ἐκέλευσε στρατιώταις τισὶ κατ' ἐκεῖνο τὸ

C V. Dehinc Marcellus Syracusis assedit, Annibale in Calabria versante: Romani autem denuo multas clades acceperunt. Nam et coss. ad Capuam impegerunt, et Gracchus in Lucania periit, et Tarentini atque aliæ urbes defecerunt: et Annibal dudum territus, in Italia mansit, et contra Romam est profectus: et ambo Scipiones perierunt. His rebus elatus Annibal, opem ferre Capuæ statuens, Beneventum usque processit. Sed cum audisset Claudium ob Gracchi mortem e Samnio in Lucaniam transisse, veritus ne qua illic loca alienaret, omisso itinere, contra illum se convertit. Scipionum interitu tota Hispania est turbata: alii ultro, alii vi coacti, cum Carthaginiensibus se conjunxerunt, D qui post ad Romanorum amicitiam redierunt. Marcellus cum Syracusas oppugnando nihil proficeret, hujusmodi rem machinatus est. Erat Syracusani muri pars parum firma, quam Galeagram vocabant: quod cum prius ignoratum esset, tum animadversum est. Toto igitur populo Syracusano nocturnis Dianæ sacris operante, milites aliquot murum illum transcendere jussit. Qui cum portas aliquot aperuissent, atque alii quoque intrassent, simul omnes, tam qui intus quam qui foris erant, ex composito clamorem sustulerunt, hastis clypeos pulsan-

tes, et classica cecinerunt. Quibus rebus Syracusanis jam vino gravibus, subito exterritis, urbs capta est, præter Acradinam et Insulam. Marcellus partes captas diripit, reliquas oppugnat: et quanquam cum labore et tarde, tamen capit. Quibus Romani potiti, præter alios multos, etiam Archimedem occiderunt. Nam cum figuram quamdam delinearet, et hostes adesse audiret: *Caput*, inquit, *petant*, *lineam non petant;* ac militem jam astantem parum curavit, ab eoque, quod a linea discedere jussisset irato, cæsus est. Marcellus, Syracusis expugnatis, et magna **426** Siciliæ parte recuperata, magnam laudem assecutus est, et cos. designatus. Nam Torquatum illi quidem, filii sui interfectorem, elegerant: sed cum ille recusasset (neque enim se populi mores, neque populum ipsius imperium pati posse), Marcellum et Valerium Lavinium coss. crearunt.

A χωρίον ὑπερβῆναι τὸ τεῖχος. Κἀκ τούτου πύλαι τέ τινες ὑπ' αὐτῶν ἀνεῴχθησαν, καὶ εἰσελθόντων καὶ ἑτέρων, ἅμα πάντες ἀπὸ σημείου, καὶ οἱ ἔσω καὶ οἱ ἔξω, συνεβόησαν καὶ τοῖς δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουσαν, καὶ οἱ σαλπιγκταὶ προσεπήχησαν, ὥστε ἀθρόαν τὴν ἔκπληξιν τοῖς Συρακουσίοις μηδ' ἄλλως εὖ ἔχουσιν ὑπὸ μέθης συμβῆναι, καὶ τὴν πόλιν ἁλῶναι, πλὴν τῆς Ἀχραδινῆς καὶ τῆς Νήσου καλουμένης. Ὁ οὖν Μάρκελλος τά τε ἑαλωκότα διήρπασε καὶ τοῖς μὴ ἁλοῦσι προσέβαλε, καὶ σὺν πόνῳ μὲν καὶ χρόνῳ, ὅμως δ' οὖν καὶ τῶν λοιπῶν τῆς Συρακούσης ἐκράτησεν. Ἐγκρατεῖς δὲ τούτων οἱ Ῥωμαῖοι γενόμενοι ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ τὸν Ἀρχιμήδην ἀπέκτειναν. Διάγραμμα γάρ τι διαγράφων, καὶ ἀκούσας τοὺς πολεμίους ἐφίστασθαι, *Παρὰ κεφαλὰν*, B ἔφη, *καὶ μὴ παρὰ γραμμάν*. Ἐπιστάντος δὲ αὐτῷ πολεμίου, βραχύ τε ἐφρόντισε, καὶ εἰπὼν, Ἀπόστηθι, ἄνθρωπε, ἀπὸ τῆς γραμμῆς, παρώξυνέ τε αὐτὸν, καὶ κατεκόπη. Ὁ μὲν οὖν Μάρκελλος τὰς Συρακούσας ἑλὼν, καὶ τῆς ἄλλης Σικελίας τὰ πλείω προσαγαγόμενος, καὶ ἐπῃνεῖτο μεγάλως, καὶ ὕπατος ἀποδέδεικτο. Προεβάλοντο μὲν γὰρ τὸν Τουρκουάτον, ὅς ποτε τὸν υἱὸν ἀπέκτεινεν· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἀπηνήνατο, εἰπὼν ὡς Οὔτ' ἐὰν ἐγὼ τὰ ὑμέτερα ἁμαρτήματα, οὔτ' ἂν ὑμεῖς τὴν ἐμὴν ἀκρίβειαν ἐνέγκοιτε, τὸν Μάρκελλον καὶ Λαουΐνιον τὸν Οὐαλέριον ἐχειροτόνησαν.

VI. Marcello ex Sicilia digresso, copias equestres in eam misit Annibal, misere et Carthaginienses: et præliis aliquot victores, civitates quoque subegerunt, ac ni Cornelius Dolabella prætor supervenisset, totam Siciliam subegissent. Tum Capua quoque a Romanis capta est: quanquam Annibale per Latium Romam eunte, ut eos ab ejus urbis obsidione repelleret, et usque ad Tiberim progresso, et suburbanum agrum vastante. Romani autem, quamvis territi, tamen alterum consulem manere Capuæ, alterum Urbem defendere jusserunt. Ac Claudius Capuæ mansit (vulnus enim acceperat), Flaccus Romam properavit. Cæterum Annibale excursiones subinde in oculis civium faciente, et multa crudelia facinora edente, alio tempore satis habuerunt ipsam urbem tueri. Sed cum eodem tempore et in mœnia et in castra impetum facturus esset, alea jacta, ut aiunt, excurrerunt. Cum autem jam eminus dimicarent, serenitas in tempestatem ingentem cum turbine maximo, tonitribus, grandine et fulguribus est conversa: ut ambo exercitus, velut ex composito, cupide eo refugerent unde venerant. Vix arma posuerant, cum serenitas rediit. Annibal quamvis illa, ipsius conflictus tempore, non sine numine accidisse rebatur, tamen ab obsidione non destitit: sed cum denuo confligere instituisset, eademque acciderent, pertimuit: etiam eo obstupefactus, quod Romani in tanto discrimine constituti, neque Capuam relinquerent, et prætorem cum militibus in Hispaniam missuri essent: et quod pecunia egentes, præter alia, illud etiam solum publici agri, in quo castra habebat, vendidissent; desperataque expugnatione recessit, subinde exclamans, *O Cannæ! Cannæ!* ac ne Capuæ quidem opem amplius ferre voluit. Capuani vero, quanquam ad summas angustias **427** redacti, tamen desperata venia restiterunt, auxilio Annibalis per litteras im-

Ϛ'. Ἀπελθόντος δὲ τοῦ Μαρκέλλου ἐκ Σικελίας, δύναμιν ἱππέων ἐς αὐτὴν ὁ Ἀννίβας ἀπέστειλε, καὶ ἑτέραν οἱ Καρχηδόνιοι ἔπεμψαν, καὶ μάχαις τισὶν ἐνίκησαν καὶ πόλεις προσεποιήσαντο· καὶ εἴ γε μὴ Κορνήλιος Δολοβέλλας στρατηγὸς ἐπελήλυθε, πᾶσαν τὴν Σικελίαν ἐχειρώσαντο ἄν. Καὶ ἡ Καπύη δὲ τότε ἑάλω παρὰ Ῥωμαίων, καίτοι τοῦ Ἀννίβου ἐς τὴν C Ῥώμην ὁρμήσαντος ἵν' ἀπὸ τῆς Καπύης τοὺς πολιορκοῦντας αὐτὴν ἀπάξῃ, καὶ διὰ τῶν Λατίνων ἐλάσαντος καὶ πρὸς τὸν Τίβεριν ἐλθόντος καὶ πορθοῦντος τὰ πρὸ τοῦ ἄστεος. Οἱ γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐφοβήθησαν μὲν, ἐψηφίσαντο δὲ τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων ἐν Καπύῃ μεῖναι, τὸν δ' ἕτερον αὐτοῖς ἐπαμῦναι. Καὶ Κλαύδιος μὲν ἐν τῇ Καπύῃ κατέμεινεν (ἐτέτρωτο γάρ), Φλάκκος δὲ πρὸς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη. Τοῦ δ' Ἀννίβου τάς τε καταδρομὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἀεὶ ποιουμένου καὶ πολλὰ δεινὰ δρῶντος, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἠγάπων εἰ τά γε ἐντὸς τῶν τειχῶν περισώσαιντο. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς στρατοπέδοις ἅμα προσβαλεῖν ἔμελλεν, ἀνεῤῥίψαντο, τὸ τοῦ λόγου, κύβον, καὶ ἐπεξέδραμον. Καὶ ἀκροβολιζομένων ἤδη χειμὼν ἐξ αἰθρίας ἐξαίσιος D ἐπεγένετο μετὰ πνεύματος ἀμηχάνου, βροντῶν τε καὶ χαλάζης καὶ ἀστραπῶν, ὡς ἄμφω ἀγαπητῶς ὡς ἐκ συνθήματος ἀναφυγεῖν ὅθεν ὥρμησαν, ἄρτι τε τὰ ὅπλα κατετίθεντο, καὶ αἰθρία ἐγένετο. Ὁ γοῦν Ἀννίβας, καίτοι οὐκ ἀθεεὶ λογισάμενος παρὰ τὸν τῆς συνόδου καιρὸν συνενεχθῆναι τὰ γεγονότα, ὅμως οὐκ ἀπέστη τῆς πολιορκίας, ἀλλὰ καὶ αὖθις μετὰ τοῦτο συμβαλεῖν ἐπεχείρησεν. Ὡς δὲ καὶ τότε τὰ αὐτὰ συνέβη, κατέδεισε· καὶ προσεκπλαγεὶς ὅτι ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ ὄντες, οὔτε τῆς Καπύης ἀπέστησαν, καὶ ἐς τὴν Ἰβηρίαν καὶ στρατιώτας καὶ στρατηγὸν πέμψειν ἔμελλον, καὶ ὅτι χρημάτων δεηθέντες ἐπώλησαν ἄλλα τε καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύετο, δημόσιον ὂν, καὶ ἀπογνοὺς ἀπανέστη, πολλάκις ἀναβοήσας, *Ὦ Κάνναι, Κάνναι*, καὶ οὐδὲ τῇ Κα-

τῇ ἔτ' ἐπικουρῆσαι ἠθέλησεν. Οἱ δὲ, καίπερ ἐν ἀσθενεστάτοις ὄντες, ὅμως ἀπογνόντες ὡς οὐ τευξόμενοι συγγνώμης παρὰ Ῥωμαίων, ἀντεῖχον, καὶ τῷ Ἀννίβᾳ ἐπέστειλαν βοηθήσειν αὐτοῖς ἀξιοῦντες. Συλληφθέντες δὲ οἱ τῶν ἐπιστολῶν κομισταὶ παρὰ τοῦ Φλάκκου (ὁ γὰρ Κλαύδιος ἔφθη τεθνηκὼς ἐκ τοῦ τραύματος) τὰς χεῖρας ἀπετμήθησαν. Οὓς ἰδόντες οἱ Καμπανοὶ δεινῶς κατεπλάγησαν, καὶ ὅτι πράξουσιν ἐβουλεύοντο. Λεχθέντων δὲ πολλῶν, Ἰούβιός τις Οὔϊριος ἐν τοῖς πρώτοις αὐτῶν ὢν καὶ τῆς ἀποστάσεως αἰτιώτατος, *Μία ἡμῖν ἐστιν*, ἔφη, *καταφυγὴ καὶ ἐλευθερία, ὁ θάνατος. Καί μοι ἀκολουθήσατε οἴκαδε· ἔχω γάρ τι φάρμακον παρεσκευασμένον.* Καὶ ὁ μὲν, παραλαβὼν τοὺς αὐτῷ πεισθέντας, ἑκουσίως ἀπέθανε σὺν αὐτοῖς, καὶ οἱ λοιποὶ τὰς πύλας τοῖς Ῥωμαίοις B ἀνέῳξαν. Ὁ δὲ Φλάκκος τά τε ὅπλα αὐτῶν καὶ τὰ χρήματα πάντα ἀφείλετο, καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν κορυφαίων τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψε. Μόνων δ' ἀπέσχετο τῶν ἐκ τοῦ ὁμίλου περιλειφθέντων, ἐπὶ τῷ καὶ ἄρχοντα αὐτοὺς Ῥωμαίων λαμβάνειν, καὶ μήτε βουλὴν ἔχειν, μήτε σύνοδον ποιεῖσθαι. Ὕστερον δὲ καὶ ἄλλα τινὰ προσεπῶφλον, κατηγορῆσαι τοῦ Φλάκκου τολμήσαντες. Ἐπεχείρησαν δὲ καὶ οἱ Καμπανοὶ τοῦ Φλάκκου κατηγορῆσαι, καὶ τοῦ Μαρκέλλου οἱ Συρακούσιοι ὑπατεύοντος ἤδη, καὶ ἀπελογήσατο. Οὐ γὰρ ἠθέλησε πρᾶξαί τι τῶν τῇ ἀρχῇ προσηκόντων, πρὶν ἀπολογήσασθαι. Οἱ Συρακούσιοι δὲ, καταστάντες εἰς λόγους, οἰκονομικώτερον τῇ διαλέξει ἐχρήσαντο, οὐκ εἰς κατηγορίαν τοῦ Μαρκέλλου, ἀλλ' εἰς ἱκετείαν τραπέντες καὶ ἀπο- C λογίαν τοῦ μὴ ἑκόντες ἀποστῆναι Ῥωμαίων καὶ συγγνώμης τυχεῖν ἀξιοῦντες. Καὶ ταῦτα λέγοντες, εἰς τὴν γῆν πεσόντες ὠλοφύροντο. Καὶ διαγνώμης γενομένης, ἔδοξε τὸν Μάρκελλον μὲν μηδὲν ἀδικεῖν, τοὺς μέντοι Συρακουσίους φιλανθρωπίας τινὸς ἀξίους εἶναι, οὐκ ἐξ ὧν ἐποίησαν, ἀλλ' ἐξ ὧν εἶπόν τε καὶ ἱκέτευσαν. Τοῦ δὲ Μαρκέλλου παραιτησαμένου τὸ ἀπελθεῖν εἰς Σικελίαν, τὸν Λαουΐνιον ἔπεμψαν. Καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι οὕτω συγγνώμης ἔτυχον. Οἱ δὲ Καμπανοὶ ὑπ' ἀπαιδευσίας θρασύτερον τῇ κατηγορίᾳ χρησάμενοι, καὶ ἐπετιμήθησαν, μηδὲ παρόντος τοῦ Φλάκκου, ἀλλά τινος τῶν ὑπεστρατηγηκότων αὐτῷ ἀπολογησαμένου. Ἁλούσης δὲ τῆς Καπύης, καὶ τἄλλα τὰ πέριξ πολίσματα τοῖς Ῥωμαίοις προσκεχωρήκασι, πλὴν Ἀτελανῶν. D Οὗτοι γὰρ, ἐκλιπόντες τὴν πόλιν αὐτῶν, πανδημεὶ πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἐχώρησαν. Καὶ ἡ ἄλλη δὲ Ἰταλία ἡ τὰ τῶν Καρχηδονίων φρονοῦσα ἠλλοιοῦτο. Καὶ περιιόντες οἱ ὕπατοι προσεποιοῦντο αὐτήν. Ταραντῖνοι δὲ φανερῶς μὲν οὐδέπω τὰ τῶν Ῥωμαίων ᾑροῦντο· λάθρα δὲ τοῖς Καρχηδονίοις ἤχθοντο. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ διεκηρυκεύσαντο τῷ Ἀννίβᾳ ἀνταπόδοσιν τῶν αἰχμαλώτων ποιήσασθαι, οὐ κατηλλάξαντο δὲ αὐτοὺς, ἐπεὶ οὐκ ἐδέξαντο τὸν Καρθάλωνα τοῦ τείχους ἐντὸς, ὡς πολέμιον. Οὐδ' ἐς λόγους γὰρ αὐτοῖς ἐλθεῖν ἠθέλησεν, εὐθὺς δὲ ὠργισμένος ἀνέστρεψε. Τότε μέντοι καὶ ὁ Λαουΐνιος τοὺς Αἰτωλοὺς συμμαχοῦντας Φιλίππῳ προσηταιρίσατο, καὶ τὸν Φίλιππον μέχρι Κερκύρας προχωρήσαντα αὖθις ἐξεφόβησεν, ὥστε καὶ ἐς τὴν Μακεδονίαν τάχει ἐπανελθεῖν.

A plorato. Sed tabellarii a Flacco comprehensi (nam Claudius ex vulnere jam decesserat), manibus truncati sunt: quo Capuani viso perculsi, de summa rerum deliberabant. Multis verbis factis, Juvius Virius, vir princeps, defectionis præcipuus auctor: *Unum*, inquit, *nobis confugium et libertas est, mors. Vos me domum sequimini, venenum enim præparatum habeo.* Sic abductis iis secum, quibus ea sententia placebat, una cum illis ultro periit, cæteri portas Romanis aperuerunt: quibus Flaccus arma omnia et pecuniam omnem ademit: et principum virorum alios occidit, alios Romam misit, soli turbæ ex plebeiis reliquæ iis conditionibus pepercit, ut prætori Romano parerent, ut nullum senatum, nullum concilium haberent. Post etiam aliæ multæ impositæ, cum Flaccum accusare ausi essent, Campani quoque eumdem accusare instituerunt, et Syracusani Marcellum jam consulem. Is se defendit, nec ante eam defensionem quidquam pro auctoritate imperii gerere voluit. Verum Syracusani, dicendi potestate data, causam suam artificiose egerunt; omissaque Marcelli accusatione, ad preces conversi, se non ultro defecisse asserentes, veniam petiverunt. Quæ cum perorassent, in terram prolapsi et lamentati sunt. Suffragiis latis, Marcellus crimine solutus est: et decretum, Syracusanos clementius tractandos esse, non ob facta eorum, sed propter verba et supplicationes. Marcello redire in Siciliam recusante, Lavinium miserunt. Cum Syracusani hoc modo veniam impetrassent, Campani ex inscitia insolentius in consulem invecti, etiam objurgati et gravius multati sunt, absente Flacco, et quodam ex ejus legatis causam dicente. Capta Capua, etiam finitimæ civitates Romanis accesserunt, præter Atellanos. Hi enim, urbe deserta, cum uxoribus et liberis Annibalem adierunt. Etiam reliquæ Italiæ partes, Carthaginiensium studiosæ, mutabant animos, et a consulibus passim circumeuntibus recipiebantur. Tarentini autem nondum aperte cum Romanis faciebant, sed clam Carthaginiensibus
428 succensebant. Romani petitam ab Annibale captivorum permutationem non impetrarunt, ob Carthalonem, ut hostem, intra mœnia non receptum. Quamobrem is iratus, colloquio detrectato, statim recessit. Hoc tempore Lavinius Ætolos Philippi socios sibi conciliavit, et Philippum usque ad Corcyram progressum ita terruit, ut trepidus in Macedoniam se reciperet.

Ζ'. Οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ Γάϊον Κλαύδιον Νέρωνα εἰς τὴν Ἰβηρίαν μετὰ τῶν στρατιωτῶν ἔπεμψαν, καὶ ὃς περιεκομίσθη τῷ ναυτικῷ μέχρι τοῦ Ἴβηρος. Ἔνθα καὶ τὰ λοιπὰ στρατεύματα εὑρηκὼς, ἐπῆλθε τῷ Ἀσδρούβᾳ, πρὶν γνωσθῆναι ὅτι πάρεστι. Καὶ

VII. C. Claudius Nero cum militibus in Hispaniam missus est, et classe usque ad Iberum vectus: ubi cæteris etiam legionibus inventis, Asdrubalem, priusquam eum adesse nosset, oppressum circumvenit: sed deceptus est. Videns enim

Asdrubal se irretitum esse, caduceatoribus ad Neronem missis, se ea conditione dimitti petiit, ut tota Hispania excederet. Quam cum ille cupide accepisset, pactiones procrastinando, alios in alios montes dimisit. Qui cum evasissent, Romanis spe pacis excubias non habentibus, postridie ad Neronem in colloquium venit. Sed totum diem consumpsit, priusquam quidquam confirmaretur. Itidemque noctu alios dimisit, et sic aliis quoque diebus fecit, subinde aliquid in pactis cavillando. Denique et ipse cum equitatu et elephantis se subduxit, et Neroni formidabilis exstitit. Quo Romæ cognito, successor Neroni datus est. Cum autem dubitaretur, quis ejus loco mittendus esset (neque enim res quemlibet postulabat), et multi clade Scipionum deterrerentur : P. Scipio, is qui patrem vulneratum conservavit, ultro se ad illam expeditionem obtulit, juvenis virtute præstantissimus, et optime institutus : statimque est electus. Sed cum non multo post ejus judicii populum pœnituisset, tum ob ætatem (annum enim quartum et vicesimum agebat), tum propter domum ejus, patris et patrui interitu funestam : denuo in publicum progressus, pro concione patribus conscriptis ita satisfecit, ut imperium ei non adimerent, sed M. Junium, virum senem, collegam adjungerent. Post hæc res Romana non citra ærumnas in melius mutari cœpit. Marcellus enim, cum absolutus esset, Annibalem aggressus, pleraque caute administravit, cum desperatis **429** hominibus certare veritus. Sed si quando confligere necesse erat, prudentia magnanimitate temperata, superior evadebat. Annibal autem tum ea de causa, tum quod ab aliis sociis civitatibus desertus, ab aliis deserendus erat, tum propter alia quædam, ea loca quæ tueri nequibat, vastare instituit. Cumque multos vexasset, a pluribus deserebatur. In urbe autem Salapia tale quiddam accidit. Duo viri summæ rerum ibi præerant, inter se dissentientes. Nam Alinius Carthaginiensibus, Plautius Romanis studebat, et cum Alinio de urbe Romanis tradenda collocutus erat. Quod cum ille statim ad Annibalem detulisset, in jus adductus est Plautius. Annibale autem cum iis qui in consilio aderant, de ejus supplicio deliberante, ausus est in conspectu Pœni cum Alinio denuo de eadem re agere. Illo vero exclamante, *Ecce ecce, nunc etiam de proditione mecum agit :* propter rei absurditatem Annibal non credidit, eumque ut calumnia petitum absolvit. Absoluto eo, ambo consenserunt : et accersitis a Marcello militibus, Punicoque præsidio cæso, Romanis urbem tradiderunt. Hoc Italicarum rerum statu, Siculi nihilo plus faventes Carthaginiensibus, ad Lavinium consulem se conferebant. Carthaginiensibus qui in Sicilia erant Hanno præerat, sub eoque Mutinas militabat : qui cum pridem Annibali familiaris, ob magna virtutis opera edita, invidiam suscepisset, in Siciliam fuerat

A περιστοιχισάμενος αὐτὸν, ἠπατήθη. Ἰδὼν γὰρ ὁ Ἀσδρούβας, ὡς ἀπείληπται, προεκηρυκεύσατο πρὸς τὸν Νέρωνα, ὥστε τὴν Ἰβηρίαν πᾶσαν ἀφεθεὶς ἐκλιπεῖν. Ὡς δ' ἐκεῖνος τοὺς λόγους ἀσμένως ἐδέξατο, ἀναβαλλόμενος ἵνα τὰς συνθήκας τῇ ὑστεραίᾳ ποιήσηται, ὑπεξέπεμψε τῆς νυκτὸς ἄλλους ἄλλῃ τῶν ὀρῶν. Διεξελθόντων δ' ἐκείνων, ἅτε μὴ φυλακῆς οὔσης παρὰ τῶν Ῥωμαίων διὰ τὰς τῶν σπονδῶν ἐλπίδας, ἦλθε μὲν τῇ ἐπιούσῃ ἐς λόγους τῷ Νέρωνι, κατέτριψε δὲ πᾶσαν αὐτὴν, πρίν τι ἐπικυρωθῆναι. Καὶ αὖθις ἄλλους τῆς νυκτὸς ὁμοίως ἀπέπεμψε. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἄλλαις τισὶν ἡμέραις ὁμοίως πεποίηκεν, ἀμφισβητῶν τινα ἐν τῇ συμβάσει. Προελθόντων δὲ τῶν πεζῶν ἁπάντων, τέλος καὶ αὐτὸς σὺν τοῖς ἱππεῦσι καὶ τοῖς ἐλέφασιν ὑπεξεχώρησε· καὶ διασωθεὶς
B φοβερὸς αὖθις τῷ Νέρωνι ἐγένετο. Μαθόντες δὲ ταῦτα οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ τοῦ Νέρωνος μὲν κατέγνων, ἄλλῳ δέ τινι τὴν ἡγεμονίαν ἐψηφίσαντο ἐγχειρίσαι. Ἀπορούντων οὖν τίνα ἂν ἀποστείλωσιν (οὐ γὰρ τοῦ τυχόντος ἀνδρὸς ἐδεῖτο τὰ πράγματα), καὶ πολλοὶ τοῦτο διὰ τὸ τῶν Σκιπιώνων πάθος ἐξίσταντο, ὁ Σκιπίων (38) ἐκεῖνος ὁ Πούπλιος, ὁ τὸν πατέρα τρωθέντα σώσας, ἑαυτὸν ἐθελοντὴς εἰς τὴν στρατείαν ἐπέδωκεν. Ἦν δὲ καὶ ἀρετῇ κράτιστος καὶ παιδείᾳ λογιμώτατος· καὶ παραχρῆμα μὲν ᾑρέθη. Μεταμέλον δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον διά τε τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ (τέταρτον γὰρ καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῆς ζωῆς ἦγε) καὶ ὅτι καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ διὰ τὸν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ θείου ὄλεθρον ἐπένθει, ἦλθεν αὖθις εἰς τὸ κοινὸν καὶ ἐδημη-
C γόρησε, καὶ οἷς εἶπε καταιδέσας τοὺς τῆς βουλῆς, τὴν μὲν ἀρχὴν οὐκ ἀφῃρέθη· Μάρκος δὲ Ἰούνιος, ἀνὴρ γηραιὸς, προσεπέμφθη αὐτῷ. Τοῖς Ῥωμαίοις δὲ μετὰ ταῦτα τὰ πράγματα οὐκ ἀταλαιπώρως ἐχώρησεν εἰς τὸ βέλτιον. Ὁ γὰρ Μάρκελλος, ἐπειδὴ κατηγορηθεὶς ἀπελύθη, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν, καὶ τὰ μὲν πλεῖστα δι' ἀσφαλείας ἐποιεῖτο, δεδιὼς πρὸς ἀπονενοημένους ἀποκινδυνεῦσαι· εἰ δέ ποτε ἠναγκάσθη προσμίξαι, κρείττων ἐκ φρονήσεως εὐτολμίᾳ κεκραμένης ἐγένετο. Ὁ οὖν Ἀννίβας διά τε ταῦτα, καὶ ὅτι αἱ πόλεις αἱ συμμαχοῦσαι αὐτῷ αἱ μὲν ἐγκαταλελοίπεσαν αὐτὸν, αἱ δὲ διενοοῦντο, καὶ δι' ἕτερ' ἄττα, κακῶσαι τὰ χωρία ἃ μὴ κατέχειν οἷος ἦν ἐπεχείρησε, καὶ πολλοῖς ἐλυμήνατο, καὶ πλείους διὰ τοῦτο ἀφίσταντο. Περὶ δὲ Σαλαπίαν πό-
D λιν τοιοῦτον δέ τι συνέπεσε. Δύω ἄνδρες τὰ πράγματα αὐτῶν εἶχον, διάφοροί τε ἀλλήλοις ἦσαν. Καὶ Ἀλίνιος μὲν τὰ τῶν Καρχηδονίων ἐφρόνει, Πλαύτιος δὲ τὰ τῶν Ῥωμαίων, ὃς καὶ διελέχθη τῷ Ἀλινίῳ περὶ προδοσίας τῆς εἰς Ῥωμαίους. Μηνύσαντός τε εὐθὺς ἐκείνου τῷ Ἀννίβᾳ ταῦτα, ἐς δίκην ὑπήχθη ὁ Πλαύτιος. Βουλευομένου δὲ τοῦ Ἀννίβου μετὰ τῶν συνέδρων, ὅπως αὐτὸν κολάσει, ἐτόλμησεν ἐπ' ὄψει αὐτοῦ τῷ Ἀλινίῳ πέλας που ὄντι περὶ προδοσίας αὖθις εἰπεῖν. Ἀναβοήσαντος δ' ἐκείνου, *Ἴδε, ἴδε, καὶ νῦν μοι περὶ αὐτοῦ τούτου λαλεῖ·* οὐκ ἐπίστευσεν ὁ Ἀννίβας διὰ τὸ ἄτοπον, ἀλλὰ καὶ ὡς συκοφαντούμενον αὐτὸν ἀπέλυσεν. Ἀφεθέντος δὲ, ὁμο-

Variæ lectiones et notæ.

(38) Ὁ Σκιπίων. Excerpta Dionis Valesiana, p. 602.

νόησαν ἄμφω· καὶ στρατιώτας παρὰ τοῦ Μαρκέλλου ἐπαγαγόμενοι, τήν τε φρουρὰν τῶν Καρχηδονίων κατέκοψαν, καὶ τὴν πόλιν τοῖς Ῥωμαίοις παρέδοσαν. Καὶ οὕτω μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔσχον τοῖς Καρχηδονίοις τὰ πράγματα, καὶ οὐδ' ἡ Σικελία ἦν εὐνοοῦσα αὐτοῖς, ἀλλὰ τῷ ὑπάτῳ τῷ Λαουινίῳ προσεχώρουν. Ἡγεῖτο μὲν γὰρ τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ Καρχηδονίων Ἄννων· συνεστρατεύετο δὲ αὐτῷ καὶ Μουτίνας. Ὃς συνὼν τῷ Ἀννίβᾳ πρώην, καὶ φθονηθεὶς, ὅτι μεγάλα ἔργα ἀρετῆς ἐπεδείκνυτο, ἐς Σικελίαν ἐπέμφθη. Ὡς οὖν κἀκεῖ λαμπρῶς ἱππάρχει, φθόνον καὶ πρὸς τοῦ Ἄννωνος ὦφλε, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἱππαρχίας ἐπαύθη. Περιαλγὴς γοῦν διὰ ταῦτα γενόμενος, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπέκλινε. Καὶ πρῶτον μὲν προδοσίαν Ἀκράγαντος συνέπραξε σφίσιν. Εἶτα καὶ τἄλλα συγκατειργάσατο, ὥστε πᾶσαν αὖθις τὴν Σικελίαν ὑπ' αὐτοὺς ἄνευ μεγάλου πόνου γενέσθαι.

A ablegatus. Sed ne ibi quidem magister equitum rebus præclare gestis, Hannonis invidia evitata, magistratu abire coactus est. Quibus injuriis exacerbatus ad Romanos se contulit : ac primum adjumento fuit, ut eis Agrigentum proderetur. Deinde in aliis quoque rebus navavit operam, ut totam Siciliam absque magno labore recuperarent.

Η'. Ὁ δὲ Φάβιος καὶ ὁ Φλάκκος, ἄλλας τε πόλεις πολλὰς, καὶ τὸν Τάραντα, τοῦ Ἀννίβου κατέχοντος αὐτὸν, ἐχειρώσαντο. Κελεύσαντες γάρ τισι τὴν Βρεττίαν κατατρέχειν, ἵν' ὁ Ἀννίβας εἰς ἐπικουρίαν αὐτῆς ἀπάρῃ ἐκ Τάραντος, ἐπεὶ τοῦτο ἐγένετο, Φλάκκος μὲν ἐκεῖνον ἐπετήρει, Φάβιος δὲ ἐν τούτῳ νυκτὸς τῷ Τάραντι ταῖς τε ναυσὶν ἅμα καὶ τῷ πεζῷ προσβαλὼν, τῇ τε προσβολῇ καὶ τῇ προδοσίᾳ εἷλε τὴν πόλιν. Ὁ οὖν Ἀννίβας διὰ τὴν ἀπάτην ἀχθόμενος, ἀντεπιβουλεῦσαι τῷ Φαβίῳ ἐσπούδασε. Καὶ ἐπιστολὴν αὐτῷ ἐκ Μεταποντίου ὡς παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως ἔπεμψεν, ἐλπίσας ἀπερισκέπτως αὐτὸν προσιόντα ἐνεδρεύσειν. Καὶ ὃς ὑπετόπησε τὸ πραττόμενον, καὶ παραβαλὼν τὰ γράμματα ταῖς ἐπιστολαῖς ἃς τοῖς Ταραντίνοις ποτὲ ἐγεγράφει, κατεφώρασεν ἐκ τῆς αὐτῶν ὁμοιότητος τὸ ἐπιβούλευμα. Σκιπίων δὲ τὸν ἄλλον χρόνον, εἰ καὶ τιμωρῆσαι τῷ πατρὶ καὶ τῷ θείῳ ἐγλίχετο, καὶ τῆς τοῦ πολέμου δόξης ὠρέγετο, ἀλλ' οὐκ ἠπείγετο διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων. Ἐπεὶ δ' ᾔσθετο αὐτοὺς χειμάζοντας πόῤῥω ποι, ἐκείνους μὲν εἴα, ἐς δὲ τὴν Καρχηδόνα τὴν ταύτῃ ὥρμησεν· οὐ μέντοι τις τὸ παράπαν τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ ἔγνωκε πρὶν πρὸς αὐτῇ τῇ Καρχηδόνι γενέσθαι, καὶ ἔλαβε σὺν πόνῳ τὴν πόλιν. Ἁλούσης δὲ τῆς Καρχηδόνος, στάσις μεγίστη μικροῦ τῶν στρατιωτῶν ἐγένετο ἄν. Τοῦ γὰρ Σκιπίωνος στέφανον ὑποσχομένου δώσειν τῷ πρώτῳ τοῦ τείχους ἐπιβάντι, δύω ἄνδρες, ὁ μὲν Ῥωμαῖος, ὁ δ' ἐκ τῶν συμμάχων περὶ αὐτοῦ ἠμφισβήτησαν. Διαφερομένων δ' ἐκείνων, καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος ἐθορυβήθη, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐταράχθησαν, ὥστε καὶ δεινόν τι δρᾶσαι, εἰ μὴ ὁ Σκιπίων καὶ ἄμφω ἐστεφάνωσε, καὶ συχνὰ μὲν τοῖς στρατιώταις διέδωκε, συχνὰ δὲ καὶ τοῖς δημοσίοις προσένειμε, καὶ τοὺς ἐκεῖ κατεχομένους ὁμήρους προῖκα πάντας τοῖς οἰκείοις ἀπέδωκεν. Ὅθεν πολλοὶ μὲν δῆμοι, πολλοὶ δὲ καὶ δυνάσται αὐτῷ προσεχώρησαν, καὶ τὸ τῶν Κελτιβήρων ἔθνος πρὸς τοῖς λοιποῖς. Παρθένον γὰρ ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις λαβὼν κάλλει ἐπιφανῆ, ἐνομίσθη μὲν ἔσεσθαι αὐτῆς ἐν ἔρωτι· μαθὼν δὲ ὅτι τινὶ τῶν ἐν τέλει Κελτιβήρων ἐγγεγύηται, μετεπέμψατο αὐτὸν, καὶ τὴν νεᾶνιν παραδέδωκε, προσεπιδοὺς καὶ τὰ λύτρα ἃ οἱ προσήκοντες αὐτῇ προσεκόμισαν. Κἀκ τούτου καὶ ἐκείνους καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνηρτήσατο. Μαθὼν δὲ τὸν Ἀσδρούβαν τὸν τοῦ Ἀννίβου ἀδελφὸν σπουδῇ ἰόντα, καὶ ἀγνοοῦντα ἔτι τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν,

VIII. At Fabius et Flaccus, cum alias urbes, tum Tarentum, tenente tum Annibale, subegerunt. B Nam cum Brutios incursare quosdam jussissent, eaque de causa Annibal, relicta urbe, illis suppetias iret, Flaccus illum observat : Fabius interim noctu impetu terra marique facto, partim vi, partim proditione Tarentum cepit. Quem dolum 430 ægre ferens Annibal, pari dolo Fabium ulcisci statuit, eique litteras Metapontinorum civium nomine scribit de prodenda civitate : eum temere accedentem, in insidias delapsurum esse ratus. Verum ille suspicatus quid rei esset, litteris iis cum illis comparatis, quas aliquando Tarentinis scripserat, insidias ex earum similitudine deprehendit. Enimvero Scipio, quamvis et patris et patrui cædem ulcisci cupiens, et belli gloriam ex- C petens, non tamen properavit, ob hostium multitudinem : sed cum eos longe in hibernis abesse cognovisset, omissis eis, tanta celeritate et circumspectione novam Carthaginem contendit, ut ejus adventus non prius resciretur quam adesset, urbemque non sine labore cepit. Ea expugnata, pene maxima inter milites orta esset seditio. Nam cum Scipio ei qui primus murum conscendisset, coronam pollicitus esset, duo viri, alter Romanus, alter ex sociis, eam sibi laudem vindicarunt ; ac studiis multitudinis contentio ad maximum tumultum processit. Et haud dubie gravius aliquid accidisset, ni Scipio utrumque coronasset. Idem multa militibus, multa rebus publicis largitus est ; et obsides, qui ibi tenebantur, omnes suis sine pretio D reddidit. Quo factum, ut multæ civitates, multi dynastæ se ad fidem ejus contulerint, et præter cæteros Celtiberi. Nam cum inter captivos virginem excellenti forma cepisset, eam adamaturus putabatur. Sed cum principi cuidam apud Celtiberos desponsam esse cognovisset, accito sponso, puellam ei tradidit, una cum pecunia, quam ejus necessarii pro ea redimenda contulerant. Quo facto, et illos et cæteros sibi conciliavit. Asdrubali fratri Annibalis, quem propere adventare cognorat, captam esse urbem adhuc ignoranti, et nihil in itinere hostile timenti, occurrit ; eoque superato et castris ejus occupatis, multos illius loci ad suam amicitiam pellexit. Nam in re bellica acer erat, in familiaribus congressibus lenis, resistentibus for-

midabilis, cedentibus perquam humanus. Verum ob illud maxime ab omnibus honorabatur, quod veluti numine afflatus prædixisset, se in hostili agro castrametaturum **431** esse. Ab Hispanis autem rex magnus appellabatur. Asdrubale, desperata Hispania, in Italiam abituro, et hieme collectis vasis discedente, ejus collegæ, loco non mutato, negotium Scipioni facessebant, ut neque Asdrubalem persequeretur, neque in Italiam profectus, Romanos belli parte levaret, neque Carthaginem trajiceret. Scipio Asdrubalem abeuntem non est persecutus, sed per cursores ejus adventu Romam nuntiato, ea quæ tempus postulabat administravit. Et quia videbat, hostes in provincia variis locis dispersos esse, veritus ne ab aliquo omnes eorum copiæ in unum conducerentur, ipse contra Asdrubalem Gisgonis filium est profectus, Sillanum in Celtiberiam contra Magonem, L. Scipionem fratrem in Bastitaniam misit; qui et illam bello cepit, et Magonem vicit; eumque ad Asdrubalem fugientem persecutus, ad Scipionem rediit, qui nondum quidquam gesserat. Cum Mago ad Asdrubalem, Lucius ad fratrem Scipionem venisset, primum equitatu in campos decurrentes dimicabant. Deinde totos exercitus instruxerunt, nec tamen ad manus ventum est; idque per dies complures factum. Sed aliquando pugna commissa, Carthaginiensibus eorumque sociis victis, captaque munitione, Romani commeatu ibi invento usi sunt, id quod Scipio triduo ante vaticinatus esse fertur. Nam cum rebus necessariis destituerentur, prædixit (qua vero arte, ignoratur) se in eum diem hostium cibariis usuros esse. Post hæc, Sillano contra hostium reliquias relicto, alias urbes multas sibi adjunxit; ordinatisque rebus, in Hispania hibernavit, L. fratrem Romam misit, ut et res gestas nuntiaret, et captivos eo adduceret, eademque opera exploraret, quæ de se Romanorum esset opinio.

A καὶ μηδὲν προσδοκῶντα κατὰ τὴν πορείαν πόλεμον, προϋπήντησεν αὐτῷ, καὶ ἐν τῷ στρατοπέδῳ αὐτοῦ κρατήσας ἐνηυλίσατο, καὶ πολλοὺς τῶν ἐκεῖ προσεποιήσατο. Ἦν μὲν γὰρ ἐν ταῖς στρατηγίαις δεινός, ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις ἐπιεικής, καὶ ἐς μὲν τοὺς ἀνθισταμένους φοβερός, ἐς δὲ τοὺς ὑπείκοντας καὶ μάλα φιλάνθρωπος. Μάλιστα δ' ὅτι καὶ ἐθείασε, προειπὼν ὡς ἐν τῇ τῶν πολεμίων στρατοπεδεύσοιτο, πάντες ἐτίμων αὐτόν. Οἱ δ' Ἴβηρες καὶ βασιλέα μέγαν ὠνόμαζον. Ὁ δ' Ἀσδρούβας ἀπελπίσας τὴν Ἰβηρίαν ἀπᾶραι πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἐβούλετο. Καὶ ἐν τῷ χειμῶνι συσκευασάμενος ὁ μὲν ὥρμητο, οἱ δὲ συστράτηγοι αὐτοῦ κατὰ χώραν μείναντες, ἀσχολίαν τῷ Σκιπίωνι παρεῖχον, ὥστε μὴ τὸν Ἀσδρούβαν ἐπιδιῶξαι, μήτε τοῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Ῥωμαίοις ἐπι-
B κουφίσαι τὸν πόλεμον γινομένοις ἐκεῖ, ἢ πρὸς τὴν Καρχηδόνα πλεῦσαι. Ὁ δὲ Σκιπίων τὸν μὲν Ἀσδρούβαν οὐκ ἐπεδίωξε· πέμψας δὲ δρομοκήρυκας, τὴν πρόσοδον αὐτοῦ τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ δι' αὐτῶν προεκήρυξεν, αὐτὸς δὲ τῶν ἐν χερσὶν εἴχετο. Καὶ ὁρῶν τοὺς ἐναντίους πολλαχῇ τῆς χώρας ὄντας, ἐδεδίει μή τισιν αὐτῶν προσμίξας εἰς ἓν ἅπαντας συναγάγῃ ἀλλήλοις ἐπικουρήσοντας. Αὐτὸς μὲν οὖν ἐστράτευσεν ἐπ' Ἀσδρούβαν τὸν Γίσγωνος· Σιλανὸν δὲ ἐς Κελτιβηρίαν ἐπὶ Μάγωνα, καὶ Λούκιον Σκιπίωνα τὸν ἀδελφὸν ἐς Βαστιτανίαν ἔπεμψεν, ὃς ἐκείνην τε πολέμῳ κατέσχε, καὶ τὸν Μάγωνα ἐνίκησε. Καὶ φεύγοντι αὐτῷ πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν ἐπακολουθήσας, ἦλθε πρὸς τὸν Σκιπίωνα, μήπω μηδὲν διαπεπραγμέ-
C νον. Ἐλθόντων οὖν τοῦ τε Μάγωνος πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν, καὶ τοῦ Λουκίου πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν Σκιπίωνα, τὰ μὲν πρῶτα τῷ ἱππικῷ καταθέοντες εἰς τὰ πεδία διεμάχοντο· εἶτα καὶ ὅλῳ τῷ στρατεύματι ἀντιπαρετάσσοντο, οὐ μὴν καὶ ἐμάχοντο, καὶ ἐπὶ πλείους ἡμέρας τοῦτο ἐγίνετο. Συμβολῆς δέ ποτε γινομένης, οἵ τε σύμμαχοι τῶν Καρχηδονίων καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι ἡττήθησαν, καὶ τὸ ἔρυμα αὐτῶν παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἑάλω, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ἐπιτηδείοις οἱ Ῥωμαῖοι ἐχρήσαντο, ὃ πρὸ τριῶν ἡμερῶν ὁ Σκιπίων, ὡς λόγος ἐστὶν, ἐπεφοιβάσεν. Ἐπιλιπόντων γὰρ αὐτοῖς τῶν πρὸς τροφὴν προεῖπεν (ὅθεν δ' ἠγνόηται) ὡς Κατὰ τήνδε τὴν ἡμέραν τοῖς τῶν πολεμίων χρησόμεθα. Μετὰ ταῦτα δὲ τοῖς περιλειφθεῖσι τῶν ἐναντίων τὸν Σιλανὸν καταλιπὼν, αὐτὸς πρὸς τὰς ἄλλας ἀπῄει πόλεις, καὶ πολλὰς προσηγάγετο. Καταστήσας δὲ τὰ ἑαλωκότα, αὐτὸς μὲν ἐκεῖ διεχείμασε· τὸν δὲ Λούκιον τὸν ὁμαίμονα ἐπὶ Ῥώμην ἀπέστειλε καταγγελοῦντά τε τὰ γενόμενα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους κομίζοντα καὶ ὅπως οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ φρονοῦσι περὶ αὐτοῦ πολυπραγμονήσοντα.

IX. Verum Italiam morbus vexabat, et pugnæ afflixerant, ob motus Tyrrhenorum quorumdam; sed majorem luctum attulerat Marcelli interitus. Nam cum ambo coss. contra Annibalem Locris agentem exercitum ducerent, per insidias circumventi sunt, et Marcellus statim occubuit, Crispinus non multo post ex vulnere decessit Annibal vero, Marcelli cadavere **432** invento, et ejus sigillo accepto, litteris ejus nomine ad urbes scriptis, quidquid volebat obtinuit; donec Crispinus, eo cognito, illos monuit, ut sibi caverent. Unde res Annibali vertit in contrarium. Nam cum Salapianis per transfugam scripsisset, Marcellum noctu ad mœnia accedere, et Romana lingua una cum aliis eam

D Θ'. Οἱ δ' ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἐκ νόσου ἐπόνησαν, καὶ μάχαις ἐταλαιπώρησαν, Τυρσηνῶν νεωτερισάντων τινῶν. Μεῖζον δὲ τῶν ἄλλων αὐτοὺς ἐλύπησεν ὅτι τὸν Μάρκελλον ἀπέβαλον. Ἐπιστρατεύσαντες γὰρ κατὰ τοῦ Ἀννίβου τυγχάνοντος ἐν Λοκροῖς, καὶ ἄμφω οἱ ὕπατοι ἐξ ἐνέδρας περιστοιχισθέντες, ὁ μὲν Μάρκελλος αὐτίκα ἀπώλετο· Κρισπῖνος δὲ τρωθεὶς ἀπέθανεν οὐ μετὰ πολύ. Εὑρηκὼς δὲ τὸ τοῦ Μαρκέλλου σῶμα ὁ Ἀννίβας, καὶ τὸν δακτύλιον αὐτοῦ εἰληφὼς, ᾧ ἐκεῖνος τὰς γραφὰς ἐπεσφράγιζε, γράμματα ἐς τὰς πόλεις ὡς παρ' ἐκείνου στελλόμενα ἔπεμπε, καὶ ὅσα ἐβούλετο διεπράττετο· μέχρις οὗ τοῦτο γνοὺς ὁ Κρισπῖνος, ἀντιπαρήγγειλεν αὐτοῖς φυλάσσεσθαι, ὅθεν ἀντιπεριέστη τῷ Ἀννίβᾳ τὸ

A πρᾶγμα. Ἐπεὶ γὰρ τοῖς ἐν τῇ Σαλπίᾳ δι' αὐτομόλου δῆθεν ἦν ἐπιστείλας ὡς ὁ Μάρκελλος νυκτὸς προσήξει τοῖς τείχεσι, τῇ τε τῶν Λατίνων κεχρημένος φωνῇ σὺν ἄλλοις ἐπισταμένοις αὐτὴν, ἵνα Ῥωμαῖοι δόξωσιν εἶναι. Μαθόντες δὲ οἱ Σαλπηνοὶ τὴν ἐπιτέχνησιν αὐτοῦ, ἀντετεχνήσαντο πιστεύειν δῆτως προσιέναι τὸν Μάρκελλον. Καὶ ἀνασπάσαντες τὸν καταῤῥάκτην, εἰσήγαγον ὅσους αὐτοῖς ἔδοξεν ἱκανοὺς εἶναι κατεργασθῆναι παρ' αὐτῶν, καὶ πάντας ἀπέκτειναν. Ὁ δὲ Ἀννίβας ἀπῆρεν αὐτίκα, μαθὼν τοὺς Λοκροὺς πολιορκουμένους παρὰ Ῥωμαίων ἐκ Σικελίας ἐπιπλευσάντων. Καὶ Πούπλιος δὲ Σουλπίκιος μετὰ Αἰτωλῶν καὶ συμμάχων ἑτέρων πολλὰ τῆς Ἀχαΐας ἐπόρθησε. Τοῦ δὲ Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος τοῖς Ἀχαιοῖς συμμαχήσαντος, παντελῶς ἂν τῆς B Ἑλλάδος ἐξηλάθησαν οἱ Ῥωμαῖοι, εἰ μὴ τοῦ κράνους τοῦ Φιλίππου περιῤῥυέντος, οἱ Αἰτωλοὶ τοῦτο ἔσχον, καὶ φήμης εἰς τοὺς Μακεδόνας γενομένης ὡς τέθνηκε, στάσις τε γέγονεν ἐκεῖ, καὶ ἐφοβήθη μὴ τῆς βασιλείας στερηθῇ, καὶ πρὸς Μακεδονίαν ἠπείχθη. Ἐντεῦθεν οἱ Ῥωμαῖοι τῇ Ἑλλάδι προσέμειναν, καί τινων ἐκράτησαν πόλεων. Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ὡς ὁ Ἀσδρούβας ἠγγέλλετο προσιὼν, οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰς δυνάμεις τε ἤθροιζον, καὶ τοὺς συμμάχους σφῶν μετεπέμποντο, ὑπάτους Κλαύδιόν τε Νέρωνα καὶ Λιούϊον τὸν Μάρκον ἑλόμενοι. Καὶ Νέρωνα μὲν ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν, Λιούϊον δὲ ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν ἔπεμψαν, ὃς αὐτῷ πρὸς τῇ Σένῃ τῇ πόλει ἀπήντησεν. Οὐ μέντοι καὶ εἰς χεῖρας εὐθὺς ἦλθεν, ἐπὶ πολλὰς δὲ ἡμέρας κατὰ χώραν ἔμεινεν. C Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ἀσδρούβας τὴν μάχην κατήπειξεν, ἡσύχαζε δὲ τὸν ἀδελφὸν ἀναμένων. Ὁ Νέρων δὲ καὶ ὁ Ἀννίβας εἰς Λευκανίαν ἐστρατοπεδεύοντο, καὶ οὐδέτερος πρὸς παράταξιν ὥρμησεν, ἄλλως δὲ ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ᾔεσαν. Καὶ ὁ Ἀννίβας πυκνὰ μετανίστατο, καὶ ὁ Νέρων ἀκριβῶς αὐτὸν παρετήρει. Κρείττων οὖν ἀεὶ αὐτοῦ γινόμενος, καὶ τὰ γράμματα τὰ παρὰ τοῦ Ἀσδρούβου αὐτῷ πεμφθέντα ἑλὼν, τοῦ μὲν Ἀννίβου κατεφρόνησε· δείσας δὲ μὴ τὸν Λιούϊον ὁ Ἀσδρούβας τῷ πλήθει καταβιάσηται, μέγα πρᾶγμα ἐτόλμησε. Καὶ κατέλιπε μὲν μοῖραν ἐκεῖ, ἀποχρῶσαν εἴργειν τὸν Ἀννίβαν εἴ πη κινηθείη, ἐντειλάμενος πάντα ποεῖν ἵνα καὶ αὐτὸς νομίζοιτο ἐνδημεῖν· τὸ δὲ καθαρώτατον τοῦ D στρατοῦ ἀπολέξας, ὥρμησεν ὡς πλησιοχώρῳ πόλει τινὶ προσμίξων, οὐδ' ᾔδει τις τὴν διάνοιαν αὐτοῦ. Καὶ ἠπείχθη ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν, καὶ ἀφίκετο νυκτὸς πρὸς τὸν συνάρχοντα, καὶ ἐν τῇ ταφρείᾳ τῇ αὐτοῦ συνεσκήνησε. Καὶ παρεσκευάζοντο ἄμφω, ἵν' αἰφνίδιον αὐτῷ συνεπίθωνται. Οὐκ ἔλαθον δὲ, ἀλλ' ἐτεκμήρατο τὸ γεγενημένον ὁ Ἀσδρούβας ἀπὸ τῶν παραγγέλσεων διττῶν γινομένων. Ἰδίᾳ γὰρ ἕκαστος τῶν ὑπάτων παρήγγελλέ τι τοῖς ἑαυτοῦ. Ὑποπτεύσας οὖν ἡττῆσθαι τὸν Ἀννίβαν καὶ ἀπολέσθαι (περιόντος γὰρ ἐκείνου οὐκ ἂν ἐπ' αὐτὸν ὁρμῆσαι τὸν Νέρωνα ἐλογίζετο), ἔγνω πρὸς τοὺς Γαλάτας ἀπαναχωρῆσαι, καὶ ἐκεῖ τὰ περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀκριβώσασθαι καὶ οὕτω κατὰ σχολὴν πολεμῆσαι. Καὶ ὁ μὲν παραγγείλας τῷ στρατεύματι ἀναστῆναι, νυκτὸς

scientibus uteretur, ut pro Romanis haberentur; Salapiani, ejus artificio cognito, hac arte vicissim usi sunt, ut se Marcellum adesse credere simularent; clathrisque attractis, tot in urbem admiserunt, quot vincendis se pares esse rebantur, eosque omnes occiderunt. Annibal vero, cum Locros a Romanis ex Sicilia profectis obsideri audisset, statim recessit. P. Sulpicius autem cum Ætolis et aliis sociis magnam Achaiæ partem vastavit. Sed cum Philippus Achæis opem tulisset, Romani tota Græcia pulsi essent, nisi, Ætolis galea Philippi potitis, de ejus interitu rumor apud Macedones sparsus esset, ortaque ibi seditio. Veritus enim, ne regno privaretur, in Macedoniam properavit. Ita factum, ut Romani in Græcia perseverantes, urbibus aliquot potirentur. Sequenti anno, cum Asdrubalis adventus nuntiaretur, Romani legiones convocabant, et socios suos accersebant, Claudio Nerone et Marco Livio coss. creatis Ac Neronem contra Annibalem, Livium contra Asdrubalem miserunt, qui ei circa Senam urbem occurrit; non tamen statim ad manus venit, sed per dies complures in castris se continuit. Neque Asdrubal pugnam ursit, quietus fratrem exspectans. Nero autem et Annibal in Lucania castra habentes, non justa acie, sed tumultuariis duntaxat pugnis sunt congressi. Annibalem autem locum subinde mutantem, accurate observavit Nero, semper eo superior; et litteris fratris ejus Asdrubalis interceptis, Annibale contempto, veritus ne Asdrubal multitudine hominum Livio vim faceret, magnum facinus ausus est. Relicta enim ibi tanta militum parte, quanta ad reprimendum Annibalem satis esset, si quid movisset, mandavit, ut omnia ita agerent, ut ipse præsens esse putaretur. Assumptaque lectissima parte exercitus, quasi finitimum oppidum oppugnaturus, **433** nemine consilii conscio, adversus Asdrubalem properans, noctu ad collegam venit, in ejusque vallo pernoctavit; amboque se parantes, ut hostem ex improviso aggrederentur, Asdrubalem non latuerunt. Cum enim uterque consul milites suos seorsim cohortaretur, animadvertit quid rei esset; et Annibalem victum cæsumque esse suspicatus (illo enim superstite, Neronem contra se nunquam iturum fuisse), ad Gallos abire statuit, et illic statu fratris explorato, bellum per otium administrare. Itaque militibus itinere denuntiato, , noctu discessit. Id consules ex tumultu suspicati, non tamen propter tenebras se statim commoverunt; sed sub auroram equitibus ad eum persequendum præmissis, ipsi subsecuti, Asdrubalem equites aggressum (solos enim eos esse putabat) superventu suo in fugam verterunt, et fugientes persecuti, multos occiderunt, ab elephantis nihil adjutos. Horum enim aliqui vulnerati, cum plus mali eis darent quam hostes, Asdrubal sessores eorum monuit, ut vulneratos statim occiderent, id quod facile fiebat, cum ferreo aculeo sub aure pungebantur. Sic belluæ a Carthaginiensibus, viri a

A venerant, facilius etiam cæteros ad officium reduxit, ingenue peccatum suum agnoscentes. Andriscus vero in Thraciam profugus, reparatis copiis cum Metello, progrediente qua res ferebat, conflixit: suisque propugnatoribus profligatis, sociisque dissipatis, a Byzo Thrace proditus, pœnas dedit. Sed et Alexander quidam Persei filium se professus, regionem Mesto flumini adjacentem occupavit: quem Metellus usque in Dardaniam est persecutus.

ΚΘʹ. Ἐπὶ δὲ τοὺς Καρχηδονίους οἱ Ῥωμαῖοι Πείσωνα τὸν ὕπατον ἔστειλαν, ὃς τῇ μὲν Καρχηδόνι καὶ τῷ Ἀσδρούβᾳ οὐ προσέμιξεν, ἐπὶ δὲ τὰς παραλίους πόλεις ἐτράπετο· καὶ τῆς μὲν Ἀσπίδος ἀπεκρούσθη, τὴν δὲ Νέαν πόλιν ἑλών, κατέσκαψεν· ἐπὶ δὲ Ἱππῶνα (55) πόλιν ὁρμήσας κατέτριψε τὸν καιρὸν μηδὲν περάνας. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι ἀνεθάρσησαν διὰ ταῦτα, καὶ ὅτι καί τινες αὐτοῖς προσεγίνοντο σύμμαχοι. Μαθόντες οὖν ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι οἵ τε ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ οἱ ἐν τῇ πόλει, ἐπὶ τὸν Σκιπίωνα ὥρμησαν καὶ ὕπατον ἐψηφίσαντο, καίτοι τῆς ἡλικίας μὴ ἐφιείσης αὐτῷ τὴν ἀρχήν· ἀλλὰ τά τε ἔργα αὐτοῦ καὶ ἡ ἀρετὴ τοῦ πατρὸς Παύλου, καὶ τοῦ πάππου Ἀφρικανοῦ ἐλπίδα παρεῖχον ἅπασι βεβαίαν καὶ τῶν πολεμίων δι' αὐτοῦ κρατήσειν καὶ τὴν Καρχηδόνα παντελῶς ἐξαιρήσειν. Ἐν ᾧ δ' ὁ Σκιπίων εἰς τὴν C Λιβύην ἐκομίζετο, Μαγκῖνος παραπλέων τὴν Καρχηδόνα, χωρίον τι τοῦ τείχους αὐτῆς ἐντὸς ὄν, Μεγαλίᾳ ὀνομαζόμενον καὶ ἐπὶ πέτρας ἀποτόμου καθῆκον πρὸς θάλασσαν πολύ τι τῆς ἄλλης πόλεως ἀπηρτημένον καὶ μηδὲ πολλοὺς φρουροὺς ἔχον, ὡς τῇ φύσει ὂν ἐρυμνὸν κατανοήσας, κλίμακας ἐξαπιναίως προσθεὶς ἀπὸ τῶν νεῶν ἐπανέβη. Ἤδη δὲ ἀνελθόντος συνέδραμον μὲν τῶν Καρχηδονίων τινές, οὐ μέντοι καὶ ἐκκροῦσαι αὐτὸν ἠδυνήθησαν. Ὁ δὲ πέμψας πρὸς τὸν Πείσωνα τά τε γεγονότα ἐδήλωσε καὶ αὐτῷ ἐπαμῦναι ἠξίωσε. Πόρρω δ' ὢν ἐν τῇ μεσογείῳ, οὐδὲν αὐτῷ χρήσιμος ὁ Πείσων ἐγένετο· ὁ δὲ Σκιπίων ὑπ' αὐτὴν τὴν ἀγγελίαν νυκτὸς κατὰ τύχην ἐλθών, εὐθὺς ἐβοήθησεν. Εἷλον γὰρ ἂν τὸν Μαγκῖνον οἱ D Καρχηδόνιοι ἢ καὶ διέφθειραν, εἰ μὴ παραπλεούσας εἶδον τὰς ναῦς τοῦ Σκιπίωνος. Τότε δ' ἠθύμησαν μέν, οὐκ ἀπέστησαν δέ. Αἰχμαλώτους οὖν τινας ἔπεμψεν ὁ Σκιπίων, ἐροῦντας ὅτι πάρεστι. Καὶ τοῦτο γνόντες οὐχ ὑπέμειναν ἔτι, ἀλλ' ἀνεχώρησαν, καὶ τὸν Ἀσδρούβαν μετεπέμψαντο, καὶ ταφρεύμασι καὶ σταυρώμασι τὸ πρὸ τῶν οἰκιῶν διατείχισμα διεφύλαξαν. Ὁ μέντοι Σκιπίων τὰ μὲν Μεγαλίᾳ

B 467 XXIX. Contra Carthaginienses missus Piso consul, urbe et Asdrubale omissis, maritimas urbes invasit: et ab Aspide repulsus, Neapoli capta et eversa, in Hipponis obsidione tempus frustra trivit. Unde Carthaginienses, sociorum etiam auxiliis aucti, animos receperunt. Quo Romani, tam qui in castris quam in urbe erant, cognito, citra dubitationem Scipionem consulem crearunt. Nam quamvis ætas adhuc ei dignitati immatura erat, tamen et res ejus gestæ, et virtus patris Pauli, et avi Africani certam spem afferebant omnibus, ejus armis et hostes superatum iri, et Carthaginem perituram. Scipione in Africam navigante, Mancinus Carthaginis littus legens, castellum quoddam intra mœnia, nomine Megalia, in prærupta petra in mare prominens, et longe ab urbe remotum, cum non magno præsidio custodiri, ut quod situ ipso defenderetur, animadverteret: scalis subito ex navibus admotis ascendit. Quod cum jam teneret, etsi Carthaginienses aliquot concurrerunt, eum tamen expellere non potuerunt. At ille Pisoni quid egisset nuntiat, et auxilia sibi mitti petit. Sed Piso, qui procul in mediterraneis aberat, nihil opis ei tulit. Scipio vero sub ipsum nuntium forte fortuna noctu adventans, statim auxilium ei tulit, alioqui a Carthaginiensibus vel capiendo, vel occidendo. Nam cum naves Scipionis appellere vidissent, etsi animos desponderant, non tamen ab obsidione recesserunt, prius quam Scipio se adesse per captivos quosdam eis nuntiari jussit: accersitoque Asdrubale, fossis et aggeribus murum ædificiis obductum munierunt. Scipio Mancino Megalia tueri jusso ad Pisonem et copias abiit, ut cum eis bellum gereret; sed celeriter cum expeditissimis cohortibus reversus, Mancinum ab acerrima Asdrubalis ex urbe oppugnatione liberavit. Cum jam Piso quoque advenisset, eum extra mœnia ad portas quasdam manere jussit: alios milites ad aliam portam long

Variæ lectiones et notæ.

(55) Ἱππῶνα. Quam Ἱππακρίτας Polybius vocat. Vide Henr. Valesium ad Diodori Siculi Excerpta p. 45.

distantem, monitos quid facto opus esset, misit. Ipse optima copiarum parte assumpta, sub noctem mediam transfugis ducibus intra mœnia penetravit : et ad portam illam transgressus, vectibus resectis, **468** et introductis iis qui foris exspectabant, vigiles cecidit : propereque ad portas, ante quas Piso stationem habebat, accurrit, profligatis custodibus, qui medias partes tuebantur, et singulis in locis pauci erant. Ita Asdrubal simul et quid actum esset audivit, et Romanas copias pene universas intra urbem vidit : Carthaginienses cum aliquandiu restitissent, in Cothonem et Byrsam confugerunt. Deinde Asdrubal omnes Romanos captivos occidit, ut cives desperata venia hosti alacrius resisterent : multos etiam ex popularibus proditionis suspectos sustulit. Scipio etsi eos muris et aggeribus sepsit, non statim tamen expugnavit. Nam et mœnia firma erant, et multi in angusto conclusi spatio fortiter se defendebant, commeatu abunde instructi, Bithiæ subsidio : qui ex obversa urbi continente, observato fluctu, ventique impetu, onerarias eis naves in portum submittebat. Contra quod Scipio rem magnam et excogitavit et perfecit : aditu portus angusto, difficulter quidem, magnoque cum labore, sed tamen operarum multitudine tandem obstructo, quamvis Carthaginienses crebris dimicationibus id opus prohibere conarentur.

A τὸν Μαγκῖνον φρουρεῖν κατέλιπεν· αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν Πείσωνα καὶ πρὸς τὰς δυνάμεις ἀπῆρεν, ὡς ἂν μετ' αὐτῶν ἔργου ἔχηται. Καὶ ἐπανῆλθε ταχέως σὺν τῷ κουφοτάτῳ τῆς στρατιᾶς, καὶ κατέλαβε τὸν Ἀσδρούβαν εἰς τὴν Καρχηδόνα εἰσελθόντα καὶ δεινῶς τῷ Μαγκίνῳ ἐπιτιθέμενον. Καὶ ἐλθὼν ὁ Σκιπίων τὴν ἐπίθεσιν ἔλυσεν. Ἀφικομένου δὲ καὶ τοῦ Πείσωνος ἤδη, ἐκεῖνον μετὰ ἔξω τοῦ τείχους αὐλίσασθαι κατά τινας πύλας ἐκέλευσε. Καὶ στρατιώτας ἑτέρους πρὸς πυλίδα τινὰ πολὺ ἀφ' ἑαυτῶν ἀπέχουσαν περιέπεμψε, παραγγείλας αὐτοῖς ἅττα πράξειν ἐχρῆν. Αὐτὸς δὲ, τὸ κράτιστον τοῦ στρατοῦ κατὰ μέσας νύκτας λαβὼν, ἔνδον τοῦ περιβόλου ἐγένετο, αὐτομόλοις χρησάμενος ἄγουσι, καὶ ὑπὸ τὴν πυλίδα παραδραμὼν καὶ τὸν μοχλὸν διακόψας, τούς B τε ἔξωθεν ἐφεδρεύοντας εἰσήγαγε, καὶ τοὺς φύλακας ἔφθειρε. Καὶ πρὸς τὰς πύλας ἠπείχθη, καθ' ἃς ὁ Πείσων προσήδρευε, τοὺς φρουροὺς τοὺς τὰ μέσα φυλάττοντας ὀλίγους καθ' ἑκάστους ὄντας (56) τρέπων, ὥστε τὸν Ἀσδρούβαν ἅμα τε πυνθάνεσθαι τὰ γενόμενα, καὶ ὁρᾷν τὴν τῶν Ῥωμαίων δύναμιν μικροῦ πᾶσαν οὖσαν ἐντός. Καὶ χρόνον μέν τινα ἀντέσχον, ἔπειτα τὴν μὲν ἄλλην πόλιν ἐξέλιπον, εἰς δὲ τὸν Κώθωνα τήν τε Βύρσαν κατέφυγον. Εἶτα ὁ Ἀσδρούβας πάντας τοὺς τῶν Ῥωμαίων αἰχμαλώτους ἀπέκτεινεν, ὅπως, ἀπόγνωσιν συγγνώμης σχόντες οἱ Καρχηδόνιοι, προθυμότερον ἀντικαρτερήσωσι· πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἐπιχωρίων ὡς προδιδόντας ἑαυτοὺς διεχρήσατο. Καὶ ὁ Σκιπίων περιεσταύρωσε μὲν αὐτοὺς καὶ ἀπετείχισεν, οὐ μὴν καὶ ταχέως εἷλε. Τά τε γὰρ τείχη καρτερὰ ἦν καὶ οἱ ἐντὸς πολλοὶ ὄντες ἰσχυρῶς ἐν ὀλίγῳ χώρῳ ἠμύνοντο καὶ σίτου ἀφθόνως εἶχον. Ὁ γὰρ Βιθίας ὁλκάδας ἀπὸ τῆς ἄντικρυ τῆς πόλεως ἠπείρου κατὰ κῦμα καὶ ἄνεμον ὁσάκις σφοδρῶς ἔπνει, ἐς τὸν λιμένα αὐτοῖς εἰσέπεμπε, πρὸς ὅπερ ὁ Σκιπίων μέγα ἔργον καὶ ἐπενόησε καὶ ἐπετέλεσε. Τὸν γὰρ εἴσπλουν τοῦ λιμένος στενὸν ὄντα συνέχωσε, χαλεπῶς μὲν καὶ ἐπιπόνως, ὅμως μέντοι ὑπὸ πολυχειρίας τὸ ἔργον ἐξείργαστο. Εἴργειν μὲν γὰρ αὐτοὺς ἐπεχείρουν οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ πολλαὶ μάχαι ἐν τούτῳ ἐγίνοντο, οὐ μέντοι καὶ κωλῦσαι τὸ χῶσαι ἠδυνήθησαν.

XXX. Tum vero Carthaginienses penuria commeatus graviter urgente, alii transfugerunt : alii qui obsidionem tolerabant, partim moriebantur, partim cadavera gustabant. Asdrubal igitur spe destitutus, legatis ad Scipionem de pace missis, impunitatem impetrasset, nisi cæteris etiam omnibus salutem et libertatem petiisset. Itaque frustratus, uxorem in arce conclusit, cum de ea et liberis suis caduceatorem ad Scipionem misisset : cæteraque instruxit, desperatione factus audacior. Atque ipse una cum aliis noctes diesque pugnabant, alias vincentes, alias succumbentes, et Romanorum machinis alias machinas opponebant. Ad hæc Bithias, cui munitum castellum erat, longe in continentem excurrendo, et Carthaginienses juvabat, et Romanis incommodabat. Quare Scipio divisis copiis, partem in obsidione reliquit, partem contra Bithiam misit, C. Lælio legato duce : ipse ultro citroque commeans, utrinque inspexit omnia. Castello capto, rursus **469** toto cum exer-

C Λ'. Οἱ οὖν Καρχηδόνιοι τοῦ στόματος τοῦ λιμένος χωσθέντος, τῇ τοῦ σίτου σπάνει δεινῶς ἐπιέσθησαν· καὶ οἱ μὲν ηὐτομόλουν, οἱ δὲ ἐγκαρτεροῦντες ἔθνησκον, οἱ δὲ τῶν νεκρῶν ἐγεύοντο. Ὅθεν ἀθυμήσας Ἀσδρούβας πρέσβεις πρὸς τὸν Σκιπίωνα περὶ σπονδῶν ἔπεμψε· καὶ ἔτυχεν ἂν τῆς ἀδείας, εἰ μὴ καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασι καὶ τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν ἐλευθερίαν πρᾶξαι ἠθέλησε. Διαμαρτὼν οὖν αὐτῆς εἰς τὴν ἀκρόπολιν τὴν γυναῖκα κατέκλεισεν, ἐπεὶ τῷ Σκιπίωνι ὑπὲρ αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων διεκηρυκεύσατο. Καὶ τἄλλα διῴκει, τολμηρότερος γενόμενος διὰ τὴν ἀπόγνωσιν. Αὐτός τε οὖν καὶ ἄλλοι ἀπονοίᾳ κρατούμενοι, καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐμάχοντο. Καὶ τὰ μὲν ἡττῶντο, τὰ δ' ἐπεκράτουν, καὶ ἀντεμηχανῶντο πρὸς τὰς Ῥωμαϊκὰς μηχανάς. Καὶ ὁ Βιθίας D δὲ φρούριόν τι ἐρυμνὸν ἔχων καὶ ἐπὶ πολλὰ τῆς ἠπείρου προϊὼν, τούς τε Καρχηδονίους ὠφέλει, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐκάκου. Διὸ καὶ ὁ Σκιπίων τὸ στράτευμα διελὼν τὸ μὲν τῇ Καρχηδόνι προσεδρεύειν ἔταξε, τὸ δὲ ἐπὶ τὸν Βιθίαν ἔπεμψεν, ἐπιστήσας αὐτῷ τὸν

Variæ lectiones et notæ.

(56) *Ὀλίγους καθ' ἑκάστους ὄντας*. Sic mss. Wolfius legendum censebat, ὀλίγους ὄντας, καθ' ἑκάστους τρέπων.

ὑποστράτηγον τὸν Γάϊον Λαίλιον· καὶ αὐτὸς ἑκατέρωσε διεφοίτα ἄμφω ἐπισκοπῶν, καὶ ἥλω τὸ φρούριον. Εἶτ' αὖθις πάσῃ τῇ στρατιᾷ ἐπολιορκεῖτο ἡ Καρχηδών. Ἀπογνόντες οὖν οἱ Καρχηδόνιοι μηκέτι ἑκάτερον τεῖχος διασώσασθαι δύνασθαι, εἰς τὸν τῆς Βύρσης περίβολον ἅτε καὶ ἐρυμνότερον ἀνεσκευάσαντο, καὶ μετακομίσαντες ὅσα ἠδύναντο, κατέπρησαν. Νυκτὸς τὸ νεώριον, καὶ τῶν ἄλλων τὰ πλείω, ἵνα τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας τοὺς πολεμίους στερήσωσιν. Ὡς δ' ἔγνων τὸ ἔργον οἱ Ῥωμαῖοι, τὸν λιμένα κατέσχον, καὶ ἐπὶ τὴν Βύρσαν ὥρμησαν, καὶ κατασχόντες τὰς ἑκατέρωθεν αὐτῆς οἰκίας οἱ μὲν ἐπὶ τῶν τεγῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰς ἀεὶ ἐχομένας ἐβάδιζον, οἱ δὲ τοὺς τοίχους διορύσσοντες, κάτωθεν διῄεσαν, ἕως πρὸς αὐτὴν τὴν ἄκραν ἀφίκοντο. Ἐνταῦθα δὲ γενομένοις οὐκ ἔτι ἀντῆραν οἱ Καρχηδόνιοι, ἀλλ' ἐπεκηρυκεύσαντο, πλὴν τοῦ Ἀσδρούβου. Ἐκεῖνος δὲ μετὰ τῶν αὐτομόλων (ὁ γὰρ Σκιπίων οὐκ ἐσπείσατο αὐτοῖς) εἰς τὸ Ἀσκληπίειον ἀνειληλύθει μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παίδων, κἀντεῦθεν ἠμύνετο τοὺς προσβάλλοντας, μέχρις οὗ ἐμπρήσαντες τὸν νεὼν οἱ αὐτόμολοι ἐπὶ τὸ τέγος αὐτοῦ ἀνέβησαν, τὴν ἐσχάτην τοῦ πυρὸς ἀνάγκην ἀναμένοντες. Τότε γὰρ ἡσσηθεὶς πρὸς τὸν Σκιπίωνα ἦλθεν ἱκετηρίαν ἔχων. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν ἡ γυνὴ ἀντιβολοῦντα ὀνομαστὶ ἀνεκάλεσεν, καὶ ἐξονειδίσασα ὅτι ἑαυτῷ τὴν σωτηρίαν πράξας οὐκ ἐπέτρεψεν ἐκείνῃ σπείσασθαι, τὰ τέκνα ἐνέβαλεν εἰς τὸ πῦρ, καὶ ἑαυτὴν προσεπέῤῥιψεν. Ἑλὼν οὖν οὕτω τὴν Καρχηδόνα ὁ Σκιπίων, τῇ γερουσίᾳ ἐπέστειλε τάδε· *Καρχηδὼν ἑάλω· τί οὖν κελεύετε;* Ἀναγνωσθέντων οὖν τούτων βουλὴν ἔθεντο περὶ τοῦ τί δέον ποιεῖν. Καὶ ὁ μὲν Κάτων κατασκάψαι τὴν πόλιν καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐξαφανίσαι δεῖν ἐγνωμάτευσεν· ὁ δὲ Νασικᾶς φείσασθαι τῶν Καρχηδονίων καὶ ἔτι συνεβούλευε, κἀντεῦθεν εἰς ἀντιλογίαν πολλὴν προήχθη καὶ ἀμφισβήτησιν τὸ συνέδριον. Ἕως ἔφη τις, ὅτι, εἰ καὶ δι' οὐδὲν ἕτερον, ἀλλά γε ἑαυτῶν ἕνεκα φείσασθαι αὐτῶν ἀναγκαῖον νομίζοιτο ἄν, ἵν' ἀνταγωνιστὰς αὐτοὺς ἔχοντες, ἀρετὴν ἀσκῶσι, καὶ μὴ πρὸς ἡδονὰς καὶ τρυφὴν τράπωνται, τῶν δυναμένων αὐτοὺς καταναγκάζειν εἰς ἄσκησιν τῶν πολεμικῶν περιαιρεθέντων, καὶ χείρους ὑπ' ἀνασκησίας γένωνται, ἀξιοχρέους ἀντιπολέμους μὴ ἔχοντες. Ἐκ τούτων οὖν τῶν λόγων πάντες κατασκάψαι τὴν Καρχηδόνα ὡμογνωμόνησαν, μήποτε εἰρηνήσειν ἐκείνους πιστεύσαντες ἀκριβῶς· καὶ πᾶσα ἄρδην ἀνάστατος γέγονε, καὶ ἐπάρατον ἐψηφίσθη τὸ ἐπ' αὐτὴν κατοικῆσαί τινα. Καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἁλόντων οἱ μὲν πλείους εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐνεβλήθησαν, κἀκεῖ διεφθάρησαν· ὀλίγοι δέ τινες, πλὴν τῶν πάνυ πρώτων ἐπράθησαν· οὗτοι γὰρ οἵ τε ὅμηροι, καὶ ὁ Ἀσδρούβας καὶ ὁ Βιθίας, ἄλλοι ἄλλῃ τῆς Ἰταλίας ἐν φρουραῖς ἀδέσμοις κατεβίωσαν. Ὁ δὲ Σκιπίων δόξης τε ἔτυχε καὶ τιμῆς, καὶ Ἀφρικανὸς οὐκ ἀπὸ τοῦ πάππου, ἀλλ' ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐπεκέκλητο πράξεων.

A citu urbem obsedit. Carthaginienses igitur abjecta spe utriusque munitionis defendendæ, in Byrsam ut munitiorem contulere quæ potuerunt omnia, navali noctu incenso, et cæterarum partium plerisque, ne hostibus usui essent. Tum Romani, portu occupato, Byrsam adorti, ædibus quæ utrinque erant conscensis, partim in ipsis tectis ad vicinas transibant: partim parietibus inferne perfossis, in ipsam arcem penetrabant. Quo cum venissent, Carthaginienses pugna omissa, pacem petierunt, præter Asdrubalem: qui cum transfugis (lis enim Scipio veniam negarat) et uxore atque liberis conscenso Æsculapii templo, se contra oppugnantes defendebat: donec transfugæ æde incensa, ejusque tecto conscenso, extremam ignis B necessitatem exspectarunt. Tum demum supplex ad Scipionem accessit. Quem cum uxor deprecantem videret, eo nominatim vocato, exprobravit, quod privatæ saluti consulens, ipsi pacem impetrare non permisisset: ac primum liberos, deinde semetipsam in igneim conjecit. Carthagine ad hunc modum capta, Scipio senatui scripsit in hanc sententiam: *Carthago capta est: quid igitur jubetis?* Qua de re cum lectis his deliberaretur, Catone urbem evertendam et Carthaginienses delendos esse censente, Nasica vero adhuc eis parcendum esse asseverante, magna orta est dissensio. Quidam vero dixit: Si nulla alia de causa, propter ipsos Romanos saltem eis parci necesse esse, ut adver- C sarios habentes, virtutem exercerent, neque ad luxum et delicias converterentur, sublatis iis a quibus ad rei bellicæ exercitationem cogerentur; neve per ignaviam deteriores fierent, paribus adversariis carentes. Tandem tamen una omnium sententia fuit, Carthaginem evertendam esse, cum credere non possent, eam urbem unquam sincere pacem servaturam. Itaque funditus eversa est, et ejus solum diris imprecationibus obstrictum, ne quis unquam in eo habitaret. Ex captivis plerique in carcere perierunt: pauci, principibus exceptis, venditi. Nam ii, et obsides, et Asdrubal et Bithias, alii in aliis Italiæ partibus vitam in liberis custodiis exegerunt. Scipio **470** gloriam et honorem adeptus, nomen Africani non jam ab avo hæredi- D tarium, sed per se partum habuit.

ΛΑ'. Τότε δὲ καὶ ἡ Κόρινθος κατεσκάφη. Ἐπεὶ γὰρ τῶν Ἑλλήνων οἱ κορυφαιότατοι ὑπὸ τοῦ Παύλου Αἰμιλίου μετῳκίσθησαν εἰς τὴν Ἰταλίαν, οἱ λοιποὶ τὸ μὲν πρῶτον πρεσβείαις τοὺς ἄνδρας ἀπῄτουν· ὡς δ' οὐκ ἔτυχον, καί τινες ἐκείνων τὴν οἴκαδε ἀπογνόντες ἐπάνοδον ἑαυτοὺς διεχρήσαντο, χαλεπῶς διέκειντο, καὶ πένθος δημόσιον ἐποιήσαντο, τοῖς τε τὰ Ῥωμαίων φρονοῦσι παρὰ σφίσιν ὠργίζοντο, οὐ

XXXI. Tum Corinthus etiam est eversa. Nam cum Paulus Æmilius Græcorum principes in Italiam transtulisset: cæteri primum eos legationibus repetiverunt. Ea re non impetrata, cum quidam eorum domum reditionis spe sublata, ipsi sibi manus attulissent, graviter afflicti publicum luctum instituerunt, Romanorum apud se studiosis irati, nihil tamen hostile præ se tulerunt: donec

reliquis ex iis viris receptis, ii quibus injuriæ A factæ erant, et qui aliena tenebant, bellum susceperunt: Achæis dissensionis auctoribus, Lacedæmonios sibi causam malorum exstitisse conquerentibus, Romanis eos conciliare adnitentibus non paruerunt, sed Critolao duce creato, arma ceperunt. Itaque veritus Metellus, ne Macedoniam quoque invaderent (jam enim Thessaliam intrarant) prior obviam profectus, eos profligavit. Critolao cæso, Græci in duas partes sunt distracti, cum alii positis armis pacem expeterent, alii seditionem urgerent, Diæo summa rerum permissa. Quo Romani cognito, Mummium Metello successorem miserunt: qui cum belli administratione suscepta plagam ex insidiis cum parte exercitus accepisset, Diæo fugientes usque ad castra persecuto, vicissim egressus, eo profligato ad Achæorum vallum venit. Diæus vero majoribus copiis collectis, pugnare paratus, Romanos in castris se continentes contempsit, in convallem inter castra mediam progressus. Eo viso Memmius aliquot equites misit, qui hostes ex obliquo aggrederentur, a quibus cum turbati essent, phalange a fronte adducta multos occidit. Unde Diæus desperatis rebus sibi manus attulit, ex iis vero qui e pugna evaserant, Corinthii passim in agris sunt dispersi, cæteri domum refugerunt. Proinde Corinthii qui mœnia tuebantur, omnes periisse rati, urbem deseruerunt, qua Mummius viris vacua capta, et illos et cæteros Græcos citra laborem domuit: ac tum eis arma, donaria templorum, statuas, picturas, et alia ornamenta ademit. Patre autem ejus cum aliis ad res post **471** victoriam componendas misso, quorumdam mœnia evertit: omnesque liberos et sui juris esse passus est, præter Corinthios, quos sub corona vendidit, agro eorum publicato, muris cæterisque omnibus ædificiis subversis: veritus, ne eam alii ob tantam amplitudinem occuparent. Ne quis vero Corinthiorum lateret, aut aliorum Græcorum pro Corinthio veniret: omnes qui aderant, priusquam quid agendum esset declararet, convocavit: iisque dissimulanter militibus circumclusis, tum aliorum libertatem, tum Corinthiorum servitutem pronuntiavit. Deinde quemque sibi proximum apprehendere jussit, ut plane discernerentur. Corintho sic eversa, Græcia initio statim et cædibus et pecuniarum exactionibus est vexata. Deinde tantam libertatem et felicitatem adepta, ut dicerent, ni mature capti essent, se incolumes esse non potuisse. Ac Carthaginis et Corinthi vetustissimarum urbium tum simul hic fuit exitus: longo autem tempore post, colonis Romanorum eo missis, reflorescentes ad pristinum statum redierunt.

A μέντοι καὶ πολέμιόν τι ἐπεδείξαντο, μέχρις οὗ τοὺς περιλιπεῖς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐκομίσαντο. Τότε δὲ διενεχθέντες ἀλλήλοις οἵ τ' ἠδικημένοι καὶ οἱ τὰ ἀλλότρια ἔχοντες ἐπολέμησαν. Ἤρξαντο δὲ τῆς διαφορᾶς οἱ Ἀχαιοί, τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐγκαλοῦντες ὡς αἰτίοις τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς· καὶ τῶν Ῥωμαίων διαλλακτὰς αὐτοῖς στειλάντων, οὐκ ἐπείσθησαν, ἀλλὰ πρὸς πόλεμον ὥρμησαν Κριτόλαον προστησάμενοι. Δείσας οὖν ὁ Μέτελλος μὴ καὶ τῆς Μακεδονίας ἅψωνται (ἤδη γὰρ εἰς τὴν Θεσσαλίαν παρῆλθον), προαπήντησεν αὐτοῖς καὶ ἐτρέψατο. Καὶ τοῦ Κριτολάου πεσόντος διχῇ διῄρητο τὸ Ἑλληνικόν. Οἱ μὲν γὰρ πρὸς εἰρήνην ἀπέκλιναν καὶ τὰ ὅπλα κατέθεντο· οἱ δὲ καὶ ἔτι ἐστασίαζον τῷ Διαίῳ τὰ πράγματα ἐπιτρέψαντες. Ἃ μαθόντες οἱ ἐν τῇ B Ῥώμῃ, ἐπ' αὐτοὺς τὸν Μόμμιον ἔπεμψαν, ὃς τὸν μὲν Μέτελλον ἀπήλλαξεν, αὐτὸς δὲ τοῦ πολέμου εἴχετο, καί τινα πληγὴν μέρει τῆς στρατιᾶς λαβὼν ἐξ ἐνέδρας, τοῦ Διαίου καταδιώξαντος μέχρι τοῦ σφῶν στρατοπέδου τοὺς φεύγοντας, ἀντεπεξῆλθε, καὶ τρεψάμενος αὐτὸν πρὸς τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἦλθε χαράκωμα. Ἀθροίσας δὲ δύναμιν ὁ Δίαιος πλείονα συμβαλεῖν αὐτοῖς ἐπεχείρησεν. Ὡς δ' οὐκ ἀντεξώρμησαν οἱ Ῥωμαῖοι, κατεφρόνησεν αὐτῶν, καὶ εἰς τὸ μέσον τῶν στρατοπέδων κοῖλον ὂν προῆλθεν. Ἰδὼν οὖν τοῦθ' ὁ Μόμμιος τῶν ἱππέων τινὰς λάθρα ἔπεμψεν, ἵν' ἐκ πλαγίου αὐτοῖς ἐπιγένωνται. Καὶ ἐπεὶ ἐκεῖνοι προσβαλόντες αὐτοὺς συνετάραξαν, ἐπήγαγε τὴν φάλαγγα κατὰ πρόσωπον, καὶ πολλοὺς ἐφόνευσεν. C Ἐκ δὲ τούτου Δίαιος μὲν ἀπογνοὺς ἑαυτὸν ἀπέκτεινε. Τῶν δ' ἐκ τῆς μάχης περισωθέντων οἱ μὲν Κορίνθιοι κατὰ τὴν χώραν ἐσκεδάσθησαν, οἱ δ' ἄλλοι οἴκαδε ἔφυγον. Ὅθεν καὶ οἱ ἐν τῷ τείχει Κορίνθιοι πάντας ἀπολωλέναι νομίσαντες ἐξέλιπον τὴν πόλιν, καὶ κενὴν αὐτὴν ἀνδρῶν ὁ Μόμμιος ἔλαβε. Καὶ μετὰ ταῦτα κἀκείνους καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἀπόνως προσεποιήσατο. Καὶ τότε μὲν τὰ ὅπλα αὐτῶν καὶ ὅσα πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἀνέκειντο, καὶ τοὺς ἀνδριάντας, τάς τε γραφὰς καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς κόσμον εἶχον, παρείλετο. Πεμφθέντων δὲ οἱ τοῦ τε πατρὸς (57) καὶ ἄλλων ἐπὶ καταστάσει τῶν ἁλόντων, τείχη τέ τινων περιεῖλε, καὶ ἐλευθέρους πάντας καὶ αὐτονόμους πλὴν τῶν Κορινθίων ἀφῆκε. Τῆς δὲ D Κορίνθου τούς τε οἰκήτορας ἀπέδοτο καὶ τὴν χώραν ἐδημοσίωσε, τά τε τείχη καὶ τὰ ἄλλα οἰκοδομήματα πάντα κατέσκαψε, φοβηθεὶς μὴ καὶ αὖθίς τινες πρὸς αὐτὴν οἷα μεγίστην συστῶσιν. Ἵνα δὲ μήτε τις ἐκείνων λάθῃ, μήτε τῶν λοιπῶν τις Ἑλλήνων πραθῇ ὡς Κορίνθιος, συνεκάλεσε, πρὶν ἐκφῆναι τὸ ποιητέον, πάντας τοὺς παρόντας, καὶ αὐτοὺς ἀφανῶς πως τοῖς στρατιώταις ἐγκυκλωσάμενος ἐκήρυξε τήν τε τῶν ἄλλων ἐλευθερίαν καὶ τὴν τῶν Κορινθίων δούλωσιν. Ἔπειτα προσέταξε πᾶσι τῶν παρεστηκότων σφίσι λαβέσθαι, καὶ οὕτω σαφῆ τὴν διάκρισιν αὐτῶν ἐποιήσατο. Καὶ ἡ μὲν Κόρινθος οὕτως ἀνάστατος γέγονε, τὸ δ' ἄλλο Ἑλληνικὸν παραχρῆμα μὲν καὶ σφαγαῖς καὶ χρημάτων ἐκλογαῖς ἐκακώθη. Ἔπειτα ἔν τε ἀδείᾳ καὶ ἐν εὐδαιμονίᾳ τοσαύτῃ ἐγένετο ὥστε

Variæ lectiones et notæ.

(57) *Πατρὸς δέ*. Vide notata ab Henrico Valesio ad Excerpta Polybii, p. 32.

λέγειν ὅτι, εἰ μὴ θᾶττον ἑαλώκεισαν, οὐκ ἂν ἐσέσωντο. Ἡ μὲν οὖν Καρχηδὼν ἥ τε Κόρινθος αἱ ἀρχαῖαι ἐκεῖναι τοῦτο τέλος ἔσχον ἅμα. Χρόνῳ δὲ πολλῷ ὕστερον ἀποικίαν Ῥωμαίων λαβοῦσαι ἠνθησαν αὖθις καὶ εἰς τὴν παλαιὰν ἐπανῆλθον κατάστασιν.

Τὰ μὲν οὖν μέχρι τοῦδε πεπραγμένα Ῥωμαίοις (58), A βίβλων τυχὼν τῶν πάλαι ταῦτα ἱστορησάντων ἀρχαίων ἀνδρῶν, ἐκεῖθεν ἐξείληφα κατ' ἐπιτομὴν καὶ τῷ συγγράμματι τούτῳ ἐντέθεικα. Ἐπὶ δὲ τοῖς ἑξῆς, ἃ τοῖς ὑπάτοις καὶ τοῖς δικτάτορσιν ἐπράχθη, μέχρις ἂν ταῖς ἀρχαῖς ταύταις τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ διῳκεῖτο τὰ πράγματα, μή μέ τις αἰτιῷτο ὡς ἢ καταφρονήσει ἢ ῥᾳθυμίᾳ ἢ ὄκνῳ ταῦτα παρελθόντα, καὶ ἀτελὲς οἷον εἰακότα τὸ σύγγραμμα. Οὐ γὰρ ῥᾳστώνῃ μοι τὰ λείποντα παρεώραται, οὐδ' ἡμιτελὲς ἑκὼν τὸ πόνημα καταλέλοιπα, ἀλλ' ἀπορίᾳ βίβλων αἵπερ αὐτὰ διεξίασι, καὶ ταῦτα πολλάκις ζητήσαντί μοι ταύτας, μὴ εὑρηκότι δ' ὅμως. οὐκ οἶδα εἴθ' ὅτι μὴ σῴζοιντο, τοῦ χρόνου διεφθαρκότος αὐτάς, εἴθ' ὅτι μὴ φροντιστικώτερον τὴν τούτων ἴσως ζήτησιν ἐποιήσαντο, οἷς αὐτὴν ἀνεθέμην, αὐτὸς ὑπερόριος B ὢν καὶ πόῤῥω τοῦ ἄστεος ἐν νησίδι ἐνδιαιτώμενος. Ὅτι γοῦν μοι ταῖς βίβλοις ταύταις νῦν οὐκ ἐξεγένετο ἐντυχεῖν, ἡμίεργος ἐντεῦθεν ὅσον ἐπὶ τοῖς τῶν ὑπάτων ἔργοις, ἀλλὰ μέντοι καὶ τοῖς τῶν δικτατόρων ἡ ἱστορία γεγένηται. Παρελθὼν οὖν αὐτὰ καὶ ἄκων, τὰ τῶν αὐτοκρατόρων συγγράψομαι, μικρά τινα προδιηγησάμενος, ἵν' ὅθεν εἰς αὐταρχίαν ἐξ ἀριστοκρατίας ἢ καὶ δημοκρατίας οἱ Ῥωμαῖοι μετηνέχθησαν, δῆλον εἴη τοῖς ἀναγνωσομένοις τὸ σύγγραμμα, ἅμα τε πρὸς τούτῳ καὶ ἀκολουθίας ἔχοιτο ἡ γραφή.

Hactenus res a Romanis gestas ex veteribus scriptoribus in compendium redactas, exposui. Quæ vero deinceps a consulibus et dictatoribus dum illa reipublicæ forma viguit, gesta sunt: ea nemo putet a me vel contemptu, vel negligentia, vel pigritia prætermissa esse. Nam quominus absolutum hoc opus ederetur, non per me stetit, sed penuria librorum, quibus ista continentur, voluntati meæ ad perfectionem historiæ contendenti obstitit. Quos cum sæpe quæsierim, reperire non potui, haud scio an vetustate amissos, an vero negligentius inquisitos ab iis quibus id negotii dedi, dum ipse extorris et procul ab urbe in parva insula vitam ago. Unde factum est, ut consulum et dictatorum historia minus absoluta esset. Iis igitur præter institutum meum omissis, imperatorum historias conscribam, re paulo altius repetita: ut et lectores, qua ratione Romanorum sive democratia sive aristocratia in monarchiam sit mutata, intelligant, et historia certo quodam ordine progrediatur.

LIBER DECIMUS.

Α'. Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς (59) ἱστόρηται, βασι- C λεῦσιν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀνεῖτο ἀρχὴ μέχρι τῆς τῶν Ταρκυνίων τυραννίδος καὶ καταλύσεως. Ἔκτοτε δὲ στρατηγοῖς καὶ δικτάτορσιν ὑπάτοις τε καὶ χιλιάρχοις, ἀλλὰ μὲν καὶ δημάρχοις ἡ τῶν κοινῶν διοίκησις ἀνετίθετο, καὶ τοιαύταις πολιτείαις τὰ Ῥωμαίων ἰθύνετο μέχρι Πομπηΐου Μάγνου καὶ Γαΐου Ἰουλίου τοῦ Καίσαρος. Υἱὸς δὲ ἦν ὁ Πομπήϊος Στράβωνος, ἑνὸς τῶν ἐπισήμων Ῥωμαίων, καὶ στρατηγίας ἠξιωμένου, τῷ Κίννᾳ τε ἀντιτεταγμένου, τυραννικώτερον τῇ ἀρχῇ χρωμένῳ. Ἤδη γὰρ ἐνόσει Ῥωμαίοις τὰ πράγματα, καὶ ἐπὶ τυραννίδα οἱ σφῶν ἀπέκλινον ἄρχοντες, ἀλλ' οὐ νομίμως ἄρχειν ἐβούλοντο. Ὁ μὲν οὖν πατὴρ αὐτοῦ Στράβων διὰ φιλοχρηματίαν ὑπὸ Ῥωμαίων μεμίσητο· ὁ δὲ Πομπήϊος ἐφιλεῖτο διά τε πίστιν ἤθους, καὶ τὸ εὐέντευ- D

472 I. Romanum imperium, ut dictum est, initio reges tenuere, usque ad eversionem tyrannidis Tarquiniorum. Ab eo tempore administratio rerum penes prætores, dictatores, consules, tribunos consulari potestate, et tribunos plebis fuit, usque ad Pompeium Magnum, et C. Julium Cæsarem. Pompeius porro filius fuit Strabonis, illustris Romani, virique prætorii, qui Cinnæ violentius imperanti restitit. Jam tum enim res Romana laborabat, magistratibus tyrannidem spectantibus, legitimaque imperia aspernantibus. Ut autem pater ejus propter sordes civibus invisus: sic Pompeius ob morum integritatem, affabilitatem, modestiam in victu, armorumque exercitationem usque adeo carus fuit, ut cum metu Cinnæ, apud quem delatus fuerat, clam castris excessisset, quia nusquam

Variæ lectiones et notæ.

(58) *Τὰ μὲν οὖν μέχρι τοῦδε πεπραγμένα Ῥωμαίοις*. Omissa est a Zonara, ut recte observat Wolfius, historia belli Lusitanici contra Viriatum gesti: item Numantinum, Asiaticum contra Aristonicum, præterea Allobrogicum, Thracicum: adhæc Jugurthinum in Africa, in Italia Galliaque Cimbricum, Teutonicum, et Tigurinum. Omisit etiam descriptionem tumultuum intestinorum, qui ab istis temporibus Romam labefactaverunt, seditionem scilicet Tiberii Gracchi, ac post eam Caii fratris: deinde Apulei Saturnini, tum bellum Romanorum adversus socios qui defectionem per Italiam fecerant: bellum contra servos, et contra Spartacum; ac postremo Marii et Syllæ civilia bella, atque alia annis circiter LX gesta.

(59) *Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν*. Addit cod. Reg. 605: ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ μοι προϊστόρηται. βασιλεῦσιν, etc. Alii, ὡς ἱστόρηται tantum præferunt, ut Wolfiana editio. Hic porro initium ducit pars altera Annalium Zonaræ, ut in Præfatione monuimus.

comparebat, rumore de cæde ejus sparso: Cinna impetum eorum quibus alioqui invisus erat, fugiens, a centurione quodam propter eam suspicionem occideretur. Post ejus cædem Carbo, importunior illo tyrannus, imperium suscepit. Cui cum Sylla resisteret, Pompeius quoque se adjunxit: nec id fecit prius, quam beneficio aliquo eum sibi devinxisset. Annum tum agebat tertium et vicesimum: collectisque copiis urbes circumiens, Carbonis studiosos ejiciebat. Dum autem ad Syllam proficiscitur, tribus Carbonis ducibus a quibus circumventus erat, profligatis, urbes in deditionem accepit: deinde Scipionis consulis exercitus, cum contra Pompeium duceretur, consalutatis ejus militibus, ad Pompeium defecit, ipse Scipio fugit. Post, complures equitum turmas a Carbone contra se missas, eo desperationis redegit, ut se ipsius fidei committerent, Eum igitur Sylla sic excepit, ut ex equo desiliret: et ab eo imperator salutatus, vicissim eum imperatorem salutaret. Fuerunt et reliqua primis illis officiis consentanea. Nam et accedenti Pompeio assurgebat, et alia ejus honori deferebat, quæ haud temere aliis præstare solebat. Postquam autem subacta Italia dictator dictus est, alios duces opibus et **473** magistratibus remuneratus, Pompeium arctiore sibi necessitudine devincturus, ei persuasit, ut dimissa uxore quam habebat, Æmiliam ipsius privignam, Metellæ uxoris ex Scauro marito priore filiam, duceret. Id conjugium tyrannicum fuit. Nam Æmilia viro clocata, uterum ferebat. Pompeium ita sibi conciliatum cum magnis copiis in Siciliam ablegavit, factionis Carbonis receptaculum. Quo cum venisset, adversariis insula ejectis, urbes vexatas humanitate singulari recreavit: Carbonem comprehensum occidit: milites in itineribus immodestos, sigillis eorum gladiis impressis, coercuit, quæ qui non conservarant, pœnas dabant.

A κτον καὶ τὸ σῶφρον τὸ περὶ δίαιταν καὶ τὴν ἐν ὅπλοις ἄσκησιν. Καὶ τοσοῦτον ἦν τὸ πρὸς αὐτὸν φίλτρον, ὡς δείσαντος αὐτοῦ τὸν Κίνναν ἐκ διαβολῆς καὶ τοῦ στρατοπέδου λάθρα διεκπεσόντος, ἐπεί τε μὴ ἦν ἐμφανὴς λόγου διαδοθέντος ὅτι ἀνῄρηται παρὰ Κίννα, ὥρμησαν κατ' αὐτοῦ οἱ μισοῦντες καὶ ἄλλως αὐτὸν, καὶ ἀνῃρέθη Κίννας φεύγων καταληφθεὶς ὑπό του τῶν λοχαγῶν. Οὕτω δὲ Κίννα φθαρέντος, Κάρβων τὰ πράγματα διεδέξατο, ἐμπληκτότερος ἐκείνου τύραννος. Τοῦ Σύλλα δ' ἀντικαθισταμένου τῷ Κάρβωνι, τούτῳ προσετέθη καὶ ὁ Πομπήϊος· οὐ πρότερον μέντοι προσῆλθε πρὶν ἄν τινος χάριτος πρὸς ἐκεῖνον κατήρξατο. Ἦν μὲν οὖν τότε εἴκοσι καὶ τρία γεγονὼς ἔτη, καὶ στρατιωτικὸν καταλέξας περιῄει τὰς πόλεις, τοὺς τὰ Κάρβωνος φρονοῦντας ἐξελαύνων αὐτῶν, καὶ πρὸς Σύλλαν ἀπιών. B Ἐν δὲ τῷ ἀπιέναι τρεῖς αὐτὸν στρατηγοὶ τῶν προσκειμένων τῷ Κάρβωνι ἐκυκλώσαντο. Ὁ δὲ τούτους τρεψάμενος, τὰς πόλεις αὐτῷ προσχωρούσας ἐδέχετο. Εἶτ' αὖθις Σκιπίωνος τοῦ ὑπάτου ἐπιόντος αὐτῷ, τὸ Σκιπίωνος στρατιωτικὸν ἀσπασάμενον τοὺς τοῦ Πομπηΐου, αὐτῷ προσερρύησαν, ὁ δὲ Σκιπίων ἔφυγε. Καὶ Κάρβωνος δὲ ἱππέων ἴλας συχνὰς πέμψαντος κατ' αὐτοῦ, καὶ ταύτας ἐτρέψατο, ὡς δι' ἀπόγνωσιν σωτηρίας ἑαυτοὺς αὐτῷ ἐγχειρίσας. Οὕτω δὲ αὐτὸν ὁ Σύλλας ἐδέξατο ὡς ἀποπηδῆσαι τοῦ ἵππου, καὶ προσαγορευθεὶς ὑπὸ Πομπηΐου αὐτοκράτωρ καὶ αὐτὸς ἀντιπροσειπεῖν αὐτοκράτορα τὸν Πομπήϊον, καὶ τἄλλα δὲ ταῖς πρώταις φιλοφροσύναις συνέβαινεν. C Ὑπεξανίστατο γὰρ προσιόντι τῷ Πομπηΐῳ καὶ ἄλλα πρὸς τιμὴν ἐκείνου ἐποίει ἃ πρὸς ἄλλους οὐχ ὥπτο ῥᾳδίως ποιῶν. Ἐπεὶ δ' ἐκράτησε τῆς Ἰταλίας ὁ Σύλλας, καὶ δικτάτωρ ἀνηγορεύθη, τοὺς μὲν ἄλλους ἡγεμόνας καὶ στρατηγοὺς ἠμείβετο πλουτίζων, καὶ ἐπ' ἀρχὰς καθιστῶν· Πομπήϊον δὲ ἔσπευσεν οἰκειώσασθαι ἑαυτῷ, καὶ πείθει αὐτὸν τὴν γαμετὴν ἣν εἶχεν ἀποπεμψάμενον ἀγαγέσθαι τὴν ἑαυτοῦ πρόγονον Αἰμιλίαν, ἣν ἡ Μετέλλα ἡ τῷ Σύλλᾳ συνῳκει ἐκ Σκαύρου ἐγείνατο, τοῦ προτέρου ἀνδρός. Ἦν δὲ τὰ τοῦ γάμου τυραννικά. Ἀνδρὶ γὰρ ἡ Αἰμιλία ἐκδέδοτο καὶ ἐκύει. Οὕτω δ' ὁ Σύλλας οἰκειωσάμενος τὸν Πομπήϊον εἰς Σικελίαν ἀπέστειλε μετὰ βαρείας δυνάμεως. Ἦν γὰρ ἡ νῆσος τοῖς τοῦ Κάρβωνος ὁρμητήριον. Καὶ ἀπελθόντος ἐκεῖ Πομπηΐου οἱ μὲν ἐναντίοι τῆς νήσου ἐξέστησαν, αὐτὸς δὲ τὰς πόλεις ἀνελάμβανε τετρυχωμένας, καὶ φιλανθρώπως ἐκέχρητο. Κατασχὼν δὲ καὶ τὸν Κάρβωνα ἀνεῖλεν. Ἀκούων μέντοι τοὺς στρατιώτας ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις ἀτακτεῖν, σφραγῖδας ταῖς αὐτῶν μαχαίραις ἐπέβαλεν, ἣν ὁ μὴ φυλάξας ἐκολάζετο.

II. Hæc dum in Sicilia gerit, litteris senatus et Syllæ in Africam navigare jubetur, et bellum gerere cum Domitio, a quo septem millia ad eum in Africam profectum transierunt. Pugna commissa, Domitius vincitur atque occiditur: urbes partim sponte, partim coactæ Pompeium recipiunt. Inde in Numidiam facta impressione, subactis obviis omnibus, totaque provincia diebus XL perdomita, litteras a Sylla accipit: quibus, cæteris dimissis, cum una legione successorem Uticæ exspectare jubetur. Quam rem ipso clam ægre ferente, exercitus aperte est indignatus: Pompeioque progredi volente, de Sylla parum commode sunt locuti, nec passi Pompeium se tyranno credere. Qui cum eos mitigare conaretur, manere et imperare jubebatur,

D Β'. Ταῦτα δὲ πράττων ἐν Σικελίᾳ, ἐδέξατο γράμματα τῆς συγκλήτου καὶ Σύλλα κελεύοντα πλεῖν εἰς Λιβύην καὶ πολεμεῖν Δομετίῳ. Καὶ ὁ μὲν ἐξέπλει, ἑπτακισχίλιοι δὲ αὐτῷ τῶν ὑπὸ τὸν Δομέτιον προσεχώρησαν. Ἀντιτεταγμένου δὲ Δομετίου, συῤῥήγνυνται τὰ στρατεύματα, καὶ νικῶσιν οἱ Πομπηΐου, καὶ ὁ Δομέτιος κτείνεται· τῶν δὲ πόλεων αἱ μὲν εὐθὺς προσεχώρησαν, αἱ δὲ κατὰ κράτος ἑάλωσαν. Καὶ εἰς τὴν Νομαδικὴν ἐμβαλὼν, καὶ πάντων κρατήσας, οἷς ἐνέτυχε τεσσαράκοντα ταῖς πάσαις ἡμέραις γράμματα δέχεται Σύλλα, ἀφεῖναι μὲν τὴν ἄλλην στρατιὰν, αὐτὸν δὲ μεθ' ἑνὸς τάγματος περιμένειν εἰς Ἰτύκην τὸν διαδεξάμενον στρατηγόν. Ἐπὶ τούτοις αὐτὸς μὲν καθ' ἑαυτὸν ἤχθετο, ὁ δὲ στρατὸς εἰς τοὐμφανὲς ἠγανάκτει. Καὶ θέλοντος

προελθεῖν Πομπηΐου, τοῦ τε Σύλλα κακῶς ἐμνημόνευον, κἀκεῖνον οὐκ εἴων πιστεύειν τῷ τυράννῳ ἑαυτόν. Καὶ ὁ μὲν ἐπειρᾶτο πραΰνειν αὐτούς, οἱ δὲ μένειν αὐτὸν καὶ ἄρχειν ἐκέλευον, ἄχρις οὗ προσλιπαρούντων καὶ καταβοώντων, ὤμοσεν ἀναιρήσειν ἑαυτὸν εἰ βιάζοιντο· καὶ μόλις οὕτως ἐπαύσαντο. Πρῶτον μὲν οὖν ἠγγέλη τῷ Σύλλᾳ ἀφεστάναι Πομπήϊον. Εἶτα πυθόμενος τἀληθὲς, ἀπήντησεν αὐτῷ προσιόντι καὶ δεξιωσάμενος, Μάγνον προσεῖπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ. Σημαίνει δὲ μέγαν ὁ Μάγνος. Θρίαμβον δὲ Πομπηΐου αἰτοῦντος ὁ Σύλλας ἀντέλεγεν, ὡς ὑπάτῳ ἢ στρατηγῷ θριαμβεύειν νενόμισται, ἄλλῳ δὲ οὐδενί. Εἰ δὲ Πομπήϊος οὔπω γενειῶν ἀκριβῶς θριαμβεύσει, ᾧ βουλῆς διὰ τὴν ἡλικίαν οὐ μέτεστιν, ἐπίφθονος ἔσεται αὐτῷ ἡ τιμή. Ταῦτα τοῦ Σύλλα λέγοντος ὁ Πομπήϊος οὐχ ὑπέπτηξεν, ἀλλ' ἐννοεῖν ἔφη δεῖν ὅτι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα πλείονες ἢ δυόμενον προσκυνοῦσι· δηλῶν ἐντεῦθεν ὡς αὐτῷ μὲν ἡ δύναμις αὔξεται, ἐκείνῳ δὲ μειοῦταί τε καὶ μαραίνεται. Πρὸς ταῦτα ὁ Σύλλας καταπλαγεὶς, *Δὶς ἐφεξῆς θριαμβευσάτω*, ἐβόησεν. Ὡς δὲ οἱ στρατιῶται ἐνοχλεῖν ἐβούλοντο καὶ θορυβεῖν, μὴ τυχόντες ἡλίκων προσεδόκησαν, ὁ Πομπήϊος ἀφήσειν ἔφη μᾶλλον τὸν θρίαμβον ἢ κολακεύσειν τοὺς στρατιώτας. Πρὸς δὲ Σερουΐλιος ἀνὴρ ἐπιφανὴς καὶ ἀντιλέγων πρὶν πρὸς τὸν θρίαμβον, *Νῦν*, ἔφη, *Πομπήϊος καὶ Μάγνος ἀληθῶς, καὶ ἄξιος θριαμβεῦσαι.* Σύλλας δὲ ἠνιᾶτο μὲν, ὁρῶν εἰς ὅσον πρόεισι δόξης καὶ δυνάμεως ὁ Πομπήϊος, αἰσχυνόμενος δὲ κωλύειν, ἡσυχίαν ἦγε. Λέπιδος μέντοι σπουδῇ Πομπηΐου ὑπατείας τυχὼν, εἰς τὴν Σύλλα δύναμιν ἐκείνου τελευτήσαντος ἑαυτὸν εἰσεποίει. Καὶ εὐθὺς ἔνοπλος ἦν, τὰ τῶν στάσεων ὑπολείμματα ἀνακινῶν. Καὶ ὁ Πομπήϊος ἡγεμὼν στρατεύματος ἀπεδείχθη κατὰ Λεπίδου, ἤδη πολλὰ τῆς Ἰταλίας κεκινηκότος καὶ τὴν ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίαν διὰ Βρούτου κατέχοντος. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων ῥᾳδίως ἐκράτησεν ὁ Πομπήϊος, ἀντικαθήμενος δὲ τῷ Βρούτῳ ἐχρόνισεν. Εἶτα ἑαυτὸν ὁ Βροῦτος αὐτῷ ἐνεχείρισεν, ἢ μεταβαλλόμενος ἢ προδοθείς. Καὶ ὁ μὲν ἀνῃρέθη, οὗπερ υἱὸς ἦν ὁ Καίσαρα ὕστερον διαχειρισάμενος Βροῦτος. Λέπιδος δὲ τῆς Ἰταλίας ἐκπεπτωκὼς, νόσῳ ἀπέθανεν. Ὁ μέντοι Σερτώριος τὴν Ἰβηρίαν ἔχων φοβερὸς ἦν. Καὶ πρὸς τοῦτον οὖν ὁ Πομπήϊος ἐστάλη, συμμαχήσων Ὀππίῳ Μετέλλῳ μαχομένῳ πρὸς τὸν Σερτώριον. Εἰς Ἰβηρίαν δὲ ἀφικόμενος, πρῶτον μὲν δυσὶ στρατηγοῖς ἀντικατέστη τοῦ Σερτωρίου, καὶ νικήσας ὑπὲρ μυρίους ἀπέκτεινεν· εἶτα καὶ αὐτῷ Σερτωρίῳ προσμίξας, ἀμφίδοξον ἔσχηκε τὸν ἀγῶνα. Ἐπελθόντος δὲ Πομπηΐῳ ὄντι ἱππότῃ ἀνδρὸς μεγάλου πεζοῦ, ὁ μὲν Πομπήϊος ὑπὸ ἐκείνου ἐπλήγη τὴν χεῖρα, ἐκεῖνος δὲ ὑπὸ Πομπηΐου αὐτὴν ἀπεκόπη. Ἑνωθεὶς δὲ τῷ Μετέλλῳ, ἐτίμησε τὸν ἄνδρα, καὶ ἐτιμήθη· ἀλλὰ τοῦ Σερτωρίου δολοφονηθέντος ὑπὸ τῶν φίλων, Περπέννας ὁ τῶν αὐτοῦ ἡγεμόνων κορυφαιότατος, ἐπεχείρησεν ἐκείνῳ ποιεῖν ὁμοίως, τὰς ἐκείνου δυνάμεις περιβαλόμενος. Ἀλλ' ὁ Πομπήϊος ἀντιταξάμενος αὐτῷ ἐκράτησε πάντων, καὶ διεφθάρησαν οἱ πλεῖστοι τῶν ἡγεμόνων ἐν τῇ μάχῃ· αὐτὸν δὲ

A cum obtestationibus et vociferationibus: ægreque destiterunt, cum jurasset se sibi ipsi manus allaturum, si cogerent. Principio Syllæ nuntiatum est, defecisse Pompeium. Deinde veritate cognita, obviam progressus, porrectaque dextera, magna voce Magnum eum cognominavit: sed triumphum petenti adversatus est, quod nemini præterquam consuli aut prætori triumphare liceret. Sin Pompeius pene imberbis, cui per ætatem in senatu venire non liceret, triumphasset, eum honorem invidiosum fore. Hæc Sylla dicente, Pompeius respondere non dubitavit, orientem solem plures adorare quam occidentem: quo dicto significare voluit, suam potentiam augeri, illius imminui et exolescere. Eo responso **474** Sylla obstupefactus: *Vel bis ordine*
B *triumphet*, exclamavit. Militibus autem obturbantibus et tumultuantibus, quod exspectatione sua minora accepissent, Pompeius se triumphum potius omissurum, quam militibus adulaturum esse affirmavit. Ad quod Servilius, vir illustris, qui ante triumpho ejus adversatus fuerat: *Nunc*, inquit, *Pompeius et vere magnus est, et triumpho dignus.* Sylla vero etsi crescenti Pompeii gloriæ et potentiæ invidebat, tamen pudore deterrebatur, quominus ei adversaretur. Lepidus vero Pompeii studio consulatum adeptus, cum post Syllæ obitum statim illius potentiam sibi vindicans, armatus seditionum scintillas excitaret, Pompeius dux contra eum missus est, cum ille magnam Italiæ partem jam commovisset, et Cisalpinam Galliam per
C Brutum occupasset. Ac cæteros quidem Pompeius facile superavit, sed dimicationem adversus Brutum paulo diutius distulit: donec tandem ipse vel sententia mutata, vel a suis proditus, deditione facta, sublatus est. Ejus Bruti filius is Brutus fuit, qui post Cæsarem interfecit. Lepidus Italia pulsus morbo periit. Sed cum Sertorius Hispaniis occupatis formidabilis esset, Pompeius Oppio Metello cum illo bellum gerenti auxilio missus, duobus Sertorii ducibus superatis, ultra x millia cecidit. Deinde cum Sertorio ipso ancipiti victoria dimicavit. A pedite ingentis corporis, ipse eques, manum ictus, illius manum amputavit. Castris cum Metello conjunctis, virum honoravit, et vicissim est
D honoratus. Sertorio ab amicis per dolum interfecto, Perpenna ducum ejus princeps, exemplo illius legionibus munitus, a Pompeio victus est, plerisque ducibus in acie cæsis: et ipse vivus in potestatem redactus, pœnas dedit. Moratus in Hispania, dum sopitis tumultibus res componeret, ac reductis in Italiam copiis, suspicionem et metum hominum, ne retentis legionibus principatum armis sibi vindicaret, abolevit, se post triumphum exercitum dimissurum professus. Unam rem in eo reprehendebant invidi, quod popularis auræ magis quam optimatum studiosus esset: idque verum erat. Neque enim quisquam majora et ardentiora populi Romani **475** studia habuit. Itaque et alter triumphus, et consulatus, et Crassus, illius

gratia assutus, collega ei datus est. Cæterum in consulatu non consenserunt: ac major fuit Crassi in senatu, Pompei apud populum auctoritas. Consulatum quidem recusavit. Et quia moris erat, ut Romani equites, cum legitimum tempus militassent, equo quisque suo in forum ad censores adducto, duces et imperatores recenserent sub quibus stipendia meruissent, et rationibus militiæ redditis, vel honore vel ignominia pro anteactæ vitæ ratione afficerentur: Pompeio etiam inter cæteros imperii insignibus ornato, equum manu ad censores adducente, populus cum admiratione tacuit; Pompeius vero altero censore rogante: *An omnes expeditiones ex lege obiisset?* magna voce *se obiisse* respondit, *easque omnes se ipso imperatore*. Tum populo acclamante, a censoribus in multitudinis gratiam honorifice domum est deductus.

τὸν Περπένναν ἑαλωκότα ζῶν ἀπέκτεινε. Καὶ προσμείνας ἐκεῖ, καὶ καταστήσας τὰ πράγματα, καὶ κατασβέσας τὰς ταραχὰς, εἰς Ἰταλίαν ἀπήγαγε τὸν στρατόν. Ἦν δὲ ὑποψία καὶ δέος, ὡς οὐ προήσεται τὸ στράτευμα, δι' ὅπλων δὲ βαδιεῖται μοναρχίας κατάρχων. Ὁ δὲ ταύτην ἀνεῖλε τὴν ὑπόνοιαν, ἀφήσειν τὸ στράτευμα φήσας, μετὰ τὸν θρίαμβον. Ἐν δ' ἔτι οἱ βασκαίνοντες αὐτὸν ᾐτιῶντο, ὅτι τῷ δήμῳ μᾶλλον ἢ τῇ βουλῇ προσένειμεν ἑαυτόν· ὅπερ ἦν ἀληθές. Οὐ γάρ ἐστι οὗτινος ἐμμανέστερον ὁ Ῥωμαίων ἠράσθη δῆμος. Ἐψηφίσθη γοῦν αὐτῷ ὑπατεία, καὶ δεύτερος θρίαμβος· συνυπατεύειν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Κράσσος ἐψηφίσθη αὐτοῦ σπουδάσαντος. Ἀλλ' ἀποδειχθέντες ὕπατοι διεφέροντο, καὶ ἐν μὲν τῇ βουλῇ ὁ Κράσσος ἴσχυε μᾶλλον, παρὰ δὲ τῷ δήμῳ ἐκράτει Πομπήϊος. Παρῃτήσατο δὲ καὶ τὴν στρατηγίαν (60). Καὶ ἔθους ὄντος τοῖς Ῥωμαίοις ἱππεῦσιν ὅταν στρατεύσωνται τὸν νόμιμον χρόνον, ἄγειν τὸν ἵππον εἰς ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς τιμητὰς, καταριθμεῖσθαί τε τῶν στρατηγῶν καὶ αὐτοκρατόρων ἕκαστον ὑφ' οἷς ἐστρατεύσαντο, καὶ εὐθύνας διδόναι τῆς στρατείας, καὶ οὕτως ἀφίεσθαι νεμομένης τιμῆς ἢ ἀτιμίας προσηκούσης τοῖς βίοις ἑκάστων· τότε προεκάθηντο μὲν οἱ τιμηταὶ, καὶ οἱ ἱππεῖς παρῄεσαν ἐξεταζόμενοι. Ὤφθη δὲ καὶ Πομπήϊος εἰς τὴν ἀγοράν, τὰ μὲν ἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς δ' ἄγων τὸν ἵππον διὰ χειρὸς, ἦν δὲ τοῦ δήμου θαῦμα καὶ σιωπή. Εἶτα ὁ εἷς τῶν τιμητῶν, *Πυνθάνομαί σου*, εἶπεν, *ὦ Πομπήϊε Μάγνε, εἰ πάσας ἐστράτευσαι τὰς κατὰ νόμον στρατείας;* Ὁ δὲ μεγάλῃ φωνῇ, *Ἐστράτευμαι*, ἀπεκρίνατο, *καὶ πάσας ὑπ' ἐμαυτῷ αὐτοκράτορι*. Πρὸς τοῦτο ὁ δῆμος ἐξεκέκραγε, καὶ οἱ τιμηταὶ τοῖς πολίταις χαριζόμενοι, ἀναστάντες προέπεμπον αὐτὸν οἴκαδε.

III. Post anni exitum magistratu abeunti bellum Piraticum est mandatum. Piratæ porro ex Cilicia profecti, bello Mithridatico regiæ classi navarant operam. Deinde Romanis bellis civilibus inter se congressis, freti multitudine, paulatim mare incustoditum invaserunt, non nautas duntaxat aggredi, sed insulas et urbes maritimas etiam occupare soliti. Naves habuerunt amplius mille, urbes ceperunt ultra quadringentas, multa religiosissima sacra exciderunt, et Romanis ipsis insultarunt. Nam cum aliquis captus exclamabat, se Romanum esse, se territos præ metu femora ferire simulantes, ante eum provoluti, partim calceos ei circumligabant, partim togam induebant. Sic ludibrio habitum, demissa in medium pelagus scala, excedere, et lætum abire jusserunt; restitantem, impellendo demerserunt. Cum autem maria omnia mercatoribus interclusa essent, et rerum in foro venalium penuria laboraretur, Pompeio duce delecto, Gabinius familiaris ejus legem tulit, qua illi non classis imperium, sed plane monarchia tribuebatur; concessa potestate maris quod intra columnas Herculanas est, et terræ continentis a quolibet mari ad quadringenta stadia; et ut quindecim 476 legatos e senatu ad partes imperii tutandas sibi legeret, pecuniæ quantum vellet, ex ærario et vectigalibus sumeret, ac naves ducentas. Hæc plebs alacriter approbavit. Primores autem senatus immensam illam et infinitam potestatem metuentes, adversati

Γ'. Ἤδη δὲ τῆς ἀρχῆς περανθείσης, ἀπέθετο αὐτὴν ὁ Πομπήϊος, καὶ μετὰ ταῦτα πειρατικὸς αὐτῷ ἐνετέθη πόλεμος· ὥρμητο μὲν γὰρ ἡ πειρατικὴ δύναμις ἐκ Κιλικίας, ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ ταῖς βασιλικαῖς ὑπηρεσίαις χρήσασα ἑαυτήν. Εἶτα Ῥωμαίων ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις συμπεσόντων ἀλλήλοις, ἀφύλακτος οὖσα ἡ θάλασσα, κατ' ὀλίγον αὐτοὺς ἐφειλκύσατο· καὶ δύναμιν σχόντες, οὐ τοῖς πλέουσιν ἐπετίθεντο μόνον, ἀλλὰ καὶ νήσους καὶ πόλεις παραλίους παρεσπῶντο. Ἐγένοντο δ' οὖν αἱ μὲν λῃστρικαὶ νῆες ὑπὲρ χιλίας, αἱ δὲ ἁλοῦσαι ὑπ' αὐτῶν πόλεις ὑπὲρ τετρακοσίας, πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἀβάτων ἐξέκοψαν ἱερῶν, ἐνύβριζον δὲ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις. Ὁπότε γάρ τις ἁλοὺς ἀνεβόησε Ῥωμαῖος εἶναι, ἐκπεπλῆχθαι προσποιούμενοι καὶ δεδιέναι, τούς τε μηροὺς ἔπαιοντο, καὶ προσέπιπτον αὐτῷ· καὶ οἱ μὲν ὑπέδουν αὐτὸν κάλτια, οἱ δὲ τήβεννον περιέβαλον, οὕτω τε κατειρωνευσάμενοι τέλος ἐν μέσῳ πελάγει κλίμακα προβαλόντες, ἐκέλευον ἐκβαίνειν καὶ ἀπιέναι χαίροντα· εἰ δὲ μὴ βούλοιτο, ὠθοῦντες αὐτὸν κατέδυον. Πάσης δὲ θαλάσσης ἀπλώτου τοῖς ἐμπόροις οὔσης, σπάνις ἦν τῶν ἀναγκαίων ἐν τῇ ἀγορᾷ. Δόξαν δὲ τὸν Πομπήϊον ἐκπέμψαι κατὰ τῶν πειρατῶν, Γαβίνιος εἷς τῶν Πομπηΐου συνήθων ἔγραψε νόμον, οὐ ναυαρχίαν, ἄντικρυς δὲ μοναρχίαν αὐτῷ διδόντα. Ἐδίδου γὰρ ὁ νόμος αὐτῷ ἀρχὴν τῆς ἐντὸς θαλάσσης Ἡρακλείων στηλῶν, ἠπείρου δὲ πάσης ἀπὸ θαλάσσης ἐπὶ τετρακόσια στάδια, καὶ πεντεκαίδεκα πρεσβευ-

Variæ lectiones et notæ.

(60) *Παρῄτησε δὲ καὶ τὴν στρατηγίαν*. Wolfius *imperium* verterat; reposuimus *consulatum*, ex iis quæ observavimus ad lib. VII, n. 16.

A τὰς ἐκ τῆς βουλῆς ἑλέσθαι ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἡγεμονίας· χρήματα δὲ λαμβάνειν ἐκ τῶν ταμείων καὶ τῶν τελῶν ὅσα βούλοιτο, καὶ ναῦς διακοσίας. Ταῦτα ὁ μὲν δῆμος προθύμως ἐδέξατο· οἱ δὲ τῆς συγκλήτου περιφανέστεροι φόβου ἄξιον ἐνόμιζον τὸ τῆς ἐξουσίας ἀπερίληπτον καὶ ἀόριστον, καὶ ἀντέλεγον πλὴν Καίσαρος· οὗτος δὲ συνηγόρει τῷ νόμῳ οὐ διὰ τὸν Πομπήϊον, τὸν δῆμον δὲ θεραπεύων καὶ οἰκειούμενος ἑαυτῷ. Τέως μέντοι ἐκυρώθη τὸ ψήφισμα. Καὶ ὁ Πομπήϊος εἰς ἐκκλησίαν ἐλθὼν διπλάσια τὰ ἐψηφισμένα λαβεῖν διεπράξατο. Διελὼν οὖν τὰ πελάγη καὶ διαστήματα τῆς θαλάσσης εἰς μέρη τρισκαίδεκα, καὶ νεῶν ἀριθμὸν ἐφ' ἑκάστῳ καὶ ἄρχοντα τάξας, ἐκάθηρε τῶν ληστηρίων τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος, τὸ Λιβυκὸν, τὸ περὶ Σαρ- B δῶνα καὶ Κύρνον καὶ Σικελίαν ἡμέραις τεσσαράκοντα. Εἶτα παραπλέων τὰς πόλεις μετὰ σπουδῆς, οὐ παρῆλθε τὰς Ἀθήνας. Ἀναβὰς δὲ, καὶ θύσας καὶ προσαγορεύσας τὸν δῆμον, εὗρεν ἐπιγραφὰς εἰς αὐτὸν πεποιημένας, ὧν ἡ μὲν ἐντὸς τῆς πύλης ἔλεγεν· *Ἐφ' ὅσον ὢν ἄνθρωπος οἶδας, ἐπὶ τοσοῦτον εἶ θεός*· ἡ δ' ἐκτός· *Προσεδοκῶμεν, προσεκυνοῦμεν, εἴδομεν, προπέμπομεν.* Κατελύθη μὲν οὖν πειρατικὸς πόλεμος, καὶ τὰ πανταχοῦ τῆς θαλάσσης ἐξῃρέθη ληστήρια οὐκ ἐν πλείονι χρόνῳ μηνῶν τριῶν.

sunt; præter Cæsarem, qui legem non in Pompeii gratiam, sed plebis sibi conciliandæ studio defendit. Decreto illo firmato, Pompeius in concione dupla omnia impetravit; divisoque pelago, et maris intervallis in partes tredecim descriptis, certis navibus et duce in parte qualibet collocatis, mare Tyrrhenum, Africanum, Sardoum, Corsicum, Siculum, intra dies quadraginta pacavit. Deinde cum urbes festinanter prætervcheretur, Athenas non præteriit. Sed excensu in terram et re divina facta, populoque salutato, inscriptiones sui honoris causa factas invenit, unam intra portam his verbis: *Qualem te hominem esse agnoscis, eatenus deus es.* Alteram extra: *Exspectabamus, adorabamus vidimus, deducimus.* Piraticum bellum confectum est, et latrocinia toto mari profligata non amplius trimestri spatio.

Δ'. Τούτων δὲ εἰς Ῥώμην ἀπαγγελθέντων, γράφει νόμον εἷς τῶν δημάρχων ὁ Μάλλιος, παραλαβόντα Πομπήϊον πᾶσαν τὴν χώραν ὅσης ὁ Λεύκολλος ἦρχε, προσλαβόντα δὲ καὶ Βιθυνίαν, πολεμεῖν Μιθριδάτῃ (61) καὶ Τιγράνῃ τοῖς βασιλεῦσιν, ἔχοντα καὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν καὶ τὸ κράτος τῆς θαλάσσης, ὡς ἤδη τοῦτο εἰλήφει· τοῦτο δὲ ἦν ὑφ' ἑνὶ συλλήβδην γενέσθαι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. Τὸ C μὲν οὖν ψήφισμα ἐκυρώθη, φοβηθέντων τὸν δῆμον τῶν ἀριστοκρατικῶν, καὶ σιωπησάντων. Πομπήϊος δὲ δεξάμενος τὰ γράμματα λέγεται τὰς ὀφρῦς συναγαγεῖν, καὶ τὸν μηρὸν πατάξαι, ὡς δυσχεραίνων καὶ βαρυνόμενος τὴν ἀρχήν. Τὴν δ' εἰρωνείαν οὐδ' οἱ συνήθεις αὐτῷ ῥᾷον ἤνεγκαν. Τέως δὲ τὴν μεταξὺ Φοινίκης καὶ Βοσπόρου θάλασσαν ἐπὶ φρουρᾷ τῷ στόλῳ διαλαβὼν, αὐτὸς ἐβάδιζεν ἐπὶ Μιθριδάτην. Ἐκείνου δ' ἐκλιπόντος ὄρος δύσμαχον ὡς ἄνυδρον, ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύετο, ὁ Πομπήϊος κατέσχεν αὐτὸ, καὶ τῇ φύσει τῶν βλαστανόντων, καὶ ταῖς συγκλινίαις τῶν τόπων τεκμαιρόμενος ἔχειν πηγὰς τὸ χωρίον, ὀρύσσειν ἐκέλευσε φρέατα. Καὶ ταχὺ μεστὸν ἦν ὕδατος τὸ στρατόπεδον. Ἔπειτα περιστρατοπεδεύσας, ἐπετείχιζεν αὐτό. Ὁ δὲ, πέντε καὶ τεσσα- D ράκοντα πολιορκηθεὶς ἡμέρας, ἔλαθεν ἀποδρὰς μετὰ τῆς ἐῤῥωμενεστέρας δυνάμεως, ἀποκτείνας τοὺς ἀχρήστους καὶ τοὺς νοσοῦντας. Καταλαβὼν δὲ αὐτὸν περὶ τὸν Εὐφράτην ὁ Πομπήϊος, ἵνα μὴ φθάσῃ περάσας τὸν ποταμὸν ἐκ μέσων νυκτῶν ἐπῆγε τὴν στρατιάν. Ἦν οὖν ἀνάγκη ὑπὲρ τοῦ χάρακος μάχεσθαι. Σελήνη δ' ἦν καταφερομένη, ὃ τοὺς βασιλικοὺς ἔσφηλε. Εἶχον μὲν γὰρ κατὰ νώτου τὴν σελήνην Ῥωμαῖοι· ἤδη δὲ περὶ δύσιν οὔσης, αἱ σκιαὶ τῶν σωμάτων πρόσθεν προϊοῦσαι πολὺ δόκησιν παρεῖχον τοῖς πολεμίοις ἐγγίζειν τοὺς

IV. His Romæ nuntiatis, Manlius tribunus plebis rogationem tulit, ut Pompeius Luculli provincia suscepta, et Bithynia adjuncta, bellum Mithridati et Tigrani regibus inferret, retenta classe et maris imperio. Quod non aliud erat, nisi Romanum principatum uni tradere. Tamen ea rogatio, optimatibus metu populi tacentibus et conniventibus, valuit. Pompeius vero litteris acceptis, fertur contractis superciliis percussoque femore præ se tulisse, quasi graviter molesteque ferret imperium; quam dissimulationem ne amicis quidem suis probavit. Inde mari intra Bosporum et Phœniciam præsidiis occupato, contra Mithridatem est profectus; qui cum montem inexpugnabilem ob aquæ penuriam deseruisset, eumdem Pompeius occupavit, conjectura tum ex stirpium natura, tum ex locorum flexibus capta, locum illum fontes habere. Cumque puteos effodi jussisset, tota castra celeriter aqua abundarunt. Deinde castris circumpositis, hosti fugam intercludere studuit. Sed ille dies XLV 477 obsessus, nihilominus cum firmissima parte exercitus elapsus est, inutilibus et ægrotis interfectis. Quem Pompeius circa Euphatem assecutus, timens ne flumen trajiceret, intempesta nocte eduxit exercitum. Ibi necesse erat pro vallo certare, lunaresque radii turbabant regios. Nam Romani lunam jamjam occiduam a tergo habebant; unde corporum umbræ longe antrorsum projectæ, opinionem hostibus afferebant, eos in propinquo esse. Telis igitur incassum emissis, attingebant neminem. Hoc Romani animadverso, clamore sublato accurrerunt, et ultra decem millia in fuga ceciderunt. Ipse Mithridates cum pluribus effugit. Pompeius vero in Armeniam impressionem fecit, a Tigrane juniore

Variæ lectiones et notæ.

(61) *Τηριδάτῃ*. Sic duo Regii et Colbert. At Μιθριδάτῃ legendum observat Wolfius.

accersitus, jam enim a patre defecerat. At rex Tigranes a Lucullo attritus, humanitate Pompeii audita, deditionem fecit, præsidio in regiam accepto. Ad Pompeium accedens, cidarim capiti detractam, ante pedes illius collocare, et humi procumbere voluit. Sed Pompeius prehensa dextera, eo juxta se, filio ejus ex altera parte collocato, dixit : Cætera Lucullo esse ascribenda, a quo ei adempta esset Syria, Phœnicia, Cilicia, Galatia, Sophene. Quæ vero ad suum usque adventum conservasset, ea habiturum, filium ejus in Sophene regnaturum esse. His Tigranes acquievit. Ejus vero filius iratus, cum ad cœnam vocaretur : *Nihil sibi opus esse istis Pompeii honoribus*, dixit : *se enim alium Romanum inventurum esse*. Quare in vinculis ad triumphum servatus est. Pompeius Afranio ad Armeniæ præsidium relicto, per gentes Caucasi montis accolas Mithridatem est persecutus, quarum maximæ sunt Albani et Iberes. Hi ad Meschicos montes et Pontum pertinentes, illi versus ortum et mare Caspium habitantes. Albani Pompeio petenti transitum dederant. Deinde cum non pauciores XL millibus convenissent, impetum in eum fecerunt; sed profligati sunt, atque ingens multitudo periit. Eorum vero regi pace quam per legatos petierat, data, contra Iberes est profectus, Albanis bellicosiores, qui neque Persis neque Medis cesserant, et Macedonum **478** quoque dominatum effugerant, Alexandro celeriter ex Hyrcania disgresso. Sed et his magno prælio superatis, multos occidit, multos cepit. Inde Colchidem invasit, et contra Albanos qui defecerant, per asperam et aridam viam aqua multis utribus allata, rediens, iis victis, ducem, regis ipsorum fratrem, ictum inferentem, gladio transfixit. In Albanorum exercitu Amazones fuisse perhibentur. Nam cum post prælium cadavera spoliarentur, Romani peltas Amazonicas et cothurnos, nullum tamen femineum corpus repererunt. Incolunt eæ mulieres eas Caucasi partes quæ ad mare Hyrcanum descendunt. In illarum Albanorumque medio habitant Gellæ et Ligyes, cum quibus quotannis circa flumen Thermodontem per duos menses coeunt. Inde disgressæ, vitam sine viris agunt. Cum pepererunt, mares circa patrum terram exponunt; puellas ipsæ educant. Mithridatis pellicibus ad se adductis, nullius consuetudine Pompeius usus est.

bum desiluit. Sed cum ab Ægyptiis navibus undique cingeretur, mari se commisit, et ægre enatavit. Fertur autem libellos multos manu inter natandum in sublime elatos, non abjecisse, quanquam telis peteretur. Tandem cum rex ad hostes abiisset, reversus, commisso prælio vicit, multis cæsis, ipsoque rege desiderato, ac Cleopatræ Ægypti regno relicto: quæ non multo post filium ei peperit, ab Ægyptiis Cæsarionem vocatum, inque Syriam contendit: et Pharnace Mithridatis filio Ponto ejecto, ejus vero exercitu prorsus deleto, ut belli confecti celeritatem demonstraret, tria verba Romam scripsit: *Veni, vidi, vici.* Inde in Italiam profectus, Romam ascendit sub anni exitum, quo secundum dictator creatus fuerat, cum ea potestas antea nunquam **489** annua fuisset. In sequentem annum consul est declaratus. Cum autem Cato et Scipio post Pharsalicam cladem in Africa justas copias coegissent, Cæsar contra eos profectus, exigua unius diei parte tres exercitus superavit: et L millibus hostium occisis, suorum non L amisit. Viri consulares et prætorii qui e pugna evaserant, cum caperentur, partim ipsi necem sibi consciverunt, partim captos Cæsar suppliciis affecit. Catonis necem, qui sibi ipse manus attulerat, palam ægre tulit: cur autem, incertum est. Illud quidem dixit: *Invideo tibi mortem istam, Cato, quoniam tu mihi salutem invidisti.* Ex Africa Romam reversus, triumphavit, et spectacula navalis pugnæ et gladiatorum edidit. Cum census ageretur, CL millia civium, de CCCXX millibus quæ ante censa fuerant, sunt inventa. Tantam populi stragem bellum civile attulerat. Deinde quartum consul factus, in Hispaniam abiit contra Pompeii filios, adolescentes quidem illos adhuc, sed audacia principatu digna præditos: ubi in tantum periculum venit, ut per aciem discurrens, clamitaret: *An milites non puderet, se captum pueris in manus tradere?* Post pugnam autem amicis dixit: *Se de victoria sæpe, tum vero primum de vita certasse.* Cæsare victore, junior Pompeii filius fuga est elapsus: post dies aliquot, natu majoris caput Cæsari allatum.

Variæ lectiones et notæ.

(67) *Ὅτε πῦρ ἐμβαλόντος τῷ στόλῳ.* Incertum utrum Καίσαρος, an Ἀχιλλᾶ; sed Plutarchus scrupulum tollit in Vita Cæsaris, his verbis: Δεύτερον δὲ περικοπτόμενος τὸν στόλον, ἠναγκάσθη διὰ πυρὸς ἀπώσασθαι τὸν κίνδυνον. W.

(68) *Καὶ γάρ σύ μοι ἐφθόνησας τῆς σωτηρίας.* Plerique, ait Wolfius, interpretantur, *Tu mihi salutem tuam invidisti.* Sed cum Plutarchus scribat, obscurum fuisse, cur Cæsar Catonis interitum doluerit, et ἐφθόνησάς μοι τῆς σωτηρίας, etiam intelligi possit, Catonem non dignitatem tantum, sed salutem etiam Cæsaris oppugnasse, (neque enim additur, τῆς σωτηρίας σου, et ἐμαυτοῦ æque subintelligi potest, ne sententia quidem repugnante) malui, subdit ille, particulam (*tuam*) omittere, ut in Latino etiam sermone ambigua esset sententia, utrum Cæsar clementiæ laudem ex conservatione Catonis captare, an vero suam in eo explere iracundiam voluerit, si eum in potestatem redegisset.

XI. Extremo hoc bello gesto Romam reversus A
Cæsar, dictator perpetuus est creatus : quæ manifesta tyrannis fuit, præter monarchiæ summam potestatem successore quoque carens. Solus rerum potitus, multos qui arma contra tulerant, absolvit. Nonnullis magistratus et honores dedit : quorum e numero fuerunt Brutus et Cassius. Pompeii statuas dejectas restituit. Monitus ab amicis, ut satellites ad custodiam corporis adhiberet, recusavit : *Melius enim esse mortem semel oppetere*, dicens, *quam perpetuo formidare*. In majorum rerum studio et novæ gloriæ appetitione, in animo habuit Parthis inferre bellum, et per Hyrcaniam in Scythiam facere impressionem. Odium populi Romani cum aliis de causis, tum ob regni amorem vel B
490 maxime suscepit. Unde familiares ejus rumorem in vulgus sparserunt, Sibyllinis libris contineri, Parthos non nisi rege duce a Romanis posse vinci. Et Alba Romam proficiscens, a quibusdam rex appellatus, cum ea re populum perturbatum vidisset, se non regem, sed Cæsarem esse dixit. Cæsaris autem nomen (ut quidam opinantur) habuit, quod matre mortua ex utero cæsus esset ; quod falsum est : matrem enim ad virilem usque ætatem habuisse scribitur. Aliquis autem ex majoribus ejus eo modo natus, cognomentum id in familiam propagavit. Cum aliquando consulibus et prætoribus ad se accedentibus, toto senatu comitante, non assurrexisset, non senatum tantum, sed populum etiam offendit : quasi per senatum totam C
rempublicam ludibrio haberet, ac plerique statim mœsti recesserunt. Ad has offensas etiam tribunorum plebis accessit contumelia. Nam cum in festo, in sella aurea triumphali habitu sederet, Antonius consul in forum irrupit, diadema lauro implexum Cæsari offerens. Ob eam rem plausus haud sane illustris datus est, a subornatis hominibus : sed cum id Cæsar recusasset, totius populi plausum tulit. Ita bis populi animos expertus, surrexit. Ad hæc regias facsias statuis ejus impositas tribuni plebis detraxerunt, et eos qui regem illum salutarant, in carcerem duxerunt : applaudente populo, et Brutos eos appellante. Ut enim supra est expositum, Brutus pulsis Tarquiniis monarchiæ potestatem ad populum transtulit. Quibus rebus Cæsar D
irritatus, tribunos potestate privavit : et iis graviter increpitis, populum etiam per contumeliam Brutos appellavit. Ex eo populus ad M. Brutum spectavit, qui a vetere Bruto genus ducere putabatur : ab eoque solo vel primo pendebant, qui mutationem desiderabant. Quia vero ipsum alloqui non audebant, noctu litteras circa tribunal et sellam, in qua prætor jus dicebat, spargebant : in quibus scriptum erat, *Brute, dormis ?* et, *Non es Brutus ?* Incitabatur

A IA'. Ἐπανελθὼν δ' εἰς Ῥώμην δικτάτωρ διὰ βίου ἐψήφιστο, ὃ τυραννὶς ἐτύγχανεν ἄντικρυς, τῷ ἀνυπευθύνῳ τῆς μοναρχίας προσλαβοῦσα τὸ ἀδιάδοχον. Οὕτω δὲ καταστὰς εἰς μοναρχίαν, πολλοὺς ἀφῆκε τῶν πεπολεμηκότων αὐτῷ. Ἐνίοις δὲ καὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς ἔδωκεν, ὧν ἦσαν καὶ Βροῦτος καὶ Κάσσιος. Καὶ τὰς Πομπηΐου δὲ στήλας καταβεβλημένας ἀνέστησεν. Ἀξιούντων δὲ τῶν φίλων δορυφορεῖσθαι αὐτὸν, παρῃτήσατο, *Βέλτιόν ἐστιν*, εἰπὼν, *ἅπαξ ἀποθανεῖν, ἢ ἀεὶ προσδοκᾷν*. Μειζόνων δ' ἐρῶν πραγμάτων καὶ καινοτέρας δόξης, γνώμην ἔσχε στρατεύειν ἐπὶ Πάρθους, καὶ δι' Ὑρκανίας εἰς τὴν Σκυθικὴν ἐμβαλεῖν. Μῖσος μέντοι τοῖς ἀνθρώποις κατ' αὐτοῦ καὶ ἕτερα ἐνεποίησαν, τὸ δέ γε μεῖζον ὁ τῆς βασιλείας ἔρως εἰργάσατο, δι' ὃν οἱ περὶ αὐτὸν καὶ
B λόγον πρὸς τὸν δῆμον ἐνέσπειραν, ὡς ἐκ γραμμάτων Σιβυλλείων φαίνοιτο, μὴ ἄλλως ἔσεσθαι τὰ Πάρθων Ῥωμαίοις ἁλώσιμα, εἰ μὴ βασιλεὺς αὐτοῖς συστρατεύσοιτο. Καὶ ἐκ τῆς Ἄλβης δὲ πρὸς Ῥώμην ἰόντα τὸν Καίσαρα ἐτόλμησάν τινες προσειπεῖν βασιλέα. Τοῦ δὲ δήμου θορυβηθέντος, ἐκεῖνος οὐ βασιλεὺς ἀλλὰ Καῖσαρ ἔφη καλεῖσθαι. Ἐλέγετο δὲ Καῖσαρ (ὥς τινες οἴονται) οἷα δὴ τάχα τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ τίκτειν θανούσης, καὶ αὐτοῦ δι' ἀνατομῆς προαχθέντος εἰς φῶς. Οὐκ ἀληθὲς δὲ τοῦτό ἐστι. Τὴν γὰρ μητέρα αὐτοῦ ζῆν οἱ περὶ αὐτοῦ γεγράφασιν ἱστορήσαντες καὶ αὐτοῦ ἀνδρωθέντος. Τὸ δ' ἐξ ἀνατομῆς παρελθεῖν εἰς τὸν βίον οὐκ ἐπ' αὐτῷ γέγονεν, ἀλλ' ἐπί τινι τῶν προγόνων αὐτοῦ, καὶ ἐξ ἐκείνου
C τὴν κλῆσιν ἔσχον οἱ ἐκείνου ἀπόγονοι. Προσιόντων δέ ποτε τῶν ὑπάτων αὐτῷ καὶ τῶν στρατηγῶν καὶ τῆς βουλῆς ἁπάσης ἑπομένης, ὅτι μὴ ἐξανέστη καθήμενος, οὐ μόνον ἐλύπησε τὴν βουλὴν, ἀλλὰ καὶ τὸν δῆμον, ὡς ἐν τῇ βουλῇ προπηλακιζομένης τῆς πόλεως, καὶ μετὰ κατηφείας οἱ πλείους ἀπῆλθον εὐθύς. Ἐπιγίνεται δὲ τοῖς προσκρούσμασι τούτοις καὶ ὁ τῶν δημάρχων προπηλακισμός. Ἐτελεῖτο μὲν γὰρ τῇ πόλει ἑορτή· Καῖσαρ δ' ἐπὶ δίφρου χρυσέου καθήμενος, κόσμῳ κατεκοσμεῖτο θριαμβικῷ. Ἀντώνιος δὲ ὑπατεύων εἰς ἀγορὰν ἐνέβαλε, φέρων διάδημα στεφάνῳ δάφνης περιπεπλεγμένον, καὶ ἐδίδου τῷ Καίσαρι, καὶ γίνεται κρότος οὐ λαμπρὸς ἐκ παρασκευῆς. Ἀπωσαμένου δὲ τοῦ Καίσαρος, ἅπας ὁ δῆμος ἀνεκρότησε· καὶ τούτου δὶς γεγονότος, ἡ
D πεῖρα ἐξηλέγχετο (69), καὶ ὁ Καῖσαρ ἀνέστη. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀνδριάντες αὐτοῦ διαδήμασιν ὤφθησαν ἀναδεδεμένοι βασιλικοῖς, ἀπέσπασαν ταῦτα οἱ δήμαρχοι, καὶ τοὺς προσειπόντας αὐτὸν βασιλέα ἀπῆγον εἰς δεσμωτήριον. Καὶ ὁ δῆμος ἐπὶ τούτοις ἐκρότει, καὶ Βρούτους ἐκάλει τοὺς ἄνδρας. Βροῦτος γὰρ ἦν, ὡς ἱστόρηται ἄνωθι, ὁ καταλύσας Ταρκύνιον καὶ τὸ κράτος εἰς τὸ κοινὸν περιστήσας ἐκ μοναρχίας. Ἐπὶ τούτοις ὁ Καῖσαρ παροξυνθεὶς, τὴν μὲν ἀρχὴν τοὺς δημάρχους ἀφείλετο· ἐν δὲ τῷ κατηγορεῖν αὐ-

Variæ lectiones et notæ.

(69) *Καὶ τούτου δὶς γεγονότος ἡ πεῖρα ἐξηλέγχετο.* Converti, inquit Wolfius : *Ita bis populi animos expertus, surrexit.* Sed τὸ, τὴν πεῖραν ἐξελέγχεσθαι, intelligi potest, vel animadversum esse, Cæsarem periclitari voluisse populum, utrum æquis animis regium ornatum laturus esset : vel, Cæsarem animadvertisse, conatum suum esse irritum, populo a regia pompa abhorrente.

τῶν ἅμα καὶ τὸν δῆμον ἐφυβρίζων, πολλάκις Βρούτους ἀπεκάλει τοὺς ἄνδρας. Ἐντεῦθεν πρὸς Μάρκον Βροῦτον τρέπονται οἱ πολλοὶ, ἐκ Βρούτου τοῦ πάλαι οἰκοῦντα τὸ γένος ἕλκειν, καὶ πρὸς μόνον ἐκεῖνον ἢ πρῶτον οἱ μεταβολῆς ἐφιέμενοι ἀποβλέποντες, αὐτῷ μὲν οὐκ ἐτόλμων προσομιλεῖν· νύκτωρ δὲ γράμματα περὶ τὸ βῆμα καὶ τὸν δίφρον ἔῤῥιπτον, ἐφ' οὗ στρατηγῶν ἐχρημάτιζε, λέγοντα· *Καθεύδεις, ὦ Βροῦτε;* καὶ, *Οὐκ εἶ Βροῦτος;* καὶ Κάσσιος δὲ παρώξυνεν αὐτόν. Καὶ τῷ Καίσαρι δὲ πολλὰ λέγεται σημεῖα γενέσθαι δηλοῦντα τὸν ὄλεθρον, ὧν ἓν καὶ τοῦτό ἐστι. Περιαύων (70) τῇ γυναικὶ, φωνὰς ἀσαφεῖς καὶ στεναγμοὺς ἀνάρθρους ἐκείνην ἀναπέμπουσαν ᾔσθετο. Ἐδόκει δὲ κλαίειν ἐκεῖνον, ἐπὶ ταῖς ἀγκάλαις ἔχουσα κατεσφαγμένον· ἣ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐδεῖτο τοῦ ἀνδρὸς μὴ προελθεῖν εἰς τὴν σύγκλητον. B Ὡς δὲ καὶ θύσαντες οἱ μάντεις δυσιερεῖν ἔλεγον, ἔγνω πέμψας Ἀντώνιον ἀφεῖναι τὴν σύγκλητον. Βροῦτος μέντοι Ἀλβῖνος, πιστευόμενος μὲν ὑπὸ Καίσαρος, τοῖς δὲ περὶ Μάρκον Βροῦτον καὶ Κάσσιον μετέχων τῆς συνωμοσίας, τούς τε μάντεις ἐχλεύαζε, καὶ καθήπτετο Καίσαρος, ὡς διαβολὰς ἑαυτῷ προστρίβοντος καταφρονήσεως πρὸς τὴν σύγκλητον. Ἥκειν γὰρ αὐτὴν ἐκείνου κελεύσαντος, καὶ πάντας ἑτοίμους εἶναι ψηφίζεσθαι, ὥστε τῶν ἐκτὸς Ἰταλίας ἐπαρχιῶν ἀναγορεύεσθαι βασιλέα, καὶ τὴν ἄλλην ἐπιόντα γῆν τε καὶ θάλασσαν ἑαυτῷ περιτιθέναι διάδημα. Ταῦθ' ἅμα λέγων ὁ Βροῦτος, ἦγε τὸν Καίσαρα λαβόμενος τῆς χειρός. Οἰκέτης δέ τις ἀλλότριος ἐντυχεῖν αὐτῷ προθυμούμενος ἀπιόντι, μὴ C δυνηθεὶς, παρέδωκεν ἑαυτὸν τῇ τοῦ Καίσαρος γυναικὶ φυλάττειν, εἰπὼν ἔχειν μεγάλα πράγματα ἐπανιόντι ἀπαγγεῖλαι τῷ Καίσαρι. Σοφιστής δέ τις Ἀρτεμίδωρος Κνίδιος, βιβλίον περὶ τῆς συνωμοσίας γράψας, καὶ ἐγγίσας αὐτῷ, Τοῦτο, ἔφη, Καῖσαρ, μόνος καὶ ταχέως ἀνάγνωθι· μεγάλα γάρ σοι καταγγελεῖ καί σοι διαφέροντα. Ὁ δεξάμενος ἐκεῖνος, ὥρμησε μὲν ἀναγνῶναι, μὴ μέντοι δυνηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων, κατεῖχε τῇ χειρὶ, καὶ παρῆλθεν οὕτω πρὸς τὴν σύγκλητον. Ἡ δὲ ὑπεξανέστη. Τῶν δὲ περὶ Βροῦτον οἱ μὲν ἐξόπισθεν τοῦ δίφρου αὐτοῦ περιέστησαν, οἱ δὲ ἀπήντησαν ὡς περί τινος φυγάδος δεόμενοι. Τὸν δὲ Ἀντώνιον πιστὸν ὄντα Καίσαρι καὶ ῥωμαλέον ἔξω παρακατεῖχε Βροῦτος Ἀλβῖνος. Ὡς δὲ καθίσας ὁ Καῖσαρ διεκρούετο τὰς δεήσεις, ξίφει παρὰ τοῦ Κάσκα πρώτου πλήττεται τὸν αὐχένα, πληγὴν οὐ θανατηφόρον. Ὡς δὲ καὶ τῶν συνωμοτῶν ἕκαστος τὸ ξίφος ἐγύμνωσε, λέγεται πρὸς μὲν τοὺς λοιποὺς ἀπομάχεσθαι ἐνειλούμενος καὶ κεκραγώς· ὅτε δὲ καὶ Βροῦτον εἶδεν ἐσπασμένον τὸ ξίφος, ἐφελκύσασθαι κατὰ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον, μηκέτι ἀπομαχόμενος. Εἴκοσι μέντοι καὶ τρία λαβὼν τραύματα, ἀνδριάντος ὄντος ἐκεῖ Πομπηΐου, περὶ τὴν βάσιν εὑρέθη κείμενος, καὶ καθαιμάξας αὐτὸν, ὡς δοκεῖν αὐτὸν ἐφεστάναι τῷ φόνῳ τοῦ πολεμίου Πομπηΐου.

A idem etiam a Cassio. Sed Cæsari futura cædes pluribus prodigiis denuntiata esse fertur, e quibus etiam illud est. Uxorem accubantem voces **491** obscuras et confusas edere animadvertit. Ea vero sibi lamentari visa erat, et eum occisum in ulnis tenere: et mane oravit, ne in senatum veniret. Cum etiam augures sacra parum auspicata fuisse dicerent, abstinere curia statuit, et per Antonium senatum dimittere. Sed Brutus Albinus, cui Cæsar fidem habebat, conjurationis cum M. Bruto et Cassio particeps et augures deridebat. et Cæsarem reprehendebat, ut qui crimen contempti senatus in se admitteret: qui jam aderat ejus jussu. Paratos etiam esse omnes decernere, ut omnium extra Italiam provinciarum rex appellaretur, utque cum nationes exteras peragraret, aut mare trajiceret, diadema gestaret. Hæc dicens Brutus, Cæsarem manu prehensum ducebat. Abeuntem, servus alienus ejus alloquendi cupidus, cum convenire non posset, se uxori ejus custodiendum tradidit, quod magnas res haberet reverso Cæsari nuntiandas. Artemidorus item rhetor Gnidius libellum de conjuratione a se scriptum ei porrexit et, Hunc, inquit, Cæsar, solus et celeriter legito; res enim magnas tibi declarabit, quæque intersunt. Libellum acceptum Cæsar lecturus, cum a salutantibus impediretur, manu tenuit, itaque in senatum venit. Qui cum ei assurrexisset, Bruti conjurati partim a tergo sellam ejus circumsteterunt, partim ad eum accesserunt, tanquam exsuli cuidam veniam petituri. Antonium vero Cæsari fidelem et robustum Brutus Albinus foris tenuit. Ubi consedit Cæsar, et intercessiones rejecit, primus Casca jugulum ei ferit ictu non lethifero. Ut autem omnes conjurati pugiones strinxerunt, contra cæteros se defendisse fertur veste convoluta, et vociferans: sed cum a Bruto etiam stricto ense peti se vidisset, toga capite obvoluto, non amplius restitisse. Ita tribus et viginti vulneribus confossus, ad basim statuæ Pompeii concidit, eamque cruentavit, ut ipse Pompeius cædi inimici astare videretur.

IB'. Ὁ μὲν οὖν Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ οὕτως ὑπὸ φιλοτιμίας καὶ φιλαρχίας ἀπώλετο. Οἱ γὰρ θωπεύοντες αὐτὸν, τὸ φιλόπρωτον αὐτοῦ καὶ φιλόδοξον κατανοοῦντες, οὐκ ἐπαύοντο ἄλλα ἐπ' ἄλλοις αὐτῷ ψηφιζόμενοι· ἦσαν δὲ τοιαῦτα ἃ ἐψηφίζοντο· τὴν ἐπινίκιον στολὴν ἀεὶ φορεῖν, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀρχικοῦ δίφρου καθέζεσθαι· τοῖς τε ῥαβδούχοις δαφνηφο-

XII. Sic Cæsar ex ambitione et appetitione principatus interiit. Adulatores enim ejus ambitioni et gloriolæ studio inservientes, alios atque alios ei honores decernere **492** non destiterunt: qui hujusmodi fuerunt, ut triumphalem vestem perpetuo ferret, et in sella curuli sederet: ut fascibus laureatis perpetuo uteretur, et Pater patriæ ap-

Variæ lectiones et notæ.

(70) *Περιαύων*. Ita mss. Wolfius παριαύων ediderat.

pellaretur : ut ejus imago in nummis exsculperetur, et natalis publice celebraretur : ut in Romanis fanis et omnibus urbibus ejus statuæ collocarentur. Pro ejus autem tribunali duas statuas collocarunt : alteram ob cives servatos, alteram ob urbem obsidione liberatam, corona civica et obsidionali ornatas. Et novam curiam ædificari jusserunt, quæ Juliana de ipsius nomine diceretur. Censoremque eum solum et perpetuum crearunt ; privilegia tribunorum ei dederunt ; si a quoquam dicto factove offensus esset, ut caput ejus sacrum esset ac piaculo obligatum. Quid autem sacrum esse significet, jam est a me expositum. Jam quia talibus eum rebus gaudere cernebant, auratam ei sellam concesserunt, et vestem qua olim reges usi fuerant, et custodiam ex equestri et senatorio ordine, utque publice pro eo supplicationes fierent, et per ejus fortunam juraretur, et acta ejus rata essent, sanxerunt, et Quintilis mensis ab eo Julius appellaretur. Hæc et alia plura, ne singulis commemorandis lectorem obtundamus, ei decreverunt. Quibus rebus invidiam hominum, vel potius iram deorum suscepit, multosque in se provocavit, donec eum exitum quo repente concidit, est sortitus. Cum ita interfectus jaceret, omnes qui ibi aderant, turbati, et consilii percussorum ignari, quasi et ipsi periculo proximi fugerunt, et terrendis obviis urbem luctu impleverunt. Civitate sic affecta, percussores vim timentes, strictis et cruentis gladiis per forum in Capitolium accurrerunt, ibique diem et noctem exegerunt. At Lepidus eo facinore in castris audito, urbe cum militibus occupata, pro concione in percussores est invectus. Antonius autem præ metu latitans, cum illius adventu cognito, et percussorum fuga in Capitolium, resumpta fiducia prodiisset, et senatu convocato sententias rogaret : Cicero omnibus auctor fuit, ut mutuis odiis abolitis, utrinque, si quid peccatum esset, condonarent, ne civile bellum 493 recrudesceret, et cives a civibus interirent : consentirent potius, ut populares et cives deceret. Adjecit etiam, acta Cæsaris, sive ad donationes, sive ad honores, sive ad magistratus pertinerent, rata esse oportere, nec exagitanda curiosius, aut rescindenda. His rationibus adducti, omnium injuriarum oblivionem decreverunt. Percussores vero de Capitolio verba facientes, militibus promiserunt, se nulla Cæsaris acta rescissuros, neque cuiquam quidquam ab illo datum erepturos. Seditione hoc modo composita, non prius e Capitolio descenderunt, quam filium Lepidi et Antonii obsides accepissent. Deinde cum lecto Cæsaris testamento populus cognovisset, Octavium ab eo adoptatum esse, et reipublicæ munera, et viritim

A ροῦσιν ἀεὶ κεχρῆσθαι, πατέρα τε αὐτὸν τῆς πατρίδος ὀνομάζεσθαι, καὶ ἐς τὸ νόμισμα ἐγχαράττεσθαι, δημοσίᾳ τε ἑορτάζειν αὐτοῦ τὰ γενέθλια· ἐν τοῖς ναοῖς τε τῆς Ῥώμης καὶ ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ἀνδριάντας αὐτοῦ ἵστασθαι. Ἐπὶ δέ γε τοῦ βήματος δύο αὐτοῦ ἀνδριάντας ἱδρύσαντο, τὸν μὲν ὡς τοὺς πολίτας σεσωκότος, τὸν δ' ὡς ἐκ πολιορκίας ῥυσαμένου τὴν πόλιν. Ἐστεφάνωντο δὲ καὶ ἄμφω στεφάνοις τοῖς ἐπὶ τοιούτοις νενομισμένοις. Βουλευτήριόν τε καινὸν οἰκοδομηθῆναι ἐπέταξαν, ἵν' Ἰουλιανὸν ἐπὶ τῷ αὐτοῦ κληθείη ὀνόματι. Τιμητήν τε καὶ διὰ βίου καὶ μόνον αὐτὸν ἐψηφίσαντο εἶναι· ἔχειν δὲ καὶ τὰ τῶν δημάρχων προνόμια· καὶ εἴ τις αὐτὸν ἔργῳ ἢ λόγῳ ὑβρίσειεν, ἱερὸν εἶναι ἐθέσπισαν, καὶ τῷ ἄγει ἐνέχεσθαι. Τί δὲ τὸ ἱερὸν εἶναι νενόμιστο, ἤδη B μοι προαφήγηται. Χαίροντα δὲ τούτοις ὁρῶντες αὐτὸν, ἐπίχρυσόν τε δίφρον αὐτῷ ἔδοσαν, καὶ στολὴν ἣ πάλαι ἐχρῶντο οἱ βασιλεύσαντες, καὶ φρουρὰν ἐκ τῶν ἱππέων καὶ ἐκ τῶν βουλευτῶν, εὔχεσθαί τε δημοσίᾳ ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὴν τύχην αὐτοῦ ὀμνύναι (71), καὶ τὰ πραχθησόμενα παρ' αὐτοῦ κύρια τυγχάνειν ἐνομοθέτησαν, διά τε αὐτὸν Ἰούλιον (72) προσηγόρευσαν, καὶ ἄλλα πλείονα (ἵνα δὲ τὸ καθ' ἕκαστον ἀπαριθμοῦντες τὸν ἀκροατὴν μὴ ἀποκναίωμεν) αὐτῷ ἐψηφίσαντο. Ἐξ ὧν ἐπίφθονος ἔδοξεν ἢ μᾶλλον νεμεσητὸς, καὶ καθ' ἑαυτοῦ πολλοὺς διηρέθισε, μέχρις ἂν εἰς τὸ ἐπελθὸν αὐτῷ κατηντήκει τέλος. Καὶ ὁ μὲν οὕτω σφαγεὶς ἔκειτο. Οἱ δὲ ἐκεῖ παρόντες ἄνθρωποι ἅπαντες ἐταράττοντο, τὴν τῶν σφαγέων ἀγνοοῦντες διάνοιαν, καὶ ὡς αὐτίκα κινδυ- C νεύσοντες ἔφευγον, καὶ τοὺς συναντῶντας ἐξέπλησσον, καὶ θρήνων τὴν πόλιν ἐπλήρουν. Καὶ ἡ μὲν πόλις οὕτω διέκειτο, οἱ δὲ σφαγεῖς, δεδιότες μή τις σφίσιν ἐπίθηται, γυμνοῖς καὶ ᾑμαγμένοις τοῖς ξίφεσι διὰ τῆς ἀγορᾶς διελθόντες ἀνέδραμον εἰς τὸ Καπιτώλιον, ἐκεῖ τε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα διήγαγον. Ὁ δὲ Λέπιδος, ἐν τῷ στρατοπέδῳ μαθὼν τὰ γεγενημένα, νυκτὸς σὺν τοῖς στρατιώταις κατέλαβε, καὶ κατὰ τῶν σφαγέων ἐδημηγόρει. Ἀντώνιος δὲ, τοῦ Καίσαρος ἀναιρεθέντος, φοβηθεὶς ἐκρύβη· τὸν δὲ Λέπιδον ἐλθόντα μαθὼν καὶ τοὺς φονεῖς εἰς τὸ Καπιτώλιον ὄντας, θαῤῥήσας ἐξῆλθε, καὶ τὴν γερουσίαν ἀθροίσας ὡμίλει αὐτῇ, καὶ γνώμας εἰσῆγε πρὸς τὰ γενόμενα. Ὁ δὲ Κικέρων δημηγορήσας ἔπεισε πάν- D τας μὴ μνησικακεῖν ἀλλήλοις, ἀλλὰ κἂν τισιν ἡμάρτηταί τι, παρόψεσθαι τοῦτο, ἵνα μὴ ἐμφύλιος αὖθις γένηται πόλεμος καὶ τῶν πολιτῶν ὄλεθρος ὑπ' ἀλλήλων ὀλλυμένων, ὁμονοῆσαι δὲ ὁμοφύλους ὄντας καὶ συγγενεῖς. Καὶ προσέθετο δεῖν καὶ τὰ παρὰ τοῦ Καίσαρος πραχθέντα εἴτε ἐν δωρεαῖς ἢ τιμαῖς εἴτε ἢ ἐν ἀρχαῖς φυλάξαι, καὶ μή τι τούτων πολυπραγμονῆσαι ἢ ἀνατρέψαι. Πεισθέντες οὖν αὐτῷ μηδενὶ μνησικακεῖν ἐψηφίσαντο. Καὶ οἱ σφαγεῖς δὲ τοῖς στρατιώταις ὁμιλοῦντες ἐκ τοῦ Καπιτωλίου μηδὲν

Variæ lectiones et notæ.

(71) *Τὴν τύχην αὐτοῦ ὀμνύναι.* *Per fortunam* Cæsaris, Wolfius vertit : melius forte *per genium*, de qua formula consulendus præ cæteris Joan. Bapt. Hansenius in lib. *De jurejurando*, cap. 15.

(72) *Διά τε αὐτὸν Ἰούλιον*. Sic mss. Wolfius legendum censet, διά τε αὐτὸν τὸν Κουϊντίλιον τὸν μῆνα Ἰούλιον προσηγόρευσαν. Atque ita vertit.

τῶν τῷ Καίσαρι πραχθέντων ἀκυρῶσαι ὑπέσχοντο, A μήτ' ἀφαιρήσεσθαί τινα μηδὲν τῶν ἑκάστῳ δεδομένων· καὶ οὕτως ἐς καταλλαγὰς ἧκον. Οὐ πρότερον δὲ οἱ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατέβησαν ἢ τόν τε τοῦ Λεπίδου παῖδα καὶ τὸν τοῦ Ἀντωνίου ὁμήρους λαβεῖν. Μετὰ ταῦτα τῆς διαθήκης τοῦ Καίσαρος ἀναγνωσθείσης μαθὼν ὁ δῆμος ὅτι υἱὸν πεποίηται τὸν Ὀκτάβιον, καὶ ὅτι τῇ τε πόλει δωρεὰς καὶ ἑκάστῳ δραχμὰς, ὡς μὲν Ὀκτάβιος γράφει, τριάκοντα, ὡς δ' ἕτεροι, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα καταλέλοιπεν, ἐταράχθησαν. Καὶ ὁ Ἀντώνιος τὸν νεκρὸν εἰς τὴν ἀγορὰν προθέμενος ᾑματωμένον, καὶ λόγον ἐπὶ τῷ κειμένῳ εἰπὼν, τὸ πλῆθος παρώξυνε πρὸς ὀργήν. Εἶπε γὰρ πολλὰ μὲν πρὸς ἔπαινον τοῦ ἀνδρὸς, καὶ πρὸς ἔλεον τοῦ πάθους τοὺς ἀκροατὰς ἐρεθίζοντα. Εἶτα καὶ τὰ ψηφισθέντα αὐτῷ καταλέξας ὀνόματα, ἐπήγαγεν· B *Ἀλλ' οὗτος ὁ πατὴρ, οὗτος ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ ἄσυλος, ὁ ἥρως, ὁ θεὸς τέθνηκεν, οἴμοι, οὐ νόσῳ βιασθεὶς, οὐδὲ γήρᾳ μαρανθεὶς, οὐδὲ ἔξω που ἐν πολέμῳ τρωθεὶς, οὐδὲ ἐκ δαιμονίου τινὸς αὐτομάτως ἁρπασθείς· ἀλλ' ἐνταῦθα τοῦ τείχους ἐντὸς ἐπιβουλευθείς· ὁ καὶ εἰς Βρεττανίαν ἀσφαλῶς στρατεύσας, ἐν τῇ πόλει ἐνεδρευθείς· ὁ τὸ πωμήριον αὐτῆς ἐπαυξήσας, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατασφαγείς· ἄοπλος ὁ εὐπόλεμος, γυμνὸς ὁ εἰρηνοποιὸς, πρὸς τοῖς δικαστηρίοις ὁ δικαστὴς, πρὸς ταῖς ἀρχαῖς ὁ ἄρχων, ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ὃν μηδεὶς τῶν πολεμίων, μηδ' εἰς τὴν θάλασσαν ἐκπεσόντα κτεῖναι δεδύνητο· ὑπὸ τῶν ἑταίρων, ὁ πολλάκις αὐτοὺς ἐλεήσας. Ποῦ δῆτά σοι,* C *Καῖσαρ, ἡ φιλανθρωπία; ποῦ δ' ἡ ἀσυλία; ποῦ δ' οἱ νόμοι; Ἀλλὰ σὺ μὲν, ὅπως μηδ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τις φονεύηται, πολλὰ ἐνομοθέτησας, σὲ δὲ οὕτως οἰκτρῶς ἀπέκτειναν οἱ φίλοι. Καὶ νῦν ἐν τῇ ἀγορᾷ πρόκεισαι ἐσφαγμένος, δι' ἧς πολλάκις ἐπόμπευσας ἐστεφανωμένος· καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος ἔρριψαι κατατετρωμένος, ἀφ' οὗ πολλάκις ἐδημηγόρησας. Οἴμοι πολιῶν ᾑματωμένων! ὢ στολῆς ἐσπαραγμένης, ἣν ἐπὶ τούτῳ μόνον, ὡς ἔοικεν, ἔλαβες, ἵνα ἐν ταύτῃ σφαγῇς!* Ἐπὶ τούτοις ὁ δῆμος ἐξοργισθεὶς τοὺς μὲν σφαγεῖς ἐζήτει, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἁρπάσαντες ἐν τῇ ἀγορᾷ ἔκαυσαν. Καὶ ἐπὶ τὰς τῶν φονέων οἰκίας ὥρμησαν, καὶ Ἔλβιον Κίνναν δημαρχοῦντα διεχειρίσαντο, πλανηθέντες τῇ ὁμωνυμίᾳ· οὐ γὰρ οὗτος τῷ Καίσαρι ἐπεβούλευσεν, ὁ στρατηγὸς δὲ Κίννας Κορνήλιος. Βωμὸν δὲ ἔνθα κατέκαυσε τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος, ἤγειρε τὸ πλῆθος, ἵν' ἐπ' αὐτοῦ θύοιεν ὡς θεῷ τῷ Καίσαρι. Οἱ δ' ὕπατοι αὐτὸν ἀνέτρεψαν, καὶ νόμον εἰσήνεγκαν μηδένα αὖθις γενέσθαι δικτάτωρα, θάνατον θέντες τὸ ἐπιτίμιον, εἴ τις εἰσηγήσεται τοῦτο, καὶ εἴ τίς που δέξεται. Ἀντώνιος δὲ τότε πολλὰ ἐναυθεντῶν διεπράξατο, ἀρχάς τε διδοὺς καὶ χώρας, καὶ ἐλευθερίαν, καὶ ἀτέλειαν, καὶ φυγάδας κατάγων, ὡς τῆς δυναστείας τοῦ Καίσαρος τάχα διάδοχος, καὶ πολλὰ ἐκ τούτων ἠργυρολόγησε χρήματα.

vel tricenas, ut Octavius, vel octogenas quinas, ut alii tradunt, drachmas relictas, turbatus est. Cum autem Antonius cadavere ejus adhuc cruento in foro proposito, orationem ad defuncti laudes, et ad cædis commiserationem pertinentem habuisset, multitudo concitata est. Deinde recitatis honoribus qui ei decreti fuerant, subjecit : *Sed pater, pontifex, sacrosanctus, heros, deus mortuus est : hei mihi, non morbo, non senio exstinctus, non feris in bello vulneratus, nec fortuito aliquo casu raptus : sed hic intra mœnia per insidias cæsus est. Qui citra periculum in Britanniam penetravit, in urbe per dolum occubuit. Qui pomœrium civitatis promovit, intra curiam est trucidatus : inermis, vir bellicosus : nudus, vir pacificus : ad prætoria, prætor : apud magistratus, magistratu præditus : a civibus, quem nemo hostium vel in mari natantem accidere potuit : a familiaribus, quorum sæpe misertus fuit. Ubi tua est humanitas, Cæsar ? ubi sacrosancta auctoritas ? ubi leges ? Tu quidem accurate providisti, ne quis ab inimicis cæderetur : te vero crudeliter amici occiderunt, et nunc in foro jaces interfectus. In suggesto jaces vulneribus confectus, unde multas conciones habuisti. Heu canos sanguine concretos : heu vestem laceratam, quam eo scilicet induisti, ut in ea jugulareris.* His verbis populus commotus, percussores quæritavit, raptum cadaver Cæsaris in foro cremavit, ad ædes percussorum tetendit, ac Helvium **494** Cinnam tribunum plebis per errorem nominis occidit. Neque enim is Cæsari fecerat insidias, sed Cornelius Cinna prætor. Quo in loco Cæsar crematus est, plebs aram erexit, in qua illi ut deo sacrificaret. Sed eam consules everterunt, lege lata, ne quis deinceps dictator crearetur. Qui autem dictaturam vel decrevisset, vel accepisset, ut capite plecteretur. Antonius tum pro auctoritate multa egit, dandis magistratibus, provinciis, libertate, immunitate, atque exsulibus revocandis, non secus ac si potentatus Cæsaris successor esset : iisque rebus magnam pecuniam coegit.

ΙΓ'. Ὀκτάβιος δὲ Γάϊος, ὃς καὶ Πίας (73) ὠνομάστο, ἀδελφῆς τοῦ Καίσαρος ἦν υἱὸς συνοικούσης Ὀκταβίῳ τῷ ἐκ Βελιτρῶν τῶν Οὐολουσκίδων (74), ἐτράφη δὲ παρὰ τῇ μητρὶ καταλειφθεὶς ὀρφανός. Αὐξηθεὶς δὲ διῆγε παρὰ τῷ Καίσαρι ἄπαιδι ὄντι. Διὸ καὶ ἔστεργε τὸν ἀδελφιδοῦν, καὶ μεγάλας εἶχεν ἐπ'

XIII. C. vero Octavius, qui et Pius, sororis Cæsaris filius, nuptæ Octavio Veliterno (sunt autem Velitræ Volscorum municipium) pupillus relictus, apud matrem educatus est. Cum adolevisset, apud Cæsarem egit orbum liberis : qui eum amavit, magna de eo spe concepta. Nam Accia mater ejus

Variæ lectiones et notæ.

(73) *Ὃς καὶ Πίας*. Ita alter e Regiis et Colbertеus : alter Reg. Πίους *Pius*.

(74) *Οὐολουσκίδων*. Sic mss. Reg. et Colbert. Wolfius, Οὐολισκίδων, ediderat.

prægnans somniavit intestina sua ferri ad cœlum, explicarique per omnem terrarum ambitum. Somniavit et pater Octavius eadem nocte, utero Acciæ jubar solis exortum. Qui cum ob uxoris puerperium serius in curiam venisset, P. Nigidius Figulus senator, qui astronomiæ peritissimus habebatur, comperta Octavii moræ causa, exclamavit : *Tu nobis dominum genuisti*. Cum puer ruri educaretur, aquila pane ex manibus ejus rapto subvolavit, ac delapsa rursus eumdem restituit. Deinde, cum adolescentulus in urbe degeret, somniavit Cicero se videre illum catenis aureis e cœlo ad Capitolium demitti, et a Jove flagris cædi. Catulus vero et ipse in somnis vidit, Jovem Romæ imaginem in sinum filii Octavii, pueri adhuc, demittere. His de causis eum Cæsar, in amplissima spe adoptatum, hæredem instituit, ac diligentissime in arte dicendi Græce Latineque erudiendum curavit. Exercuit et in re militari, et ad negotiorum reipublicæ atque imperii administrationem assuefecit. Hic igitur Octavius, Apolloniæ studiorum causa degens, interitu Cæsaris audito, Brundusium trajecit : cognitoque avunculi testamento et tumultu populi, Cæsaris nomen **495** sibi vindicavit : aditaque hæreditate, rebus gerendis animum intendit, annos octodecim natus. Eo urbem ingrediente, magnus circulus, et instar cœlestis arcus varius, orbem solis ambiit, futuri tumultus prænuntius. Tribunatum, quamvis ab Antonio prohiberetur, ambire non destitit : sed tribuno conciliato sibi, in forum perductus, pro concione promisit, se legata, patris testamento relicta, statim soluturum ; et aliorum emolumentorum plebi spem fecit. Cujus studia cum sibi adjunxisset, exorta stella quæ a septentrione versus occasum tendebat, quam alii cometam dicebant, ea portendentem, quæ solet id genus impressionum : alii Cæsari dedicabant, in stellarum numerum recepto scilicet : non dubitavit pridem Octavius, tum Cæsar, post etiam Augustus, æneam statuam Cæsaris, cum stella supra caput, in æde Veneris dedicare. Quod cum populi metu nemo prohiberet, etiam alia in Cæsaris honorem fecit. Antonius vero, qui cum contumeliis et injuriis agitabat, plebe ægre ferente, ac pene omnibus indignantibus, sibi metuens, cum eo collocutus est : et cum reconciliati viderentur, ex suspicione quadam inimicitiæ recruduerunt. Et quia Cæsaris opes crescere videbat, multitudinem largitionibus et obsequiis ad se allicere studuit : idque facile consecuturus videbatur, cum ipse consul, frater Lucius tribunus plebis, Caius

αὐτῷ τὰς ἐλπίδας. Ἥ τε γὰρ μήτηρ αὐτοῦ Ἀττία, ἐγκυμονοῦσα αὐτὸν, ἔδοξε κατ' ὄναρ τὰ σπλάγχνα αὐτῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρεσθαι, καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἐκτετάσθαι τὴν γῆν. Καὶ ὁ ἐκείνης ἀνὴρ κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα ἐδόκει ὁρᾷν ἥλιον ἐκ τῆς νηδύος αὐτῆς ἀνατέλλοντα. Ἄρτι δὲ τοῦ παιδὸς τεχθέντος, Νιγίδιος Φίκουλος (75) βουλευτὴς, διαγινώσκειν τὰς τῶν ἀστέρων κινήσεις ἄριστα πιστευόμενος, βραδύτερον εἰς τὸ συνέδριον τοῦ Ὀκταβίου ἀπηντηκότος, ἤρετο αὐτὸν τὴν αἰτίαν τῆς βραδύτητος. Ὡς δὲ διὰ τὸν τοῦ παιδὸς τόκον, ἐκεῖνος ἔφη, ἀνεβόησεν ὅτι *Δεσπότην ἡμῖν ἐγέννησας*. Τρεφομένου δὲ τοῦ παιδὸς ἐν ἀγρῷ, ἀετὸς, ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐξαρπάσας ἄρτον, καὶ μετεωρισθεὶς, αὖθις ἀπέδωκεν αὐτὸν καταπτάς. Παιδίσκου τε αὐτοῦ ὄντος καὶ ἐν Ῥώμῃ διατρίβοντος, ἔδοξεν ὁ Κικέρων καθ' ὕπνους ὁρᾷν αὐτὸν ἁλύσεσι χρυσαῖς ἐκ τοῦ πόλου πρὸς τὸ Καπιτώλιον καθιμώμενον καὶ παρὰ τοῦ Διὸς μαστιζόμενον (76). Κάτουλος δὲ καὶ αὐτὸς καθ' ὕπνους ἐδόκει τὸν Δία τῆς Ῥώμης εἰκόνα εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ὀκταβίου παιδὸς ἔτι ὄντος ἐμβεβληκέναι. Ἐκ τούτων τοίνυν ὁ Καῖσαρ μεγάλα ἐπ' αὐτῷ ἐλπίσας εἰσεποιήσατό τε τὸν παῖδα, καὶ κληρονόμον κατέλιπε, καὶ ἐπιμελῶς ἐπαίδευε λόγοις ῥητορικοῖς, τῇ τε τῶν Λατίνων καὶ τῇ Ἑλληνίδι φωνῇ, καὶ ἤσκει πρός τε τὰς στρατείας καὶ πρὸς πραγμάτων διοίκησιν πολιτικῶν τε καὶ ἀρχικῶν. Οὗτος οὖν ὁ Ὀκτάβιος ὅτε ὁ Καῖσαρ ἐσφάγη, ἐν Ἀπολλωνίᾳ ἔτυχεν ὢν, ἐπὶ παιδείᾳ σταλείς. Ἔνθα μαθὼν τὸ συμβεβηκὸς ἐπεραιώθη πρὸς τὸ Βρεντέσιον. Καὶ τάς τε διαθήκας τοῦ Καίσαρος γνοὺς, καὶ ὡς ὁ δῆμος τετάρακται, τὸ ὄνομά τε τοῦ Καίσαρος ᾠκειώσατο καὶ τὸν κλῆρον ἐδέξατο, καὶ τῶν πραγμάτων εἴχετο, ὀκτωκαιδεκέτης ὤν. Εἰσιόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὴν Ῥώμην, ἶρις πάντα τὸν ἥλιον ποικίλη καὶ πολλὴ περιέσχεν, ἣ προσεδήλου τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι ταραχήν. Εἰσελθὼν δὲ, δημαρχῆσαι μὲν ἐπεχείρησεν (77), ἀλλ' ἐκωλύθη ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀντώνιον. Ὁ δ' οὐχ ἡσύχασεν, ἀλλὰ τὸν δήμαρχον ὑπελθὼν καὶ παρ' αὐτοῦ ἐς τὸν δῆμον εἰσαχθεὶς ἐδημηγόρησε, καὶ τὴν καταλειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος δωρεὰν εὐθὺς ἐκτίσειν ὑπέσχετο, ἄλλων τέ τινων αὐτοῖς ἐλπίδας ὑπέτεινε. Καὶ οὕτω τὸν δῆμον ἐφελκυσάμενος, ἐπεί τις ἀστὴρ τότε ἐφάνη ἐξ ἄρκτου πρὸς ἑσπέραν, ὃν οἱ μὲν κομήτην ἔλεγον, προσημαίνοντα οἷά που εἴωθεν, οἱ δὲ τῷ Καίσαρι αὐτὸν ἀνετίθεσαν, ὡς ἐς τὸ τῶν ἀστέρων ἀριθμὸν ἐγκατειλεγμένῳ, θαρσήσας ὁ πρώην μὲν Ὀκτάβιος, ἤδη δὲ Καῖσαρ κληθεὶς, μετὰ ταῦτα μέντοι καὶ Αὔγουστος, χάλκεον ἀνδριάντα τοῦ Καίσαρος, ἀστέρα φέροντα ὑπὲρ κεφαλῆς, εἰς τὸ Ἀφροδίσιον ἔστησεν. Ὡς δὲ παρ' οὐδενὸς τοῦτο κεκώλυτο, φόβῳ τοῦ δήμου, καὶ

Variæ lectiones et notæ.

(75) *Φίκουλος*. Duo Regii et Colbert. Φίβουλος.

(76) *Παρὰ τοῦ Διὸς μαστιζόμενον*. Sic ubi Wolfius : *Suetonius puerum facie liberali demissum cælo catena aurea, ad fores Capitolii constitisse, eique Jovem flagellum tradidisse : hinc suspicor legendum non* μαστιζόμενον, *sed* μάστιγα ἐγχειριζόμενον, *nisi forte* μαστίζειν *idem significet*.

(77) *Δημαρχῆσαι μὲν ἐπεχείρησεν*. Ita mss. at Wolfius legendum censebat δημηγορῆσαι. Sequitur enim : εἰς τὸν δῆμον εἰσαχθεὶς ἐδημηγόρησέ τε, etc. Quare pro his verbis : *Tribunatum ambire non destitit*, vertendum, *urbemingressus, concionem ad populum habere instituit : neque destitit, quamvis ab Antonio prohiberetur, sed tribuno sibi conciliato*, etc.

ἄλλα τινὰ εἰς τιμὴν τοῦ Καίσαρος διεπράξατο. Ἀντώνιος δὲ τὸν νέον Καίσαρα τοῦτον περιύβριζέ τε καὶ ἀδικῶν ἦν, δι' ἃ ποτὲ θροῦς πρὸς τοῦ πλήθους ἐγένετο, καὶ σφόδρα πάντες σχεδὸν ἠγανάκτησαν. Φοβηθεὶς οὖν ὁ Ἀντώνιος, εἰς λόγους ἦλθεν αὐτῷ, καὶ ἔδοξαν κατηλλάχθαι, ἀλλ' αὖθις ἐξ ὑποψίας τινὸς διηνέχθησαν. Ὁρῶν οὖν ὁ Ἀντώνιος τὸν Καίσαρα αὐξανόμενον, ἐπεχείρησεν εἰς ἑαυτὸν τὸν ὅμιλον ἐπισπάσασθαι, τινὰ αὐτοῖς χαριζόμενος. Ἠδύνατο γὰρ αὐτὸς ὑπατεύων, θατέρου τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ δημαρχοῦντος, τοῦ Λουκίου δηλαδή, τοῦ δέ γε λοιποῦ τοῦ Γαΐου στρατηγοῦντος. Τὰ δέ γε τῆς πόλεως ἐν ἀκαταστασίᾳ ἦσαν. Ἐδόκει δὲ ὁ Ἀντώνιος, ἅτε ὑπατεύων πλεονεκτεῖν. Ὁ δὲ Καῖσαρ ὑπὸ τοῦ πλήθους μάλιστα ἐσπουδάζετο, καὶ διὰ τὸν πατέρα καὶ διὰ τὰς ὑποσχέσεις ἃς ἐποιεῖτο· τὸ δὲ μεῖζον ὅτι πολὺ δυναμένῳ τῷ Ἀντωνίῳ ἤχθοντο, καὶ ταπεινῶσαι αὐτὸν ἐβούλοντο.

A vero prætor esset. In tanto rerum motu, et Antonii summa propter consulatum potentia, populus tamen Cæsari maxime studuit, cum propter patris memoriam, tum ob ipsius pollicitationes; sed ob illud in primis, ut Antonium, cujus vires ægre ferebant, premerent.

ΙΕ'. Ἀντωνίου δὲ εἰς τὸ Βρεντέσιον ἀπελθόντος πρὸς τοὺς ἐκ Μακεδονίας περαιωθέντας στρατιώτας, ὁ Καῖσαρ ἐκεῖ μὲν φίλους μετὰ χρημάτων, ἵνα σφᾶς σφετερίσωνται, προαπέστειλεν· αὐτὸς δὲ μέχρι Καμπανίας ἐλθών, πλῆθος συνέλεξεν ἐκ διαφόρων χωρῶν τῷ πατρὶ τιμωρεῖν λέγων, χρήματα τὰ μὲν διδούς, τὰ δὲ ὑπισχνούμενος. Καὶ σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη, πρὶν ἐπανελθεῖν τὸν Ἀντώνιον. Καὶ τῷ δήμῳ ὁμιλήσας, ἐπαίνων ἔτυχε καὶ αὖθις ἀπεδήμησε δύναμιν ἀθροίσων. Ἀντώνιον δὲ ἐν Βρεντεσίῳ οἱ στρατιῶται φιλοφρόνως ἐδέξαντο. Εἶτα πικρῶς αὐτοῖς προσφερομένου, ὡς καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτεῖναι, ἐνεωτέρισαν, καὶ συχνοὶ μετέστησαν πρὸς τὸν Καίσαρα. Ἀντώνιος δὲ ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς τὴν Γαλατίαν ἐξώρμησε, φοβηθεὶς μὴ αὐτή τι νεοχμώσῃ, καὶ ὁ Καῖσαρ δ' ἐπηκολούθησεν. Ἦρχε δὲ τότε τῆς Γαλατίας ὁ Βροῦτος ὁ Δέκιμος, εἷς τῶν συνομοσάντων κατὰ τοῦ Καίσαρος, καὶ ὃς μίσει τῷ πρὸς Ἀντώνιον οὐχ ὑπεῖξεν αὐτῷ. Τοῦτο μαθὼν ὁ Καῖσαρ, τὸν Βροῦτον προσεταιρίσατο· οὔπω γὰρ ἑώρα καιρὸν τοῦ τιμωρήσασθαι τοὺς φονεῖς τοῦ πατρός. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ ἡ σύγκλητος ἐβουλεύετο, θορυβουμένη διὰ τὸν πόλεμον. Καὶ πολλοὶ μὲν γνώμας ἄλλας εἰσήνεγκαν. Κικέρων δὲ πολέμιον δεῖν εἶπε ψηφίσασθαι τὸν Ἀντώνιον, τὸν Καίσαρα μέντοι καὶ τὸν Βροῦτον τὸν Δέκιμον αὐτῷ ἐναντιουμένους ἐπαινέσαι, ἐφ' οἷς ἰδιογνωμονήσαντες πεποιήκασι, καὶ ἐπικουρῆσαι αὐτοῖς, καὶ ἐξουσίαν νεῖμαι πρὸς τὸ μέλλον, καὶ τοὺς ὑπάτους ἅμα ἄμφω πρὸς τὸν πόλεμον πεπομφέναι, καὶ πολεμῆσαι αὐτῷ μηδὲ διατρίβειν καὶ μέλλειν. Ταῦτα τοῦ Κικέρωνος συμβουλεύσαντος, ὁ Καληνὸς ὁ Κύϊντος ἐναντιούμενος αὐτῷ συνεβούλευε πέμψαι πρὸς ἅπαντας τὴν βουλὴν κελεύουσαν ὁμοίως αὐτοῖς καταθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ἐπ' αὐτῇ καὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς στρατιώτας ποιήσασθαι. Καὶ πεισθέντας μὲν ἐπαινέσαι· εἰ δ' ἀπειθήσουσι πολεμῆσαι, τὸν πόλεμον δὲ τοῖς ὑπάτοις πιστεῦσαι. Ὁ μὲν οὖν εἶπε ταῦτα· οἱ πράττοντες δὲ τὰ τοῦ Καίσαρος ἐπεκράτησαν. Καί τινες πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐκ τῆς βουλῆς ἀπεστάλησαν, κελευούσης αὐτῷ τά τε στρατόπεδα καὶ τὴν Γαλατίαν ἀφεῖναι καὶ ἀπελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, τοῖς αὐτῷ τε συστρατευομένοις προσταττούσης οἴκαδε ἀναχωρῆσαι ῥητῆς ἡμέρας ἐντός, ἢ γινώσκειν ὡς ἐν μοίρᾳ πολεμίων αὐτοὶ λογισθήσονται. Πρὸ δὲ τοῦ τὴν γνώμην τοῦ Ἀντωνίου μαθεῖν τὸν πρὸς αὐτὸν πόλεμον τοῖς ὑπάτοις καὶ τῷ Καίσαρι, ἀρχὴν αὐτῷ στρατηγοῦ δόντες,

XIV. Antonio Brundusium ad legiones Macedonicas profecto, Cæsar amicis eo cum pecunia præmissis, in Campaniam progressus, exercitum ex B diversis provinciis coegit, patris necem ulturus, pecunia partim numerata, partim promissa: cum eoque ante reditum Antonii propere in urbem reversus, oratione ad populum habita laudatus est, atque iterum ad delectus habendos abiit. Antonium vero milites benigne Brundusii 496 acceperunt. Deinde cum ab eo, nonnullis interfectis, crudeliter tractarentur, tumultuati sunt, ac multi ad Cæsarem defecerunt. Antonius vero in Gallias properavit, veritus ne rebus novis studerent: cumque Cæsar secutus, D. Brutum conjurationis contra Cæsarem participem, qui ei provinciæ præerat, Antonii inimicum, sibi Cæsar conciliat. Nam tempus vindicandi patris nondum adesse cernebat. Romæ senatu deliberante, et propter bellum territo, C alii aliis sententias dixerunt: Cicero autem Antonium hostem judicandum, et Cæsarem ac D. Brutum privata auctoritate cum illo bellum gerentes, laudandos et adjuvandos esse censuit: data etiam in posterum auctoritate, et ambos consules sine ulla cunctatione ad bellum ei inferendum mittendos. Q Calenus contra, legatos ad omnes mittendos esse, qui eos armis positis, semetipsos et legiones auctoritati senatus permittere juberent. Quod si auscultassent, laudandos esse; sin minus, bellum consulibus contra eos mandandum. Verum Cæsariana factione prævalente, quidam ex senatu ad Antonium missi, qui cum, exercitibus et Galliis omissis, in Macedoniam ire, ejus item milites D intra statum diem domum redire juberent, alioqui hostium loco habendos esse. Et priusquam nosset animum Antonii senatus, bellum contra cum consulibus, Cæsari potestatem imperatoris mandavit. Quibus rebus Antonius cognitis, legatis senatus contumeliose tractatis, per suos legatos, causam quæ bello prætexebatur, in ipsos decreti auctores retorsit. Quamobrem denuo et ipse hostis judicatus est: et milites, ni illum reliquissent, alio die præfinito. Ille vero Mutinæ Decimum obsidens, nihil gessit memorabile. Decimus vero primum egregie se defendit. Deinde cum operibus undique cinctus esset, veritus Cæsar, ne caperetur, aut penuria commeatus deditionem faceret: cum Hirtio exercitum versus Mutinam duxit. Sed cum

amnem præterfluentem propter custodias trajicere non possent, et de sua præsentia eum certiorem factum cuperent, ex altissimis arboribus ei signa dederunt, **497** flamma elata : quæ cum non intelligeret, laminæ plumbi tenuissimi quid vellent inscripserunt, eamque chartæ instar convolutam natatori perferendam dederunt. Sic Decimus præsentia eorum cognita, eodem illis modo rescripsit. Quem cum Antonius nihil cedere videret, Lucio fratre ad obsidionem relicto, contra Cæsarem et Hirtium est profectus. Ac primum æquo Marte certatum est : tandem victor Antonius, noctu clam contra Junium quem appropinquare senserat, ducit, eumque per insidias vulneral, maximam ejus militum partem cædit, reliquos in vallo obsidet : et contra Cæsarem, Hirtium, et cæteros convertitur. Verum Hirtius cum et de via et pugna fessum, ex improviso aggressus, illustri victoria superavit.

A ἐμπεπιστεύκασι. Ταῦτα μαθὼν ὁ Ἀντώνιος τοὺς μὲν πρὸς αὐτὸν σταλέντας ἐξωνείδισεν· ἀντιστείλας δ' ἑτέρους τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου δι' ὧν προετείνετο, εἰς τοὺς κατ' αὐτοῦ ψηφισαμένους ἀντιπεριίστα. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ πολέμιον αὖθις τὸν Ἀντώνιον ἐψηφίσαντο, καὶ τοὺς αὐτῷ συστρατευομένους, εἰ μὴ αὐτὸν καταλίποιεν, ἑτέραν ἡμέραν εἰς τοῦτο αὐτοῖς ὁρισάμενοι. Ὁ δὲ ἐπολιόρκει τὸν Δέκιμον ἐν τῇ Μουτίνῃ, οὐ μέντοι λόγου τι κατώρθωσεν ἄξιον. Ὁ Δέκιμος δὲ πρῶτον μὲν ἰσχυρῶς ἠμύνετο τὸν Ἀντώνιον, ἔπειτα παντελῶς ἀπετειχίσθη. Δείσας οὖν ὁ Καῖσαρ μὴ ἢ ἁλῷη ἢ ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ἐνδοίη, σύν γε τῷ Ἱρτίῳ ἐπεστράτευσε πρὸς Μουτίνην. Τὸν δὲ πρὸς αὐτῇ ποταμὸν περαιωθῆναι οὐκ ἠδυνήθησαν διὰ τὴν ἐν αὐτῷ φρουράν. Σπεύδοντες B δὲ τὴν ἑαυτῶν παρουσίαν τῷ Δεκίμῳ γνωρίσαι, ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων δένδρων ἐφρυκτώρουν. Ὡς δ' οὐ συνίει, μολίβδου λεπτὸν ἄγαν ποιήσαντες ἔλασμα, ἔγραψαν ἐν αὐτῷ, καὶ ὡς χάρτην τοῦτο ἑλίξαντες, κολυμβητῇ διενεγκεῖν ἔδωκαν. Καὶ οὕτως ὁ Δέκιμος τὴν παρουσίαν αὐτῶν μαθὼν, ἀντεπέστειλε σφίσι τὸν αὐτὸν τρόπον. Ὁ οὖν Ἀντώνιος ὁρῶν οὐκ ἐνδιδόντα τὸν Δέκιμον, ἐκείνῳ τὸν ἀδελφὸν κατέλιπε Λούκιον, αὐτὸς δ' ἐπὶ τὸν Καίσαρα καὶ τὸν Ἵρτιον ὥρμησε. Καὶ πρότερον μὲν ἰσοπαλεῖς ἐγίνοντο μάχαι, ὑπερέσχε δ' ὕστερον ὁ Ἀντώνιος· καὶ τὸν Ἰούνιον αἰσθόμενος πλησιάζοντα, ἀπῆρε λαθὼν νυκτὸς ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐνεδρεύσας αὐτόν τε κατέτρωσε καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς πλείους ἀπέκτεινε· τοὺς δέ γε λοιποὺς κατέκλεισεν εἰς τὸ τάφρευμα, καὶ πρὸς τὸν Καίσαρα καὶ τοὺς ἄλλους ἐτράπετο. Καί οἱ ὁ Ἵρτιος κὰκ τῆς πορείας καὶ τῆς μάχης πεπονηκότι ἀνελπίστως ἀπαντήσας πολὺ ἐκράτησε.

XV. Ea clade Antonii cognita, senatus et Hirtium, et Junium, et Cæsarem imperatores appellavit, quamvis Junius rem male gessisset, Cæsar vero non pugnasset, ab Hirtio ad castrorum custodiam relictus. Sic Antonius succubuit. Sed et T. Munatius Plancus ejusdem factionis, a Pontio Aquila Decimi legato victus est. Antonius alienatis a se militum animis, et populis quibusdam sibi prius addictis tumultuantibus, territus, ad tempus quievit : sed nonnullis a Lepido copiis auctus, recepit animum, subitaque eruptione facta, et multis utrinque cæsis, profligatus, fugam cepit. Itaque senatus illius clade lætus, omnes qui cum eo fecerant, hostes judicavit, tam ipsorum quam Antonii bonis publicatis. Cæsarem vero nec insigni aliquo honore affecerunt, et premere sunt conati, iis omnibus quæ se accepturum sperabat, in Decimum collatis. Ac ne malefacere posset, magistratus inimicis ejus decreverunt, Sexto Pompeio classis præfecto designato, M. Bruto Macedonia, Cassio Syria et bello contra Dolabellam mandato. Ut autem Cæsaris milites inter sese committerent, alios laudarunt, pecuniis et coronis oleaginis datis : aliis nihil tribuerunt. Verum Cæsaris industria factum, ut nihilominus inter se consentirent. Quo Romæ cognito, ne sic quidem consulatum, sed alios ei honores decreverunt. Quos aspernantem, prætorem **498** primum, deinde consulem fecerunt. Ac illi quidem Cæsarem pro puero et adolescentulo, sicuti vulgo appellabatur, tractabant : ille vero cum cætera, tum pueri appellationem ægre ferens, ad arma conversus, clam de pace

ΙΕ'. Τὴν δ' ἧτταν τοῦ Ἀντωνίου μαθοῦσα ἡ βουλὴ αὐτοκράτορας τόν τε Ἵρτιον καὶ τὸν Ἰούνιον καὶ C τὸν Καίσαρα ὠνόμασαν, καίτοι τοῦ μὲν Ἰουνίου κακῶς ἀπαλλάξαντος, Καίσαρος δὲ μηδὲ μαχεσαμένου. Ἐπὶ γὰρ τῇ τοῦ στρατοπέδου κατέμεινε φυλακῇ, τοῦ Ἱρτίου κατὰ τοῦ Ἀντωνίου ὁρμήσαντος. Οὕτω μὲν οὖν ὁ Ἀντώνιος ἡττήθη. Καὶ Τίτος δὲ Μουνάτιος Πλάγκος τῶν Ἀντωνίου ὢν καὶ Ποντίῳ Ἀκύλᾳ τῷ Δεκίμῳ ὑποστρατηγοῦντι προσπολεμῶν, ἐνικήθη. Κἀντεῦθεν οἵ τε τοῦ Ἀντωνίου στρατιῶται οὐχ ὡς πρώην διέκειντο πρὸς αὐτὸν, καί τινες τῶν αὐτῷ προσκειμένων δήμων πρότερον ἐστασίαζον. Ὁ δὲ τέως μὲν κατεπέπληκτο καὶ ἡσύχαζεν· ὡς δέ τις ἐκ τοῦ Λεπίδου δύναμις αὐτῷ παρεγένετο, καὶ ἀνεθάρσησεν καὶ αἰφνιδίαν ἐπεκδρομὴν ἐποιήσατο· φόνου δὲ ἐξ ἀμφοῖν τῶν στρατευμάτων γενομένου πολλοῦ, τραπεὶς ἔφυγεν. Ἡ δὲ γερουσία, τὰ D πραχθέντα μαθοῦσα, τῇ μὲν ἥττῃ τοῦ Ἀντωνίου ἔχαιρε, τοὺς δὲ αὐτῷ συνεξετασθέντας πολεμίους ἀπέφηνε πάντας, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν καὶ τὴν ἐκείνου ἀφείλετο. Τὸν δὲ Καίσαρα οὔτε τινὸς μεγάλου ἠξίωσαν καὶ καταλύειν προσεπεχείρησαν, πάντα ὅσα ἐκεῖνος ἤλπιζε λήψεσθαι τῷ Δεκίμῳ δόντες. Ἵνα δὲ μὴ δυνηθῇ τι δρᾶσαι κακὸν, τοὺς ἐχθροὺς αὐτῷ ἐς ἀρχὰς ἐψηφίσαντο, τῷ μὲν Πομπηΐῳ Σέξτῳ τὸ ναυτικὸν ἀναθέμενοι, τῷ δὲ Βρούτῳ τῷ Μάρκῳ τὴν Μακεδονίαν, Κασσίῳ δὲ τὴν Συρίαν καὶ τὸν πρὸς Δολοβέλλαν πόλεμον ἐπιτρέψαντες. Τοὺς δὲ τοῦ Καίσαρος στρατιώτας συγκρούσειν ἀλλήλοις αὐτοὺς μηχανώμενοι, τοὺς μὲν ἐπῄνεσαν καὶ χρήματα καὶ στεφάνους αὐτοῖς παρέσχον ἐξ ἐλαιῶν, τοῖς δ' οὐδὲν ἐψηφίσαντο. Ἀλλ' ἐκεῖνοι καὶ οὕτως ὡμονόουν, τοῦ

Καίσαρος αὐτοὺς πρὸς τοῦτο ἐνάγοντος. Μαθόντες οὖν οἱ ἐν τῇ πόλει ταῦτα, καὶ φοβηθέντες, ὕπατον μὲν αὐτὸν οὐδ᾽ οὕτως ἀπέδειξαν, ἄλλας δέ οἱ τιμὰς ἐψηφίσαντο. Ὡς δ᾽ ἐν οὐδενὶ λόγῳ ταύτας ἔσχε, στρατηγὸν τὸ πρῶτον, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ὕπατον ἐψηφίσαντο. Καὶ οἱ μὲν οὕτω τὸν Καίσαρα ἐδόκουν μεταχειρίζεσθαι, ὡς παῖδα καὶ ὡς μειράκιον, ἅπερ καὶ διεθρύλλουν· ἐκεῖνος δὲ ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ὅτι παῖς ἤκουε, δεινῶς ἀγανακτῶν, ἐπὶ τὰ ὅπλα ἐτράπετο καὶ πρός τε τὸν Ἀντώνιον λάθρα διεκηρυκεύσατο, καὶ τοὺς διαφυγόντας ἐκ τῆς μάχης, οὓς πολεμίους ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο, συνήθροιζε, καὶ κατηγόρει παρ᾽ αὐτοῖς τῆς γερουσίας τε καὶ τοῦ δήμου. Ταῦτα δὲ οἱ ἐν τέλει τέως μὲν ἐν ὀλιγωρίᾳ πεποίηντο· ἐπεὶ δὲ συμπεφρονηκότας ἔμαθον τὸν Ἀντώνιον καὶ τὸν Λέπιδον, θεραπεύειν τὸν Καίσαρα ἤρξαντο, καὶ τὸν πρὸς ἐκείνους αὐτῷ ἀνέθεντο πόλεμον, ἀγνοοῦντες τοὺς λόγους οὓς ἐπεποιήκει πρὸς τὸν Ἀντώνιον. Ὁ δὲ τὸν πόλεμον ὑπεδέξατο, ὕπατος δι᾽ αὐτῶν ἀποδειχθῆναι πειρώμενος (πάνυ γὰρ ἦν ἡ ὑπατεία αὐτῷ δι᾽ ἔρωτος), καὶ τὴν μάχην ἀναδεξάμενος ἡτοιμάζετο μὲν ὡς πολεμήσων, τοὺς στρατιώτας δὲ λάθρα παρεσκεύασεν ὀμόσαι δῆθεν ἀφ᾽ ἑαυτῶν πρὸς μηδὲν τῶν στρατοπέδων μαχέσασθαι τῶν ἐκείνου γενομένων τοῦ Καίσαρος. Τοῦτο δ᾽ ἦν μήτε πρὸς Ἀντώνιον μήτε πρὸς Λέπιδον ἀντιτάξασθαι. Πλεῖστοι γὰρ αὐτοῖς ἐξ ἐκείνων συνεστρατεύοντο. Πρέσβεις οὖν διὰ τοῦτο πρὸς τὴν βουλὴν ἐξ αὐτῶν τῶν στρατιωτῶν τετρακοσίους ἐκπέπομφε· τοῦτο δὲ σκηνὴ μὲν ἦν πρεσβείας, τὸ δὲ πᾶν τῶν ἐψηφισμένων αὐτοῖς εἴσπραξις καὶ σπουδὴ τοῦ ἀποδειχθῆναι τὸν Καίσαρα ὕπατον. Ἀναβαλλομένων δὲ αὐτῶν τὴν ἀπόκρισιν οἱ στρατιῶται ὠργίζοντο· εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν ἐξελθὼν τοῦ βουλευτηρίου, καὶ τὸ ξίφος λαβὼν (ἄοπλοι γὰρ εἰσελθεῖν ἐκελεύσθησαν) εἶπεν· *Ἂν ὑμεῖς τὴν ὑπατείαν μὴ δοίητε Καίσαρι, τοῦτο δώσει.* Ὁ Καῖσαρ μέντοι, ὅτι εἰς τὸ συνέδριον εἰσιόντες ἠναγκάσθησαν ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ὅτι ἐπύθετό τις πότερον παρὰ τῶν στρατοπέδων ἐπέμφθησαν, ἢ πρὸς τοῦ Καίσαρος, ἔγκλημα ἐποιεῖτο, καὶ τὸν Ἀντώνιον καὶ τὸν Λέπιδον σπουδῇ μετεπέμψατο, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν Ῥώμην μετὰ τῶν στρατιωτῶν ὡς ὑπ᾽ αὐτῶν τάχα ἐκβιασθεὶς ὥρμησε. Καί τινας τῶν ἱππέων ἀπέκτειναν, ὡς κατασκόπους αὐτῶν. Οἱ δὲ τῆς βουλῆς τὴν ἔφοδον γνόντες αὐτῶν, τά τε χρήματα αὐτοῖς μήπω πλησιάσασιν ἔπεμψαν, καὶ ὕπατον τὸν Καίσαρα ἐψηφίσαντο. Ἀλλ᾽ οἱ στρατιῶται ἀνάγκῃ ταῦτα πράξαντας εἰδότες αὐτοὺς, καὶ ἐξεφόβουν καὶ ἐθρασύνοντο. Πρὸς δὲ ταῦτα ἡ γερουσία μεταβαλλομένη ἀπηγόρευσε τῇ στρατιᾷ πλησιάσαι τῇ πόλει, καὶ τοῖς στρατηγοῖς τὴν φρουρὰν αὐτῆς ἐνεχείρησε. Τῷ Καίσαρι δὲ σὺν τῇ στρατιᾷ πρὸ τοῦ ἄστεος γενομένῳ τῶν τε βουλευτῶν τινες καὶ τῶν τοῦ δήμου πολλοὶ προσεχώρησαν, καὶ οἱ στρατηγοὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς στρατιώτας ἐκείνῳ παρέδοσαν· καὶ οὕτω τὴν πόλιν ἀμαχεὶ κατασχὼν, ὕπατος καὶ παρὰ τοῦ δήμου προὐβέβλητο, μηδ᾽ ἀπαντήσας εἰς τὴν συνάθροισιν, ἵνα μὴ δοκῇ βιάζεσθαι τούτους. Καὶ συνάρχων αὐτῷ ἐδόθη ὁ Κύϊντος ὁ Πέδιος, εἴγε οὕτω καλέσαι αὐτὸν, ἀλλὰ μὴ ὕπαρχον δεῖ. Οὕτω δ᾽ ὕπατος αἱρεθεὶς ὁ Καῖσαρ, τά τε ἐν τῇ πόλει πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτῷ κατεστήσατο, καὶ χρήματα τοῖς στρατιώταις παρέσχετο,

A cum Antonio egit : et e pugna elapsos, quos senatus hostes judicarat, collegit, apud quos de senatu populoque questus est. Hæc ii qui summæ rerum præerant, principio neglectui habuere : sed Lepidi Antoniique consensu cognito, Cæsarem colere cœperunt, bello quod contra illos gereret, mandato, ignari quid cum Antonio egisset. Eam ille conditionem non recusavit, per id bellum consulatus adipiscendi spe, cujus amore æstuabat. Proinde cum ad pugnam se parare videretur, clam id cum militibus egerat, ut veluti sua sponte jurarent, se cum nullo exercitu, qui sub Cæsare patre ejus militasset, pugnaturos : quod non erat aliud, quam cum Antonio et Lepido, qui militum illorum plurimos haberent, non congressuros esse. Eaque de causa cccc B ex ipsis militibus per speciem legationis ad senatum misit : cum revera id ageretur, ut promissa exigerentur, et Cæsar consul declararetur. Cum responsum differri milites ægre ferrent, unus eorum curia egressus, sumpto gladio (inermes enim ingredi jussi fuerant), *Si vos*, inquit, *Cæsari consulatum non dederitis, hic dabit.* Cæsar vero per eam causam, quod in ingressu curiæ arma ponere coacti, et a quodam rogati essent, utrum a legionibus, an a Cæsare missi essent, Lepido et Antonio festinanter accersitis, Romam veluti coactus a militibus properavit, equitibus aliquot in itinere pro exploratoribus occisis. Senatus eorum adventu cognito, et pecuniam antequam appropinquarent, misit, et consulem Cæsarem designavit. Quod quia C necessitate milites expressum intelligebant, ferociter atque insolenter se contra P. C. gesserunt. Qui ea re irritati, mutata sententia, exercitui urbis aditu interdixerunt, civitatis custodia prætoribus mandata. Sed cum Cæsar ad urbem venisset, multi ex senatu et plebe ad eum transierunt, prætoresque et se et milites ejus fidei permiserunt. Sic urbe citra **499** pugnam potitus, consul etiam a populo est designatus : in concionem non progressus, ne vim afferre civibus videretur. Collega ei (si tamen ita nominandus est, ac non potius administer) datus est Q. Pedius. Consul factus, statum civitatis arbitratu suo composuit : militibus pecuniam, quam e publico largiebatur, se de suo D dare simulavit, et gratias egit. A senatu multi honores illi per speciem benevolentiæ, sed revera cogente metu, sunt decreti : præter cæteros vero in familiam Cæsaris usitato ritu adoptatus, cognomentum id accepit. Quod etsi prius etiam usurparat, veluti una cum hæreditate acceptum, non tamen constanter tenuerat, priusquam more majorum confirmatum esset. Ex eo C. Julius Cæsar Octavianus est appellatus Usitatum enim est, ut qui adoptantur, cætera nomina adoptantis assumant, uno ex gentilitiis retento.

λόγῳ μὲν οἴκοθεν, ἔργῳ δ' ἐκ τῶν κοινῶν, καὶ τούτοις χάριν ὡμολόγει. Παρὰ δὲ τῆς βουλῆς αὐτῷ πολλὰ πρὸς τιμὴν ἐψηφίσθησαν, δοκήσει μὲν ἑκούσης, τῇ δ' ἀληθείᾳ φόβῳ βιαζομένης. Πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ εἰς τὸ τοῦ Καίσαρος γένος κατὰ τὰ νομιζόμενα εἰσεποιήθη, καὶ τὴν ἐπίκλησιν εἰλήφει. Ὠνόμαζε μὲν γὰρ καὶ πρότερον αὐτὸς ἑαυτὸν Καίσαρα, ὡς μετὰ τοῦ κλήρου καὶ τὴν προσηγορίαν διαδεξάμενος, οὐ μέντοι βεβαίως αὐτὴν εἶχε πρὸ τοῦ ταύτην κατὰ τὰ πάτρια βεβαιώσασθαι. Ἔκτοτε δὲ Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταβιανὸς ἐπεκλήθη. Νενόμισται γὰρ τοὺς υἱοθετουμένους, τὴν μὲν ἄλλην πρόσρησιν ἀπὸ τοῦ εἰσποιησαμένου λαμβάνειν, ἕν δέ τι τῶν προτέρων ὀνομάτων τηρεῖν.

παινῶν ἡ μὲν Εἰρὰς πρὸς τοῖς ποσὶν ἀπέθνησκεν, ἡ δὲ Χαρμόνιον ἤδη καρηβαροῦσα καὶ σφαλλομένη κατεκόσμει τὸ περὶ κεφαλὴν ἐκείνης διάδημα. Εἰπόντος δέ τινος, *Καλὰ ταῦτα, Χαρμόνιον; Κάλλιστα μὲν οὖν*, ἔφη, *καὶ πρέποντα τῇ τοσούτων ἀπογόνῳ βασιλέων*. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα παρὰ τὴν κλίνην ἔπεσε καὶ αὐτή. Λέγεται δὲ ἀσπίδος δήγματι θανεῖν κομισθείσης μετὰ τῶν σύκων. Οἱ δ' ἐν ὑδρίᾳ τηρεῖσθαι τὴν ἀσπίδα φασὶν, ἠλακάτῃ δὲ χρυσῇ τῆς Κλεοπάτρας ἐκκαλουμένης αὐτὴν καὶ ἀγριαινούσης ὁρμήσασαν ἐμφῦναι αὐτῆς τῷ βραχίονι. Λέγεται δὲ καὶ φάρμακον αὐτὴν ἔχειν ἐν κνήστιδι κοίλῃ, καὶ τὴν κνήστιδα κρύπτειν τῇ κόμῃ. Ὁ δὲ Δίων βελόνην αὐτὴν εἶναί φησιν, ᾗ τὰς τρίχας ἀνεῖρεν, ἰῷ περικεχρισμένην, δύναμιν ἔχοντι, ἂν αἵματος ἅψηται, ὡς τάχιστα καὶ ἀλυπότατα φθείρειν. Ἡ μὲν οὖν ἀπώλετο· τὸ δ' ἀληθὲς οὐκ ἐγνώσθη, ἢ ὅτι περὶ τὸν ἐκείνης βραχίονα δύο νυγμαὶ ὤφθησαν λεπταί τε καὶ ἀμυδραὶ, οὐδὲ δὲ φαρμάκου τι σημεῖον περὶ τὸ σῶμα ἐκείνης ἐξήνθησεν, οὔτε τὸ θηρίον εὑρέθη, εἰ μή τινας συρμοὺς αὐτοῦ παρὰ θάλασσαν, ᾗ τὸ δωμάτιον ἀφεώρα καὶ θυρίδες ἦσαν, ἰδεῖν ἔφασκον. Εἴκασται δὲ ἐξ ἀσπίδος αὐτὴν θανεῖν, ὅτι πολλὰ πρώην συνῆγε θανάσιμα φάρμακα, καὶ ταῦτα τοῖς κατεψηφισμένοις θάνατον προὔβαλλε· καὶ τὰ μὲν ὠκύμορα κατελάμβανεν, ὀδυνηρὸν δ' ἐπάγοντα θάνατον, τὰ δὲ πραότερα μὲν, διὰ χρόνον δέ γε κατεργαζόμενα· μόνον δ' εὕρισκε τὸ δῆγμα τῆς ἀσπίδος ἄνευ σπασμοῦ κάρον ὑπνώδη ἐφελκόμενον ἱδρῶτι μαλακῷ, καὶ τῶν αἰσθητηρίων ἀμαυρώσει ῥᾳδίως ἀπονεκροῦν. Ἀκούσας δὲ ὁ Καῖσαρ τὴν τελευτὴν αὐτῆς, ἐξεπλάγη, καὶ φάρμακα τῷ σώματι καὶ ψύλλους ἐπήνεγκεν. Οἱ δὲ ψύλλοι ἄνδρες εἰσὶ (γυνὴ γὰρ τὴν δύναμιν ταύτην ἔχειν οὐ πέφυκεν), δύνανται δὲ πάντα ἰὸν παντὸς ἑρπετοῦ, πρὶν θανεῖν τὸν δεδηγμένον ἢ τετρωμένον, ἐκμυζᾷν, καὶ αὐτοί τε μὴ βλάπτεσθαι, καὶ τὸν πεφαρμαγμένον θεραπεύειν. Φύονται δὲ ἐξ ἀλλήλων, καὶ δοκιμάζουσι τὰ γεννηθέντα, ἢ μετὰ ὄφεων ἐμβληθέντα, ἢ καὶ τῶν σπαργάνων αὐτῶν ἐπιβληθέντων ἰοβόλοις τισίν· οὔτε γὰρ τῷ παιδὶ λυμαίνονται, καὶ ὑπὸ τῆς ἐσθῆτος αὐτοῦ ναρκῶσιν. Ὁ μὲν οὖν Καῖσαρ ἐπὶ τῇ τῆς γυναικὸς τελευτῇ ἠχθέσθη, καὶ τὴν ἐκείνης εὐγένειαν ἐθαύμαζε, καὶ συνταφῆναι τῷ Ἀντωνίῳ ἐκέλευσε πολυτελῶς καὶ βασιλικῶς. Ἐντίμου δὲ καὶ αἱ θεράπαιναι ταφῆς ἔτυχον, ἐκείνου προστάξαντος. Ἐτελεύτησε δὲ Κλεοπάτρα μὲν τεσσαρακοντοῦτις, ἑνὸς δέοντος, τούτων δύο καὶ εἴκοσι βασιλεύσασα, πλείω δὲ τῶν δεκατεσσάρων Ἀντωνίῳ συνάρξασα. Ἀντώνιον δὲ οἱ μὲν ἕξ, οἱ δὲ τρισὶν ὑπερβαλεῖν φασι τὰ πεντήκοντα. Τὸν δὲ τοῦ Ἀντωνίου υἱὸν Ἄντυλον τὸν ἐκ τῆς Φουλβίας, καὶ τὸν τῆς Κλεοπάτρας τὸν Καισαρίωνα ὁ Καῖσαρ ἀπέκτεινεν. Ἀντώνιος μὲν οὖν καὶ Κλεοπάτρα οὕτως ἀπήλλαξαν. Καῖσαρ δὲ τὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως νεκρὸν εἶδε καὶ προσήψατο αὐτοῦ. Τὰ δὲ τῶν Πτολεμαίων σώματα, καίτοι τῶν Ἀλεξανδρέων δεῖξαί οἱ καὶ ταῦτα βουληθέντων, ἰδεῖν οὐκ ἠθέλησεν, εἰπὼν ὅτι *Βασιλέα, ἀλλ' οὐ νεκροὺς ἰδεῖν ἐπεθύμησα*. Οὐδὲ τῷ Ἄπιδι ἐντυχεῖν ἐπείσθη, λέγων ὅτι θεοὺς, ἀλλ'

His dictis, et ipsa juxta lectum exanimis concidit. Fertur autem Cleopatra morsu aspidis serpentis periisse, una cum ficubus allata : alii in hydria asservatam tradunt aspidem, et colu aurea lacessitam et irritatam ejus brachium mordicus arripuisse. Dicitur et venenum in cultello cavo habuisse, quem capillo occultaverit. Dion autem refert acum qua capillum discriminaret, veneno inunctam fuisse : cujus veneni ea vis esset, ut cum sanguinem attigisset, celerrime et minima cum molestia exitium afferret. Utcunque sit, illa periit : veritas ignoratur, nisi quod in ejus brachio duæ vibices tenues et obscuræ apparuerunt, in corpore nulla veneni indicia sunt animadversa : neque serpens ipse repertus est, nisi quod nonnulli dixerunt, se tractus illius quosdam juxta mare, quo conclave aspectabat, et fenestræ erant, conspexisse. Cæterum conjectura fuit, eam aspidis morsu periisse, quod multa lethalia venena pridem collegerat, eaque damnatis capitis proponebat, quorum alia mortem celerem cum magno cruciatu afferrent, alia mitiora tardiorem. Solum autem morsum aspidis observarat, veternum soporiferum cum molli sudore citra convulsionem inducere, et sensibus hebetatis leviter exstinguere. Cæsar ejus interitu audito obstupuit, et cadaveri remedia et psyllos adhibuit. Psylli autem viri sunt (nulla enim mulier ea vi prædita est) qui quodvis venenum cujusvis serpentis, priusquam is qui morsus aut vulneratus est, moriatur, exsugendo, nec ipsi læduntur, et venenis infecto salutem afferunt. Propagantur alii ex aliis, et fœtus explorant, vel in serpentes conjectos, vel eorum fasciis serpentibus injectis : qui nec puerum lædunt, et vestibus illius tecti torpescunt. Cæsar igitur Cleopatræ obitu doluit, generosam ejus indolem admiratus, eamque magnifice regaliterque cum Antonio sepeliri jussit. Sunt et ancillæ jussu illius honorificam sepulturam assecutæ. Obiit Cleopatra annos unde XL nata, e quibus II et XX regnavit, amplius XIV cum Antonio imperavit. Antonium vero alii III, alii VI et L vixisse annos tradunt. **531** Ejus ex Fulvia filium Antyllum, et Cleopatræ filium Cæsarionem, Cæsar interfecit. Cleopatra atque Antonio ad hunc modum sublatis, Alexandri regis corpus vidit et attrectavit. Ptolemæorum etiam Alexandrinis ostendere volentibus, recusavit : *Se enim regem videre cupivisse, non cadavera*. Neque Apidem adire voluit : quod deos, non boves adorare consuevisset. Ægyptum tributariam fecit, et pecuniam omnem, quam ibi maximam reperit, secum avexit. Rebus in Ægypto suo arbitratu ordinatis, per Syriam in Asiam abiit, ibique hibernavit. Romani vero et tum, et prius etiam, Actiacam victoriam adepto plurimos honores decreverunt. Sub æstatem in Græciam et Italiam trajecit. Eo Romam ingresso, populus sacrificavit, et consul bovem immolavit : quod nulli prius acciderat. Triumphum per triduum egit, pompæ omnes illustres fuerunt : tan-

tumque manubiarum adfuit, ut iis omnibus sufficerent. Est et Cleopatræ statua in lecto traducta, ejus brachio aspide inhærente. Inter alios captivos, ejus quoque liberi : Alexander, qui et Sol : et Cleopatra, quæ et Luna dicebatur, in triumpho ducti sunt. Post omnia Cæsar invectus, spectacula per multos dies edidit.

A οὐχὶ βοῦς προσκυνεῖν εἴθισμαι. Τὴν δ' Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε, χρήματά τε πάμπολλα εὗρε καὶ πάντα ἀφείλετο. Καὶ τὰ ἐκεῖ ὡς αὐτῷ ἐδόκει διοικησάμενος, εἰς τὴν Ἀσίαν διὰ τῆς Συρίας ἀπῆλθε, καὶ ἐκεῖ παρεχείμασεν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τότε καὶ πρότερον, ὅτε τὴν ναυμαχίαν ἐνίκησε, πολλὰ ἐς τιμὴν αὐτῷ ἐψηφίσαντο. Κατὰ δὲ τὸν τοῦ θέρους καιρὸν ἐς τὴν Ἑλλάδα καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐπεραιώθη. Καὶ αὐτοῦ εἰς τὴν πόλιν εἰσελθόντος ἔθυσαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ὁ ὕπατος ἐβουθύτησεν, ὃ μήπω πρότερον ἐπ' ἄλλῳ ἐγένετο. Ἑώρτασε δὲ καὶ ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις τὰ νικητήρια, καὶ ἐπιφανεῖς αἱ πομπαὶ πᾶσαι γεγόνασι. Τοσαῦτα γὰρ ἠθροίσθησαν λάφυρα ὥστε πάσαις ἐπαρκέσαι. Παρεκομίσθη δὲ καὶ στήλη τῆς Κλεοπάτρας ἐπὶ κλίνης, ἀσπίδα ἐμπεφυκυῖαν ἔχουσα τῷ βραχίονι. Καὶ μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων καὶ οἱ ἐκείνης παῖδες, ὅ τε Ἀλέξανδρος ὁ Ἥλιος καὶ Κλεοπάτρα ἡ καὶ Σελήνη. Ἐφ' ἅπασι δ' ὁ Καῖσαρ ἐπήλασε, καὶ θεωρίαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐγένοντο.

XXXII. Sub hæc tempora M. Crassus in Macedoniam, Thraciam et Græciam missus, et cum multis gentibus bella gerens, alias vicit, alias in deditione accepit. Eæ gentes olim Mysi et Getæ vocabantur, omnem eum tractum qui intra Hæmum et Istrum est, incolentes. Progressu temporis autem, quædam earum aliis nominibus sunt appellatæ. Deinde omnia ea quæ Savus fluvius in Istrum influens, supra Dalmatiam, Macedoniam et Thraciam a Pannonia disterminat, Mysiæ appellationem subierunt. Inter eos, præter alias multas gentes sunt Triballi et Dardanii. Hæc igitur Romani sub regibus ac in libera republica, et a potentibus oppressa, annis xxv et dcc et gesserunt, et pertulerunt. Deinceps haud dubie sub unius potestatem reciderunt. Nam cum Cæsar in animo haberet, armis positis, imperium senatui populoque restituere, idque consilium Agrippæ et Mæcenati, **532** quibus arcana sua credebat, aperuisset : Agrippa deponendæ potestatis auctor ei fuit, Mæcenas contrarium omnino suasit. Nam cum longo jam tempore rerum potitus esset, aut potestatem ei retinendam, aut ea posita pereundum esse affirmabat : quod qui semel imperarint, tuto vitam privatam agere nullo modo possent. Longaque oratione monuit, quibus rationibus tuto et juste, atque etiam citra civium molestiam imperare posset, hac addita clausula : *Si ea, quæ alio imperante tibi fieri velles, ipse ultro feceris aliis, neque peccabis quidquam, et omnia feliciter administrabis, et suavissime nulloque cum periculo ætatem deges.* His consiliis auditis, utroque probato et collaudato, Mæcenatis sententiam est secutus : et monarchia non deposita, cognomentum imperatoris sibi ascivit, non illud quod antiquitus ob victoriam tribui solebat, sed id quo regia potestas significabatur. Anno sequenti sextum consul factus, Agrippa collega, quem insigni honore prosequebatur, desponsa etiam sorore Octavia, et princeps senatus cognominatus est, ut in liberrima civitate receptum fuerat. In honorem Romæ et civium tum alia fecit, tum multos ad egestatem redactos liberaliter donavit : tum veteres tabulas eorum qui in ærarios relati fuerant, exussit : tum quæ sub Antonio et Lepido per injuriam acta fue-

ΛΒ'. Καὶ ὁ Κράσσος ὁ Μάρκος κατὰ τούτους τοὺς B χρόνους εἰς τὴν Μακεδονίαν, καὶ εἰς τὴν Θρᾴκην, καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα πεμφθείς, πολλοῖς ἐπολέμησεν ἔθνεσι, καὶ τὰ μὲν ἐνίκησε, τὰ δὲ προσηγάγετο. Τὰ δ' ἔθνη ταῦτα πάλαι μὲν Μυσοί τε καὶ Γέται ἐκέκληντο· πᾶσαν γὰρ μεταξὺ τοῦ τε Αἵμου καὶ τοῦ Ἴστρου οὖσαν νεμόμενοι· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τινὲς αὐτῶν καὶ ἄλλοις ὀνόμασιν ἐπεκλήθησαν. Καὶ μετὰ ταῦτα πάνθ' ὅσα ὁ ποταμὸς ὁ Σαῦος εἰς τὸν Ἴστρον ἐμβάλλων ὑπὲρ τῆς Δαλματίας καὶ τῆς Μακεδονίας τῆς τε Θρᾴκης ἀπὸ τῆς Παννονίας ἀφορίζει, εἰς τὸ τῆς Μυσίας προκεχώρηκεν ὄνομα, καὶ ἐν αὐτοῖς ἄλλα τε πολλά εἰσιν ἔθνη καὶ οἱ Τριβαλλοὶ προσαγορευθέντες, οἵ τε κεκλημένοι Δαρδάνιοι. Ταῦτα μὲν οὖν ἔν τε τῇ βασιλείᾳ καὶ τῇ δημοκρατίᾳ καὶ ταῖς δυναστείαις πέντε καὶ εἴκοσι καὶ C ἑπτακοσίοις ἔτεσιν ἔπραξάν τε Ῥωμαῖοι καὶ ἔπαθον. Ἐκ δὲ τούτου μοναρχεῖσθαι αὖθις ἀκριβῶς ἤρξαντο, καίτοι τοῦ Καίσαρος τά τε ὅπλα καταθέσθαι βουλευομένου, καὶ τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι τὰ πράγματα. Τὴν μέντοι γνώμην τῷ Ἀγρίππᾳ καὶ τῷ Μαικήνᾳ, οἷς ἐπίστευσε τὰ ἀπόρρητα, κοινωσάμενος, τὴν μὲν Ἀγρίππου γνώμην ἀποτρέπουσαν αὐτὸν τῆς μοναρχίας εὕρηκεν· ὁ δὲ Μαικήνας τοὐναντίον συνεβούλευεν ἅπαν, εἰπὼν ἤδη τὴν μοναρχίαν ἐπὶ πολὺ διοικῆσαι αὐτόν, καὶ ἀναγκαῖον εἶναι· δυεῖν θάτερον, ἢ μεῖναι ἐπὶ τῶν αὐτῶν, ἢ ἀπολέσθαι ταῦτα προέμενον. Τοῖς γὰρ ἅπαξ μοναρχήσασιν ἀσφαλῶς ἰδιωτεῦσαι εἶναι ἀδύνατον. Ὑπέθετο δὲ καὶ ὅπως ἀσφαλῶς καὶ δι- D καίως ἄρξῃ, πρὸς δὲ καὶ ἀνεπαχθῶς, πολὺν κατατείνας λόγον περὶ τῆς ὑποθέσεως, καὶ ἐπὶ πᾶσι ταῦτα ἐπήγαγεν· *Εἰ ὅσα ἕτερόν τινα ἄρξαντά σου ποιεῖν ἐβούλου, ταῦτα αὐτὸς αὐτεπάγγελτος πράττεις, οὔτε τι ἁμαρτήσεις, καὶ πάντα κατορθώσεις, ἥδιστά τε καὶ ἀκινδυνότατα ζήσεις.* Οἱ μὲν οὖν ταῦτα τῷ Καίσαρι συνεβούλευσαν· ὁ δὲ ἄμφω μὲν καὶ ἐθαύμασε καὶ ἐπῄνεσεν, εἵλετο δὲ τοῦ Μαικήνου τὴν συμβουλήν, καὶ οὔτε τὴν μοναρχίαν ἀπέθετο καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος προσειλήφει ἐπίκλησιν, οὐ τὴν ἐπὶ νίκαις κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην τισί, ταύτην γὰρ πολλάκις ἐπεκλήθη, ἀλλὰ τὴν τὸ κράτος σημαίνουσαν τὸ βασίλειον. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει ἕκτον ὑπάτευσεν, Ἀγρίππα οἱ συνάρχοντος, ὃν ὑπερβαλλόντως ἐτίμα, καὶ τὴν ἀδελφὴν

αὐτῷ τὴν Ὀκταβίαν συνῴκισε. Καὶ τῆς γερουσίας πρόκριτος ἐπεκλήθη ὁ Καῖσαρ, ὡς ἐν τῇ ἀκριβεῖ δημοκρατίᾳ νενόμιστο, ἄλλα τε πολλὰ πεποίηκεν εἰς τιμὴν τῆς Ῥώμης καὶ τῶν πολιτῶν, καὶ χρήματα πολλοῖς τῶν πολιτῶν ἐχαρίσατο λαμπρῶς πενητεύσασι, τά τε παλαιὰ συμβόλαια τῶν εἰς τὸ κοινὸν ὀφειλόντων κατέκαυσε· καὶ ὅσα ἐπὶ Λεπίδου καὶ Ἀντωνίου ἀδίκως ἐγένοντο, δι' ἑνὸς προγράμματος κατέλυσεν ἅπαντα. Καὶ ἐπὶ τούτοις ὑμνούμενος, ἵνα μᾶλλον τιμηθείη, καὶ παρ' ἑκόντων τὴν μοναρχίαν λαβεῖν ἐπεθύμησεν. Ὡς μὴ δοκοίη ἀκόντων ἄρχειν, καὶ τοὺς αὐτῷ μάλιστα ἐπιτηδείους παρασκευάσας, εἰς τὴν γερουσίαν εἰσῆλθεν ἕβδομον ὑπατεύων, καὶ παραιτεῖσθαι, λέγων τὴν μοναρχίαν καὶ πάντα ὑπὸ τοῖς ἀρίστοις ποιεῖν, ἐδέετο τούτων δέξασθαι αὐτοῦ τὴν τῆς μοναρχίας ἀπόθεσιν. Οἱ δὲ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν εἰδότες τὴν γνώμην αὐτοῦ, οἱ δ' ὑποπτεύοντες, οἱ μὲν ἐλέγξαι αὐτὸν οὐκ ἐβούλοντο, οἱ δ' ἐδεδοίκεσαν. Ὅθεν καὶ πιστεύειν αὐτῷ οἱ μὲν ἐπλάττοντο, οἱ δὲ ἠναγκάζοντο, καὶ ἐβίασαν δῆθεν αὐτὸν αὐταρχεῖν. Καὶ τὴν μὲν ἡγεμονίαν οὕτως παρά τε τῆς γερουσίας καὶ τοῦ δήμου ἐβεβαιώσατο, καὶ τὴν φροντίδα πᾶσαν τῶν κοινῶν ὑπεδέξατο. Τῶν δ' ἐθνῶν τὰ μὲν ἀσθενέστερα ὡς εἰρηναῖά τε καὶ ἀπόλεμα προσένειμε τῇ βουλῇ· τὰ δ' ἰσχυρότερα ὡς ἐπικίνδυνα τάχα καὶ σφαλερὰ κατέσχεν αὐτὸς, δοκήσει μὲν ὅπως ἡ γερουσία τὰ κάλλιστα τῆς ἀρχῆς καρπῷτο, αὐτῷ δ' οἱ πόνοι ἐπίκεινται, τῇ δ' ἀληθείᾳ, ἵνα ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἄοπλοι καὶ ἄμαχοι ὦσιν, αὐτὸς δὲ καὶ ὅπλα ἔχῃ καὶ στρατιώτας τρέφῃ. Ἵνα δὲ μή τι μοναρχικὸν δοκοίη φρονεῖν, ἐς δέκα ἔτη τὴν ἀρχὴν τῶν ἀπονεμηθέντων αὐτῷ κατεδέξατο. Τοσούτῳ γὰρ χρόνῳ αὐτὰ καταστήσειν ὑπέσχετο, λόγῳ ταῦτα ἐπαγγελλόμενος. Τῆς γὰρ δεκαετίας περανθείσης ἕτερα πέντε ἔτη, εἶτ' αὖθις πέντε, καὶ μετὰ τοῦτο δέκα καὶ ἕτερα πάλιν πεντάκις (86) αὐτῷ ἐψηφίσθη, ὥστε τῇ τῶν δεκαετηρίδων διαδοχῇ διὰ βίου μοναρχῆσαι αὐτόν. Κἀντεῦθεν καὶ οἱ μετ' αὐτὸν αὐτοκράτορες, καίτοι διὰ βίου ἀποδεικνύμενοι, ὅμως διὰ τῶν δέκα ἐτῶν ἀεὶ ἑώρταζον, ὡς αὖθις τότε τὴν ἡγεμονίαν ἀνανεούμενοι. Πολλὰ δὲ καὶ τότε εἰς τιμὴν ἐψηφίσθη τῷ Καίσαρι, καὶ Αὔγουστος ἐπεκλήθη. Ἐφίετο μὲν γὰρ Ῥωμύλος ὀνομασθῆναι, αἰσθόμενος δὲ ὑποπτεύεσθαι ἐκ τούτου τῆς βασιλείας ἐπιθυμεῖν, (οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πράγματι μὲν τὰ τῶν βασιλευομένων ὑπέμενον, τῷ δ' ὀνόματι ἤχθοντο) ἀπέσχετο τοῦ Ῥωμύλος ἐπικληθῆναι, καὶ Αὔγουστος καλεῖσθαι ἠθέλησεν, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὑπάρχων. Πάντα γὰρ τὰ ἱερώτατα καὶ σεβάσμια Αὔγουστα προσαγορεύεται· ἐξ οὗπερ καὶ Σέβαστον προσεῖπον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, ἐξελληνίζοντές πως ὥσπερ τινὰ σεπτόν. Ἡ δὲ τῶν αὐτοκρατόρων κατοικία παλάτιον ὠνομάσθη, ὅτι ἔν τε τῷ παλατίῳ λεγομένῳ ὄρει, ἐν ᾧ Φαυστοῦλος ᾤκει, καὶ ἐκεῖ τὸ στρατήγιον εἶχε, καὶ διὰ τοῦτο, κἂν ἄλλοθί που ὁ αὐτοκράτωρ καταλύῃ, τὴν τοῦ παλατίου κλῆσιν ἡ καταγωγὴ αὐτοῦ ἔχει. Πᾶσα δὲ ἐξουσία ἥ τε τοῖς ὑπάτοις τὸ παλαιὸν διδομένη καὶ ἡ τοῖς δημάρχοις καὶ ἡ τοῖς τιμηταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς αὐτοκράτορσι δέδοται. Καὶ προσέτι καὶ λελύσθαι

rant, uno decreto abolevit omnia. Quas ob res cum laudibus in cœlum efferretur, majoris etiam honoris desiderio imperium a volentibus accipere desideravit, ac ne invitis imperare videretur, sub ornatis intimis suis, septimum consul in curia deprecatus est imperium : et summa rerum optimatibus demandata, eos rogavit, ut æquo animo se privatam vitam agere paterentur. At senatores ejus sententiam partim scientes, partim suspicantes, alii arguere nolebant, alii timebant. Cum igitur ei credere alii fingerent, alii necesse haberent, imperium retinere coactus est scilicet. Quo ad hunc modum a senatu populoque firmato, omnem reipublicæ curam in se suscepit. Provincias infirmiores, ut pacatas et imbelles, attribuit senatui : firmiores, ut periculosas et parum tutas, ipse retinuit. Id eo pertinebat, **533** ut senatus pulcherrimis imperii partibus frui, ipse labores sustinere videretur : cum id ejus consilium esset, ut illi inermes et imbelles essent, ipse arma teneret, et milites aleret. Ac ne quid regium præ se ferret, in provincias sibi attributas imperium ad decennium accepit, quanto tempore se illas pacaturum pollicebatur. Sed ea nimirum verba erant. Finito enim decennio, quinquennium : deinde alterum quinquennium, post decennium : mox alia quinquies ei decreta sunt, ut decenniorum successione per omnem ætatem solus rerum potiretur. Unde factum est, ut imperatores qui illum secuti sunt, cum in omnem ætatem crearentur, tamen decimum quemque annum festum agerent, imperium quasi renovantes. Tum præter multos alios honores, etiam Augustus est cognominatus. Nam cum Romulus dici cuperet, et tamen suspicionem regni concupiti vitaret (Romani enim cum ipsum regnum paterentur, nomen regni aversabantur) ea quidem appellatione abstinuit; Augustum autem se appellari voluit, ut humana conditione majorem. Sic enim sanctissima quæque et summæ venerationis dicuntur. Imperatorum domicilium palatium vocatur, quod in monte Palatino Cæsar, ut et Faustulus Romuli nutritius, habitabat, ibique prætorium habebat. Quamobrem etsi imperator alibi diverterit, tamen ejus hospitium id nomen obtinet. Omnis autem potestas, quæ consulum, tribunorum plebis, censorum, cæterorum denique omnium olim fuerat, in imperatores est translata. Atque illud etiam eis datum, ut legibus soluti essent, nec ullo præscripto tenerentur.

Variæ lectiones et notæ.

(86) *Καὶ ἕτερα πάλιν πεντάκις*. Ita duo Reg. et Colbert. Wolfius πέντε ediderat. Alter Reg. καὶ ἕτερα πάλιν καὶ πεντάκις.

τῶν νόμων ἐδόθη αὐτοῖς, τουτέστιν ἐλευθέρους ἀπὸ πάσης τῶν νόμων ἀνάγκης εἶναι, καὶ μηδενὶ τούτων ἐνέχεσθαι.

XXXIII. Quo die Cæsar Augustus cognominatus est, noctu magnum prodigium exstitit. Tiberis enim omnia Romanæ urbis plana loca sic inundavit, ut navigarentur. Quo vates portendi affirmarunt fore ut urbem amplificaret, et totam in potestate sua haberet. Is vero cum alia ad imperium pertinentia, ut qui volentibus imperaret, alacrius administravit : tum leges sanxit, nec tamen suapte auctoritate omnes, sed quasdam ad populum tulit, ut quæ displicerent, ea corrigeret : hortans omnes, ut **534** si quid melius scirent, monerent. Consules item et e cæteris magistratibus singulos, et e senatorum numero xv ad semestre in consilium adhibuit, ut per eos omnibus ea communicaret, quæ deliberanda essent, interdum etiam jus cum eis dixit. Nam senatus etiam per se suffragia ferebat : legatis quoque et caduceatoribus respondit. Populus quamvis ad comitia conveniret, nihil tamen gerebatur, quod illi displiceret. Magistratus partim ipse designavit, partim arbitrio populi designandos permisit : in id intentus, ne inepti, neve per ambitum et largitiones aliqui crearentur. Gentes quasdam per semetipsum, partim per alios Romano imperio subjecit. At Ægypti prætor Ælius Gallus expeditione in Arabiam Felicem, cui Sabas imperabat, suscepta, etsi ei resistebat nemo, non tamen citra ærumnam est progressus. Nam et solitudine, et solis ardore, et aqua insalubri milites graviter sunt afflicti, ut maxima pars exercitus ex morbo quo capita exsiccabantur, interiret. Is multos statim perimebat. Si qui vere evadebant, in eorum pedes, toto reliquo corpore incolumi, desidebat, eosque vexabat : nec ullum erat remedium aliud, nisi ut oleo vino temperato inungerentur. Id vero perpaucis suppetebat : nam ea regio neutrum gignit, neque illi magnam copiam præpararant. In ea lue barbari quoque, receptis locis quæ amiserant, eorum reliquias regione expulerunt. Augustus vero undecimo consulatu sine ulla spe salutis ægrotans, ut moriturus testamentum fecit, nec imperii successore ullo relicto : libellum in quo legiones et publicos reditus perscripserat, Pisoni tradidit, Agrippæ annulum porrexit. Sed ab Antonio Musa lotionibus et potionibus frigidis est recreatus. Qua de causa medicus et ab illo et a senatu pecuniam, et jus aurei annuli, quamvis libertinus, accepit : immunitate et ipsi et medicis omnibus et tum et in posterum data. Ita conservatus, testamentum in concilium illatum recitari jussit, ut ostenderet se nullum successorem scripsisse : sed id a nemine lectum est. Anno sequenti cum peste et fame per totam Italiam laboraretur, Romani opinantes non aliam **535** eorum malorum esse causam, quam quod Augustus tum quoque consul non creatus esset, dictatorem eum dicere voluerunt : et senatum in curia conclusum hoc decernere coegerunt,

A ΛΓ'. Ὅτε δὲ Αὔγουστος ἐπεκλήθη ὁ Καῖσαρ, σημεῖον οὐ μικρὸν τότε κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην ἐγένετο. Ὁ γὰρ Τίβερις, πελαγίσας, πᾶσαν τὴν πεδιάδα τῆς Ῥώμης κατέλαβεν ὥστε πλεῖσθαι· καὶ οἱ μάντεις ὅτι τε ἐπὶ μέγα αὐξήσει, καὶ ὅτι πᾶσαν τὴν πόλιν ὑποχειρίαν ἕξει, ἐκ τούτου προεῖπον. Ὁ δὲ τά τε ἄλλα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα προθυμότερον ἔπραττεν, ὡς ἐθελόντων ἄρχων, καὶ ἐνομοθέτει· οὐ μέντοι πάντα ἐθελογνωμονῶν ἐνομοθέτει, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ ἐς τὸ δημόσιον προετίθει, ὅπως ἄν τι μὴ ἀρέσῃ, ἐπανορθώσῃ, καὶ προετρέπετο πάντα συμβουλεύειν αὐτῷ εἴ τίς τι ἄμεινον γνοίη αὐτοῦ. Καὶ τοὺς ὑπάτους καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, καὶ ἐκ τοῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα συμβούλους ἐς ἑξάμηνον B παρελάμβανεν, ὥστε δι' αὐτῶν καὶ πᾶσι κοινοῦσθαι τὰ βουλευόμενα. Ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν. Ἔκρινε μὲν γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ βουλή. Καὶ πρεσβείαις καὶ κηρυκείαις ἐχρημάτιζεν. Ὅ τε δῆμος εἰς τὰς ἀρχαιρεσίας συνελέγετο, οὐ μέντοι ἐπράττετό τι ὃ μὴ ἐκείνῳ ἤρεσκε. Καὶ τοὺς ἄρξοντας τοὺς μὲν αὐτὸς προεβάλλετο, τοὺς δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐποιεῖτο, ἐπιμελούμενος ὥστε μήτ' ἀνεπιτήδειοι μήτ' ἐκ παρακελεύσεως ἢ καὶ ἐκ δεκασμοῦ ἀποδείκνυνται. Καὶ ἔθνη τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὰ δὲ δι' ἑτέρων τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ ὑπέταξεν. Ὁ δὲ τῆς Αἰγύπτου ἄρχων Αἴλιος Γάλλος ἐπὶ Ἀραβίαν τὴν Εὐδαίμονα, ἧς Σάβος ἐβασίλευεν, ἐστράτευσε τότε, καὶ οὐδεὶς μὲν ἐνώπιον αὐτοῦ ἔστη τῶν πολεC μίων, οὐ μὴν ἀπόνως προυχώρει· ἥ τε γὰρ ἐρημία καὶ ὁ ἥλιος τά τε ὕδατα, φύσιν ἄτοπον ἔχοντα, σφόδρα αὐτοὺς ἐταλαιπώρησεν, ὥστε τὸ πλεῖον φθαρῆναι τῆς στρατιᾶς· τὸ δὲ νόσημα, τῇ κεφαλῇ ἐνσκῆπτον, ἐξήραινεν αὐτήν, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτίκα ἀπώλλυε· τῶν δὲ περιγενομένων ἐς τὰ σκέλη κατῄει, ἅπαν τὸ μεταξὺ τοῦ σώματος ὑπερβαῖνον, καὶ αὐτοῖς ἐλυμαίνετο· ἴαμά τε οὐδὲν ἦν ἢ εἴ τις ἔλαιον οἴνῳ μεμιγμένον ἠλείψατο. Τὰ δὲ πάνυ ὀλίγοις ἦν. Ἥ τε γὰρ χώρα οὐδέτερον αὐτῶν φέρει, κἀκείνοις οὐκ ἄφθονα ταῦτα προπαρεσκεύαστο. Κἂν τῷ πόνῳ τούτῳ καὶ οἱ βάρβαροι σφίσιν ἐπιτιθέμενοι τά τε χωρία ἃ πρὶν ἀφῄρηντο ἐκομίσαντο, καὶ τοὺς περιλειφθέντας ἐκ τῆς χώρας ἐξήλασαν. Ὁ δ' Αὔγουστος ἑνδέκατον ὑπατεύσας ἐνόσησεν, ὥστε D μηδ' ἐλπίδα σχεῖν σωτηρίας, καὶ ὡς τελευτήσων διέθετο, καὶ διάδοχον μὲν οὐδένα ἀπέδειξε, τῷ Πείσωνι δὲ τάς τε δυνάμεις καὶ τὰς κοινὰς προσόδους εἰς βιβλίον γράψας ἔδωκε, τῷ δ' Ἀγρίππᾳ τὸν δακτύλιον ἐνεχείρισεν. Ἀντώνιος δέ τις Μούσας οὕτω κακῶς αὐτὸν διακείμενον ψυχρολουσίαις καὶ ψυχροποσίαις ἀνέῤῥωσε. Διὸ καὶ χρήματα παρ' αὐτοῦ τε καὶ παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβε, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς, ἀπελεύθερος ὤν, ἐπετράπη κεχρῆσθαι, ἀτέλειάν τε αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις τοῖς οὖσι καὶ τοῖς ἐσομένοις παρέσχοντο. Οὕτω δὲ σωθεὶς εἰς τὸ συνέδριον τὰς διαθήκας εἰσήνεγκε, καὶ ἀναγνωσθῆναι ἐπέτρεπεν, ἐνδεικνύμενος ὅτι οὐδένα τῆς

ἀρχῆς διάδοχον καταλέλοιπεν· οὐ μέντοι καὶ ἀνέγνω αὐτάς τις. Λιμοῦ δὲ τῷ ἑξῆς ἔτει καὶ λοιμοῦ γενομένου ἐν πάσῃ τῇ Ἰταλίᾳ, νομίσαντες οἱ Ῥωμαῖοι οὐκ ἄλλως ταῦτα συμβεβηκέναι, ἢ ὅτι μὴ καὶ τότε ὑπατεύοντα τὸν Αὔγουστον, ἔσχον δικτάτορα αὐτὸν ἠθέλησαν προχειρίσασθαι, καὶ τὴν βουλὴν εἰς τὸ συνέδριον κατακλείσαντες ἠνάγκασαν τοῦτο ψηφίσασθαι· καὶ αὐτῷ προσῆλθον δεόμενοι λεχθῆναι δικτάτορα καὶ τῆς τοῦ σίτου συναγωγῆς ἐπιμελητήν. Καὶ ὃς τὴν μὲν τοῦ σίτου φροντίδα ἐδέξατο, τὴν δικτατορίαν δὲ οὐ προσήκατο. Ἀλλ' ἐπεὶ μήτε διαλεγόμενος αὐτοῖς, μήτε δεόμενος ἔπειθε, τὴν ἐσθῆτα διέῤῥηξεν. Ὀρθῶς γὰρ καὶ συνετῶς τὸ μισητὸν τῆς ἐπικλήσεως ἐφυλάξατο καὶ ἐπίφθονον, ὑπὲρ τοὺς δικτάτορας ἔχων τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν τιμήν. Ἐπιβουλὴν δὲ κατ' αὐτοῦ συστησαμένων τινῶν, αὐτοί τε καὶ οἱ συνωμόται ἐρήμην ἥλωσαν ὡς φευξόμενοι, οὐ πολλῷ δ' ὕστερον ἀπεσφάγησαν.

A eumque orarunt ut et dictatorem et rei frumentariæ procuratorem se dici pateretur. Is vero annonæ curationem suscepit, dictaturam repudiavit: et cum neque dissuadendo, neque rogando quidquam proficeret, vestem suam laceravit, recte prudenterque vitato inviso et odioso nomine, cum dignitatem et potestatem dictatura superiorem obtineret. Quidam, qui insidias ei compararant, indicta causa exsilio multati, nec multo post una cum conjuratis interfecti sunt.

ΛΔ'. Μετὰ ταῦτα δ' εἰς Σικελίαν ἦλθε. Κἀκεῖ ὄντος ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων τοὺς ὑπάτους χειροτονῶν ἐστασίασεν, ὡς κἀντεῦθεν δειχθῆναι ὅτι ἀδύνατον ἦν δημοκρατουμένους αὐτοὺς σωθῆναι. Οὕτω γὰρ ἐθορύβησαν καὶ ἅπαντα συνετάραξαν, ὥστε καὶ τὸν Αὔγουστον ὑπὸ τῶν ἐμφρόνων ἀνακληθῆναι. Ἀγανακτήσας δ' ἐπὶ τούτῳ ὁ Αὔγουστος, καὶ μήτε ἀεὶ τῇ Ῥώμῃ σχολάζειν δυνάμενος, μήτ' αὖ ἄναρχον αὐτὴν καταλείπειν τολμῶν, ἐζήτει αὐτῇ ἐπιστῆσαί τινα. Καὶ ἔκρινε μὲν τὸν Ἀγρίππαν πρὸς αὐτὸ ἐπιτηδειότατον, βουληθεὶς δὲ καὶ μεῖζον αὐτῷ περιθεῖναι ἀξίωμα, ἵνα ἐκ τούτου ῥᾷον αὐτῶν ἄρχῃ, κατηνάγκασεν αὐτὸν τὴν γυναῖκα ἀφέντα, τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ συνοικῆσαι τῇ Ἰουλίᾳ, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην αὐτίκα ἐπί τε τῷ γάμῳ καὶ ἐπὶ τῇ μεταχειρίσει τῆς πόλεως ἔπεμψε, διά τε τἄλλα καὶ ὅτι Μαικήνας εἶπε τῷ Καίσαρι, ὡς *Τηλικοῦτον αὐτὸν πεποίηκας ὥστε ἢ γαμβρόν σου γενέσθαι χρῆναι, ἢ φονευθῆναι*. Ἀγρίππας οὖν οἰδοῦντα εὑρὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ πράγματα κατεστήσατο. Ὁ δ' Αὔγουστος τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διοικήσας, εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη, καὶ τὸ Ἑλληνικὸν διαγαγὼν εἰς τὴν Σάμον ἔπλευσε. Κἀκεῖ χειμάσας, εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῷ ἔαρι ἐκομίσθη, καὶ τὰ ἐκεῖ καὶ τὰ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ διέταξε καὶ τοὺς Κυζικηνοὺς ἐδουλώσατο, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς μαστιγώσαντες ἔκτειναν. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τοῖς Τυρίοις καὶ τοῖς Σιδωνίοις ἐποίησεν, ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος. Ἡ Ἰουλία δὲ τὸν Γάϊον ἔτεκε. Καὶ ὁ Αὔγουστος ἐθνῶν ἡγεμονίας τισὶ δεδωκὼς ἐπανῆλθεν εἰς Σάμον· κἀκεῖ καὶ αὖθις ἐχείμασε καὶ πολλὰ διῴκησεν. Ἀφίκοντο γὰρ ἐνταῦθα πρεσβεῖαι πλεῖσται· καὶ οἱ Ἰνδοὶ τότε φιλίαν ἐποιήσαντο, δῶρα πέμψαντες ἄλλα τε καὶ τίγρεις, πρῶτον τότε Ῥωμαίοις ὀφθείσας. Αὖθίς τε στάσις ἐν τῇ Ῥώμῃ συνέβη, καὶ σφαγαὶ γεγόνασι διὰ τὰς τῶν ὑπάτων ἀρχαιρεσίας. Μαθὼν οὖν ταῦθ' ὁ Καῖσαρ, καὶ συνιδὼν ὅτι οὐδὲν πέρας γενήσεται τοῦ κακοῦ, εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη καὶ αὐτὸς ἀπέδειξεν ὕπατον. Ἐπεὶ δὲ ὑπαντῆσαι αὐτῷ πάντες παρεσκευάζοντο, νύκτωρ εἰς τὴν πόλιν ἀνεκομίσθη· ὃ καὶ πολλάκις ἐποίησε, καὶ ἐξιὼν τοῦ ἄστεος καὶ ἐπανιών, ἵνα μηδενὶ ὀχληρὸς εἴη. Εἶτα τῶν τρόπων ἐπιμελητὴς καὶ τιμητὴς εἰς πενταετίαν παρακληθεὶς ἐχειροτονήθη· τὴν δὲ τῶν ὑπάτων τιμὴν διὰ βίου ἔλαβε. Τινῶν δ' αἰτίας σχόντων ἐπιβουλεύειν αὐτῷ καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ, ἄλλους μέν τινας ἐδικαίωσε· τὸν

XXXIV. Deinde cum in Sicilia abesset, in comitiis
B consularibus seditio orta est: ut vel ex eo perspicuum esset, Romanos libera republica incolumes esse non posse. Ita enim tumultuati sunt, ita turbarunt omnia, ut Augustus a prudentioribus accerseretur. Id iniquo ferens animo, cum neque Romæ semper vacare posset, neque urbem sine magistratu relinquere auderet, de aliquo, cui summam rerum mandaret, deligendo deliberavit. Quam ad rem cum aptissimus Agrippa videretur, et quo majori esset auctoritate, dignitatem illius augere vellet, eum coegit, relicta uxore, Juliam filiam ducere, ac statim Romam et ad nuptias contrahendas, et ad magistratum ineundum, (cum aliis de causis, tum quod Mæcenas dixerat, *eum tantum*
C *esse factum ab ipso Cæsare, ut aut generum deligi, aut occidi oporteret*, ablegavit. Agrippa igitur rem Romanam fluctuantem composuit, Augustus Sicilia ordinata in Græciam trajecit: qua constituta, Samum navigavit. Ibique hieme exacta, verno tempore in Asiam profectus, cum eam provinciam et Bithyniam ordinasset, Cyzicenos in servitutem redegit, quod Romanos cives flagris cæsos occiderant. Eodem modo Tyrios et Sidonios, cum in Syriam venisset, tractavit. Interea Julia Caium peperit: Augustus, ubi certos homines provinciis præfecit, denuo Sami hibernavit, ibique multis negotiis et plurimis legationibus audiendis occupatus fuit. Tum Indi amicitiam cum eo fecerunt, tigridibus dono datis: quas Romani tum 536
D primum viderunt. Romæ autem denuo tumultuatum est ob comitia consularia, et cædes factæ. Quo cognito Cæsar, quia nullum mali finem fore providebat, Romam propere contendit, et ipse consulem designavit. Et quia se omnes ut procederent obviam parabant, noctu ingressus est: atque id tam in egressu quam ingressu urbis sæpius fecit, ne cuiquam esset gravis. Deinde precibus ab eo impetratum est, ut morum magistrum et censorem in quinquennium se creari pateretur: consularem vero dignitatem in omnem ætatem accepit. Cum quidam ob insidias, quas et ipsi et Agrippæ fecissent, accusati essent, alios quosdam supplicio affecit: Lepidum autem cum aliis de causis, tum ob insidias a filio illius sibi factas

invisum, non occidit, sed alias aliter ludibrio et contemptui habuit. Præter leges alias, illam quoque tulit, ut qui in comitiis suffragia corrupissent, magistratibus quinquennium excluderentur. Vitæ cælibi tam virorum quam mulierum pœnas, conjugio et procreationi liberorum præmia proposuit: et quia plures erant patricii mares quam femellæ, permisit etiam libertinas ducere si qui vellent, senatoribus exceptis, eorumque progeniem legitimam esse jussit. Jam quia nonnulli infantibus sibi desponsis, cum fraudem legi facerent, præmiis conjugum fruebantur: sanxit, ne qua sponsalia rata essent, nisi post biennium nuptiæ celebrarentur: hoc est, ut puellæ non minores x annis desponderentur, quarum annus ætatis duodecimus maturus conjugio habebatur. Agrippa filium alterum ex Julia suscepit, Lucium, quem una cum Caio Augustus adoptatos statim imperii successores designavit, ut minus insidiis appeteretur. Cum aliquando Pollionis, hominis locupletis, sed sævi et crudelis, conviva esset, et is pincernam ob calicem crystallinum fractum murænis, quas in piscinis alebat ad devorandos homines assuefactas, objici jussisset (id enim supplicium servis, quos occidebat, constituerat), pœnam pincernæ Cæsar deprecatus est: cum nihil impetrasset, Pollionem etiam alia ejusdem materiæ pocula, et si qua præterea pretiosa haberet, ut eis uteretur, afferri jussit, allata confregit: **537** *Ne propterea*, inquit, *homines occidant*. Sic Pollio propter multitudinem confractorum ab Augusto calicum, unius oblitus, cum pincernam punire non posset, vel invitus homini pepercit. Agrippa in Campania ex morbo defuncto, Cæsar eo profectus, corpus ejus Romam advexit; eoque in forum allato, orationem recitavit: factoque magnifico funere, ossa in suum monumentum intulit. Agrippæ mors publicum Romanis luctum attulit. Nam cum cætera vir suæ ætatis optimus fuit, tum Augusti amicitia ad ipsius et reipublicæ utilitatem usus est, suamque prudentiam et fortitudinem omnem in res Cæsari utilissimas contulit, omnipotentia et honore, quibus ab illo ornatus erat, ad beneficentiam conversa. Quare nec Augusto gravis, nec cæteris invidiosus fuit. Eo defuncto, cum rerum gerendarum socio carere non posset, Tiberium vel invitus ascivit (nam Agrippæ filii, nepotes ipsius, pueri adhuc erant) ereptaque uxore, Agrippæ ex alia conjuge filia, Juliam ei despondit. Deinde per eum, et Drusum, et Lucium Pisonem, multas nationes subegit. Pecunia a senatu et populo ad ejus imagines faciendas collata, sui nullam imaginem erexit, sed publicæ Salutis, Concordiæ et Pacis statuas fecit. Primo anni die eum adibant homines, atque alii plus, alii minus offerebant: quibus ipse duplum aut amplius reddebat, non senatoribus duntaxat, sed aliis etiam. Octaviam sororem tum mortuam publice proposuit, et funebrem de ea orationem

A δὲ Λέπιδον ἐμίσει μὲν καὶ δι' ἄλλα, καὶ ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐπεβούλευσεν αὐτῷ, οὐ μέντοι καὶ ἀποκτεῖναι ἠθέλησεν, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλως προεπηλάκιζε καὶ ἐχλεύαζεν. Ἔθετό τε καὶ ἄλλους νόμους, καὶ τὸ τοὺς δεκάσαντάς τινας ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς, ἐς πέντε ἔτη αὐτῶν εἴργεσθαι· τοῖς τε ἀγάμοις καὶ ταῖς ἀνάνδροις ἐπιτίμια ἔταξε, τοῦ δὲ γάμου καὶ τῆς παιδοποιίας ἆθλα ἔθηκε. Κἀπειδὴ πολὺ πλεῖον τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος τοῦ εὐγενοῦς ἦν, ἐπέτρεψε καὶ ἀπελευθέρας τοῖς ἐθέλουσι πλὴν τῶν βουλευτῶν ἄγεσθαι, ἔννομον τὴν τεκνοποιίαν αὐτῶν εἶναι κελεύσας. Ἐπεὶ δὲ βρέφη τινὲς μνηστευόμενοι τὰς μὲν τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο τιμάς, τὸ δ' ἔργον αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε μηδεμίαν ἰσχύειν μνηστείαν, μεθ' ἣν οὐ δύο διελθόντων ἐτῶν εὐθὺς γαμήσει τις, τουτ-
B έστι δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι, δώδεκα δὲ ταῖς κόραις ἔτη εἰς τὴν τοῦ γάμου ὥραν πλήρη νομίζεται. Ὁ δὲ Ἀγρίππας καὶ ἕτερον υἱὸν ἐκ τῆς Ἰουλίας ἐγείνατο, Λούκιον ὀνομασθέντα, ὃν Αὔγουστος καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Γάϊον εἰσεποιήσατο, καὶ διαδόχους τῆς ἀρχῆς αὐτόθεν ἀπέδειξεν, ἵν' ἧττον ἐπιβουλεύηται. Ἑστιώμενος δέ ποτε παρὰ Πωλίωνι, ἀνδρὶ πλουσίῳ μὲν σφόδρα ὠμῷ δὲ λίαν καὶ ἀπηνεῖ, ἐπεὶ ὁ οἰνοχόος ἐκείνου κύλικα κρυσταλλίνην κατέαξε, καὶ ἐς τὰς μυραίνας ὡρίσθη παρὰ τοῦ δεσπότου ἐμβληθῆναι (ἔτρεφε γὰρ ἐν δεξαμεναῖς τοιαύτας, ἀνθρώπους δεδιδαγμένας ἐσθίειν, καὶ τοὺς δούλους αὐταῖς οὓς ἐθανάτου παρέβαλλε), παρῃτεῖτο τὴν τιμωρίαν ὁ Καῖσαρ τοῦ οἰνοχόου. Ὡς δ' οὐκ ἔπειθε
C τὸν Πωλίωνα, Φέρε, φησίν, ὅσα τοιαῦτα ἔχεις ἐκπώματα, ἢ καὶ ἕτερα ἔντιμα, ἵν' αὐτοῖς χρήσωμαι. Κομισθέντα δὲ συνέτριψεν, εἰπών, *Ἵνα μὴ διὰ ταύτας κολάζοιντο ἄνθρωποι*. Ὁ δὲ Πωλίων πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἀπολωλότων τῆς μιᾶς ἐπελάθετο κύλικος, καὶ τὸν οἰνοχόον τιμωρήσασθαι μὴ δυνάμενος, ὅτι ἐπὶ πολλοῖς τὸ αὐτὸ ἐπεποιήκει ὁ Αὔγουστος, καὶ ἄκων ἡσύχασεν. Ἀγρίππας δὲ νοσήσας ἐν Καμπανίᾳ ἀπέθανεν, οὗ ὁ Καῖσαρ παραγενόμενος τό τε σῶμα αὐτοῦ εἰς τὴν Ῥώμην ἐκόμισε, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ προθέμενος λόγον ἐπ' αὐτῷ ἀνέγνω καὶ τὴν ἐκφορὰν αὐτοῦ πολυτελῆ ἐποιήσατο καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ μνημείῳ ἔθαψεν. Ὁ δὲ τοῦ Ἀγρίππου θάνατος κοινόν τι τοῖς Ῥωμαίοις πένθος ἐγένετο. Τά τε γὰρ ἄλλα ἄριστος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων ἐγένετο, καὶ τῇ
D τοῦ Αὐγούστου φιλίᾳ πρὸς τὸ ἐκείνου καὶ πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον ἐκέχρητο, καὶ πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν καὶ ἀνδρίαν εἰς τὰ λυσιτελέστατα παρέχων τῷ Καίσαρι, πᾶσαν τὴν παρ' ἐκείνου δύναμιν καὶ τιμὴν εἰς τὸ τοὺς ἄλλους εὐεργετεῖν ἀνήλισκεν. Ὅθεν οὔτ' αὐτῷ ἐπαχθής, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπίφθονος ἐχρημάτισε. Τούτου μεταλλάξαντος, ἐπεὶ συνεργοῦ πρὸς τὰ πράγματα ἐδεῖτο, τὸν Τιβέριον καὶ ἄκων προσείλετο (οἱ γὰρ τοῦ Ἀγρίππου υἱοί, ἔγγονοι δ' αὐτοῦ, ἐν παισὶν ἔτι ἐτέλουν)· καὶ ἀποσπάσας ἐκείνου τὴν γυναῖκα, θυγατέρα οὖσαν Ἀγρίππου ἐξ ἄλλης γαμετῆς, τὴν Ἰουλίαν αὐτῷ ἐνηγγύησεν. Εἶτα διά τε τούτου καὶ διὰ τοῦ Δρούσου, καὶ διὰ Πείσωνος Λουκίου, πολλὰ τῶν ἐθνῶν ὑπηγάγετο. Ἀργύριον δὲ τῆς τε

βουλῆς καὶ τοῦ δήμου εἰς εἰκόνας αὐτῷ συνενεγκόντων, ἑαυτοῦ μὲν οὐδεμίαν ἔστησεν· ὑγείας δὲ δημοσίας καὶ Ὁμονοίας καὶ Εἰρήνης εἰκόνας εἰργάσατο. Καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτῷ ἐκείνῳ προσιόντες, οἱ μὲν πλεῖον οἱ δ' ἧττον ἐδίδοσαν, καὶ ὃς προστιθεὶς ἕτερον τοσοῦτον ἢ καὶ πλέον ἀντεδίδου, οὐ μόνοις τοῖς βουλευταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. Τέθνηκε δὲ τότε καὶ ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Ὀκταβία, καὶ αὐτός τε ἐπ' αὐτῇ δημοσίᾳ προτεθείσῃ ἐπιτάφιον εἶπε. Καὶ ὁ Δροῦσος καὶ οἱ βουλευταὶ πενθήρεις χιτῶνας ἔλαβον, δημοσίᾳ τὸ πένθος ποιήσαντες.

habuit. Drusus et senatus vestes lugubres induerunt, ut in luctu publico.

ΛΕ'. Τῷ δ' ἐχομένῳ ἔτει ὁ Δροῦσος ὑπατεύσας, κατ' ἐθνῶν τινων ἐξεστράτευσε. Καί τινα χειρωσάμενος προσωτέρω χωρεῖν ἐπεχείρησε· καί τινι γυναικὶ μείζονι ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν ἀπήντησεν ἀπιών, ἥ, *Ποῖ δῆτα ἐπείγῃ, Δροῦσε ἀκόρεστε*, λέγειν αὐτῷ ἔδοξεν. *Οὐ πάντα σοι ταῦτα ἰδεῖν πέπρωται. Ἀλλ' ἄπιθι· ἤδη γάρ σοι καὶ ἡ τοῦ βίου καὶ ἡ τῶν ἔργων πάρεστι τελευτή.* Ὑποστρέφοντι δ' ἐκεῖθεν αὐτῷ νόσος ἐνέσκηψεν, ἐξ ἧς ἐτελεύτησε. Πυθόμενος δ' ὁ αὐτοκράτωρ ὅτι νοσεῖ, τὸν Τιβέριον κατὰ τάχος ἔπεμψεν, ὃς ἔμπνουν τε αὐτὸν εὗρε καὶ θανόντα ἐς τὴν Ῥώμην ἐκόμισε. Καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ προτεθέντα, ὅ τε Αὔγουστος καὶ ὁ Τιβέριος ἐπιταφίοις ἐπῄνεσαν. Νόμους δὲ μετὰ ταῦτα ὁ Καῖσαρ εἰσήνεγκε, καὶ τοῖς βουλευταῖς αὐτοὺς ἀναγνῶναι(87) ἐπέτρεψεν, ὅπως, εἰ μή τι ἀρέσκει ἢ ἄμεινόν τι νοήσουσι, εἴπωσιν. Οὕτω γὰρ δημοκρατικὸς ἠξίου εἶναι, ὥστε τινὸς τῶν συστρατευσαμένων αὐτῷ συνηγορήματος παρ' αὐτοῦ δεηθέντος, τῶν φίλων αὐτῷ συνειπεῖν τινα ἔπεμπεν, ὡς αὐτὸς οὐκ ἄγων σχολήν. Ἐπεὶ δὲ ὁ τῆς συνηγορίας δεόμενος ἀχθεσθεὶς ἔφη· *Ἐγὼ δ' ὁσάκις ἐπικουρίας ἐδεήθης, οὐκ ἄλλον ἀντ' ἐμαυτοῦ ἔπεμψα, ἀλλ' αὐτός σου προεκινδύνευσα*· εἰς τὸ δικαστήριόν τε ἐφοίτησε καὶ αὐτῷ συνηγόρησεν. Αἰτιαθέντων δέ τινων ἀρχόντων ὡς ἐκ δεκασμοῦ τὰς ἀρχὰς λαβόντων, οὔτ' ἐξήλεγξε, καὶ προσεποιήσατο, μηδὲ γνῶναι τοῦτο. Οὔτε γὰρ κολάσαι τινὰς διὰ τοῦτο, οὔτε συγγνῶναι ἐλεγχθεῖσιν ἠθέλησε. Τὴν δ' ἡγεμονίαν καίπερ, ὡς ἔλεγεν, ἀφιείς, ἐπειδὴ καὶ τὰ δεύτερα δέκα ἔτη παρῆλθον, ἄκων δῆθεν αὖθις ἐδέξατο, ὡς ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς στρατεύσων. Καὶ αὐτὸς μὲν οἴκοι κατέμεινεν, ἐπ' ἐκείνους δὲ τὸν Τιβέριον ἔπεμψεν. Ὃν ἐπανελθόντα ἀνεῖπεν αὐτοκράτορα, καὶ ὕπατον αὖθις ἀπέδειξε καὶ τοῖς ἐπινικίοις ἐσέμνυνεν. Αὐτὸς δὲ τὸν Σεξτίλιον καλούμενον μῆνα Αὔγουστον ἀντωνόμασε. Τοῦ δὲ Μαικήνου τελευτήσαντος, ἤλγησε. Πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα ὑπ' αὐτοῦ ὤνητο, μάλιστα δὲ τῆς ὀργῆς, ὅτε ἀκρατέστερον αὐτῇ ἐκέχρητο, παρελύετο καὶ μετήνεκτο πρὸς τὸ ἠπιώτερον. Τεκμήριον δέ, δικάζοντός ποτε καὶ πολλὰς ἀποφηναμένου ψήφους θανατικάς, ἐπεχείρησε μὲν ὁ Μαικήνας διώσασθαι τοὺς περιεστῶτας καὶ ἐγγὺς αὐτῷ προσελθεῖν· μὴ δυνηθεὶς δὲ ἔγραψεν ἐν χάρτῃ μικρῷ· *Ἀνάστα, δήμιε*· καὶ αὐτὸ εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ ἔρριψεν, ὃ ἐπελθὼν ἐκεῖνος, εὐθὺς ἀνέστη, καὶ τὰς ψήφους ἠκύρωσεν ἃς τηνικαῦτα ἦν ψηφισάμενος. Οὐ γὰρ ἠγανάκτει διορ-

XXXV. Anno sequenti Drusus consul factus, gentibus quibusdam bellum intulit : et, cum nonnullis subactis ulterius progredi statuisset, mulier ei natura humana major obvia, dicere visa est : *Quonam properas, Druse insatiabilis? Non in fatis est, ut ista omnia videas. Verum abito : jam enim et vitæ et operum tibi finis instat.* Inde rediens in morbum incidit, ex quo decessit. Ejus morbo imperator audito, Tiberium festinanter ad eum misit : qui et ægrotantem illum vidit, et mortuum Romam advectum in foro proposuit, atque in defuncti laudem et Augustus et Tiberius orationes
538 habuerunt. Inde ad leges ferendas conversus, eas senatoribus legendas dedit, ut si quid vel improbarent, vel melius nossent, dicerent. Adeo enim popularem se præbebat, ut cum ex commilitonibus quidam eum advocatum orasset, ipse vero propter occupationes amicum suo loco misisset, idque ille moleste ferens, dixisset : *At ego, quoties tibi auxilio fuit opus, non alium pro me misi, sed ipse pro te discrimen adii*, in forum venit, et ipse ei patrocinatus est. Cum quidam, ut per ambitum et corruptelas magistratus adepti, arguerentur : rem neque exploravit, et dissimulavit, quod ea de causa neque multare quemquam, neque convictis veniam dare volebat. Principatum, etsi depositurum præ se ferebat : tamen altero decennio elapso, invitus scilicet, denuo suscepit, ut Gallis bellum inferret. Cæterum ipse domi mansit, et Tiberium contra illos misit : reversum, imperatorem declaravit, et consulem fecit, et triumpho ornavit. Mensem Sextilem de suo nomine Augustum appellavit : Mæcenatis obitum ægre tulit, qui cum aliis in rebus ei fuit utilis, tum ira effervescentem placare solitus, et ad moderationem traducere. Cujus illud argumentum est. Cum aliquando pro tribunali multos capitis condemnasset, Mæcenas, per turbam populi ad eum penetrare frustra conatus, chartulæ inscripsit, *Surge, carnifex*, eamque in gremium ejus conjecit : qua lecta, surrexit Cæsar, et sententias abrogavit, quas tum pronuntiarat. Nam se ab amicis castigari, adeo non ægre ferebat, ut gauderet. Mæcenatis porro virtutem illud declarat maxime, quod cum cupiditatibus Augusti refragaretur, nihilominus ei charus erat, et cæteris omnibus placebat : et quamvis tanta ejus esset auctoritas, ut multis honores et magistratus largi-

Variæ lectiones et notæ.

(87) Ἀναγνῶναι. Huc referri potest qui apud nostros adhuc obtinet mos, quo regum edicta, priusquam vim habeant, ad senatum parlamentarium mitti solent ut probentur, ac deinde in acta referantur : quod si quidpiam in iis occurrat cui sententiam suam non accommodet, de eo princeps admonetur ac rogatur.

retur, ipse in ordine equestri omnem ætatem æquo animo exegit. Augustus cum Caium et Lucium nepotes, eosdemque filios adoptivos, non suos imitari mores videret (nec enim luxuriosius duntaxat, sed ferocius etiam se gerebant), eosque ut privatos, modestiores reddere statuisset: tribunitiam potestatem in quinquennium Tiberio decrevit, et Armeniam 539 post Tigranis obitum alienatam attribuit. Verum ea re nihil profecit. Nam et pueri cum se negligi putarent, ei succensebant: et Tiberius illorum iram veritus, in Armeniam non abiit, sed Rhodum est profectus. Augustus vero anno sequenti duodecimum consul, Caium toga virili data in curiam adductum, principem juventutis designavit, et præfectum tribus esse jussit, annoque post Lucio ejus fratri eosdem honores dedit. Populo congregato, et quædam corrigi postulante, ea de causa tribunis ad Augustum missis, ipse venit, et quæ petebant, una cum eis consideravit: qua re omnes sunt delectati. Juliam filiam, lasciviam ejus ægerrime ferens, in insulam relegavit: cum eaque mater Scribonia ultro in exsilium abiit. Ex amatoribus ejus Julium Antonium, et alios claros viros ut regnum affectantes interfecit, cæteros in insulas relegavit.

A θούμενος ὑπὸ τῶν φίλων, ἀλλὰ ἔχαιρε. Μέγιστον δὲ τῆς ἀρετῆς τοῦ Μαικήνου δεῖγμα, ὅτι τῷ τε Αὐγούστῳ πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτοῦ ἀνθιστάμενος ᾠκείωτο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἤρεσκε, καὶ ὅτι πλεῖστον παρ' αὐτῷ δυνηθεὶς, ὡς καὶ τιμὰς πολλοῖς καὶ ἀρχὰς δοῦναι, αὐτὸς ἐν τῷ τῶν ἱππέων τέλει κατεβίω καὶ οὐχ ὑπερεφρόνησεν. Ὁρῶν δὲ ὁ Αὔγουστος τόν τε Γάϊον καὶ τὸν Λούκιον τοὺς ἐγγόνους αὐτοῦ, οὓς καὶ υἱοθετήσατο, μὴ τὰ ἤθη ζηλοῦντας αὐτοῦ (οὐ γὰρ ἁβρότερον διῆγον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθρασύνοντο), καὶ βουληθεὶς αὐτοὺς σωφρονεστέρους θέσθαι, ὡς ἰδιώτας, τῷ Τιβερίῳ εἰς πέντε ἔτη τὴν δημαρχικὴν ἐξουσίαν ἀπένειμε, καὶ τὴν Ἀρμενίαν ἀλλοτριουμένην μετὰ τὸν τοῦ Τιγράνου θάνατον προσεκλήρωσεν. Οὐδὲν δ' ἐκ τούτου ἀπώνατο. Οἱ μὲν γὰρ παῖδες παρορᾶσθαι B δόξαντες ἤχθοντο. Ὁ δὲ Τιβέριος τὴν ὀργὴν αὐτῶν ἐφοβήθη, διὸ οὔτ' εἰς Ἀρμενίαν ἀπεληλύθει, ἀλλ' εἰς Ῥόδον ἀφίκετο. Τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει δωδέκατον ὑπατεύων ὁ Αὔγουστος, εἰς τοὺς ἐφήβους τὸν Γάϊον ἔταξε, καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον ἅμα εἰσήγαγε καὶ πρόκριτον ἀπέφηνε τῆς νεότητος, Ἴλαρχόν τε φυλῆς (88) γενέσθαι ἐπέτρεψε, καὶ μετ' ἐνιαυτὸν καὶ ὁ Λούκιος τὰς τιμὰς ὅσαι τῷ Γαΐῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἐδέδοντο, ἔλαβεν. Ἀθροισθέντος δὲ τοῦ δήμου, καὶ ἐπανορθωθῆναί τινας ἀξιοῦντος, καὶ τοὺς δημάρχους διὰ τοῦτο πρὸς τὸν Αὔγουστον πέμψαντος, ἦλθεν ἐκεῖνος, καὶ περὶ ὧν ἐδέοντο σφίσι συνδιεσκέψατο. Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἥσθησαν ἅπαντες. Τὴν δὲ θυγατέρα Ἰουλίαν ἀσελγαίνουσαν φωράσας ὑπερωργίσθη· καὶ ἐκείνην μὲν εἰς νῆσον ἀπήγαγεν ὑπερόριον, ᾗ καὶ ἡ μήτηρ ἡ Σκριβωνία ἑκοῦσα συνεξέπλευσε. Τῶν δὲ χρησαμένων αὐτῇ τὸν μὲν Ἰούλιον Ἀντώνιον ἔκτεινεν ἄλλους τέ τινας ἐπιφανεῖς ἄνδρας, ὡς τῆς μοναρχίας ἐφιεμένους, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς νήσους τινὰς ὑπερώρισε.

XXXVI. Cum Armenii defecissent, et a Parthis C juvarentur, ea re dolens, quid ageret ambigebat. Nec enim ipse propter senectutem bellum gerere poterat: et Tiberius, ut dictum est, jam secesserat, nec alium ex potentioribus mittere audebat. Caius vero et Lucius adolescentes, et rerum imperiti erant. Verum urgente necessitate, Caium delegit, potestate proconsulari et uxore data, ut ea quoque re dignitas ejus augeretur, et consiliariis adjunctis. Is iter ingressus, ab omnibus ut imperatoris nepos, ac potius filius, honorifice exceptus est. Tiberius etiam Chium trajecit, et adolescentem coluit, purgando suspiciones, et submisse humiliterque se gerendo. Cum in Syriam venisset, et nihil præclari gessisset, vulnus accepit. Addo D enim, qui Artagira tenebat, eum ad mœnia pellectum, tanquam arcani aliquid dicturus, vulneravit: ac is quidem urbe expugnata captus est. Caius autem, et jam alioqui parum firma valetudine, et dissolutiore ingenio, ex vulnere ægrotavit: et multo hebetior factus, postulavit ut privatam sibi vitam liceret agere. Id Augustus ægerrime ferens, cum hortatus est ut, in Italiam reversus, quod

ΛϚ'. Τῶν Ἀρμενίων δὲ νεωτερισάντων, καὶ τῶν Πάρθων αὐτοῖς συνεργούντων, ἀλγῶν ἐπὶ τούτοις ὁ Αὔγουστος, ἠπόρει τί ἂν πράξῃ. Οὔτε γὰρ αὐτὸς στρατεῦσαι οἷός τε ἦν διὰ γῆρας, ὅ τε Τιβέριος, ὡς εἴρηται, μετέστη ἤδη, ἄλλον δέ τινα πέμψαι τῶν δυνατῶν οὐκ ἐτόλμα. Ὁ Γάϊος δὲ καὶ ὁ Λούκιος νέοι καὶ πραγμάτων ἐτύγχανον ἄπειροι. Ἀνάγκης δ' ἐπικειμένης τὸν Γάϊον εἵλετο, καὶ τήν τε ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν ἀνθύπατον καὶ γυναῖκα δέδωκεν, ἵνα κἀκ τούτου τι προσλάβῃ ἀξίωμα, καὶ οἱ συμβούλους προσέταξε. Καὶ ὁ μὲν ἀφωρμήθη ἐντίμως παρὰ πάντων ὑποδεχόμενος, οἷα τοῦ αὐτοκράτορος ἔγγονος, ἢ καὶ παῖς νομιζόμενος. Καὶ ὁ Τιβέριος δ' ἐς Χίον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευσε, τὰς ὑποψίας ἀποτριβόμενος, ὑποπίπτων τε διὰ τοῦτο καὶ ταπεινούμενος. Ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν Συρίαν καὶ μηδὲν μέγα κατωρθωκὼς ἐτρώθη. Ἄδδων γάρ τις τὰ Ἀρτάγειρα κατέχων ὑπηγάγετο παρὰ τὸ τεῖχος τὸν Γάϊον, ὥς τι φράσων ἀπόρρητον, καὶ αὐτὸν ἔτρωσεν. Ὁ μὲν οὖν, πολιορκηθεὶς, ἥλω. Ὁ δὲ Γάϊος ἐνόσησεν ἐκ τοῦ τραύματος, καὶ ἄλλως μέντοι μὴ ὢν ὑγιεινός. Διὸ καὶ τὴν διάνοιαν ἐξελέλυτο, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἀπημβλύνθη, καὶ ἰδιωτεύειν ἠξίου· ὥστε τὸν Αὔγουστον, περιαλ-

Variæ lectiones et notæ.

(88) Ἴλαρχόν τε φυλῆς. *Præfectum tribus* vertit Wolfius: *Sevirum turmis equitum* vertere debuisse contendit Valesius ad Excerpta Dionis, ex Capitolino in Marco: *Consulem Serum Pius Marcum designavit, et Cæsaris appellatione donavit, et Sevirum turmis equitum Rom. jam consulem designatum creavit*. Ubi, inquit, Sevir nomen officii videtur fuisse, cui et ludorum Seviralium cura competebat, teste eodem Capitolino.

γήσαντα, προτρέψασθαι αὐτῷ, ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐλθόντα, πράττειν ὃ βούλοιτο. Ὁ δὲ ἐς Λυκίαν ἐν ὁλκάδι παρέπλευσεν, ἔνθα δὴ καὶ μετήλλαξεν. Ὁ δὲ Λούκιος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ προαπέσβη, ἐξαίφνης νόσῳ ἀποθανών. Ἥ τε οὖν Λιβία ἐπὶ τῷ θανάτῳ τούτων ὑπωπτεύθη, καὶ ὁ Τιβέριος οὐ πολλῷ πρότερον ἐκ τῆς Ῥόδου πρὸς τὴν Ῥώμην ὑπονοστήσας. Αὐτός τε γὰρ τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ἐμπειρότατος ἦν, καὶ Θράσυλον εἶχεν ἄνδρα τὴν ἀστρολογίαν ἀκρότατον· ὅθεν καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ τὰ ἐκείνοις μέλλοντα συμβαίνειν ἠπίστατο. Λέγεται γοῦν ὅτι, βουληθείς ποτε ὁ Τιβέριος ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλον ἀπὸ τοῦ τείχους ὦσειν, ὡς μόνον συνειδότα ὅσαπερ ἐνενόει, σκυθρωπάσαντά τε ἰδὼν αὐτὸν, ἤρετο διό τι συνένηφε; Τοῦ δὲ κίνδυνόν τινα προσρᾷν ἐπηρωτημένον αὐτῷ φήσαντος, ἐθαύμασεν ὁ Τιβέριος, καὶ φυλάξαι αὐτὸν ἑαυτῷ διὰ τὰς ἐλπίδας ἠθέλησεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω. Ὁ δὲ Αὔγουστος, δεσπότης ὑπὸ τοῦ δήμου ὀνομασθεὶς, καὶ ἀπειπάμενος μηδένα πρὸς αὐτὸν κεχρῆσθαι τούτῳ δὴ τῷ προσρήματι, χιλίας τε καὶ πεντακοσίας μυριάδας δραχμῶν ἀτόκους τοῖς δεομένοις δανείσας ἐπ' ἔτη τρία, ἐπῃνεῖτο παρὰ πάντων, καὶ ἐσεμνύνετο. Δύνανται δὲ παρὰ Ῥωμαίοις αἱ εἴκοσι καὶ πέντε δραχμαὶ χρυσοῦν νόμισμα ἕν; παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν εἴκοσι δραχμῶν ὁ Δίων φησὶ τὸ χρυσοῦν ἀλλάσσεσθαι νόμισμα. Μετὰ δὲ ταῦτα Κελτικοῦ πολέμου κεκινημένου, καὶ αὐτὸς ὑπό τε γήρως καὶ νόσου κεκμηκὼς ἔχων τὸ σῶμα καὶ ἐκστρατεῦσαι μὴ οἷός τε ὢν, τὸν Τιβέριον πῆ μὲν ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἀναγκασθεὶς, πῆ δ' ὑπὸ τῆς Ἰουλίας ἀναπεισθεὶς (ἤδη γὰρ αὕτη ἐκ τῆς ὑπερορίας κατήχθη), υἱοθετήσατο, καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἐκστρατείαν ἐπέτρεψεν. Ὑποπτεύσας δὲ μή τι νεοχμώσῃ ὁ Τιβέριος ὑπερφρονήσας, καὶ τὸν Γερμανικὸν τὸν Δρούσου παῖδα εἰσεποιήσατο. Πράσσοντι δὲ ταῦτα, ἄλλοι τε καὶ Γναῖος Κορνήλιος τοῦ μεγάλου Πομπηΐου θυγατριδοῦς ἐπεβούλευσαν. Μήτ' οὖν ἀποκτεῖναι σφᾶς ἐθέλων (οὐδὲν γὰρ ἐκ τῶν ἀπολλυμένων ἑώρα πρὸς ἀσφάλειαν αὐτῷ κατορθούμενον), μήτ' ἀπολῦσαι θαρρῶν, ἵνα μὴ καὶ ἄλλους ἐκ τούτου ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσηται, οὔθ' ἡμέρας ἀφροντιστεῖν, οὔτε νυκτὸς ἠδύνατο ἠρεμεῖν. Ταῦθ' ἡ Λιβία ὁρῶσα, ἤρετο αὐτὸν, τί ὅτι οὐ καθεύδει; Ὁ δὲ, *Τίς ἂν*, εἶπεν, *ὦ γύναι, κἂν ἐλάχιστον ἀτρεμήσειε, τοσούτους ἔχων ἐχθροὺς καὶ οὕτω συνεχῶς ἐπιβουλευόμενος*; Ἡ δὲ πολλὰ μὲν περὶ τούτου διελέχθη αὐτῷ, τελευταῖον δὲ γνώμην ἔδωκε θανάτῳ μὲν μηδένα τῶν τοιούτων κολάζειν, ἑτέρως δέ πως αὐτοὺς σωφρονίζειν, ὥστε μηκέτι τοιοῦτόν τι ἐξαμαρτεῖν, καὶ μάλιστα συγγνώμῃ καὶ εὐποιίαις. *Οὐ γὰρ πείθειν ἢ ἀναγκάζειν*, ἔφη, *φιλεῖν τὸ ξίφος τινὰ δεδύνηται, ἀλλὰ τὸν μὲν κολαζόμενον ἀπόλλυσι, τὰς δὲ δὴ τῶν ἄλλων ψυχὰς ἀλλοτριοῖ τοῦ κολάζοντος*. Ἐπεὶ μηδὲ φιλοῦσιν, ὅτι ἐδικαιώθησαν ἕτεροι, ἀλλ' ἀπεχθάνονται μᾶλλον, ὅτι φόβος καὶ αὐτοῖς ἐντεῦθεν ἐπήρτηται. Τοιαῦτα πολλὰ τῆς Λιβίας εἰπούσης, ὁ Αὔγουστος ἐπείσθη αὐτῇ, καὶ πάντας ἀφῆκε τοὺς ὑπαιτίους, λόγοις νουθετήσας αὐτούς, τὸν δέ γε Κορνήλιον καὶ ὕπατον προσαπέδειξε. Καὶ

A velles ageret. Ille vero nave oneraria in Lyciam advectus obiit, Lucio fratre **540** ejus repentino morbo prius exstincto. Unde Livia et Tiberius non multo ante Rhodo reversus suspicione non caruerunt. Nam cum et ipse divinationis ex sideribus peritissimus esset, et Thrasyllum virum in astrologia summum secum haberet: quid et sibi et illis eventurum esset, præsciebat. Illud certe quidem fertur: cum aliquando Rhodi Thrasyllum de muro præcipitare in animo haberet, ut solum cogitationum suarum conscium, et eum tristem vidisset, tristitiæ causam rogasse: qui cum respondisset, magnum sibi periculum imminere, Tiberium admiratione scientiæ, et propter spem principatus apud se retinuisse. Sed hæc hactenus. B Augustus vero cum Domini appellationem a populo Romano sibi tributam repudiasset, vetuissetque ne a quoquam ita compellaretur, et indigentibus decies quinquies centena millia drachmarum sine usura in triennium mutuasset: ab omnibus laudabatur et celebrabatur. Valent autem apud Romanos quindenæ drachmæ unum aureum nummum: apud Græcos autem vicenis drachmis aureum nummum permutari, scribit Dion. Post hæc Gallico bello orto, cum ob corpus et senio et morbo fessum, ipse ducere exercitum non posset, Tiberium partim ipsis rebus urgentibus, partim Juliæ impulsu (jam enim ab exsilio revocata erat) adoptatum, contra Gallos misit. Veritus autem ne is per su- C perbiam novi aliquid moliretur, etiam Germanicum Drusi filium adoptavit. Hæc agenti, cum alii, tum Cn. Cornelius Pompeii Magni ex filia nepos, sunt insidiati. Quos cum nec occidere vellet (neque enim securitati suæ interitu illorum quidquam consuli videbat) nec absolvere auderet, ne plurium ea lenitate contra se audacia confirmaretur: neque interdiu securus, neque noctu quietus esse poterat. Quæ cum Livia videret, rogabat qua de causa noctu non dormiret. Cui ille: *Quisnam*, inquit, *mulier, inter tot hostes vel minimam capiat quietem, et in tam frequentibus insidiis?* Tum illa, multis ea de re verbis factis, denique consuluit, ne quem insidiatorem occideret, sed alio quovis modo eos castigaret, ne quid ejusmodi deinceps cona- D rentur, **541** venia in primis et benefaciendo. *Nunquam enim*, inquit, *gladius cuiquam sui amorem persuadere aut extorquere potuit: sed eum qui punitur perdit, cæterorum animos ab eo qui pœnas sumit, alienat. Neque enim profecto ob aliorum supplicia amare incipiunt, sed oderunt magis ob metum sibi quoque impendentem.* Hæc et id genus alia disserenti Liviæ obtemperavit Augustus, et reos omnes verbis castigatos dimisit: Cornelium etiam consulem designavit, cum superstiti ex Julia filia et Agrippa nepoti, quem Agrippam nominavit, togam virilem dedisset.

ὁ λοιπὸς δὲ τοῦ Αὐγούστου θυγατριδοῦς, ὁ ἐκ τῆς Ἰουλίας τῷ Ἀγρίππᾳ τεχθεὶς, ὃν καὶ Ἀγρίππαν ἐκάλεσεν, εἰς ἐφήβους ἐγράφη.

(93) *Εὐφράταο.* Ita codex Regius; alii tres Εὐφρήταο.

(94) *Εἰς τὴν βασιλίδα πόλεων.* Chronicon ms. ab Adamo ad Leonem Philosoph. Ἀπεκομίσθη δὲ αὖθις εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐτέθη ἔνθα καὶ τοῦ Ἰοβιανοῦ ἐν λάρνακι πορφυρέῳ κυλινδροειδῆ μετὰ Ἑλένης τῆς θυγατρὸς τοῦ Κωνσταντίνου καὶ γυναικὸς αὐτοῦ.

(95) *Ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν ἐπαινεῖσθαι βουλόμενος.* Ammianus, lib. xxv de Juliano: *Vulgi plausibus lætus, laudum etiam ex minimis rebus intemperans appetitor*, etc.

(96) *Καὶ μάλιστα τῆς περιττοτέρας.* Ammianus. *Studiosus cognitionum omnium.*

(97) *Περὶ δὲ τὴν δίαιταν.* Ammianus: *Hoc autem temperantiæ genus crescebat in majus, juvente parcimonia ciborum et somni, quibus domi forisque tenacius utebatur. Namque in pace victus ejus mensarumque tenuitas erat recte noscentibus admiranda*, etc., ubi pluribus in Juliani præclaras animi dotes excurrit.

(98) *Φρυγίαν.* Ἀσίαν habet hoc loco Joannes Malela Antiochenus ex Eutychiano Cappadoce chronographo, qui Juliani expeditioni interfuit: cujus verba recitat etiam *Chronicon Alexandrinum*, ubi tamen pro Ἀσία, codex editus Ῥαδία præf rt

A λιανόν. Λέγεται δὲ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ἐτελεύτησεν, ἐν Ἀντιοχείᾳ γνωσθῆναι τὸν θάνατον αὐτοῦ. Τινὰ γὰρ τῶν τῆς τάξεως τοῦ ἐκεῖσε δικαστηρίου, Ἕλληνα κἀκεῖνον, καὶ τῆς αὐτῆς θρησκείας τῷ παραβάτῃ, διανυκτερεύοντα περὶ τὴν φυλακὴν τοῦ ἀρχείου συνθήκην ἀστέρων ἐν οὐρανῷ θεάσασθαι, γράμματα ἐκτυποῦσαν, λέγοντα· *Σήμερον ἐν Περσίδι Ἰουλιανὸς ἀναιρεῖται.* Σημειωθείσης οὖν τῆς ἡμέρας, μετὰ ταῦτα ἐγνώσθη ὅτι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀνῄρητο. Καὶ ὁ μὲν τριάκοντα πρὸς ἑνὶ βιώσας ἐνιαυτούς, οὕτως, ὡς εἴρηται, ἀπεβίω. Ὁ δὲ διὰ τῶν ἀστέρων τὴν ἐκείνου προμυηθεὶς τελευτὴν, ἀφορμὴν ἔσχε πρὸς εὐπιστίαν τὸ ὅραμα.

quemdam paganum, ejusdemque cum desertore religionis, ex ordine judicum illius loci, cum juxta prætorium excubaret, congeriem stellarum in cœlo vidisse, quæ litteras informaret in hanc sententiam: *Hodie Julianus in Persia occiditur.* Notato tempore postea cognitum est, eodem die fuisse interfectum. Vita excessit anno ætatis tricesimo primo. Is vero cui per astra ejus obitus significatus fuerat, visionis illius occasione veram religionem est amplexus.

B ΙΔ'. Τελευτήσαντος δὲ Ἰουλιανοῦ, ψήφῳ κοινῇ Ἰοβιανὸς εἰς τὴν αὐταρχίαν προὐκέκριτο, τότε χιλιαρχῶν, ἀνὴρ εὐσεβής, υἱὸς Βαρωνιανοῦ (99) χρηματίσαντος κόμητος. Ὁ δ' ἦν τὴν βασιλείαν ἀπαναινόμενος· καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτηθείς, ἐξεβόησε Χριστιανὸς εἶναι, καὶ μὴ ἀνέχεσθαι βασιλεύειν στρατοῦ ἑλληνίζοντος. Καὶ εὐθὺς ὁμοφώνως ὡς ἐκ συνθήματος ἅπαντες ἀντεβόησαν εἶναι Χριστιανοί. Καὶ οὕτως ἐκεῖνος δεξάμενος τὴν ἀρχὴν, τοῖς Πέρσαις ἐσπείσατο, οὐ προσηκούσας Ῥωμαίοις σπονδὰς (1) ἐξ ἀνάγκης πεποιηκώς. Τῆς γὰρ Νισίβεως καὶ Σιγγάρας πόλεων περιφανῶν ἐξέστη αὐτοῖς, μετοικίσας τοὺς κατοίκους τῶν πόλεων· ὑφ' ὧν θρηνούντων καὶ ἀνέδην ἐβλασφημεῖτο. Ἀλλὰ καὶ χωρῶν αὐτοῖς πολλῶν παρεχώρησε, καὶ δικαίων Ῥωμαίοις ἀνηκόντων C ἀνέκαθεν. Καὶ ὁμήρων δοθέντων ἑκατέρωθεν, οὕτως ἐβεβαιώθησαν αἱ σπονδαί. Ἐντεῦθεν ἀναζευγνύοντες οἱ Ῥωμαῖοι σπάνει τῶν ἀναγκαίων περιπεπτώκασιν, ὡς μηδὲ ὕδατος εὐπορεῖν. Μόλις γοῦν εἰς τὴν τῆς Κοίλης Συρίας Ἀντιόχειαν ὁ Ἰοβιανὸς καταντήσας, τοὺς τῶν Χριστιανῶν ἱερεῖς (2), ὅσοι τε ἐπὶ Κωνσταντίου καὶ ὅσοι ἐπὶ τοῦ παραβάτου τῶν ἐκκλησιῶν ἐξηλάθησαν, εἰς αὐτὰς ἐπανήγαγε, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων, τὸν μέγαν Ἀθανάσιον (3) ἐπὶ Ἀλεξάνδρειαν. Ἐξ Ἀντιοχείας τε εἰς Θαρσὸν γεγονὼς, καὶ τὸ μνῆμα κοσμήσας (4) τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐπανῄει· καὶ εἰς τὴν Ἄγκυραν τῆς Γαλατίας γενόμενος, κἀκεῖθεν ἀπάρας, καὶ σταθμὸν προελθὼν, εἰς Δαδάστανά (5) τε καταλύσας, αἰφνίδιον τετελεύτηκεν· ὡς μὲν ἔνιοι συνεγράψαντο, ἀρτιφυεῖς μύκητας δηλητηρίους (6) φαγών· ἦν γὰρ λιτὸς περὶ δίαιταν· ὡς D δ' ἕτεροι, χειμῶνος ὄντος, ἐν οἰκήματι (7) κατέδαρθε νέον ἐμπεπλασμένῳ κονίᾳ. Καὶ διὰ τὸ τοῦ ψύχους πολὺ ἀνθράκων ἀναφθέντων ἐντὸς, ἀτμὶς ἐκ τῆς κονίας πυρουμένης ἀνεδόθη πολλὴ, καὶ δι' αὐτῆς

XIV. Juliano mortuo, consensu omnium, Joviano defertur imperium, qui tum tribunus militum erat, vir pius, Varroniani comitis filius: quod cum recusaret, causam rogatus, se Christianum esse exclamat, neque imperare posse pagano exercitui. Tum omnes, consentientibus vocibus, quasi ex composito reclamant, se esse Christianos. Sic ille accepto imperio, cum Persis pacem fecit, necessariam magis quam decoram. Nam Nisibi et Singara urbibus illustribus eis cessit, civibus alio translatis, a quibus plorantibus citra verecundiam maledictis incessebatur. Provincias item multas et jura antiquitus ad Romanos pertinentia, eis concessit. Datis utrinque obsidibus firmata pace, Romani inde discedentes, penuria rerum necessariarum conflictati sunt, adeo ut aqua etiam deficerentur. Jovianus cum ægre Antiochiam Cœlesyriæ pervenisset, quotquot Christiani sub Constantio et Juliano Ecclesiis pulsi fuerant, eos restituit, ac præ cæteris Magnum Athanasium Alexandriam revocavit. Antiochia Tarsum profectus, ornato Juliani sepulcro, Ancyram, Galatiæ urbem, se contulit: inde iter unius diei progressus, Dadastanis repente obiit, cum (ut alii scribunt) recentes fungos venenatos comedisset (vili enim victu usus est); ut alii, hiberno tempore in conclavi tectorio recens inducto obdormisset. Nam cum ob frigoris acrimoniam carbonibus intus accensis magnus vapor e calce æstuante exstitisset, eo dormiens sine sensu mortis suffocatus est, vino gravis. Multo enim mero usus esse fertur. Neque uxor ejus obitum antevertit, etsi ei obviam cum regio comitatu et filio Varroniano progressa. Joviniani morte consternati milites Nicæam occupant, de imperatore creando deliberantes. Aliis autem

Variæ lectiones et notæ.

(99) *Βαρωνιανοῦ.* Marcellinus, lib. XXV: *Erat enim Varroniani notissimi comitis filius.*

(1) *Οὐ προσηκούσας Ῥωμαίοις σπονδάς.* Vide Adnotata ad Marcellinum, lib. XXV, ab Henrico Valesio, p. 309, I edit. ubi etiam de Nisibi Persis reddita, Syriæ propugnaculo.

(2) *Τῶν Χριστιανῶν ἱερεῖς.* Philostorg. l. VII, c. 5; Socrat. l. III, c. 20; Theodor. l. IV, c. 11; Sozom. l. VI, c. 3.

(3) *Ἀθανάσιον.* Socrat. l. III, c. 20; Theodor. l. IV, cap. 11; Sozomen. l. VI, cap. 5; Vita S. Athanasii, etc.

(4) *Τὸ μνῆμα κοσμήσας.* Ammianus, l. XXV, p. 305, 306; Socrat. l. III, cap. 22, Philostorg. l. VIII, c. 1; Theodor. l. IV, cap. 4; Sozom. l. IV; cap. 6.

(5) *Εἰς Δαδάστανα. Qui locus Bithyniam distinguit et Galatas.* Ammian. Theodoret. l. IV, cap. 4, etc.

(6) *Μύκητας δηλητηρίους.* Similia habet ex veteri scriptore Suidas. At Chrysostomus hom. 15 in Philip. δηλητηρίοις φαρμάκοις exstinctum tradit.

(7) *Ἐν οἰκήματι.* Ita Ammianus, p. 308; Philostorgius, l. VIII, cap. 8.

alios nominantibus, plures in Sallustium prætorio præfectum consenserunt. Verum ille excusata ætate renuit. Cum ejus filium postularent, non concessit, tanto imperio cum ob ætatem tum ob simplicitatem ingenii ratus imparem. Sed una cum cæteris Valentinianum, tum absentem, imperatorem nominat. Jovianus de religione recte sensit, benefica voluntate præditus, quamvis vini et libidinum intemperantia vinceretur. Statura corporis fuit excelsa, litterarum non rudis. Cum aliquando Julianum acclivem locum ascendentem ut tribunus comitaretur, fimbriam purpuræ ejus calcavit : tum ille, sive ex hoc conjiciens eum imperii fore successorem, sive oraculo quodam edoctus, dixit : *Utinam vero, licet sis homo.* Imperavit non integros menses octo. Corpus ejus Byzantium perlatum in Sanctorum Apostolorum æde sepultum est, ubi post uxor etiam ejus Charito est sepulta. Obiit annos natus III et XXX.

A ἀπεπνίγη κοιμώμενος, μήδ' αἰσθόμενος τῆς πνιγμονῆς, ἐξ οἴνου καρηβαρῶν (8). Πολλῷ γὰρ λέγεται κεχρῆσθαι ἀκράτῳ. Καὶ οὐδὲ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἔφθη τοῦτο θεάσασθαι· καὶ ταῦτα εἰς ὑπάντησιν αὐτοῦ προελθοῦσα μετὰ βασιλικῆς προπομπῆς, σὺν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Βαρωνιανῷ. Θανόντος μέντοι τοῦ Ἰοβιανοῦ, οἱ στρατιῶται σκυθρωπάζοντες, τὴν Νίκαιαν (9) κατειλήφασι, καὶ γεγονότες ἐκεῖ περὶ βασιλέως ἐβουλεύοντο. Καὶ οἱ μὲν τόνδε, οἱ δὲ τόνδε ὠνόμαζον, οἱ πλείους δ' ἐπὶ τῷ Σαλουστίῳ (10) ὑπάρχῳ τῶν πραιτωρίων τυγχάνοντι ὡμοφώνησαν. Ὁ δὲ ἀπηνήνατο, τὸ γῆρας εἰς παραίτησιν προβαλλόμενος. Αἰτουμένων δὲ τὸν τούτου υἱὸν, οὐ κατένευσε, διὰ νεότητα καὶ γνώμης ἀφέλειαν κρίνας ἐκεῖνον πρὸς ἀρχὴν τοιαύτην ἀνεπιτήδειον. Διὸ B μετὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὸς ὁ Σαλούστιος βασιλέα καὶ ἀπόντα τὸν Οὐαλεντινιανὸν ἐψηφίσατο. Ὁ μέντοι Ἰοβιανὸς εὐσεβὴς ἦν (11) περὶ τὸ δόγμα, καὶ ἀγαθοθελὴς (12). Οἴνου δ' ἥττητο καὶ ἀφροδισίων· καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν εὐμήκης ἐτύγχανε, καὶ γραμμάτων οὐκ ἄπειρος (13). Ὃς ὀπίσω ποτὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ πορευόμενος ὡς χιλίαρχος, ἐν τόπῳ κατάντει προϊόντος, ἐπάτησε τὸ κράσπεδον τῆς πορφυρίδος αὐτοῦ. Ὁ δὲ εἴτ' ἐκ τούτου διάδοχον αὐτοῦ τὸν Ἰοβιανὸν ἐτεκμήρατο, εἴτ' ἐκ μαντείας ἔγνω τοῦτό τινος, εἶπεν· *Αἴθε δὲ (14) κἂν ἄνθρωπος.* Ἦρξε δὲ οὐδ' ὅλους μῆνας ὀκτώ. Ὁ μέντοι νεκρὸς αὐτοῦ εἰς τὸ Βυζάντιον ἀνακομισθεὶς (15), ἐν τῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων ἐτάφη ναῷ. Ὅπου μετὰ ταῦτα συνετάφη αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Χαριτώ. Ἔθανε δὲ ὁ Ἰοβιανὸς τρίτον ἄγων τῆς ἡλικίας ἔτος ἐπὶ τριακοστῷ.

XV. Valentinianus igitur, hoc modo (ut dictum est) creatus imperator, cum adductus et proclamatus esset, regium ornatum sumpsit. A quo cum Sallustius eam pro navata in electione opera gratiam repeteret, ut præfecturæ molestiis liberaretur : *Eone,* inquit imperator, *tantam mihi rerum molem imposuisti, ut eam tu ne attingeres quidem?* Oriundus erat ex Pannonia Valentinianus. Cum autem vir pius esset, a Juliano relegatus fuerat, et deinde revocatus, ac tribunus numeri factus. Hic et robore multum valuit, et summus justitiæ cultor fuit. Itaque multos tum magistratibus præditos ut injurios multavit, cum diceret a principe in primis justitiæ flagitari curam. Valentem fratrem imperii consortem ascitum, Orienti præpo-

C ΙΕ'. Οὕτω μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, Οὐαλεντινιανὸς ἐψήφιστο βασιλεύς. Ἀχθεὶς δὲ καὶ ἀναῤῥηθεὶς καὶ τὰ βασιλικὰ περιέθετο σύμβολα. Ὁ δέ γε Σαλούστιος ὅτι σπουδὴν ἐνεδείξατο ἀναῤῥηθῆναι αὐτὸν, ἀμειβὴν ᾔτει τῶν τῆς ἐπαρχότητος ἀνεθῆναι φροντίδων. Καὶ ὁ βασιλεύς· *Διὰ τοῦτό μοι,* εἶπε, *τοσούτων πραγμάτων ἐπεφόρτισας ὄγκον, ἵν' αὐτὸς μηδ' ἐφάπτοιο τούτου;* Ὥρμητο δὲ Οὐαλεντινιανὸς ἐκ Παιονίας. Ἦν δ' εὐσεβὴς τὰ πρὸς Θεόν· διὸ καὶ ὑπερορίᾳ αὐτὸν Ἰουλιανὸς κατεδίκασεν· εἶτα τριβοῦνον ἀριθμοῦ (16), τῆς ὑπερορίας ἀνακληθέντα ἐποίησεν. Οὗτος καὶ τὴν ἰσχὺν γενναιότατος καὶ τὴν γνώμην ἦν δικαιότατος. Διὸ καὶ τῶν ἀρχὰς τότε μετιόντων πολλοὺς ὡς ἀδικοῦντας ἐτιμωρήσατο, τὸν κρατοῦντα D λέγων ἀπαιτεῖσθαι πρὸ τῶν ἄλλων δικαιοσύνης φρον-

Variæ lectiones et notæ.

(8) *Ἐξ οἴνου καρηβαρῶν.* Ammianus : *Edax et vino venerique indulgens.*

(9) *Τὴν Νίκαιαν.* Eunapius in legat. Βαλεντινιανοῦ ἀνάῤῥησις ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας γίνεται.

(10) *Σαλουστίῳ.* Zonaræ consentit Zosimus : at Marcellinus, lib. XXV, non tunc temporis, sed post Juliani mortem imperium omnium consensu delatum esse Sallustio scribit. Vide Valesium ad eumdem scriptorem, p. 305; et Jacobum Gottofredum ad cod. Theod. in Prosopogr.

(11) *Εὐσεβὴς ἦν.* Ammian. *Christianæ legis idem studiosus.*

(12) *Ἀγαθοθελής.* Ammian. *Magisque benevolus.* Erat Jovianus *vasta proceritate et ardua, adeo ut diu nullum indumentum regium ad mensuram ejus aptum inveniretur,* inquit Ammianus. *Incurvus* tamen, ut idem testatur.

(13) *Γραμμάτων οὐκ ἄπειρος.* Ammian. *Mediocriter eruditus.*

(14) *Εἴθε κἄν.* Cedrenus : Εἴθε, κἂν γοῦν ἄνθρωπος. Quæ ita vertit Xylander. *Esto dummodo homo sit.* At tres mss. Regii αἴθε præferunt. Sed hac quid sibi velint, se nescire fatetur Wolfius nec ego plane scio.

(15) *Βυζάντιον ἀνακομισθείς.* Ammianus, l. XXVI, p. 532; Philostorg. l. VIII, c. 8.

(16) *Τριβοῦνον ἀριθμοῦ.* *Chronicon Alexandrinum,* de Valentiniano : Πέμψας εἰς Σελυμβρίαν, ποιήσας αὐτὸν ἐκεῖ τριβοῦνον ἀριθμοῦ. Locum stellula notavit apud Zonaram Wolfius ut mendosum: at ἀριθμὸς hoc loco idem valet quod *numerus,* seu cohors. Palladius in Vita Chrysostomi, p. 32: Ἦλθέ τις ἀφηγούμενος ἑνὸς ἀριθμοῦ. Occurrit apud eumdem p. 84; Sozomenus, l. I, 7 : Τὰ Ῥωμαίων τάγματα, ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσιν. Adde Synaxaria ad 7 Maii, Novell. 85 c. 1; Nicephor. l. IX, c. 9, etc. *Numeri militares* apud Latinos scriptores occurrunt passim, uti indicavimus ad Alexiad. p. 423, et in Gloss. med. Græcit.

A τίζειν. Οὗτος κοινωνὸν τῆς βασιλείας Οὐάλεντα (17) τὸν ἀδελφὸν προσελάβετο, καὶ τὴν ἑῴαν μοῖραν αὐτῷ πιστεύσας αὐτὸς ἐν τοῖς Ἑσπερίοις διέτριβε, καὶ πολέμους κατὰ Βαρβάρων συγκροτήσας πολλούς, τρόπαια κατ' ἐκείνων ἐστήσατο. Εἶχε δὲ πρὸ τῆς βασιλείας υἱὸν κεκλημένον Γρατιανόν, ὅς αὐτῷ ἐκ τῆς γαμετῆς Σευήρας ἐγένετο· ὃν καὶ ἀνηγόρευσεν αὐτοκράτορα. Ἔγημε δὲ καὶ δευτέραν γυναῖκα, ἔτι περιούσης καὶ τῆς προτέρας (18). Ἰουστίνα (19) ἦν ἡ δευτέρα, ἐξ ἧς καὶ τὸν νέον ἐγείνατο Οὐαλεντινιανόν, καὶ θυγατέρας Ἰούσταν, Γράταν καὶ Γάλλαν. Ἐπὶ τούτου, τελευτήσαντος Εὐδοξίου (20) τοῦ κακοδόξου τῆς Νέας Ῥώμης ἀρχιερέως, ἀντεισήχθη Δημόφιλος ὁμόδοξος τυγχάνων τῷ πρὸ αὐτοῦ· ὅς ἐπ' ἔτεσι δώδεκα τῆς Ἐκκλησίας ἐκράτησεν. Οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ τὸν μέγαν Ἀμβρόσιον (21) ἐπίσκοπον B τῆς Μεδιολάνων προεχειρίσατο πόλεως. Μαθὼν δὲ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ Οὐάλεντος ὅτι τῆς Ἀρειανικῆς ἀντιποιεῖται αἱρέσεως, καὶ πάντας βιάζει ταύτῃ συντίθεσθαι, διὰ γραμμάτων ἐπιπλήττει αὐτὸν καὶ ἀποστῆναι παραινεῖ τῆς αἱρέσεως. Ὁ δὲ τοῦ οἰκείου θελήματος οὐκ ἀφίστατο, καὶ μᾶλλον κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐξηγριαίνετο. Ῥοδανὸς (22) δέ τις πραιπόσιτος παρὰ Οὐαλεντινιανῷ μέγα ἠδύνατο. Κατὰ τούτου προσῆλθε γυνή τις Βερνίκη (23) καλουμένη τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ, ἀδικίαν ἐπεγκαλοῦσα τῷ πραιποσίτῳ. Ἐρευνήσας οὖν ὁ αὐτοκράτωρ καὶ γνοὺς μὴ ψεύδεσθαι τὴν γυναῖκα, προσκαλεσάμενος τὸν πραιπόσιτον, θεραπεῦσαι κεκέλευκε τῇ γυναικὶ τὸ ἀδίκημα. Κἀκεῖνος τῇ παῤῥησίᾳ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα C θαῤῥῶν οὐδένα λόγον ἔθετο τῆς ἀδικουμένης. Προσῆλθεν οὖν καὶ αὖθις τῷ βασιλεῖ ἡ γυνή, καὶ ὃς μαθὼν μή τινα φροντίδα τῆς γυναικὸς τὸν πραιπόσιτον θέσθαι, αὐτίκα γυμνοὶ μὲν ἐκεῖνον τοῦ ἀξιώματος· κελεύει δὲ δεθέντα ἐν τῷ θεάτρῳ περιαχθῆναι, ἀγῶνος ἱππικοῦ ἀγομένου, κηρύκων αὐτοῦ προαγόντων (24), καὶ τὸ εἰς τὴν γυναῖκα βοώντων ἀδίκημα, καὶ τοῦ βασιλικοῦ κελεύσματος τὴν παρακοήν· καὶ μετὰ τὴν περιαγωγὴν καὶ τὸ κήρυγμα ἐκεῖ παρευθὺ καυθῆναι αὐτόν. Καὶ ὁ μὲν τοιοῦτον εὕρατο τέλος· ἡ δὲ πᾶσα ἐκείνου περιουσία τῇ γυναικὶ διὰ βασιλείου παρακεχώρητο γράμματος. Ἐξέλιπε δὲ ὁ βασιλεὺς οὗτος, ἐν Γαλλίαις διάγων, ἀπολαύσας χρόνου μακροῦ· ἐβίω γὰρ ἔτη πρὸς τέσσαρσιν ὀγδοήκοντα (25), ἕνδεκα τούτων βασιλεύσας ἐνιαυτούς, καὶ τὸν υἱὸν Γρατιανὸν τῆς βασιλείας τῶν Ἑσπερίων διάδοχον καταλελοιπώς.

suit, ipse in Occidente degens sæpius de Barbaris triumphavit. **30** Filium Gratianum ante imperium e Severa susceptum, imperatorem appellavit. Priore uxore adhuc superstite, alteram duxit Justinam, e qua Valentinianum Juniorem genuit, et filias Justam, Gratam et Gallam. Sub hoc, Eudoxio, secus quam nomen sonat, male de religione sentienti defuncto, successit in Novæ-Romæ pontificatu Demophilus, cum decessore suo consentiens, qui Ecclesiam annos XII gubernavit. Idem hic imperator magnum Ambrosium etiam Mediolani episcopum designavit: cum autem cognovisset, Valentem fratrem Arianam fovere sectam, et cogere omnes illi assentiri, per litteras objurgatum ab instituto dehortatur. Verum ille suo indulgens animo, magis etiam contra recte sentientes exasperabatur. Rhodanus quidam præpositus, homo apud Valentinianum admodum gratiosus, a muliere quadam, Berenice nomine, apud imperatorem cujusdam injuriæ accusabatur. Qui cum, quæsita re, crimen verum esse comperisset, mulieri satisfieri jubet. Verum ille gratia imperatoris fretus, nullam illius rationem habuit. Quod muliere denuo conquesta, præpositum illico dignitate privatum et vinctum ludis Circensibus in theatro circumduci jubet, præcedentibus præconibus, et proclamantibus cum in mulierem admissum facinus, tum imperatorii edicti contemptum, et his factis illico comburi. Talis igitur illius fuit exitus, omnibus ejus opibus, imperatoris litteris, mulieri concessis. Obiit imperator in Galliis degens, vita longa usus: vixit enim annos octoginta quatuor, imperavit undecim, relicto filio Gratiano, imperii Occidentalis successore.

ΙϚ'. Οὐάλης δὲ τῶν ἀρειανιζόντων ὑπερμαχῶν ὡς D ὁμογνώμων αὐτοῖς, τοὺς ὀρθοδόξους ἐδίωκε, καὶ πολλὰ ἐπήνεγκεν αὐτοῖς τὰ δεινά, τῇ οἰκείᾳ συζύγῳ

XVI. Valens Arianorum defensor et assensor, orthodoxos persequebatur, et in uxoris Domninæ gratiam, multis malis afficiebat. Cum enim ali-

Variæ lectiones et notæ.

(17) *Οὐάλεντα*. Qui Βάλης dicitur Eunapio in Maximo: in legat. Οὐάλης.

(18) *Ἔτι περιούσης καὶ προτέρας*. Vide quæ de hisce binis Valentiniani nuptiis observamus in *Familiis Augustis Byzant.* quibus hæc addo, id etiam perhiberi a Theodoro Studita, l. I, epist. 24, apud Baronium, an. 808, n. 14.

(19) *Ἰουστίνα*. Ariana. Sulpitius de Vita S. Martini, l. III de Valentiniano: *Ad animum illius immitem ac superbum uxor accesserat Ariana.* Fortunatus, lib. II.

Instat ad hæc uxor, cui tunc erat Arrius auctor.

(20) *Εὐδοξίου*. Socrat. l. IV, cap. 13; Sozomen. Theodorit. etc.

(21) *Ἀμβρόσιον*. Socrat. l. IV, c. 25; Sozom. l. VI, cap. 24; Niceph. l. XI, c. 32; Paulinus, in Vita Ambros. Theophan. p. 51.

(22) *Ῥοδανός*. Id ipsum pluribus narrat *Chronicon Alexandrinum*, p. 700.

(23) *Βερνίκη*. Ita mss. Βερενίκη in *Chron. Alexandr.*

(24) *Κηρύκων αὐτοῦ προαγόντων*. Vide Cujac. lib. VII Observat. cap. 6, et Gottofred. ad l. XIII, § 6 D. de jurejur. Ubi de hoc more traducendi reos cum voce præconis scelus indicantis, vel titulum seu genus criminis ascribendi.

(25) *Ὀγδοήκοντα πρὸς τέσσαρσιν*. Sic mss. omnes. At Victor in Epitome et Ammianus, lib. XXX, Valentinianum aiunt mortuum anno ætatis 55. Socrates vero et Sozomenus an. 54, quomodo emendandos codices Zonaræ censent plerique.

quando Nicomediæ agentem legati ex cœtu orthodoxorum, viri sacerdotes octoginta convenissent, eos omnes una cum navi qua venerant, comburi jussit: itaque conflagrarunt omnes in mari medio, una cum navi, quæ tamen usque ad Dacybizam duravit. Horum etiam magnus in theologia Gregorius meminit, his verbis: *Presbyterorum exustiones marinæ.* Neque vero orthodoxos tantum suppliciis
31 afficiebat, sed et pulsis episcopis recte sentientibus, omnes ecclesias Arianis attribuebat. Feruntur qui catholica Nicæna Ecclesia ejecti fuerant, veræ pietatis studiosi, Basilium Magnum accessisse, qui pro eis legatus ad Valentem profectus, cum nihil impetrasset, dixerit: *Judicium hujus controversiæ, imperator, Deo est permittendum. Claudatur templum accurate, Ariani foris stantes, precentur Deum. Id si ultro eis patuerit, habento. Sin minus, concedatur et nobis precari Deum. Quod si valvæ ultro apertæ fuerint, statuendum erit, sanctam ædem a Deo nobis esse attributam. Sin ea nec nobis aperta fuerit, sic etiam ad Arianos pertineto.* Placet imperatori conditio, consentit, ædes Nicæna undique clauditur. Precantur Ariani Deum: cum satis diu nugati essent, ædes non aperitur. Sero tandem digressis hæreticis, et orthodoxis, magno Basilio duce, preces auspicatis, statim claustris et vectibus ruptis valvæ patefactæ fidelibus ingressum præbuerunt. Is paganis sacrificandi potestatem dabat, et Judæis studebat. Solis recte sentientibus adversabatur. Cum autem Scythæ provincias Thraciam et Macedoniam incursarent, magnus pater Isaacius ei contra illos proficiscenti equo occurrens, *Redde*, inquit, *imperator, orthodoxis ecclesias, et scito te victorem rediturum. Sin contra Deum militaris, inde non reverteris.* His commotus homo impius, custodiri jubet virum sanctum donec redierit. Tum ille: *Si redieris*, inquit, *non locutus est per me Deus.* Post, Valens in somnis virum videt, sibi dicentem:

Miser ad Mimanta magnum iter capessito
Citus: hic te sævæ mortis opprimet dolor.

D Experrectus, percontatur quis sit Mimas? Ibi quidam homo doctus (nam tales eo tempore, utinam nunc etiam, in regio comitatu et familiaritate erant)

A Δομνίνῃ πειθόμενος (26). Καί ποτε ἐν Νικομηδείᾳ διάγοντι προσῆλθον αὐτῷ εἰς πρεσβείαν ἐκ τοῦ τῶν ὀρθοδόξων συστήματος ἄνδρες ἱερατικοὶ (27) ὀγδοήκοντα, οὓς ἅπαντας σὺν τῷ πλοίῳ δι' οὗ ἐκομίζοντο καυθῆναι προσέταξε. Καὶ κατεφλέχθησαν πάντες ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ σὺν τῇ νηΐ, ἄχρι Δακυβίζης (28) διαρκεσάσῃ. Ὧν καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος (29) μέμνηται, λέγων· *Πρεσβυτέρων ἐμπρησμοὶ θαλάττιοι.* Οὐ μόνον δὲ τοὺς ὀρθοδόξους ἐκόλαζεν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκκλησίας ἁπάσας ἀπένειμε τοῖς Ἀρειανοῖς, τοὺς ὀρθοδόξους ἐπισκόπους ἐκδιώκων αὐτῶν. Λέγεται γοῦν (30) καὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐκδιωχθέντας τοὺς τοῦ ὀρθοῦ δόγματος τῷ μεγάλῳ προσελθεῖν Βασιλείῳ, κἀκεῖνον πρεσβεῦσαι περὶ τούτων πρὸς τὸν Οὐάλεντα, τὸν δὲ
B μὴ πείθεσθαι, καὶ τὸν μέγαν φάναι Βασίλειον ὡς *Ἐπιτρεπτέον τὴν περὶ τούτου κρίσιν, ὦ βασιλεῦ, τῷ Θεῷ, καὶ κλεισθήτω μὲν ἀσφαλῶς ὁ ναός· ἐκτὸς ἑστῶτες οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες δεἰσθωσαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἰ μὲν αὐτομάτως αὐτοῖς ἀνοιχθῇ ὁ ναός, ἐχέτωσαν αὐτόν· εἰ δὲ μὴ ἀνοιγῇ, ἐπιτρεπτέον καὶ ἡμῖν δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἰ μὲν αὐτομάτως ἀναπετασθῶσιν αἱ θύραι, νομιστέον ἐκ Θεοῦ προσκληρωθῆναι ἡμῖν τὸ θεῖον τεμένισμα· εἰ δὲ οὐδ' ἡμῖν τὸ ἱερὸν ἀνοιγῇ, καὶ οὕτως ἀνείσθω αὐτὸ τοῖς ἀρειανίζουσιν.* Ἤρεσε ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ γενέσθαι ταῦτα ἐπέτρεψεν. Ἐκλείσθη οὖν πάντοθεν ὁ ἐν Νικαίᾳ ναός. Ἐδέοντο οἱ Ἀρειανοὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἠδολέσχουν ἐφ' ἱκανόν· ὁ δὲ ναὸς οὐκ ἠνέῳκτο. Ὀψὲ δέ ποτε τῶν αἱρετικῶν
C μεταστάντων, οἱ ὀρθόδοξοι τοῦ μεγάλου Βασιλείου προηγουμένου αὐτῶν τῆς δεήσεως ἤρξαντο· καὶ αὐτίκα τῶν κλείθρων διαρραγέντων καὶ τῶν μοχλῶν, αἱ πύλαι διέστησαν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ τῆς εἰσόδου τοῖς πιστοῖς παρεχώρησαν. Οὗτος ὁ βασιλεὺς Ἕλλησι μὲν ἐδίδου θυσίας ποιεῖν, καὶ Ἰουδαίοις προσέκειτο· τοῖς δ' ὀρθόφροσι μόνοις ἀντέκειτο. Σκυθῶν δὲ τὴν Θρᾳκῴαν καὶ Μακεδονικὴν κατατρεχόντων χώραν, ἐξῄει τούτοις ἀντιταξόμενος. Ὅτε καὶ ὁ μέγας πατὴρ Ἰσαάκιος ἐφ' ἵππῳ αὐτῷ ἐντυχών· *Ἀπόδος*, ἔφη, *τὰς ἐκκλησίας τοῖς ὀρθοδόξοις, ὦ βασιλεῦ, καὶ ἴσθι ὡς ἐπανήξεις νενικηκώς· εἰ δὲ κατὰ Θεοῦ στρατεύῃ, οὐκ ἐπανήξεις ἐκεῖθεν.* Ὠργίσθη ἐπὶ τούτοις ὁ δυσσεβέστατος βασιλεύς, καὶ φρουρεῖσθαι προστάττει τὸν ἅγιον ἕως ἐπανελεύσεται. Ὁ δέ· *Εἰ σὺ ὑποστρέψεις*, ἔφη, *οὐ λελάληκεν ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός.* Καὶ ἐν ὀνείρῳ δὲ ἐθεάσατο ὁ Οὐάλης ἄνδρα τινὰ λέγοντα αὐτῷ·

Τάχος βάδιζε πρὸς Μίμαντα (31) τὸν μέγαν,
Ἔνθα μόρος σε δεινὸς ἁρπάζει τάλαν.

D Διυπνισθεὶς οὖν ἐπυνθάνετο τίς ἂν εἴη ὁ Μίμας; Καί τις τῶν λόγοις ἐσχολακότων (τοιοῦτοι γὰρ τοῖς βασιλεῦσι συμπαρωμάρτουν τε καὶ ᾠκειοῦντο, ὡς εἴθε

Variæ lectiones et notæ.

(26) *Δομνίνᾳ πειθόμενος*. Theodorit. l. IV, c. 11.

(27) *Ἄνδρες ἱερατικοί*. Socrat. l. IV, c. 13; Sozom. l. VI, c. 14; Theodor. l. IV, c. 22; Niceph. l. XI, c. 16.

(28) *Ἄχρι Δακυβίζης*. Nicetas lib. V *Thesaur. orthod. fidei*, cap. 34, qui rem narrat, *Dacidizen* vocat, et maritimæ Bithyniæ locum esse ait.

(29) *Γρηγόριος*. Orat ad CL episcopos.

(30) *Λέγεται γοῦν*. Istius miraculi memoriam agunt Græci 19 Januarii. Menæa: Ἀνάμνησις μεγίστου θαύματος, ὅτε ὁ μέγας Βασίλειος διὰ προσευχῆς ἀνέῳξε τὰς πύλας τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ παρέθετο αὐτὴν τοῖς ὀρθοδόξοις.

(31) *Πρὸς Μίμαντα*. Versus alii apud Ammianum, lib. XXXIX, p. 388: Ἐν πεδίοισι Μίμαντος.

καὶ νῦν) ἔφη αὐτῷ ὄρος εἶναι τῆς Ἀσίας τὸν Μίμαντα πρὸς τῇ θαλάσσῃ κείμενον. Τούτου δὲ καὶ τὸν Ὅμηρον (32) ἐν Ὀδυσσείᾳ μεμνῆσθαι λέγοντα. Παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα. Καὶ ὅς ἔφη· *Τίς οὖν μοι ἀνάγκη τὸ ὄρος τοῦτο καταλαβεῖν, κἀκεῖσε θανεῖν*; Στρατεύσας οὖν κατὰ τῶν Σκυθῶν, καὶ περὶ τὴν Θρᾴκην αὐτοῖς συμβαλὼν αἰσχρῶς ἡττήθη, καὶ φεύγων ἐν οἰκήματι κατεκρύφθη· παρ' ᾧ ἀχυρώδης σεσώρευτο συρφετός. Τῶν οὖν Σκυθῶν (33) μετὰ τὴν ἧτταν τοῦ βασιλέως τὴν χώραν ἐκείνην ληϊζομένων, καὶ ἐμπιπρώντων καὶ τὰς οἰκίας, κἀκεῖνο τὸ οἴκημα κατεπέπρηστο, καὶ Οὐάλης διέφθαρτο ἐν αὐτῷ. Ὁ μέντοι ἅγιος Ἰσαάκιος (34) καθειργμένος τὴν κατάφλεξιν τοῦ Οὐάλεντος ἐγνώκει τῷ Πνεύματι, καὶ εἶπε τοῖς παρατυχοῦσιν ἐκεῖ ὡς Οὐάλης ἄρτι θνήσκει διὰ πυρός. Σημειωθείσης οὖν τῆς ἡμέρας, ἐγνώσθη μετὰ ταῦτα μὴ πλανηθῆναι τὸν ἅγιον. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Βαρβάρων ἐκεῖθεν ὑπαναχώρησιν, τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως ἀναζητούντων τινῶν, εὑρέθη τάφος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗπερ ἐκεῖνος ἐκέκαυτο, παλαιοῦ τινος ἔχων ἐπίγραμμα· *Ἐνταῦθα Μίμας Μακεδὼν στρατηγέτης*. Τούτῳ τῷ βασιλεῖ ἐπανέστη Προκόπιος ὁ ἀνεψιὸς Ἰουλιανοῦ (35), καὶ ἐκράτησε τοῦ Βυζαντίου. Προδοθεὶς δὲ παρὰ τῶν οἰκείων, καὶ προσδεθεὶς ἐκ τῶν σκελῶν δύο δένδροις βίᾳ κλιθεῖσι, τῶν δένδρων ἀνεθέντων, διεσπάσθη ὁ δείλαιος. Καθῃρέθη δὲ τότε καὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως Χαλκηδόνος, ὡς τῶν αὐτῆς πολιτῶν τὰ Προκοπίου φρονούντων· ὧν καθαιρουμένων, εὑρέθη πλὰξ ἐν τοῖς θεμελίοις αὐτῶν, ἔχουσα γεγραμμένα ταυτί·

A respondet, esse montem Asiæ ad mare situm, cujus et Homerus in Odyssea meminerit, ac ventosum appellet. Tum ille, *Et quæ me*, inquit, *necessitas urget, ut montem illum occupem, ibique moriar?* Congressus autem circa Thraciam cum Scythis turpiter succubuit, et in fuga domum quamdam ingressus, in acervo palcarum sese abdidit, in qua, cum Scythæ post victoriam **32** prædas e provincia agerent, villasque incenderent, et ipse conflagravit. Cæterum ejus interitu sanctus Isaacius in carcere per Spiritum cognito, iis qui aderant, dixit, Valentem jam incendio perire. Die illo adnotato, postea compertum est, virum sanctum non errasse. Post Barbarorum discessum cum imperatoris corpus quæreretur, inventum est in iis ædibus ubi B combustus fuerat, sepulcrum cum hac inscriptione: *Hic Macedo Mimas dux est situs.* Seditionem contra hunc imperatorem movit Juliani consobrinus Procopius, Byzantio occupato, sed proditus a suis, duabus arboribus vi inclinatis pedibus annexus, atque iterum dimissis, laceratus est miser. Tum Chalcedonis etiam diruta sunt mœnia, quod cives Procopii partes essent sectati, quæ cum diruerentur, tabula reperta est, cum hac inscriptione:

Nymphis in sacra choreas agitantibus urbe
Undique per vicos, festa exsultante corona,
Balnea cum murus gemitu custodiet ægro,
Tum vero gens dira, potens, numerosa, feroci
Robore prædita, Cimmerii freta vecta per Istri
Et Scythiam sævis et Mysida deprimet armis,
Threiciamque ingressa solum spe freta furente,
C *In sua fata ruens, tristem mittetur ad Orcum.*

Ἀλλ' ὅτε δὴ Νύμφαι ἱερὸν κατὰ ἄστυ χορείην,
Τερπόμεναι στήσονται ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιάς,
Καὶ τεῖχος λουτροῖσι πολύστονον ἔσσεται ἀλκαρ,
Δὴ τότε μυρία φῦλα πολυσπερέων ἀνθρώπων
Ἄγρια μαργαίνοντα κακὴν ἐπιειμένα ἀλκήν,
Ἴστρου Κιμμερίοιο πόρον διαβάντα σὺν αἰχμῇ,
Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώραν, καὶ Μυσίδα γαῖαν.
Θρηϊκίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσιν,
Αὐτοῦ κεν βιότοιο τέλος καὶ πότμον ἐπίσποι.

Ὁ μὲν οὖν Οὐάλης τῇ τῶν τειχῶν τῆς Χαλκηδόνος ὕλῃ εἰς οἰκοδομὴν ὁλκοῦ ἐχρήσατο ὕδατος (ὃν ἀγωγὸν ἡ δημώδης ὀνομάζει φωνή) καὶ τοῦτον Οὐάλεντα ἐπωνόμασε, δι' οὗ πεποίηκεν εἰς τὴν πόλιν ὕδωρ εἰσάγεσθαι, ἵν' ἀφθονία ὑδάτων εἴη αὐτῇ καὶ πρὸς χρῆσιν ἄλλην καὶ πρὸς λουτρά. Ὁ δὲ τῆς πόλεως ἔπαρχος Νυμφαῖον (36) ἐν τῷ καλουμένῳ Ταύρῳ κατ-

D Valens materia Chalcedonii muri ad aquæductum usus est, quem Valentem nominavit, ut urbi aquarum copia tum ad alios usus, tum ab balnea suppeteret: et urbis præfectus, Nymphæum, in loco qui Taurus dicitur, ad testandum gratum animum ob ductiles aquas, ædificavit. Hæc consecuta est Barbarorum impressio, ut in tabula scriptum erat,

Variæ lectiones et notæ.

(32) *Τὸν Ὅμηρον*. Odyss. γ:

Ἡ ὑπένερθε χίοιο, παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα.

(33) *Τῶν οὖν Σκυθῶν*. Eunapius in Maximo: Ὅ τε γὰρ βασιλεὺς ἐν μεγάλῃ τῶν Σκυθῶν μάχῃ, ξένον τινὰ ἠφανίσθη τρόπον, ὥστε οὐδὲ ὀστέον εἰς ἀναίρεσιν ἀνευρέθη.

(34) *Ὁ μέντοι ἅγιος Ἰσαάκιος*. Prædixerat etiam Maximus Sophista Valentem imperatorem post promiscuam et multiformem omnium cædem, novo et inusitato mortis genere exstinctum iri, inhumatum, et sepulcri honore carentem. Idem Eunapius in Maximo.

(35) *Προκόπιος ὁ ἀνεψιὸς Ἰουλιανοῦ*. Ammianus, lib. XXVI, p. 318: *Insigni genere Procopius in Cilicia natus et educatus, ea consideratione, qua propinquitate Julianum postea principem contingebat, a primo gradu eluxit.* Vide Philostorg. l. IX, c. 5. Socrat. l. IV, c. 3; Sozomen. l. VI, c. 8; Zosim. l. IV, p. 376; Themist. Orat. 9, etc.

(36) *Νυμφαῖον*. De quo ut et de aquæductu Valentis, pluribus egimus in *Constantinopoli Christi*. lib. I, sect. 15 et 16. Utrumque attigit et prædicat Themistius, orat. 11, nuper edita in Decennali ejusdem Valentis, p. 151: Πυνθάνομαι γοῦν αὐτὸν πολυπραγμονεῖν μεθ' ἡδονῆς τὸν ἀριθμὸν τῶν νυμφῶν καὶ τὴν πορείαν, ὅπως σου ἐξηγουμένου καὶ ὁδηγετοῦντος, αἱ μὲν ἔνθεν, αἱ δὲ ἔνθεν, ἐξαναστᾶσαι, ξεναγῶνται ἐπὶ τὸν Βόσπορον, etc. Infra:

qui et Thraciam populati sunt, et post in ea perierunt. Sub hoc Valente feruntur Libanius rhetor, et Jamblichus Procli magister, divinatione galli gallinacei quæsivisse, quis post Valentem imperaturus esset? Ea porro hujusmodi esse perhibetur. Litteræ viginti quatuor pulveri inscribuntur, et cuique granum tritici et hordei imponitur, deinde gallus, recitatis quibusdam carminibus dimittitur, et e quibus litteris grana sumpserit, eæ litteræ 33 inter sese junctæ, rem quæsitam declarare putantur. Quod cum et illi fecissent, gallum ex litteris *th*, *e*, *o*, *d*, grana legisse viderunt. Ambigua tamen habita est significatio; nam vel Theodosius, vel Theodorus, vel Theodotus designari putabatur. Ea re cognita Valens, multos iis nominibus præditos, sibi suspectos, sustulit, ipsis etiam divinatoribus quæsitis. Cujus sævitia formidata, Jamblichus hausto veneno, ut quidam tradunt, sibi conscivit necem. Fuit enim Valens inexorabilis iracundiæ, unde dicere solebat: *Qui ab ira facile dimoveretur, eumdem et a justitia facile dimoveri.* Imperavit annos XIII et menses IV, dignum impietate sua interitum consecutus.

εσκευάκει, τὰς ἐκ τοῦ τῶν ὑδάτων ὁλκοῦ χάριτας ἐκ τούτου παραδεικνύς. Οἷς εἵπετο καὶ ἡ τῶν Βαρβάρων ἐπέλευσις κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τῇ πλακί, οἳ ἐλῄσαντο μὲν τὴν Θράκην, περὶ δὲ αὐτὴν κατηναλώθησαν ὕστερον. Ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ Οὐάλεντος λέγεται Λιβάνιος (37) ὁ σοφιστής, καὶ Ἰάμβλιχος ὁ Πρόκλου διδάσκαλος, ἀλεκτορομαντείαν (38) ποιῆσαι, ζητοῦντες γνῶναι τὸν μετὰ τὸν Οὐάλεντα βασιλεύσοντα. Ἡ δὲ τοιαύτη, ὡς λόγος, ἐστίν. Ἐν κόνει τὰ εἴκοσι τέσσαρα γράφονται γράμματα, καὶ τούτων ἑκάστῳ σίτου κόκκος ἢ κριθῆς ἐπιτίθεται. Εἶτ' ἀλέκτωρ ἀφίεται, ἐπᾳδομένων ἐπὶ τούτοις τινῶν ἐπῳδῶν, καὶ κατασκοπεῖται ἐκ τίνων στοιχείων λαμβάνει κόκκους. Καὶ ταῦτα συντιθέμενα δήλωσιν ποιεῖσθαι τοῦ ζητουμένου δοξάζεται. Τοῦτο τοίνυν κἀκεῖνοι τότε ποιήσαντες εἶδον λαβόντα τὸν ἀλέκτορα τὸν ἐν τῷ *θῆτα* κόκκον, τὸν ἐν τῷ *ε*, τὸν ἐν τῷ *ο*, καὶ τὸν ἐν τῷ *δ*. Ἔδοξεν οὖν ἀμφίβολον τὸ δηλούμενον. Ἡ γὰρ Θεόδωρον ἐδόκει δηλοῦν ἢ Θεοδόσιον ἢ Θεόδοτον. Τοῦτο μαθὼν ὁ Οὐάλης πολλοὺς τῶν τοιούτοις καλουμένων ὀνόμασιν ὑποπτεύσας ἀπώλεσεν. Ἐζήτει δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς τὴν μαντείαν ποιήσαντας. Ὅθεν τὴν ἐκείνου δείσας ὠμότητα ὁ Ἰάμβλιχος, φάρμακον δηλητήριον πεπωκώς, ὥς τινες ἱστορήκασιν, ἑαυτὸν τοῦ ζῆν ὑπεξήγαγεν. Ἦν γὰρ δυσπαραίτητος τὰς ὀργὰς (39) ὁ Οὐάλης· ὅθεν καὶ ἔλεγεν ὡς *Ὁ ταχὺ μετατιθέμενος τῆς ὀργῆς, καὶ τοῦ δικαίου ἂν μετάθοιτο τάχιστα.* Οὗτος ἔτη βεβασίλευκε δέκα ἐπὶ τρισί, καὶ μῆνας τέσσαρας καὶ ἀξίως τῆς οἰκείας ἀσεβείας διέφθαρτο.

XVII. Gratianus autem Valentiniani filius, et junior Valentinianus illius frater, Romano imperio potiti sunt: solus enim Gratianus a patre imperator appellatus, ut jam expositum est, cum morti

ΙΖ'. Γρατιανὸς (40) δὲ ὁ υἱὸς Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Οὐαλεντινιανὸς ὁ νέος ὁ τούτου ὅμαιμων, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς γεγόνασιν ἐγκρατεῖς· μόνος μὲν γὰρ ὁ Γρατιανὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀνεῤῥήθη, ὥσπερ ἤδη

Variæ lectiones et notæ.

Καὶ οὔτε πέτραι αὐτὰς ἀνείργουσιν, οὔτε συνάγκη, οὔτε ὀρῶν κορυφαὶ ἠλίβατων, οὔτε κρημνοὶ ἀποῤῥῶγες, οὔτε φάραγγες ἀφεγγεῖς· ἀλλὰ τὰ μὲν ὑποδραμοῦσαι, τὰ δὲ καὶ μετέωροι διαπτᾶσαι, συνεφοίτησάν τε εἰς ἕνα χῶρον, καὶ ἠσπάσαντο ἀλλήλας, καὶ ἔθεντο ὁμολογίαν συμπορεύεσθαι εἰς τὸν νεὼν τὸν τῷ ὀνόματι Κωνσταντίνου, τῷ δὲ ἔργῳ Οὐάλεντος ἤδη· τὴν γὰρ αἰτίαν ἑκάστου ἐνδίκως οὐχ ὁ ἀπαρξάμενος ἀναφέρεται, ἀλλ' ὁ τελειώσας· τὸ πρότερον δὲ, ὡς ἔοικε, ψευδώνυμος ἦν· καὶ ἐχρώμεθα τῇ τοῦ ὄλβου προσηγορίᾳ κουφολογοῦντες. Ἐξ οὗ δὲ ἡ σὴ χορηγία, καὶ ἡ σὴ φιλοτιμία, τὰς νύμφας ἡμῖν εἰσκαλεῖ, καὶ εἰσοικίζει, οὐκ ὄλβιοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τρισόλβιοι ἤδη. Ubi νεὼν τὸν τῷ ὀνόματι τοῦ Κωνσταντίνου, templum Constantini nomine donatum, Nymphæum videtur appellare, quod ejusmodi ὑδρεῖα, seu aquarum receptacula, Nymphis dicata, templi vicem obtinuerint: in illud porro aquas aquæductus Valentiniani deductas: velle quod prius Constantini nuncupabatur, cum ejusmodi Nymphæa in urbe complura is ædificaverit, quæ ad quatuor recenset vetus urbis Descriptio. Id sane indicat Themistius dum aquæductus Valentis aquas εἰς ἕνα χῶρον convenisse ait, easque εἰσοικίσαι, qui quidem *locus* vel si mavis *domus*, non alia est, nisi fallor, a Nymphæo. Vix enim putem per τὸν νεὼν Κωνσταντίνου, urbem Constantinopolitanam intelligi. Eadem porro verborum formula utitur idem Themistius orat, 13, quo loco a Valente conditum Aquæductum describit, cujus aquæ, inquit, θυραυλοῦσι περιμένουσαι τὸν ἀρχηγέτην, ὅπως ἂν ἐκείνου ξενίζοντος εἰς τὸν νεὼν σφῶν κατασκηνώσειαν, ἐν ᾧπερ αὐτῷ καὶ Ἥφαιστος συγχορεύει, καὶ ὁ σωτήρ, καὶ ἡ Πανάκεια.

(37) *Λιβάνιος*. Quæ hic de Libanio et Jamblicho narrat Zonaras, habet etiam Cedrenus: sed vereor ne ea ad Maximum Sophistam referri debeant. Scribit enim Eunapius aliquot ex aulicis conjurationem iniisse adversus Valentem, ex nescio quo vaticinio, cujus interpretationem acceperant ab eodem Maximo, ejusce artis peritissimo, statimque, quod ille prædixerat, conjuratos detecta conspiratione, morti datos ab imperatore, abreptum quoque Maximum, et Antiochiam ubi tum degebat imperator, transmissum, ibique a Festo Præside jugulatum, ita, ut ad Maximi cædem pertineant quæ sequuntur apud Zonaram: Ἐζήτει καὶ αὐτοὺς τοὺς τὴν μαντείαν ποιήσαντας. Vide Ammianum, lib. XXIX.

(38) *Ἀλεκτορομαντείαν*. Eadem habet Cedrenus. Vide Valesium ad Ammianum, p. 383: et Delrium, lib. IV *Disq. magic.* quæst. 7, sect. 3.

(39) *Δυσπαραίτητος τὰς ὀργάς*. Ammianus: *Injuriosus alias et iracundus.*

(40) *Γρατιανός*. De Gratiano id libet hoc loco adnotare quod de illo scribit Georgius Hamartolus in Chronico ms., Gratianum imperatorem τοσοῦτον καὶ εὐστόχως καὶ ἐπιπολὺ τοξεύειν, ὡς λέγειν τινάς, τὰ Γρατιανοῦ βέλη φρένας ἔχειν. Quo spectant ista Victoris in Epit.: *Fuit autem Gratianus litteris haud mediocriter instructus: carmen facere, ornate loqui, explicare controversias, rhetorum more, nihil aliud die noctuque agere, quam spiculis meditari, summæque voluptatis divinæque artis credere ferire sibi destinata.*

ἱστόρηται. Ὅτε δὲ ὁ Οὐαλεντινιανὸς ἐτελεύτησεν, οὐ παρῆν οὗτος ἐπὶ τῷ θανάτῳ τῷ τοῦ πατρός. Ἡ γοῦν στρατιὰ τηνικαῦτα καὶ τὸν νέον Οὐαλεντινιανὸν βασιλέα ἀνεῖπε τετραέτη τότε τυγχάνοντα. Ἐπανελθὼν δ' ἐκ τῆς ἀποδημίας ὁ Γρατιανὸς τοὺς μὲν στρατιώτας ἐκάκισε, καί τινας αὐτῶν καὶ ἐκάκωσε, κολάσας τοὺς τῆς τοῦ ἀδελφοῦ πρωτουργοὺς ἀναῤῥήσεως, ὡς ἄτερ γνώμης αὐτοῦ βασιλέως ὄντος ἄλλον ἀναγορεύσαντας. Τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτοῦ συνάρχειν οὐ παρῃτήσατο, ἀλλὰ κοινωνὸν τῆς βασιλείας προσείλετο. Οὗτος ὁ βασιλεὺς τὸν πατέρα ἐζήλωσεν εἰς εὐσέβειαν. Ὅθεν καὶ τῷ θείῳ Οὐάλεντι συμμαχίαν αἰτήσαντί ποτε κατὰ Σκυθῶν ἐξ αὐτοῦ οὐ παρέσχετο γράψας αὐτῷ, ὡς *Οὐ δεῖ τῷ ἐχθρῷ τοῦ Θεοῦ συμμαχεῖν*. Τοῖς δ' ἐξελαθεῖσι ποιμέσι τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν διὰ δόγματος ἐφῆκε τὴν εἰς αὐτὰς ὑπονόστησιν. Τῶν Σκυθῶν δὲ (41) μετὰ τὴν τοῦ Οὐάλεντος ἧτταν ἐξογκωθέντων τὸ φρόνημα, καὶ τήν τε Θρᾴκην ληϊζομένων, καὶ τὰ περὶ αὐτήν, καὶ ἀκαθέκτων ὄντων, τὸν ἐξ Ἱσπανίας μετεκαλέσατο Θεοδόσιον (ἡ δὲ Ἱσπανία (42) τῆς Εὐρωπαίας Ἰβηρίας ἐστὶ πόλις ἡ διαφορωτάτη τῶν ἐν αὐτῇ) ἄνδρα γενναιότατόν τε καὶ εὐσεβέστατον. Τοῦτον οὖν προχειρισάμενος στρατηγὸν μετὰ στρατιᾶς κατὰ τῶν Βαρβάρων ἐκπέπομφεν· ὃς συμβαλὼν αὐτοῖς καὶ νικήσας τρόπαιον ἤρατο, πλήθους μὲν Σκυθικοῦ κατασφαγέντος ἐν τῷ πολέμῳ πολλοῦ, τῶν δὲ λοιπῶν εἰς φυγὴν τραπέντων, καὶ τῶν μὲν ἀπολλυμένων ἐν τῷ καταλαμβάνεσθαι, τῶν δ' ὑπ' ἀλλήλων διαφθαρέντων ἐν τῇ φυγῇ. Πάντων τοίνυν σχεδὸν τῶν Βαρβάρων ἐκείνων ἀπολωλότων τὴν στρατιὰν ἐκεῖ καταλείψας ὁ Θεοδόσιος αὐτὸς πρὸς τὸν Γρατιανὸν τῆς νίκης ἧκεν αὐτάγγελος ἐν Παιονίᾳ τότε διάγοντα. Ἀπαγγείλας δὲ τὴν νίκην τῷ βασιλεῖ, καὶ τὸν τῶν Βαρβάρων εὐαγγελισάμενος ὄλεθρον, ἠπιστεῖτο διά τε τὸ τοῦ ἔργου ταχὺ καὶ τὸ δυσμαχώτατον τῶν Σκυθῶν. Ἐπεὶ δ' ἔγνω τὸ ἀληθές, καὶ τὴν τῶν Βαρβάρων φθορὰν ὁ αὐτοκράτωρ πεπληροφόρητο, καὶ ἐθαύμασε τὸν ἄνδρα τῆς τε ταχυτῆτος καὶ τοῦ ἀριστεύματος ἕνεκα καὶ ἐπῄνεσεν. Ἤδη δὲ καὶ τῆς Οὐάλεντος μοίρας προσκτηθείσης αὐτῷ μετὰ τὴν ἐκείνου φθοράν, ἀπιδὼν πρὸς τὸ ἄπειρον σχεδὸν τῆς ἀρχῆς, καὶ συνιδὼν ὡς οὐχ οἷός τ' ἂν εἴη αὐτὸς μόνος τὴν τοσαύτην ἰθύνειν ἀρχήν, βασιλέα τῆς Νέας Ῥώμης ἀναγορεύει τὸν Θεοδόσιον, ἅμα μὲν τῆς ἀριστείας αὐτὸν ἀμειβόμενος, ἅμα δὲ καὶ μηδένα κρίνας ἕτερον εἰς κοινωνίαν τῆς ἀρχῆς τούτου κρείττω ἐσόμενον. Τὴν γοῦν Ἑῴαν ἅπασαν καὶ τὴν Θρᾴκην αὐτῷ ἀναθέμενος ἐκεῖνος ἑαυτῷ ἀπεκλήρωσε τὰ Ἑσπέρια. Καὶ ἐπὶ τὰς Γαλλίας γενόμενος, ἀνῃρέθη δόλῳ ὑπ' Ἀνδραγαθίου τοῦ στρατηγοῦ, βασιλεύσας μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τελευτὴν ἐπὶ ἐνιαυτοὺς ἕξ.

paternæ non adesset, juniorem etiam Valentinianum imperatorem salutavit exercitus, quadrimum adhuc puerum. Qua de causa peregre reversus, milites acriter insectatus est: quosdam etiam auctores fraternæ salutationis supplicio affecit, quod se, qui imperator esset, non consentiente, alium elegissent. Neque tamen recusavit, quominus fratrem imperii consortem haberet, eumque collegam ascivit. Paternæ pietatis æmulus fuit, et aliquando Valenti patruo contra Scythas opem petenti, negatis auxiliis respondit: *Non esse cum Dei hoste societatem belli coeundam*. Pastoribus ejectis, decreto reditum in suas Ecclesias concessit. Cum autem Scythæ post cladem Valentis elati successu rerum Thraciam finitimaque loca vastarent, et coerceri nullo modo possent, Theodosium Hispanum accersit (est autem Hispania Europeæ Iberiæ urbs præstantissima), virum fortissimum et religiosissimum. Hunc igitur ducem delectum, ablegat contra Barbaros, qui prælio victor, magnam Scythicæ gentis multitudinem cædit, cæteris in fugam conjectis, qui vel a victoribus deprehensi, vel a sese invicem obtriti perierunt. Barbaris igitur illis fere omnibus interfectis, Theodosius exercitu illic relicto, ipse victoriæ nuntius, ad Gratianum tum in Pannonia degentem contendit. Nec tamen victoriam **34** suam, et Barbarorum interitum nuntianti, fides habita est, cum ob rei gestæ celeritatem, tum ob Scytharum summam rei militaris peritiam. Cum autem veritatem cognovisset imperator, deque internecione Barbarorum plane constaret, viri celeritatem admiratus est, et rem bene gestam laudibus prosecutus. Jam quia Valentis etiam partem post illius interitum consecutus, providebat, se tam immensam tanti imperii molem sustinere solum non posse: Theodosium Novæ Romæ imperatorem appellat, partim, ut ejus industriam remuneraretur, partim quod neminem ad imperii societatem magis idoneum judicabat: Tradito igitur illi universo Oriente et Thracia, Occidentem sibi reservavit: et in Gallias profectus, anno imperii post obitum patris sexto, fraude ducis Andragathii occiditur.

ΙΗʹ. Τοῦ δὲ Γρατιανοῦ τελευτήσαντος, κατελείφθη βασιλεὺς αὐτοκράτωρ τῶν Ἑσπερίων ὁ Νέος Οὐαλεντινιανός, μήπω μηδὲ πρόσηβος γεγονώς. Ὃς ὑποφθαρεὶς παρὰ τῆς μητρὸς Ἰουστίνης Ἀρειανι-

XVIII. Gratiano defuncto, Occidentalis imperii potestas in Valentinianum Juniorem impuberem adhuc, collata est: qui paulatim a Justina matre Arianis favente corruptus, illorumque dogma am-

Variæ lectiones et notæ.

(41) *Τῶν Σκυθῶν δέ*. Sed et scribit Eunapius in legat. ad ipsam usque Constantinopolim venisse Scythas: Ἤδη γὰρ καὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν κατέτρεχον, καὶ τοῖς τείχεσιν ἠνώχλουν περικαθήμενοι.

(42) *Ἡ δὲ Ἰσπανία*. Ita codd. Regii, etsi manifesto errore. Nam Hispaniæ nomine nulla urbs occurrit, ita ut in eo erraverit Zonaras, quod Hispaniam ab Iberia distinxerit, cum Theodosius ex Italica Hispaniæ urbe ortus fuerit.

plexus, orthodoxis adversatus est. Cum autem Maximus contra eum insurrexisset, regnum affectans, et præliis aliquot vicisset, Theodosio scribit, ut secum agatur, et auxilia petit. Cui ille respondit, non esse mirandum, si servus seditiosus eo domino sit superior, qui suum Dominum repudiet, et creaturam ac servum appellet Conditorem, pari et natura et dignitate cum Patre præditum. Sed suppetias profectus, Maximum comprehensum supplicio affecit, una cum duce Andragathio, qui Gratianum fraude occiderat. Post, Eugenius etiam mota seditione regnum affectavit : qua Valentinianus petorritus, laqueo sibi necem conscivit. Theodosius autem bellum contra illum suscepit. Ac Thessalonicæ contumeliose acceptus, præfecto per seditionem populi, quibusdam de causis ortam, interfecto, in præsentia ad populi motum connivendum ratus. Post equestre certamen indixit: populum in theatro congregatum, circumdedit legionibus, quæ ad quindecim millia sagittis et jaculis confecerunt. Sic expleta iracundia, Mediolanum digressus, a magno Ambrosio propter Thessalonicensium cædem objurgatus, ingressu ecclesiæ prohibetur : **35** neque prius admittitur, quam lege sanxisset, ne capitales sententiæ ante diem tricesimum ratæ essent. Id factum ob imperatoris animum ad iracundiam proniorem, ut illo spatio lenita ira, sententias recognosceret, ac legitimas confirmaret, ab iracundia forsan profectas, abrogaret. Eugenium tyrannum in Galliis prælio victum et captum, occidit. Habuit uxorem privatus adhuc, Placillam, matronam piam, modestam et pauperum amantem, quam suscepto ex ea Honorio et Arcadio Augustam appellavit. Ea post adeptum imperium defuncta, Gallam magni Valentiniani filiam duxit. Interea dum imperator in Occidente versatur, Judæi, conciliato et annuente Honorato, urbis præfecto (nam paganus erat), magnificam in foro ærario synagogam exstruunt. Sed urbana multitudo ea re irritata, præfecto maledicit : illo maledicta negligente, synagogam igne injecto cremat.

A ζούσης, τῷ τῶν Ἀρειανῶν συνέθετο δόγματι, καὶ τοῖς ὀρθοδόξοις ἀντέκειτο. Ἐπαναστάντος οὖν τοῦ Μαξίμου (43) αὐτῷ καὶ τυραννίδι ἐπιχειρήσαντος, καὶ ἐν μάχαις ὑπερτερήσαντος, ἔγραψε πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον (44) τὰ συμβάντα, συμμαχίαν αἰτούμενος. Κἀκεῖνος μὴ δεῖν θαυμάζειν ἀντέγραψεν, εἰ ὁ δοῦλος ὑπερτερεῖ, δεσπότου κατεξαναστάς, τοῦ τὸν οἰκεῖον ἀθετοῦντος Δεσπότην, καὶ κτίσμα καὶ δοῦλον καλοῦντος τὸν Κτίστην τὸν καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον. Ἀπελθὼν δὲ εἰς συμμαχίαν αὐτοῦ, τόν τε Μάξιμον συλλαβὼν ἀνεῖλε καὶ τὸν στρατηγὸν Ἀνδραγάθιον, ὃς ἐδολοφόνησε τὸν Γρατιανόν. Εἶτ' αὖθις Εὐγένιος (45) ἐπανέστη κατὰ τοῦ νέου Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ τυραννίδι ἐπέθετο. Φοβηθεὶς οὖν Οὐαλεντινιανὸς, ἀγχόνῃ τοῦ βίου ἑαυτὸν ὑπεξ- B ήγαγε. Καὶ μαθὼν τοῦ Εὐγενίου (46) τὴν τυραννίδα ὁ Θεοδόσιος ἐξεστράτευσε κατ' αὐτοῦ. Καὶ εἰς Θεσσαλονίκην (47) ἐλθὼν μετὰ τοῦ στρατεύματος, ἐκεῖνος μὲν ὑβρίσθη ὑπὸ τῶν Θεσσαλονικέων· ὁ δὲ ἔπαρχος ἐφονεύθη, στασιάσαντος τοῦ δήμου δι' αἰτίας τινάς. Τότε μὲν οὖν ἐπὶ τῇ τοῦ λαοῦ κινήσει ἔδοξεν ἀνεξικακῆσαι ὁ βασιλεύς. Μετὰ δὲ ταῦτα ἱππικὸν ἀγῶνα ἐκήρυξε, καὶ τοῦ λαοῦ ἀθροισθέντος ἐπὶ τὸ θέατρον, περιέστησεν αὐτοῖς τὰ στρατεύματα, καὶ κατετόξευσαν τὸν δῆμον καὶ κατηκόντισαν, ὥστε θανεῖν ἐξ αὐτῶν ἄχρι τῶν πεντεκαίδεκα χιλιάδων. Καὶ οὕτως ἐκπλήσας ὁ Θεοδόσιος τὸν θυμὸν, ἐκεῖθεν ἀπάρας, εἰς τὴν πόλιν τῶν Μεδιολάνων ἀφίκετο. Ὅπου καὶ ἠλέγχθη παρὰ τοῦ μεγάλου Ἀμβροσίου διὰ τὴν τῶν C Θεσσαλονικέων σφαγὴν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν οὐ συγκεχώρητο, καὶ οὐ πρότερον ἐφῆκεν αὐτῷ τὴν εἰς τὸ θεῖον τέμενος εἴσοδον, εἰ μὴ νόμον ἔθετο (48), τὰς ψήφους τὰς φονικὰς μὴ πρότερον ἐκβιβάζεσθαι, πρὶν ἂν παρέλθοιεν μετὰ τὴν ψῆφον ἡμέραι τριάκοντα. Τοῦτο δ' ἐποίησε διὰ τὸ τοῦ βασιλέως ὀξύῤῥοπον πρὸς θυμὸν, ἵνα διὰ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν τοῦ θυμοῦ κατακορεσθέντος, ἀπαθῶς ἐπισκέπτηται τὰς ψήφους, καὶ τὰς μὲν ἐννόμους κυρῷ, τῶν δὲ δι' ὀργὴν ἴσως ἐψηφισμένων ἀργίαν καταψηφίζηται. Τῷ δὲ καὶ τυράννῳ Εὐγενίῳ συμμίξας ἐν ταῖς Γαλλίαις ὁ Θεοδόσιος νικᾷ τε αὐτὸν καὶ συλ-

Variæ lectiones et notæ.

(43) *Μαξίμου*. De quo ita Sulpitius, lib. III de Vita S. Martini : *Maximus imperator rempublicam gubernabat, vir omni vita prædicandus, si ei vel diadema non legitime, tumultuante milite impositum repudiare, vel armis civilibus abstinere licuisset. Sed magnum imperium nec sine periculo renui, nec sine armis potuit teneri*. Vide Socrat. v, c. 11 ; Theodor. l. v, c. 13 ; Sozom. l. VII, c. 13.

(44) *Θεοδόσιον*. Georgius Hamartolus in Chronico ms. : Θεοδόσιος σὺν τάχει πολλῷ τῷ βασιλεῖ τροπαιοφόρος παραστὰς, θείᾳ ψήφῳ τὸ βασιλικὸν διάδημα προβάλλεται, Γρατιανοῦ χειροτονοῦντος αὐτὸν, καὶ κοινήν τινα καὶ θαυμαστὴν περιεβλήθη πορφύραν, ὡς ἀρχαιότατος βασιλεύς· καὶ ἐπειδὴ τοὺς ὤμους αὐτοῦ ὑπὲρ ἄνθρωπον ὑψηλοὺς ὄντας διαφόρου βασιλέως χλαμύδας ἐνδύειν οὐκ ἐδύναντο· πάντας γὰρ ὑπερέχων τῷ μεγέθει, πᾶσαν ἐσθῆτα διὰ τὸ ὕψος μικρὰν ἀπέφηνε· τέλος τῇ Κωνσταντίνου πορφυρίδι κοσμηθεὶς ἐξέλαμψεν, ἐκ τετραγώνου ἁρμοσάσης αὐτῷ. De Theodosii vero statura, idem testatur Victoris Epitome : *Fuit autem Theo-* D *dosius moribus et corpore Trajano similis, quantum scripta veterum et picturæ docent : sic eminens status, membra eadem, par cæsaries, etc.*

(45) *Εὐγένιος*. Socrat. l. v, c. 24, Theodor. l. v, c. 24, Sozom. l. VII, c. 22.

(46) *Εὐγενίου*. An ab hoc Eugenio, vel alio quodam ejusdem nominis nobili Constantinopolitano, appellationem habuerint Porta, et Tractus ejusdem urbis, disquisitum in nostra *Constantinopoli*, lib. I, sect 4, n. I ; et lib. II, sect. 16, n. 35. Meminit præterea Tractus Eugenii Ptochoprodromus in versibus politicis Græcobarbaris contra Hegumenum ex cod. Reg.

Ἄλλος ὁρᾷ εἰς Πέραμαν, ἄλλος εἰς τ' Εὐγενίου.

Meminit etiam Sguropulus in Hist. concilii Florentini sect. 4, cap. 1.

(47) *Εἰς Θεσσαλονίκην* Theodorit. l. v, c. 17; Sozom. l. VII, c. 24 ; Rufin. l II, c. 18 ; Paulinus in Vita S. Ambros. Theophan. etc.

(48) *Νόμον ἔθετο*. L. 13 Cod. Theod. de pœnis; l. 20 Cod. Just. eod. tit.

λαμβάνει καὶ ἀναιρεῖ. Οὗτος ὁ βασιλεὺς ἰδιωτεύων εἶχε γυναῖκα εὐσεβῆ τε καὶ σώφρονα καὶ φιλόπτωχον τὴν Πλακίλλαν, ἐξ ἧς αὐτῷ ἐγεννήθησαν Ἀρκάδιος καὶ Ὀνώριος· ἣν καὶ Αὐγούσταν ἐποίησε. Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν θανούσης αὐτῆς, ἔγημε Γάλλαν τὴν τοῦ μεγάλου Οὐαλεντινιανοῦ θυγατέρα. Ἀποδημοῦντος δὲ τοῦ βασιλέως εἰς τὰ Ἑσπέρια, οἱ Ἰουδαῖοι τὸν τῆς πόλεως ἔπαρχον Ὀνωράτον δεξιωσάμενοι κτίζουσι συναγωγὴν (49) ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις πολυτελῆ, ἐκείνου παραχωρήσαντος· ἦν γὰρ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύων. Ὁ δὲ τῆς πόλεως δῆμος ἀγανακτήσας ἐπὶ τούτῳ ἐβλασφήμει τὸν ἔπαρχον· καὶ ὃς ἐν οὐδενὶ λόγῳ τὰ τῆς βλασφημίας πεποίητο. Μὴ φέρων οὖν ὁ λαὸς, πῦρ ἐνίησι νυκτὸς τῇ συναγωγῇ, καὶ ταύτην ἐμπίπρησι (50). Γράφει οὖν τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ περὶ τούτου ὁ ἔπαρχος. Κἀκεῖνος ἐπιτιμᾷ τοῖς τολμήσασι τὸν ἐμπρησμὸν τῆς συναγωγῆς ἔκτισιν τῶν ἀναλωμάτων τῶν εἰς αὐτήν· καὶ ἐφίησιν αὖθις κτισθῆναι αὐτήν. Τοῦτο μαθὼν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος, τοῦ βασιλέως τῇ πόλει Μεδιολάνων ἐνδημοῦντος, καὶ κατά τινα τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀφικομένου ἤρξατο λέγειν· *Ἵνα τί, βασιλεῦ, τὸν ἐξ ἰδιώτου σε βασιλέα ποιήσαντα, καὶ τὴν οἰκείαν ἐγχειρίσαντά σοι ποίμνην, καὶ ἣν τῷ ἑαυτοῦ ἐκτήσατο αἵματι, καὶ ταινιώσαντά σου τὴν κεφαλὴν αὐχμῶσαν πρώην, αὐτὸς ὑβρίζεις, τοὺς ἀθετοῦντας αὐτὸν τῶν ἐπεγνωκότων προτιμοτέρους τιθέμενος, καὶ δίκας εἰσπράττων ὑπὲρ Ἰουδαίων Χριστιανούς, καὶ βίαν αὐτοῖς ἐπάγων, ἐν μέσῃ τῇ πόλει, ἐν ᾗ κηρύττεται ὁ Χριστὸς, καὶ προσκυνεῖται σταυρὸς, συναγωγὴν οἰκοδομῆσαι τοῖς Χριστοκτόνοις;* Καὶ ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν ἔλεγχον αἰδεσθεὶς, ἔφη, *Καὶ δώσομεν, ὦ ἐπίσκοπε, τοῖς δήμοις ἀτάκτως καὶ ἀναιδῶς ἐν εὐνομουμέναις πόλεσιν ὅσα βούλονται δρᾷν;* *Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο δοτέον, ὦ βασιλεῦ,* ὁ ἱερὸς Ἀμβρόσιος ἀντεπήνεγκε, *τὸ συναγωγὰς ἔχειν τοὺς Ἰουδαίους ἐν μέσῳ πόλεως εὐσεβοῦς, καὶ βλασφήμους εὐχὰς ἀναπέμπειν ἐπ' ἀκροάσει θεοσεβῶν. Μή σύ γε τοῦτο θεσπίσαις, ὀρθοδοξότατε Αὔγουστε.* Τούτοις ὁ Θεοδόσιος μαλαχθεὶς, τοῖς Βυζαντίοις ἀνῆκε τὸ ἐπιτίμιον, καὶ συναγωγὴν ἐντὸς τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων τοὺς Ἰουδαίους ἔχειν ἀπείρηκε. Τοῖς Ἀντιοχεῦσι (51) δὲ φόρων ἐπιταχθέντων νέων, κινηθεὶς ὁ δῆμος εἰς

A Præfectus rem ad imperatorem præscribit, qui eam audaciæ pœnam statuit, ut sumptus synagogæ persolverent, eamque Judæis instaurare liceret. Hoc magnus Ambrosius cognito, cum quodam Dominico festo imperator Mediolanensem ecclesiam ingrederetur, sic exorsus est: *Cur, imperator, eum qui te ex privato regem fecit, suo grege tibi commisso, qui caput tuum prius squalidum diademate exornavit, tu contumeliis afficis, eos a quibus ille rejicitur, iis præferendo a quibus colitur, vi etiam illata, ut in media urbe, in qua Christus colitur, et crux adoratur, synagogam Christi interfectoribus ædificent?* Ea reprehensione verecundatus imperator: *Numquid*, inquit, *episcope, in republica bene constituta plebi concedenda est quidvis temere et impudenter audendi licentia? At ne illud*
B *quidem*, inquit D. Ambrosius, *concedendum est, ut Judæi in medio Christianæ urbis synagogas habeant, et blasphemis precibus piorum aures obtundant? Ne vero istud decreveris, sanctissime imperator.* His lenitus Theodosius, Byzantiis remisit multam, et Judæos intra urbem regiam habere synagogam vetuit. Cum autem Antiochenis nova tributa imperasset, populus ob exactionis novitatem indignatus, prioris ejus uxoris imagines in foro sitas revellit, et in publicis viis traxit. Ob id facinus ille iratus, urbem et privilegiis privavit, et vicinæ **36** Laodiceæ subjecit, comminatus etiam civibus, quos utique male tractasset, nisi Flavianus archiepiscopus Antiochenus legatione suscepta, imperatorem mi-
C tigasset. Quo tempore vir summus Joannes Chrysostomus, Antiochenæ Ecclesiæ presbyter adhuc, eas orationes scripsit, quæ *Statuarum* titulum præ se ferunt.

Variæ lectiones et notæ.

(49) *Συναγωγήν*. Vide nostram *CP.* ubi de Synagoga.

causaque mali a quodam solerti conjectura indagata, fragmentis navis illius æneæ studiose conquisitis, et in suum locum restitutis, expeditam navigationem et mare navigiis repletum fuisse. Ut autem certo scirent, illud appellendis navibus obstitisse, denuo sublatis fragmentis quæcunque naves tum appellerent, iterum vi ventorum rejectas fuisse. Ea re comperta, navem illam, magno adhibito studio, esse renovatam. Anastasius paulo ante obitum, nuntiatis sibi insidiis multos comprehenderat atque inter alios Justinum et Justinianum, qui post rerum potiti sunt, atque in animo habebat eos occidere. Sed deterritus est somnio, cum vir terribilis ei astitisse visus esset, ac dicere : *Justino et Justiniano ne quid mali feceris : nam uterque suo tempore Deo inserviet.* Illis igitur crimine læsæ majestatis absolutis, denuo aliud vidisse somnium memoratur, virum terribilem, qui librum manu gestans diceret : *Ecce ob perversitatem fidei tuæ, annos* XIV *vitæ tuæ deleo.* Et quia fatale sibi esse ex oraculo didicerat, ut fulmine interiret, Tholotum ædificium construxit, in eoque degit, sed frustra. Nam cum aliquando tonitrua horrendum in modum resonarent, et fulgura multa eliderentur, atque ipse perterritus e cœnaculo in cœnaculum descenderet, et alios atque alios thalamos subiret : in quodam regio cubiculo mortuus est inventus. Vixit annos octoginta octo : regnavit viginti septem, et tres menses. Hujus temporibus terræ motus horrendus 58 fuit, ac Byzantii multis in locis ædificia corruerunt. Antiochia vero pene tota collapsa est, civibus ruina oppressis. Idem Anastasius longum murum condidit a magno mari ad Selybriam usque pertinentem, ob Mysorum sive Bulgarorum et Scytharum incursiones, et statuam suam æneam in Tauri columna collocavit, cum Theodosii Magni statua, quæ ibi erecta fuerat, concidisset. Et hic quidem vita sic acta, hoc modo est defunctus.

A που τῆς πόλεως. Τούτου δῆτα τοῦ τῆς νηὸς εἰκονίσματος, ἢ τῷ χρόνῳ μογήσαντος, ἢ ἐξ ἐπιβουλῆς, μέρη τινὰ θραυσθέντα ἀφῄρηντο. Οὐκέτι γοῦν φορτηγοὶ νῆες προσώρμουν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἀλλὰ πλησίον ἰοῦσαι βίαις πνευμάτων ἀνείργοντο, καὶ εἰ μὴ νῆες μακραὶ, καὶ πολλοῖς ἐρέταις κινούμεναι τοὺς φόρτους ἐκείνων εἰς τὴν πόλιν ἐκόμιζον, τάχα ἂν λιμῷ οἱ ἐν αὐτῇ κατηνάλωντο. Τοῦτο ἐπὶ καιρὸν κρατῆσαν, τοῖς τῶν κοινῶν φροντισταῖς διὰ φροντίδος ἐγένετο. Ὑπετοπάσθη τοίνυν παρά του τὸ αἴτιον, καὶ προσήγγελτο τοῖς οἷς ἡ τῶν τῆς πόλεως ἀνεῖτο φροντίς· καὶ τὰ θραύσματα τῆς χαλκῆς νηὸς ἐκείνης ἐπιμελῶς ζητηθέντα, εὑρέθησαν, καὶ αὐτῇ ἀποκατέστησάν τε καὶ προσηρμόσθησαν· καὶ ὁ πλοῦς ἦν τοῖς πλοίοις ἀκώλυτος, καὶ μεστὴ τούτων εἰσπλεόντων ἡ θάλασσα. B Ἵνα δὲ γνοῖεν ἀκριβῶς εἰ τοῦτο ὡς ἀληθῶς τοῦ τῶν πλοίων εἴσπλου κώλυμα ἦν, ἀφῄρηντο αὖθις τὰ μέρη τῆς νηὸς ἐκείνης· καὶ ὅσαι τῶν νηῶν ἔτυχον τότε εἰσπλέουσαι, πνεύματος αὖθις βίᾳ γεγόνασιν ὀπισθόρμητοι. Ἐντεῦθεν ἐβεβαιώθησαν ἐκ τοῦ θραυσθῆναι τὴν χαλκῆν νῆα ἐκείνην, τὴν κωλύμην γίνεσθαι τοῦ εἰς τὴν πόλιν εἴσπλου τῶν πλοίων τῶν φορτηγῶν· καὶ τὴν ναῦν ἐκείνην ἐπιμελείας ἀξιώσαντες, ἀνεκαίνησαν. Πρὸ μικροῦ δὲ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος, ἐπιβουλῆς αὐτῷ μηνυθείσης, συνέσχε πολλοὺς, σὺν οἷς καὶ Ἰουστῖνον καὶ Ἰουστινιανὸν (53), τοὺς μετὰ ταῦτα αὐταρχήσαντας, καὶ ἦν γνώμης ἀπολέσαι αὐτούς· ἐκωλύθη δὲ κατ' ὄναρ, φοβεροῦ τινος ἀνδρὸς δόξαντος C παραστῆναι αὐτῷ καὶ εἰπεῖν· *Ἰουστίνῳ καὶ Ἰουστινιανῷ μηδὲν ἐργάσῃ κακόν· μέλλει γὰρ ἕκαστος αὐτῶν ὑπουργῆσαι τῷ Θεῷ, ἐν καιροῖς ἰδίοις.* Ὅθεν ἀφῆκεν αὐτοῖς τὸ τῆς καθοσιώσεως ἔγκλημα. Καὶ αὖθις ὄναρ ἰδεῖν λέγεται ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος ἄνδρα τινὰ φοβερὸν, τόμον κατέχοντα, καὶ λέγοντα πρὸς αὐτόν· *Ἰδοὺ διὰ τὴν κακοπιστίαν σου ἀπαλείφω τῆς ζωῆς σου ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα.* Ἔχων δὲ κεχρησμῳδοτημένον ὁ Ἀναστάσιος ὅτι ἐκ κεραυνοῦ θανεῖται, τὸ λεγόμενον Θολωτὸν ἐδομήσατο, καὶ ἐν αὐτῷ διῆγεν, ἀλλ' οὐδέν τι τούτου ἀπώνατο. Βροντῶν γάρ ποτε ἐκρηγνυμένων φρικωδεστάτων, καὶ ἀστραπῶν ἐκτριβομένων ἐκεῖθεν πολλῶν, ἐκεῖνος δειμαίνων ἐκ διαίτης εἰς δίαιταν μετέβαινε, καὶ ἐκ θαλάμου εἰς θάλαμον ὑπεδύετο. Καὶ οὕτως ἐν ἑνὶ τῶν βασιλικῶν κοιτώνων εὑρέθη κείμενος τεθνεώς (54). Ζήσας μὲν ἔτη ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτὼ, βασιλεύσας δ' ἐξ αὐτῶν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ

Variæ lectiones et notæ.

docet præ cæteris Dio in Excerptis Valesianis, scribens Lucullum πρὸς τὴν τοῦ Τυχαίου, ὃ ἐκ τοῦ Ἰβηρικοῦ πολέμου κατεσκεύασε καθιέρωσιν, statuas commodato accepisse a Mummio, nec reddere eas postmodum voluisse, ut quæ dedicatione sacræ essent factæ. Ubi Strabo, lib. VIII, rem eamdem narrans, τῆς Εὐτυχίας ἱερὸν, et Cicero in Verrem de signis, *ædem Felicitatis*, vocat. Ex quibus omnino patet Τυχαῖον non fuisse *ædem Genii*, sed *prosperæ Fortunæ*, quam ἀγαθὴν Τύχην vocat Pausanias. Cæterum ναοῦ τῆς Τύχης Cæsareæ, meminit Theophanes an. 1 Juliani : ut Eudocia Augusta in Ioniis mss. τῆς Τύρου Τύχης, quam Πορφυρίαν appellatam fuisse ait in Porphyrii philosophi Elogio. Hæc porro fusius sumus prosecuti, ut ex Descriptione Libaniana doceremur cur in æde senatus una cum Fortunæ urbis statua complures aliæ steterint statuæ.

D (53) *Ἰουστῖνον καὶ Ἰουστινιανόν.* Vide Alemannum ad Procopii *Historiam arcanam* c. 6.

(54) *Τεθνηκώς.* Anastasius Bibl. in Hormisda PP. *Eodem tempore nutu Divinitatis percussus est fulmine divino Anastasius imperator, et obiit.* Codinus, p. 60, fulmine ictum Anastasium in Magnauræ palatio scribit qui cum exclamasset, Ὦ μάνα ὑπὸ αὔρας ἀπόλλυμαι, hinc Magnauræ nomen illud obtinuisse. Nec abludit Luitprandus, l. VI, cap. 2, quoad nomenclaturam, scribens sic dictum illud palatium, quasi *magna aula*, ρ loco λ posita littera. Sed non omnino improbanda videtur Codini sententia, siquidem cum in superiori et excelsiori urbis parte ædificatum esset, ventis cæterisque aeris injuriis expositum erat : quod in primis testatur idem Luitprandus in Legatione : nam ibi de hoc palatio loqui constat, licet illud non nominet, cum in eo excipi solerent Legati : *Pridie Nonas*

ἐπὶ μησὶ τρισίν. Ἐν τοῖς χρόνοις τούτου γέγονε σεισμὸς (55) φοβερώτατος, καὶ ἐν μὲν τῷ Βυζαντίῳ ἐν διαφόροις τόποις συμπτώματα συμβεβήκασιν· ἡ μεγάλη δὲ Ἀντιόχεια (56) σχεδὸν ἅπασα κατεπτώθη, καὶ οἱ ταύτης οἰκήτορες τοῖς συμπτώμασι κατεχώσθησαν. Οὗτος ὁ Ἀναστάσιος ἔκτισε τὸ μακρὸν λεγόμενον τεῖχος (57), ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης διῆκον ἄχρι τῆς Σηλυβρίας, διὰ τὰς ἐφόδους τῶν Μυσῶν, ἢ Βουλγάρων, καὶ τῶν Σκυθῶν. Ἔστησε δὲ καὶ στήλην οἰκείαν ἐν τῷ τοῦ Ταύρου κίονι ἐκ χαλκοῦ, τῆς πρώην ἐν αὐτῷ ἱσταμένης πεσούσης, ἣ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἐτύγχανε. Καὶ ὁ μὲν ὧδε βασιλεύσας, ὧδε κατέλυσε τὴν ζωήν.

Ε'. Ἀνεῤῥήθη δὲ βασιλεὺς Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ, A γονέων μὲν ἐκφὺς ἀσήμων καὶ ἀφανῶν, αὐτὸς τὸ πρότερον αὐτουργῶν, ἢ βουκόλος τυγχάνων καὶ συφορβός (58)· εἶτα εἰς τύχην μεταταξάμενος στρατιωτικὴν, καὶ μέχρι ταγματαρχίας ἐφθακὼς, καὶ κόμης γενόμενος. Μετὰ δέ γε τὴν τελευτὴν Ἀναστασίου, βουλῆς γενομένης περὶ προχειρίσεως βασιλέως, ὁ εὐνοῦχος Ἀμάντιος (59), ὃς καὶ πραιπόσιτος ἦν, καὶ μέγα ἠδύνατο, θέλων Θεοκριτιανόν τινα οἰκεῖον ὄντα αὐτῷ βασιλεῦσαι, χρήματα τῷ Ἰουστίνῳ (60) παρέσχε διανεμεῖν τοῖς στρατιώταις, ἵν' ἐκεῖνον ἕλωνται βασιλέα. Ὁ δὲ τὰ χρήματα διανείμας ἑαυτῷ τὴν βασιλείαν προεμνηστεύσατο, καὶ παρὰ τοῦ δήμου καὶ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν τῆς αὐταρχίας ἀνήχθη περιωπήν. Ἀμάντιος δὲ ἐν δεινῷ πεποίητο τοῦ Ἰουστίνου τὸ σόφισμα, καὶ αὐτῷ ἐπε- B βούλευε σὺν ἑτέροις τῶν ἐπιφανεστέρων, ὃν γνωσθέντα ὁ Ἰουστῖνος ἀνεῖλε σὺν Ἀνδρέᾳ τῷ κουβικουλαρίῳ, καὶ τῷ Θεοκριτιανῷ. Οὗτος ὁ Ἀμάντιος, ὅτε Ἀναστάσιος καθ' ὕπνους ἐθεάσατο τὸν ἄνδρα τὸν τόμον φέροντα, καὶ ἀπαλείψαντά τινας τῶν τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνων, ὄναρ εἶδεν, ὅτι ἐνώπιον τοῦ βασιλέως ἱσταμένῳ αὐτῷ χοῖρος ἐπῆλθε μέγας, καὶ εἰς γῆν κατέῤῥαξεν αὐτὸν καὶ ἀνήλωσεν. Οὗτος τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ (61) ἐδομήσατο· διὸ καὶ τὴν κλῆσιν ἐκείνου σώζει, τοῦ Ἀμαντίου καλούμενος. Ὀρθοδοξότατος δ' ὢν Ἰουστῖνος δόγμα ἐξέθετο, τὴν ἐν Χαλκηδόνι πάντας σέβεσθαι σύνοδον, καὶ τοὺς αὐτὴν συστησαμένους ἑξακοσίους τριάκοντα ἁγίους Πατέρας, τοῖς ἱεροῖς ἐγγραφῆναι C δι:πτύχοις (62) πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. Γαμετὴν δ' ἔχων Λουπικίαν κεκλημένην, ἔστεψεν αὐτὴν καὶ ἀνηγόρευσεν Αὐγοῦσταν, Εὐφημίαν μετονομάσας.

V. Imperator autem creatus est Justinus Thrax, parentibus ortus ignobilibus et obscuris, atque ipse principio agricola fuit aut armentarius et porcarius. Deinde, animo ad rem militarem adjecto, tribunus et comes factus est. Cum autem post Anastasii obitum de imperatore deligendo deliberaretur, Amantius eunuchus idemque præpositus, homo potens, Theocritiano, cuidam ex necessariis suis, imperium tradere cupiens, pecuniam Justino dedit, militibus distribuendam, ut illum imperatorem salutarent. At ille, pecunia distributa, suum negotium egit, et a populo et militibus ad imperii fastigium est evectus. Quod factum ægre ferens Amantius, cum aliis claris viris Justino insidias struxit, iisque cognitis una cum Andrea cubiculario et Theocritiano occisus est. Is autem eodem tempore, quo Anastasius in somnis aliquot vitæ suæ annos e libro deleri vidisset, et ipse somniarat se coram imperatore stantem a magno quodam porco prostratum devorari. Idem Sancti Thomæ apostoli ædem struxit, unde Amantii ædes nominatur. Hic Justinus quia de religione rectissime sentiebat, Chalcedonense concilium coli ab omnibus, et sexcentos triginta sanctos Patres, qui id celebrarant, in sacra omnium Ecclesiarum diptycha referri, edicto jussit. Uxorem Lupiciam, mutato ejus nomine in Euphemiam, diademate ornavit, et Augustam appellavit. Vitalianus, qui sub Anastasio seditionem moverat, huic familiarissimus fuit, et magister militum ab eo creatus, et consulatum adeptus est, magna præditus auctoritate. Cumque orthodoxus esset, Severum Antiochena sede pelli, et tolli jussit. Sed ille cum

Variæ lectiones et notæ.

Constantinopolim venimus, et ad contumeliam vestram suscepti, graviter turpiterque sumus tractati: palatio quidem satis magno et aperto, quod nec frigus arceret, sicut nec calorem repelleret, inclusi sumus. — Domus ipsa solis nobis inclusis pervia, a palatio adeo sequestrata, ut eo nobis non equitantibus, sed ambulantibus anhelitus truncaretur. Infra: *Cur, quæso, non ægrotarent, quibus erat* D *potus pro optimo vino salsugo; pro calcitra, non fænum, non stramen, non saltem terra, sed durum marmor; pro cervicali, lapis? quibus patula domus; non calorem, non imbrem, non frigus arcebat?* Denique sub finem versibus haud incomptis hanc ædem sic describit:

Marmore quæ vario magnis patet alta fenestris
Hæc inaquosa domus, concluso pervia soli,
Frigora suscipiens, æstum nec sæva repellens.

Alia de hoc palatio vide in nostra *Constantinopoli*, lib. II.

(55) *Σεισμός*. Marcellinus comes meminit duorum insignium terræ motuum qui Anastasio imperante accidere, p. 45 et 58 edit. Sirm. Adde Cedren. an. 12, et Victorem Tununens. ad cos. Abieni Juniori.

(56) *Ἀντιόχεια*. Evagrius. l. II, c. 12.

(57) *Μακρὸν τεῖχος*. Evagrius, l. III, c. 38; *Chron. Alex.* an. 16 Anast.

(58) *Συφορβός*. Vide Alemannum ad Procopii *Historiam arcanam*, c. 6.

(59) *Ἀμάντιος*. Marcellinus comes an. 1 Justini, ubi et de Theocriti, *quem Amantius præpositus ad regnandum clam præparaverat*, cæde pariter agit, ut et *Chronicon Alexandrinum*, et Evagrius, l. IV, cap. 2.

(60) *Χρήματα τῷ Ἰουστίνῳ*. *Chronicon Alexandrinum.*

(61) *Τοῦ ἁγίου Θωμᾶ*. Vide *CP. Christ*

(62) *Τοῖς ἱεροῖς ἐγγραφῆναι διπτύχοις*. Atque inde SS. Patrum 630, qui Chalcedonensi concilio interfuerunt memoriam agunt Græci 16 Junii.

quibusdam suis assensoribus fuga in Ægyptum elapsus, illam quoque perturbavit, disputatione 59 de corruptibili et incorruptibili introducta. In hujus locum suffectus est Paulus xenodochii Eubuli præfectus. Omnes præterea qui sub Anastasio per injuriam pulsi fuerant Justinus revocavit. Hujus temporibus, cometa in Oriente visus, radiis deorsum vergentibus, quem Pogoniam meteorologici vocant, et Vitalianus a Byzantiis dolo cæsus est, iratis ei ob multorum cædem ab eo factam, cum contra Anastasium seditionem movisset. Alii Justini et Justiniani jussu in Palatio cæsum tradunt, cum ipsi imperatori vellet imperare, et Justinianus magister militum factus est. Joanne Cappadoce patriarcha Constantinopolitano mortuo, subrogatus est Epiphanius, illius Ecclesiæ presbyter: Hormisda item papa Romano defuncto, Joannes Romanæ Ecclesiæ gubernacula suscepit. Cum autem Romanis inimicitiæ cum Persis intercederent, Justinus missis legatis cum muneribus ad regem Hunnorum societatem ejus ambivit. Assensus est Barbarus, sed et Cavadæ Persarum regi suam operam petenti obtulit, ad eumque profectus est Romanos oppugnaturus. Enimvero Justinus imperator, missis de pace legatis, per litteras Persarum regem monuit, ne Hunnis fideret, qui societate cum Romanis jurejurando sancita, magnaque pecunia accepta, illos tempore belli prodituri essent. Cavades, cum rex interrogatus se pecuniam a Romanis accepisse confessus esset, Justinum vera scripsisse ratus, hominem sustulit, et Hunnos fere omnes, paucis fuga elapsis, et cum Romanis pacem, Justinumque Chosroæ filii sui natu minimi tutorem fecit. Nam illi regnum Persicum destinarat, despectis filiis natu majoribus. Verum imperator tutelam recusavit. Lazorum quoque dux Tzathus defecit a Persis, et ad Justinum se contulit, et pro imperatoris filio baptizatus, et rex Lazorum salutatus, ducta uxore senatoris cujusdam filia, in suam provinciam rediit. Quæ res dissidii inter Persas et Romanos denuo causa exstitit, quod Romanorum imperator illorum subditos ad se pelliceret. Tunc ea etiam in urbe

A Τούτῳ Βιταλιανὸς, ὃς ἐστασίασεν ἐπὶ Ἀναστασίου, πάνυ ᾠκείωτο. Καὶ στρατηλάτης (63) προεχειρίσθη, ἀλλὰ μὴν καὶ ὑπάτευσε (64), καὶ μέγα παρὰ τῷ Ἰουστίνῳ ἠδύνατο. Ὀρθόδοξος δ' ὤν, τὸν Σευῆρον (65) ἐκδιωχθῆναι τοῦ θρόνου τῆς Ἀντιοχείας καὶ ἀναιρεθῆναι προσέταξεν· ὁ γνοὺς ἐκεῖνος ἀπέδρα εἰς Αἴγυπτον μεθ' ἑτέρων ὁμογνωμόνων, καὶ ταύτην ἐτάραξεν, τὸν περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου λόγον εἰσαγαγόντες. Σευήρου δὲ διαδράντος, Παῦλος ὁ ξενοδόχος (66) τῶν Εὐδούλου, Ἀντιοχείας προεχειρίσθη ἐπίσκοπος· καὶ πάντας δὲ τοὺς ἄδικον ὑπερορίαν ὑποστάντας ἐπὶ Ἀναστασίου ὁ Ἰουστῖνος κατήγαγεν. Ἐν τοῖς τούτου χρόνοις, ἀστὴρ ἐφάνη κομήτης (67) ἐν τῇ Ἀνατολῇ, κάτω τὰς ἀκτῖνας ἀφιεὶς, ὃν Πωγωνίαν οἱ μετεωρολογοῦντές φασι, καὶ ὁ Βιταλιανὸς ἐδολοφονήθη παρὰ B τῶν Βυζαντίων, μηνιόντων αὐτῷ ὡς πολλοὺς ἀνελόντι ὅτ' ἐπανέστη κατὰ Ἀναστασίου. Οἱ δὲ προστάξει τοῦ βασιλέως Ἰουστίνου καὶ τοῦ Ἰουστινιανοῦ φασιν ἀναιρεθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ παλατίῳ, θέλοντα καὶ αὐτοῦ τοῦ κρατοῦντος κατάρχειν· στρατηλάτης δὲ τῶν στρατευμάτων Ἰουστινιανὸς προκεχείριστο. Ἰωάννου δὲ τοῦ Καππαδόκου θανόντος, ὃς πατριάρχης ἦν Κωνσταντινουπόλεως, κεχειροτόνητο Ἐπιφάνιος (68) τῆς Ἐκκλησίας ταύτης πρεσβύτερος· καὶ Ὁρμίσδα τοῦ πάπα Ῥώμης μετηλλαχότος τὸ ζῆν, Ἰωάννης τοὺς τῆς Ἐκκλησίας Ῥωμαίων διεδέξατο οἴακας. Ἔχθρας δὲ Ῥωμαίοις πρὸς Πέρσας οὔσης, ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος πρὸς τὸν ῥῆγα τῶν Οὔννων (69) ἔστειλε πρέσβεις καὶ δῶρα, συμμαχίαν αἰτῶν κατὰ Περσῶν αἰτήσας· καὶ ὃς συνέθετο. Καὶ C τοῦ Περσῶν δὲ βασιλέως Κουάδου (70) τὸν αὐτὸν ῥῆγα περὶ συμμαχίας ἀξιώσαντος, ἐκεῖνος συμμαχῆσαι αὐτῷ ἐπηγγείλατο· καὶ ἀπῆλθε πρὸς Πέρσας μετὰ λαοῦ, κατὰ Ῥωμαίων ἀντιταξόμενος. Ὁ μέντοι βασιλεὺς Ἰουστῖνος περὶ εἰρήνης πρεσβείαν στείλας πρὸς τὸν Περσῶν βασιλέα, μὴ πιστεύειν τοῖς Οὔννοις αὐτῷ ἔγραψεν, ὡς ὅρκους μετὰ Ῥωμαίων περὶ συμμαχίας ποιησαμένοις, καὶ χρήματα λαβοῦσι πολλὰ, καὶ βουλομένοις προδοῦναι αὐτοὺς ἐν πολέμου καιρῷ. Ὁ δὲ Κουάδης, εἰ χρήματα παρὰ Ῥωμαίων εἴληφεν, ἤρετο τὸν ῥῆγα· τοῦ δὲ καταθεμένου, ἀληθεύειν τὸν Ἰουστῖνον ὑπέλαβε, καὶ αὐτίκα τὸν μὲν ἀνεῖλεν, καὶ τοὺς Οὔννους σχεδὸν

Variæ lectiones et notæ.

(63) *Καὶ στρατηλάτης*. *Magister militiæ*, Marcellino.

(64) *Καὶ ὑπάτευσε*. Consulatum gessit Vitalianus cum Rustico, cujus mense 7 in palatio interemptus fuit. Marcellin. Evagr. l. IV, c. 3, etc.

(65) *Τὸν Σεβῆρον*. Evagr. l. IV, c. 4. Theorianus in legat. ad Armen. p. 108, etc.

(66) *Ξενοδόχος τῶν Εὐβούλου*. De hoc Xenodochio vide nostram *CP. Christ*.

(67) *Κομήτης*. *Chronicon Alexandr*. an. 1 Justini. Anonymus *De gest. Constant*. p. 485.

(68) *Ἐπιφάνιος*. Huic antea dignitatem hanc adepturum prædixerat S. Andreas propter Christum Σαλὸς, ut est apud Nicephorum presbyterum Magnæ Ecclesiæ in ejusdem sancti Vita nondum edita, ubi multa de Epiphanii vitæ sanctitate longe ante, in ipsis adolescentiæ annis, commentatur.

(69) *Τὸν ῥῆγα τῶν Οὔννων*. Quos Albos et D Ephthalitas dictos scribit Procopius, l. I *De bello Persico*, ubi et alibi multa de eorum sedibus. Auctor mss. Miracul. in Cerne, ubi de Licinio et Constantino M.: Οὖννοι μὲν οἱ Ἐφθαλῖται, Περσῶν ὅμοροι, καὶ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον οἰκοῦντες, τὸ σκαιὸν ἔθνος τουτὶ καὶ βάρβαρον. Ex quo etiam loco in dubium venit an apud Procopium legendum sit Νεφθαλῖται, uti vult Postellus apud Ortelium. Arethas in Apocalyps. c. 63: Τινὲς μὲν Σκυθικὰ ἔθνη ἔφασαν ὑπερβόρεια........ καὶ Γότθων μοῖράν τινα κατὰ μέρη τῆς Ἀσίας στρατιωτικήν τε σύστασιν οὕτω καλεῖσθαι, καὶ Θαϊφάλους, καὶ Γατθογραίκους ἅπερ κοινῷ λόγῳ καλοῦμεν Οὐννικά.

(70) *Κουάδου*. Καυάδης, et Κωάδης in *Chron. Alexandr*. anno 4 Justini, Καβάδης Evagrio, l. IV, c. 12, Procopio, Agathiæ, Theophani et aliis. Vide Simocattam, l. IV, c. 6.

ἅπαντας, εἰ μή τινες ὀλίγοι διαδράντες ἐσώθησαν. A Τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἐσπείσατο, καὶ τὸν Ἰουστῖνον ἐπίτροπον (71) Χοσρόου τοῦ νεωτέρου τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐποιήσατο. Τούτῳ γὰρ τὴν τῶν Περσῶν κατελίμπανε βασιλείαν, τοὺς πρεσβυτέρους παραβλεπόμενος. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν ἐπιτροπὴν παρῃτήσατο. Ὁ μέντοι Λαζῶν ἀρχηγὸς Τζάθος (72) ἀποστατήσας Περσῶν προσεῤῥύη τῷ Ἰουστίνῳ, καὶ βαπτισθεὶς, υἱός τε τοῦ βασιλέως (73) ὀνομασθεὶς, καὶ βασιλεὺς (74) Λαζῶν (75) ἀναγορευθεὶς γυναικί τε συζευχθεὶς ἑνὸς τῶν συγκλητικῶν (76) θυγατρὶ, εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἐπανελήλυθε. Τοῦτο αἴτιον αὖθις μάχης Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις ἐγένετο, ὡς τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων τοὺς αὐτοῖς ὑπείκοντας σφετεριζομένου. Τότε καὶ τὰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἀρέθαν (77) ἐν Νεγρᾷ τῇ πόλει συμβέβηκε. Κουάδης B δὲ τοὺς ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ τυγχάνοντας Μανιχαίους ἐφόνευσεν ἅπαντας, καὶ τὸν αὐτῶν ἐπίσκοπον καὶ τὰς βίβλους κατέκαυσεν, ὅτι ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ τὴν μυσαρὰν αὐτῶν διδάξαντες αἵρεσιν, τὰ αὐτῶν φρονεῖν παρεσκευάσαν. Ἡ δὲ πόλις Ἀνάβαρζος ἢ Ἀνάβαρζα, τῆς δευτέρας Κιλικίας οὖσα μητρόπολις τότε ὑπὸ σεισμοῦ (78) συνεπτώθη· καὶ ἡ Ἔδεσσα, πόλις οὖσα περιφανὴς τῆς Ὀσροηνῶν ἐπαρχίας κατεκλύσθη, τοῦ μέσον αὐτῆς ῥέοντος ποταμοῦ πλημμυρήσαντος, κεκλημένου Σκιρτοῦ, καὶ τούς τε τῆς πόλεως οἴκους καταβαλόντος καὶ παρασύραντος, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς οἰκοῦντας, οὓς μὲν συγχώσαντος τοῖς συμπτώμασιν, οὓς δὲ καταποντίσαντος. Μεθ' ἡμέρας δὲ τοῦ ὕδατος ἐλαττωθέντος, εὑρέθη C ἐν τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ πλὰξ λιθίνη ἐν ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν αὐτῇ ἐγκεκολαμμένοις, λέγουσα ταῦτα, *Σκιρτὸς ποταμὸς* (79) *σκιρτήσει κακὰ σκιρτήματα πολίταις*. Καὶ τῆς Πομπηϊουπόλεως τὸ ἥμισυ κατεπτώθη, μέσον ῥαγείσης τῆς πόλεως, καὶ τῶν ἀνθρώπων πολλοὶ ἐν τῷ χάσματι ἔτι ζῶντες ἀπώλοντο, καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἀνελέσθαι αὐτούς. Καὶ γυνή τις (80) ἐκ Κιλικίας τότε ἐγένετο γιγαντώδης, καὶ τὴν ἀναδρομὴν τοῦ σώματος, καὶ τὴν λοιπὴν διαρτίαν· παντὸς γὰρ εὐμήκους ἀνδρὸς, ἐς πῆχυν ὅλον ὑπερανίστατο· ηὐρύνετο δὲ τοὺς ὤμους καὶ τὰ στέρνα ἐπιπολὺ, καὶ τ' ἄλλα δ' εἶχε τῷ μήκει τε καὶ τῷ πλάτει ἀνάλογα, τὸ εἶδος λέγω καὶ τὴν φωνὴν, τῶν τε βραχιόνων καὶ τῶν πήχεων τὴν στεῤῥότητα, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ τῶν D δακτύλων ἁδρὸν, καὶ ὅσα τούτοις ἑπόμενα. Ἰουστινιανοῦ δὲ στρατηλάτου (81), ὡς εἴρηται, μετὰ θά-

Negra acciderunt, quæ de sancto Aretha narrantur. Cavades vero Manichæos suæ ditionis omnes occidit, eorumque episcopum, et libros 60 combussit, quod unum ex filiis suis in detestandam illam hæresim pellexissent. Tum etiam Anabarzos, seu Anabarza, secundæ Ciliciæ metropolis, terræ motu concidit, et Edessa, urbs illustris Osroenæ provinciæ, submersa est, cum Scirtus fluvius, qui eam mediam perfluit, exundasset, et urbis ædificia dejecisset, atque avexisset, et cives partim ruina, partim undis oppressisset. Aliquot diebus elapsis, aqua imminuta, lapidea tabula in ripa fluminis est reperta, cui notis hieroglyphycis insculptum erat : *Scirtus fluvius male saltabit civibus.* Concidit et semissis Pompeiopolis, urbe media dehiscente, in eoque hiatu multi mortales viventes adhuc perierunt, cum opem nemo ferre posset. Tum etiam mulier quædam e Cilicia instar gigantis fuit, cum proceritate corporis, tum aliorum membrorum proportione. Nam supra quosvis proceros viros integrum cubitum eminebat, pectore et humeris supra modum latis, cum et cætera omnia, ut vox et facies, brachiorum et cubitorum firmitas ac magnitudo, et digitorum crassitudo et reliqua longitudini et latitudini responderent. Justiniano post Vitaliani cædem magistro militum creato, rerum omnium administratio ei incumbebat. Cum autem principes aliquando imperatorem orarent ut magistrum militum collegam ascisceret, purpura prehensa, *Vobis*, inquit, *optandum est, ne hanc junior aliquis induat.* Ac tum quidem preces eorum sic elusit. Illi vero, parvo tempore interjecto, nobilissimi titulum Justiniano decreverunt, et ab imperatore impetrarunt ut id decretum suis litteris comprobaret. Neque multo post in valetudinem incidit ex vulnere cruris, morboque in spe vitæ dubia invalescente, patriarcha Epiphanio et primoribus advocatis, Justinianum nepotem imperatorem decernit, et suis manibus ejus capiti diadema imponit. Cumque populus in equestre theatrum convenisset, Justinianus coronatus ingreditur, et ab omnibus faustis acclamationibus exceptus, in regiam revertitur, annos XLV natus eo tempore. Statim etiam uxor ejus Theodora est Augusta appellata : neque multo post Justinus in vivis esse desiit, cum annos IX et dies XX regnasset.

Variæ lectiones et notæ.

(71) *Καὶ τὸν Ἰουστῖνον ἐπίτροπον.* Theophanes an. 3 Just.

(72) *Τζάθος. Chron. Alexandr.* an. 4 Just. Theophanes an. 5.

(73) *Υἱός τε τοῦ βασιλέως.* Vide dissertat. XXII, ad Joinvillam.

(74) *Καὶ βασιλεύς.* Hoc loco non *rex*, ut habet Wolphius, sed *imperator*, reddi debuit. Vide *Chron. Alexandr.* et Theophan.

(75) *Λαζῶν.* Tzetzes in Lycophronem : Οἱ δὲ Σκύθαι καὶ Λάζοι λεγόμενοι, Αἰγυπτίων ἄποικοί εἰσι, πλησίον οἰκοῦντες Ἀβασγῶν τῶν καὶ Μασσαγετῶν καλουμένων.

(76) *Ἑνὸς τῶν συγκλητικῶν.* Valerianam, Olini patricii et curopalatæ filiam. *Chronicon Alexandrinum.*

(77) *Ἅγιον Ἀρέθαν.* Theophan. an. 5 Justini, et Menæa ad 24 Octobr.

(78) *Ὑπὸ σεισμοῦ.* Terræ motu eversas Anazarbam, Edessam, et alias urbes scribit pariter Evagrius, c. 8, quæ ad annum 7 Justini revocat Theophanes.

(79) *Σκιρτὸς ποταμός.* Vide Nicol. Alemannum ad *Hist. arcanam* Procopii, c. 18.

(80) *Γυνή τις.* Theophan. an. 7 Just.

(81) *Ἰουστινιανοῦ δὲ στρατηλάτου.* Justinianus

νατον Βιταλιανοῦ προβληθέντος, ἐκείνῳ ἀνεῖτο ἡ πᾶσα διοίκησις. Καί ποτε τῶν τὰς ἡγεμονίας ἐχόντων δεομένων τοῦ βασιλέως κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἑλέσθαι τὸν στρατηλάτην, ἐκεῖνος τῆς ἁλουργίδος ἁψάμενος, *Δι' εὐχῆς ὑμῖν ἤτω*, φησὶ, *μὴ νεώτερον* (82) *ταύτην περιβαλέσθαι*. Καὶ τότε μὲν οὕτω τὴν ἐκείνων δέησιν διεκρούσατο. Οἱ δ' αὖθις μετ' οὐ πολὺ ψήφισμα ἔθεντο, τὴν τοῦ νωβελλισίμου (83) ἀξίαν τῷ Ἰουστινιανῷ ἐπιψηφιζόμενον, καὶ τὸν βασιλέα ᾔτουν κυρῶσαι τὸ ψηφισθέν· καὶ ὃς εἴξας γράμμασιν οἰκείοις τοῦτο ἐκύρωσε. Τραύματος δέ οἱ γενομένου περὶ τὴν κνήμην, κλινήρης ἦν. Ὡς δ' ἡ νόσος ἐκραταιοῦτο, καὶ ἀμφίβολον ἦν αὐτῷ τὸ βιώσιμον, μετακαλεῖται τὸν πατριάρχην Ἐπιφάνιον· μεταπέμπεται δὲ καὶ τοὺς ἐν τέλει· καὶ βασιλέα τὸν ἀδελφιδοῦν Ἰουστινιανὸν ἀναδείκνυσιν αὐτὸς, τῇ ἐκείνου κεφαλῇ περιθεὶς τὸ διάδημα. Καὶ εἰς τὸ τῆς ἱππηλασίας θέατρον τοῦ δήμου τῆς πόλεως ἀθροισθέντος, ἔξεισι πρὸς αὐτοὺς ἐστεμμένος ὁ Ἰουστινιανὸς, καὶ παρὰ πάντων εὐφημηθεὶς, ἐπανῆκεν εἰς τὰ βασίλεια, τεσσαράκοντα καὶ πέντε τότε τυγχάνων ἐνιαυτῶν. Αὐτίκα δὲ καὶ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ Θεοδώρα ἀνεῤῥήθη Αὐγούστα, καὶ μετ' ὀλίγον τῷ Ἰουστίνῳ ἐπέλιπε τὸ βιώσιμον, βασιλεύσαντι ἐννέα ἔτη (84), ἐφ' ἡμέρας εἴκοσι (85).

VI. Justiniano principatum **61** adepto, non A unius, sed duorum potestas fuit, cum uxor ejus non minus ipso, ac potius plus posset. Fuit hic imperator aditu facillimus, ad pœnam irrogandam æque promptus atque ad accusationes audiendas: pecuniam et temere profudit, et per fas ac nefas comparavit, aliam in ædificia, aliam ad exsequenda consilia sua, aliam in rem bellicam et contentiones eorum, qui voluntati ipsius adversabantur, insumendo. Ita factum, ut cum pecunia semper egeret, eam rationibus parum honestis compararet, ac gratiam haberet iis qui colligendi argenti vias ostenderent. Neque vero ille sic affectus erat; imperatrix vero illi sive licentia, sive quovis modo faciendæ pecuniæ solertia cedebat. Sed et maritum longo intervallo potentia superabat, et novos eosque varios quæstus ingeniosissime reperiebat. B Hinc subditi gemino onere premebantur: nam et annua tributa exaggerebantur, et nova excogitabantur. Alii, ut perperam de religione sentientes, multabantur; alii, ut immodeste et petulanter viventes, opibus privabantur; alii ob contentiones inter sese, alii denique aliis de causis, quæ omnes breviter recenseri nequeunt. Quinto anno imperii ejus cometa est conspectus, qui ob radios sursum instar facis porrectos Lampadias dicebatur, et per dies xx fulsit. Cum Persis induciæ factæ. Verum, Orientalibus provinciis pacatis, bella intestina urbem vexarunt, ejusque pulchritudinem et elegantiam ex incendio sub Leone orto reliquam consumpserunt. Nam concepto iis de causis, quas C

ϛ'. Ἄρξαντος δὲ Ἰουστινιανοῦ, οὐκ εἰς μοναρχίαν ἡ βασιλεία κατέστη, ἀλλ' εἰς διπλοῦν τὸ κράτος μεμέριστο· οὐδὲν γὰρ ἧττον (86) τοῦ κρατοῦντος, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἡ κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ βίου ἐδύνητο. Ἦν δὲ οὗτος ὁ βασιλεύς· ῥᾷστος μὲν πρὸς ἔντευξιν, καὶ ἀναπεπταμένας εἶχε τὰς ἀκοὰς πρὸς διαβολὰς, ὀξὺς δὲ πρὸς ἄμυναν, ἀφειδὴς πρὸς χρημάτων ἐξάντλησιν, καὶ πρὸς συλλογὴν (87) αὐτῶν ἀφειδέστερος. Τὰ μὲν γὰρ ἀνήλισκε εἰς οἰκοδομὰς, τὰ δὲ ἵν' αὐτῷ κατορθοῖντο ὅσα οἱ ἐτύγχανε πρὸς βουλῆς, τὰ δὲ εἰς πολέμους, καὶ τὰς πρὸς τοὺς ἀντισταμένους ταῖς αὐτοῦ θελήσεσιν ἔριδας. Ὅθεν ἀεὶ χρημάτων δεόμενος ἐξελέγετο ταῦτα ἐκ τρόπων οὐκ εὐαγῶν, καὶ χάριτας ᾔδει τοῖς προφάσεις αὐτῷ τοῦ ἀργυρολογεῖν ἐφευρίσκουσι. Καὶ οὐχ ὁ μὲν B οὕτω διέκειτο, ἡ δὲ βασιλὶς ἠλαττοῦτο κατά τι τοῦ αὐτοκράτορος ἢ πρὸς ἐξουσίαν, ἢ πρὸς χρημάτων κτῆσιν ἐκ τρόπου παντός. Ἐδύνατο μὲν γὰρ πολλῷ τῷ μέσῳ τοῦ ξυνευνέτου ἐπέκεινα. Ἦν δὲ καὶ πορισμωτάτη πρὸς εὕρεσιν καινοτέρων καὶ πολυτρόπων ἐπινοιῶν. Ἐντεῦθεν τοῖς ὑπηκόοις διχόθεν αἱ συμφοραί· οἵ τε γὰρ ἐτήσιοι δασμοὶ ἐπὶ μεῖζον ἐξῄροντο, καὶ καινοὶ προσεπινενόηντο. Καὶ οἱ μὲν ὡς μὴ περὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον δόξαν ὀρθῶς διακείμενοι, οἱ δὲ ὡς ἀκολάστως βιοῦντες ἢ ἀσελγῶς, ἐκολάζοντο, καὶ τὰς περιουσίας ἀφῄρηντο· οἱ δὲ διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς, καὶ ἄλλοι ἐξ ἄλλων τρόπων, καὶ ἕτεροι ἐξ ἑτέρων. Πάντας γὰρ ἀπαριθμεῖν, μακρᾶς ἂν δέοιτο συγγραφῆς. Κατὰ δὲ τὸ C πέμπτον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἀστέρος ὤφθη φαῦσις κομήτου (88), ὃς Λαμπαδίας ὠνόμασται, ὡς

Variæ lectiones et notæ.

omnes fere militiæ gradus obierat, priusquam ad magistri militum dignitatem eveheretur. Fortunatus, l. x, Poem. xxv.

De Tyrone duces veniunt, de milite princeps.
Ut reliquos taceam, Justinianus erat.

Vide Alemannum ad Procopii *Hist. arcan.* c. 6.

(82) *Μὴ νεώτερον*. Atqui trigenario major tum erat Justinianus, ut Theophilus ejus præceptor asserit, apud Alemannum ad *Hist. arcanam* Procopii, ubi hæc pluribus disquirit idem Alemannus.

(83) *Νωβελισίμου*. Marcellinus comes. Vide Alemann. ad *Hist. arcan* p. 120 edit. Reg.

(84) *Ἐννέα ἔτη*. Hinc emendandus Leontius in lib. *De sectis*, p. 470, ubi cum de imperii annis agit, pro μετὰ ἕνα καὶ ἥμισυ ἐνιαυτὸν, legendum μετὰ ἐννέα, etc.

(85) *Ἡμέραι εἴκοσι*. Addit Symeon Logotheta in Chron. mss. in Justino Thrace: Καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ (Justini) ἐν τῇ μονῇ τῆς Αὐγούστης ἐν λάρνακι πρασίνῳ μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὐφημίας, ἐν ᾧ καὶ αἱ στολαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εὑρέθησαν. Ubi Cedrenus: Καὶ ἐτάφη ἐν τῷ ἡρώῳ, ἐν λάρνακι πρασίνῳ.

(86) *Οὐδὲν γὰρ ἧττον*. Vide Alemannum, ad *Hist. arcan.* c. 10.

(87) *Πρὸς συλλογήν*. De avaritia Justiniani agunt Procopius in *Hist. arcana*, cap. 8, et Evagrius lib. iv, cap. 29.

(88) *Κομήτου*. Meminit Procopius, l. ii *De bello Persico*, c. 4, cometæ qui Justiniano imperante apparuit, quem Xiphiam, ab aliis Pogoniam appellatum ait, durasseque 40 dies. Vide Cedren. an. 4 Justiniani.

ἄνω τὰς ἀκτῖνας ἀφιεὶς, ὃς ἐφ' ἡμέρας φαίνων A διήρκεσεν εἴκοσιν. Ἔθετο δὲ καὶ πρὸς τοὺς Πέρσας σπονδάς. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἑῴαν, ἐκ τῶν πολεμίων εἰρήνευον, τὴν δὲ πόλιν κατέτρεχον ἐμφύλιοι πόλεμοι, καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ τὴν ἀγλαΐαν, ὅση περιελέλειπτο ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Λέοντος γεγονότος ἐμπρησμοῦ, διεφθάρκασι. Μίσους γὰρ ἐμφύντος τοῖς δήμοις κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος καὶ τῆς βασιλίσσης, δι' ἅπερ εἴρηται, ὡμονόησαν ἄμφω τὰ μέρη, τότε Βένετον καὶ τὸ Πράσινον, καίτοι ἀεὶ ἀλλήλοις ἐναντιούμενα, καὶ στάσεως ἦρξαντο. Ὁ δέ γε κρατῶν μοιράν τινα Βαρβάρων τῶν καλουμένων Αἰλούρων, αὐτοῖς ἐπαφεὶς, στῆναι τὴν στάσιν οὕτως ἐπικεχείρηκεν. Ἡ δ' ἀνῆπτο μᾶλλον· μάχης γὰρ συῤῥαγείσης μέσον τῶν δήμων καὶ τῶν B Βαρβάρων κατὰ τὸ λεγόμενον Μίλιον (89), καὶ πιπτόντων πολλῶν ἑκατέρωθεν, οἱ τῆς Ἐκκλησίας καταπαῦσαι τὴν στάσιν καὶ τὸν πόλεμον σπεύδοντες, τὰς παναγεῖς τῶν θείων Εὐαγγελίων βίβλους ἀράμενοι, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν σεβάσμια ἐκτυπώματα, εἰς μέσους τοὺς μαχομένους συνώθησαν ἑαυτοὺς, οἰόμενοι αἰδεσθέντας ἐκείνους τὰ ἅγια, καταθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ἀποσχέσθαι τοῦ μάχεσθαι· ἀλλ' οἱ Βάρβαροι τῶν ἄλλων φροντίσαντες οὐδ' ὁπωστιοῦν, τούς τε δήμους συνέκοπτον, καὶ οὐδὲ τῶν ἱερῶν, ἢ τῶν ταῦτα φερόντων, ἐφείδοντο. Τοῦτο τοῖς τῆς πόλεως εἰς ἐρεθισμὸν τῆς στάσεως γέγονε, καὶ ὥσπερ αὐτῷ τῷ θείῳ ἐμπαροινουμένῳ ἀμύνοντες, εἰς ἀπόνοιαν ἐξήφθησαν πλείονα, καὶ C οὐχ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες ἐκ τῶν ὑπερῴων ἐμάχοντο, λίθοις καὶ κεράμοις καὶ παντὶ τῷ προστυχόντι βάλλοντες ἄνωθεν τὴν Βάρβαρον ἐκείνην πληθύν. Οἱ δὲ μανίᾳ ληφθέντες καὶ ἀμύνασθαι τὰ γύναια θέλοντες πῦρ ἐνιᾶσι τοῖς οἴκοις ἐξ ὧνπερ ἐβάλλοντο. Πνεύματος δὲ σφοδροῦ πνέοντος τηνικαῦτα, ἡ φλὸξ ἦρτο ταχέως ἀέριος, καὶ πολλὰς μεγίστας τε καὶ καλλίστας οἰκοδομὰς κατηθάλωσε, καὶ ἀγάλματα κατέφλεξεν ἀρχαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἐπ' ἀνδρείᾳ, καὶ τοῖς διὰ χειρῶν καὶ συνετῶν βουλευμάτων ἀνδραγαθήμασι· καὶ ἐπὶ πᾶσιν αὐτὸ τὸ θεῖον τέμενος τοῦ μεγάλου ναοῦ, ὃν ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος (90) ἐδομήσατο, καὶ τὸ τῆς Ἁγίας Εἰρήνης, καὶ τὸν τοῦ Εὐβούλου ξενῶνα, καὶ τὴν τοῦ παλατίου Χαλκόστεγον, ἥτις ἦν ἡ νῦν D καλουμένη Χαλκῆ, καὶ εἰς εἱρκτὴν χρηματίζουσα, καὶ τὸ Σευήρου λουτρὸν τὸ λεγόμενον Ζεύξιππον, καὶ ἄλλα πολλὰ κόσμον καὶ θαῦμα τῇ πόλει καὶ τῇ βασιλείᾳ περιποιούμενα. Τότε τοίνυν ὁ βασιλεὺς ἑτέρως καταστορέσαι τὴν στάσιν διανενόητο· καὶ ἀνελθὼν εἰς τὸ θέατρον, διαλεχθῆναι τοῖς δήμοις ἐβουλεύετο, καὶ πέμψας, ἐκεῖ τὸ δημοτικὸν μετε-

exposui, tam imperatoris quam uxoris ejus odio, populi inter sese consenserunt, tam Venetæ quam Prasinæ factionis, quanquam alias dissidere soliti, seditionemque moverunt. Ad quam comprimendam parte Barbarorum ab imperatore immissa, qui Heluri nominantur, ea magis etiam commota est. Pugna etenim inter cives et Barbaros commissa, in loco qui Milium dicitur, et multis utrinque cadentibus: ecclesiastici bellum et seditionem sedare cupientes, cum sacratissimis divinorum Evangeliorum codicibus, et Servatoris nostri venerandis imaginibus, in medium agmen præliantium penetrarunt, rati, eos verecundia sacrarum **62** rerum, positis armis pugnam omissuros. Sed Barbari, illis plane despectis, populum trucidabant, neque sacris, neque bajulis eorum parcentes. Id urbanæ multitudini velut incentivum seditionis fuit, ut tanquam numinis ulturi injuriam majori desperatione inflammarentur: neque viri solum, sed mulieres etiam e cœnaculis pugnarent, lapides et testas, et quidquid obvium erat in barbaricam illam multitudinem superne jaculantes. At illi, furore perciti, ulturique mulieres, ignem injiciunt ædibus unde feriebantur: cujus flamma vehementi tum spirante vento, mox in sublime elata multa maxima pulcherrimaque ædificia in cineres redegit, et simulacra combussit veterum virorum, ob sapientiam et fortitudinem, et res manu consilioque bene gestas illustrium: ac præter cætera, insigne et ingens templum, ab imperatore Constantio structum, et Sanctæ Irenæ ædem, ac Eubuli hospitalem domum, et palatii Chalcostegum, quæ nunc Chalce appellatur (ab æreo tecto nomen id factum est) et carceris usum præbet, et Severi balneas, quæ Zeuxippi nomen habent, aliaque multa quæ urbi atque imperio ornamenta et admirationem attulerunt. Tunc igitur imperator aliud consilium cœpit comprimendæ seditionis, et in theatrum progressus, verba facere ad populum instituit, eoque populum per nuntios convocavit. Is vero adeo non obtemperavit, ut alii alios monerent, cavendum esse equestre theatrum, ne in eo tanquam carcere inclusi, eorum qui rerum potirentur iracundiam suo interitu explerent. Deinde in foro discursantes de alio imperatore creando deliberarunt, et quemdam imperatoris Anastasii cognatum Hypatium nacti, partim invitum, partim etiam persuasum, in Magni Constantini forum adducunt, atque clypeo in sublime elatum imperatorem consalutant, et occupato curriculi equestris theatro, faustis ominibus

Variæ lectiones et notæ.

(89) *Κατὰ τὸ λεγόμενον Μίλιον.* De quo egimus in *Constantinopoli*, l. I, sect. 25, n. 2. Τῆς Μιλίου λεωφόρου meminit præterea Sguropulus in *Hist. concilii Florent.* sect. 6, cap. 1 extr. viæ scilicet quam Μέσην vulgo vocant scriptores Byzantini, de qua in eodem opere l. I, n. 23.

(90) *Ὃν ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος.* Præfecto operi Euphrata. Chronicon mss. Symeonis Logothetæ in Constantio: Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ Μεγάλη ἐκκλησία μέχρις αὐτῶν τῶν κατηχουμένων ᾠκοδομήθη, ὁ δὲ Εὐφράτης ὁ ταύτην κατασκευάζων ἐτελεύτησεν ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ, ὅπερ νῦν γηροκομεῖόν ἐστιν ἐν τῷ λεγομένῳ Διμακέλλῳ, τὰ Εὐφρατᾶ ἰδιωτικῶς λεγόμενα. Vide nostram *Constantinopolim*, l. III, sect. 2.

prosequuntur, purpuram quærentes et coronam. Populis his rebus occupatis, imperator magnis largitionibus multos Venetorum in suas partes pellexit, diremptaque concordia, eos inter sese concitavit. Quo facto, imperatorii satellites subito e regia erumpentes armati, et ex urbe alii milites, **62** praetereaque Barbari intromissi multitudinem quæ et ipsa jam inter se dissidebat, graminis instar ceciderunt, parcentes nemini. Refertum enim erat theatrum hominibus, cum seditionis, tum vero spectandi gratia, ob Hypatii proclamationem congregatis. Is una cum fratre Pompeio ad imperatorem perductus occiditur, bonis eorum confiscatis. E populo cæsi putantur ad XL millia. Neque vero illorum duorum duntaxat bona publicata fuere, sed multorum præterea senatorii ordinis, deque ipsis non uno modo supplicium sumptum. Pro Magna Ecclesia a Constantio condita, quæ in hac seditione, ut expositum est, conflagrarat, Justinianus aliam novam longe majorem et illustriorem exstruere aggressus est, ædificationem auspicatus anno ab orbe condito sexies millesimo quadragesimo, indictione XV, mense Februario. Neque vero hoc duntaxat, sed et alia plura templa exstruxit : ad quorum ædificationem cum infinitis egeret pecuniis, de consilio præfecti stipendia liberalium artium magistris olim constituta, in omnibus urbibus sustulit, quas, vacantibus litterarum ludis, rusticitas invasit, anno imperii ejus XVII, magna columna in vestibulo magni templi collocata, absoluta est : cui equestrem suam statuam imposuit. Eo loco prius steterat columna, magni Theodosii statuam argenteam sustinens, a filio ejus Arcadio factam pondere VII millium et CCCC librarum : quam ille cum columna demolitus, argento direpto eam reposuit quæ adhuc cum ejus imagine visitur. Destruxit etiam maximos plumbeos canales, quibus aqua in urbem ducebatur, cum ejus materiæ multum ad structuras ei esset opus. Eo tempore maximus quoque terræ motus accidit, quo Cyzici semissis concidit. Fertur etiam tum quidam canem mirificum in urbem adduxisse, ad quem spectandum confluente populo, multi suos annulos in unum acervum congestos ante canem posuerunt, quos domini jussu, cuique suum citra errorem ore attulit. Idem rogatus quis ex iis qui adessent dives esset, quis pauper, quæ mulier meretrix, quæ vi-

A στέλλετο. Τὸ δ' οὐκ ἠνείχετο προσελθεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλοις παρεκελεύοντο φυλάξασθαι τὸ ἱππήλατον θέατρον, ἵνα μὴ ὡς ἐν εἱρκτῇ συγκλεισθεῖεν αὐτῷ, καὶ τοῦ θυμοῦ τῶν κρατούντων γένωνται παρανάλωμα. Ἐντεῦθεν εἰς τὴν ἀγορὰν διαθέοντες, ἕτερον βασιλέα ἑαυτοῖς ἐβουλεύσαντο προχειρίσασθαι, καί τινα συγγενῆ τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου περισχόντες Ὑπάτιον, πῆ μὲν ἄκοντα, πῆ δὲ καὶ πεπεισμένον, εἰς τὸν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου φόρον (91) ἀπάγουσι, καὶ ἐπὶ ἀσπίδος (92) αὐτὸν μετάρσιον ἄραντες, ἀναγορεύουσι βασιλέα, καὶ τὸ τῶν ἵππων ἐκεῖθεν ἁμιλλητήριον καταλαμβάνουσι θέατρον, εὐφημοῦντες αὐτὸν, καὶ πορφυρίδα ἐζήτουν καὶ στέφος. Ἐν τούτοις τῶν δήμων ἀσχολουμένων,

B ἴσχυσαν οἱ περὶ τὸν βασιλέα πλείστων χρημάτων διανομαῖς ὑποσύραι τῶν Βενέτων πολλοὺς, καὶ οὕτως τὴν τῶν δήμων ὁμόνοιαν διαστήσαντες, χωρῆσαι κατ' ἀλλήλων αὐτοὺς πεποιήκασι. Τότε τοίνυν ἀθρόον ἐκ τῶν βασιλείων οἱ προκοιτοῦντες ἐξέθορον ἔνοπλοι, κἀκ τῆς πόλεως ἕτεροι στρατιῶται, καὶ οἱ Βάρβαροι ἐπεισέφρησαν, καὶ τὰ πλήθη ὡς χόρτον ἄνευ φειδοῦς ἐξεθέριζον, ἤδη καὶ πρὸς ἄλληλα στασιάσαντα· μεστὸν γὰρ ἦν ἀνθρώπων τὸ θέατρον, τῶν μὲν τῆς τῶν στασιαζόντων μοίρας, τῶν δέ γε πλειόνων κατὰ θέαν τῶν γινομένων, καὶ τῆς τοῦ Ὑπατίου ἀναῤῥήσεως ἠθροισμένων. Τὸν δὲ Ὑπάτιον (93) συλλαβόντες, καὶ Πομπήϊον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τῷ βασιλεῖ προσήγαγον, οἳ καὶ ἀνῃρέθησαν, καὶ αἱ περιουσίαι αὐτῶν ἐδημεύθησαν. Τῶν δ' ἐκ

C τοῦ δήμου ἀναιρεθέντων εἰκάσθη εἶναι ὁ ἀριθμὸς ὡσεὶ τεσσαράκοντα χιλιάδες. Οὐχὶ τῶν εἰρημένων δὲ δύο ἀνδρῶν μόνον ἐδημεύθησαν αἱ οὐσίαι, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων πλειόνων συγκλητικῶν· κἀκεῖνοι δὲ πολυειδῶς ἐκολάσθησαν. Ἐν δὲ τῇ στάσει ταύτῃ, ὡς εἴρηται, τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας καυθείσης, ἧς δομήτωρ ἦν ὁ αὐτοκράτωρ Κωνστάντιος, ἑτέραν πολλῷ μείζω καὶ περιφανεστέραν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἀπήρξατο καινουργεῖν (94), τῆς οἰκοδομῆς αὐτῆς ἀρχθείσης, κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν τεσσαρακοστὸν ἔτος, ἰνδικτιῶνος πεντεκαιδεκάτης ἐνισταμένης, ἐν Φεβρουαρίῳ μηνί. Οὐ μόνον δὲ τὸν ἱερὸν τοῦτον δόμον ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος ἐδείματο, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους πλείονας, ἐν οἷς ἀπείρων χρημάτων δεόμενος, τὰς τυπωθείσας ἀνέκαθεν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων

D δίδοσθαι σιτήσεις τοῖς ἐν αὐταῖς διδασκάλοις τῶν λογικῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν, ὑποθήκαις τοῦ ἐπάρχου, ἐξέκοψε, καὶ οὕτω ταῦτα ἐν ταῖς πόλεσι

Variæ lectiones et notæ.

(91) *Κωνσταντίνου φόρον*. In throno imperatorio Amphitheatri coronatum habet Chronicon mss. ab Adamo ad Leonem Phil. in Justiniano : Ὑπάτιον δὲ πατρίκιον εὐφήμισαν ἐν τῷ καθίσματι στέψαντες. Nec abludit Theophanes : Καὶ καθεζόμενος ἐν τῷ ἱππικῷ, εὐφημεῖται ὑπὸ τῶν δήμων.

(92) *Ἐπὶ ἀσπίδος*. De hoc more egere Pithœus, l. II *Advers.* c. 6, Lipsius ad Tacitum, Demsterus ad Corippum, Valesius ad Ammianum, et alii non pauci.

(93) *Τὸν δὲ Ὑπάτιον*. Meminit præ cæteris Hypatii et Pompeii cædis Joannes Carpathi episcopus in Narrationibus mss. de Anachoretis Ægyptiis : Μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀκούσας ὅτι ἐτελεύτησεν ὁ Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς, καὶ βασιλεύει ὁ Ἰουστινιανὸς, εἶτα μετ' ὀλίγον χρόνον ἐπανίστανται αὐτῷ Ὑπάτιος καὶ Δεξιοκράτης καὶ Πόμπιος, καὶ αὐτὸς Εὐλόγιος (qui ex latomo et monacho, invento thesauro, factus fuerat præfectus prætorio) ὁ ὕπαρχος· καὶ οἱ μὲν τρεῖς ἀπεκεφαλίσθησαν, καὶ διηρπάγη πάντα τὰ αὐτῶν, καὶ ἡ οὐσία τοῦ Εὐλογίου, etc.

(94) *Ἀπήρξατο καινουργεῖν*. Architecto usus Anthemio mechanico, uti observavimus in nostra *Constantinopoli*: cujus præterea meminit Eustathius Il. η, p. 518. edit. Rom.

διδασκαλείων ἐσχολακότων, ἀγροικίᾳ τῶν ἐν αὐταῖς κατεκράτησε. Κατά γε μὴν τὸ ἑπτακαιδέκατον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ ὁ κίων ὁ μέγας, ὃς ἐν τῷ προαυλίῳ τοῦ μεγάλου ναοῦ καθίδρυται, τετελείωται, ἐφ' οὗπερ οἰκεῖον ἀνδριάντα ἔφιππον οὗτος ὁ βασιλεὺς ἀνεστήλωσεν, ἔνθα πρὶν ἕτερος ἵστατο κίων τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου φέρων στήλην ἐξ ἀργύρου πεποιημένην παρὰ τοῦ ἐκείνου παιδὸς Ἀρκαδίου, ἕλκουσαν σταθμὸν λιτρῶν ἑπτακισχιλίων τετρακοσίων, ἣν καθελὼν ἐκεῖνος μετὰ τοῦ κίονος, καὶ τὸν ἄργυρον ἀφελόμενος, τὸν νῦν ὁρώμενον μετὰ τῆς οἰκείας στήλης (95) ἀνέγειρε κίονα. Ἀλλὰ καὶ ὀλκὸν μέγιστον ἐκ μολύβδου ἐξειργασμένον, δι' οὗ τὸ ὕδωρ εἰς τὴν πόλιν εἰσήγετο, καταλέλυκε, πολλῆς ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς τῆς ὕλης ταύτης δεόμενος. Καὶ κλόνος τότε τῆς γῆς συνέβη σφοδρότατος, ἐξ οὗ συνεπτώθη τῆς Κυζίκου τὸ ἥμισυ. Ἱστορεῖται δέ τις τότε τῷ Βυζαντίῳ ἐπιδημῆσαι ἕλκων κύνα τερατουργόν· πολλῶν γὰρ εἰς θέαν (96) αὐτοῦ συνηγμένων, ἐδίδουν πλείους ἐκ τούτων τοὺς ἑαυτῶν δακτυλίους, καὶ πάντες ὁμοῦ πρὸ τοῦ κυνὸς κατετίθεντο. Ὁ δ' ἐκελεύετο πρὸς τοῦ κυρίου αὐτοῦ ἑκάστῳ παρεσχηκέναι τὸν ἴδιον, καὶ τῷ στόματι λαμβάνων αὐτοὺς, καθ' ἕνα ἀπλανῶς ἑκάστῳ τὸν οἰκεῖον ἀπένειμε. Καὶ αὖθις προσετάττετο δεῖξαι τίς μὲν τῶν παρόντων εὔπορος ἦν, τίς δὲ πένης, ἢ τίς πόρνη τῶν γυναικῶν, ἢ τίς χήρα, τίς δὲ συνεζευγμένη ἀνδρὶ, καὶ ἕτερα τοιαῦτα, καὶ πάντα ἐδείκνυεν ἀνεπισφαλῶς, ἑκάστῳ πρὸς τὸ ἐρώτημα τὸ ἱμάτιον κατέχων τῷ στόματι.

A dua, quæ uxor, et id genus alia : ea quoque omnia absque omni errore demonstravit, veste cujusque **64** ad quæstionem ore prehensa.

Ζ'. Τῷ μέντοι δεκάτῳ ἔτει τῆς ἀρχῆς Ἰουστινιανοῦ, τοῦ πατριάρχου Ἐπιφανίου θανόντος, ὁ Τραπεζοῦντος Ἄνθιμος, εἰς τὸν ἱερατικὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως μετατίθεται. Οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ κατὰ τῶν ἀνδρομανῶν (97) πολὺς ἔπνευσε, καὶ πλείστους διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐκώλασε, τὴν αἰδῶ (98) τούτων ἐκτέμνων. Καὶ πρὸς τὸν ἐρόμενον, διὰ τί ταύτῃ τοὺς ἀρρενοφθόρους κολάζει, ἔφη, *Εἰ δ' ἄρα ἱεροσυλήκασιν, οὐκ ἂν τὴν χεῖρα τούτων ἀπέτεμον;* Οὗτος καὶ τὸν μέγαν ἐν τῇ Πηγῇ ναὸν τῆς Θεοτόκου ἀνήγειρε, καὶ τὸ τῶν σεπτῶν μαρτύρων ἱερὸν Σεργίου καὶ Βάκχου (99), καὶ ἄλλας οἰκοδομὰς πολλὰς ἐποιήσατο· καὶ γέφυραν ἔκτισε κατὰ τὸν Σάγγαριν ποταμὸν, ἐν ᾗ καὶ ἐπίγραμμα (1) παρὰ Ἀγαθίου ἐγένετο τόδε·

B VII. Epiphanio patriarcha decimo anno Justiniani mortuo, Anthimus Trapezuntinus episcopus in sede Constantinopolitana successit. Fuit hic imperator libidini masculæ infestissimus, plurimosque ea de causa puniit, virilibus exsectis. Id cur faceret rogatus : *An non*, inquit, *si sacrilegium commisissent, manus illis amputandæ fuissent?* Idem magnum Deiparæ templum ad Fontem condidit, et Sanctorum Martyrum Sergii et Bacchi ædem, multasque præterea substructiones, et pontem in Sangari fluvio : cui hoc ab Agathia epigramma est inscriptum,

C

Καὶ σὺ μεθ' ἑσπερίην ὑψαύχενα καὶ μετὰ Μήδων
Ἔθνεα, καὶ πᾶσαν βαρβαρικὴν ἀγέλην,
Σαγγάριε, κρατερῇσι ῥοὰς ἀψῖσι πεδηθεὶς,
Οὕτω ἐδουλώθης κοιρανικῇ παλάμῃ,
Ὁ πρὶν δὲ σκαφέεσιν ἀνέμβατος, ὁ πρὶν ἀτηρὴς,
Κεῖσαι λαϊνέῃ σφιγκτὸς ἀλυκτοπέδῃ·

Navibus infestum prius indomitumque feroci,
Flumine, marmoreis te quoque compedibus,
Sangari, post Medos domitos, fractosque superbos
Hesperiæ populos barbariemque feram,
Regia dextra suo constrinxit numine, tutumque
Impete suppresso nunc patefecit iter.

Ἡ δὲ βασιλὶς Θεοδώρα τότε τὸν τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων περιώνυμον ναὸν ἐδομήσατο. Ἦν μὲν γὰρ καὶ πρώην τοῖς Ἀποστόλοις ἐκεῖσε ναὸς, παρὰ Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου δεδομημένος· οὐχ οἷος δὲ ὁ νῦν ἐστι, πολλῷ δὲ τούτου καὶ πρὸς κάλλος καὶ πρὸς ὄγκον λειπόμενος. Ὀνωρίου (2) δέ ποτε τῆς πρεσβυτέρας βασιλεύον-

Condidit tunc et Theodora imperatrix celebrem illam Sanctorum Apostolorum ædem. Fuerat quidem prius quoque ibi ædes eorumdem, a Constantio ædificata : non tamen huic similis, sed ea et magnitudine et pulchritudine multo inferior. Honorio quondam Romæ veteri imperante, gens Vandalica relictis sedibus in Hispaniam se contulerat.

Variæ lectiones et notæ.

(95) *Μετὰ τῆς οἰκείας στήλης.* Vide Alemann. ad *Hist. arcan.* c. 11.

(96) *Πολλῶν γὰρ εἰς θέαν.* cod. mss. Πολλῶν γὰρ εἰς θέαν ἀθριζομένων αὐτοῦ, πολλοὶ τούτων τοῖς ἑαυτῶν δακτυλίοις ἐτίθουν πρὸς τοῦ κυνὸς ὁμοῦ συνηγμένων, καὶ, etc.

(97) *Ἀνδρομανῶν.* Cedren. an. 2 Justiniani.

(98) *Τὴν αἰδῶ.* Cod. mss. τὴν αἰδῶ ἑκάστου ἐκτέμνων. Vide Alemannum, ad cap. 11 *Hist. arcan.*

(99) *Καὶ τὸ τῶν σεπτῶν μαρτύρων ἱερὸν Σεργίου καὶ Βάκχου.* Juxta Hormisdæ palatium, ut docuimus in *Constantinopoli Christ.* l. IV, p. 135. Concilium Constantinopolit. sub Mena act. 4. Ἐν τῷ σεπτῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σεργίου ἐν

D τοῖς Ὁρμίσδου. Proinde illa ipsa est ædes, quæ unde τὸ ἅγιον ἀποστολεῖον τῆς Ὁρμίσδου, et τὸ ὂν ἐν τοῖς Ὁρμίσδου, dicitur.

(1) *Ἐπίγραμμα.* Refertur etiam a Constantino Porphyrog. lib. 1, Them. 5.

(2) *Ὀνωρίου.* Cum Zonaras hoc loco regum Vandalorum in Africa Historiam breviter satis perstringat, haud incongruum forte videbitur si prolixiori paulo excessu hanc rursum hic proponam, utque provincia illa, ex quo Romani juris ab Africanis Scipionibus facta est, in Barbarorum jupotestatemque venerit. Atque ut rem altius repetam, Theodosius M. liberis, quoad adolescerent, tutores reliquit Ruffinum et Stiliconem, qui utrum-

atque inde freto trajecto cum rege Gondigisglo in Africa consederat. Eo mortuo, duobus filiis Gun-

τος Ῥώμης, μεταναστὰν τὸ τῶν Οὐανδήλων ἔθνος, καὶ εἰς Ἰσπανίαν ἐλθὼν, κἀκεῖθεν εἰς Λιβύην δια-

Variæ lectiones et notæ.

que aulam regerent. Hi, commissa sibi tutela et administratione prave utentes, alius sibi, alius filio suo affectans regale fastigium, ut rebus repente turbatis necessitas reipublicæ scelus ambitus tegeret, gentes Barbaras in Romani imperii ditiones ille immisit, hic fovit. Has inter Vandali et Alani pridie Kal. Januarias anno Chr. 406 trajecto Rheno Gallias intraverunt, quibus ferro flammaque vastatis, tandem perfractis Pyrenæi claustris, quæ diu Didymus et Veninianus fortissimi Romanorum duces tutati erant, Hispania IV Kal. seu ut alii volunt, III Id. Octobr. irrumpunt anno 409, æra 447. Exhinc Hispanicis inter se divisis provinciis, Gallæcia Vandalis et Suecis, Lusitania et Carthaginensis provincia Alanis obvenere : at Vandali cognomine Silingi, relicta Gallæcia, Bœticam provinciam sortiuntur. Quis tum istius in Gallias et Hispanias irruptionis tempore Vandalis imperaverit, vix constat. Crocum quidam, qui tot mala Galliæ intulit ab historicis nostris passim recensita, seu, ut ab aliis vocatur, Croscum, Vandalorum regem fuisse opinantur. Et sane ita inscribitur in Vita S. Antidii Vesuntini episcopi, et apud Sigebertum, an. 411. Alii non Vandalorum, sed Alemannorum regem exstitisse volunt. Id porro constat Crocum a Mario præside versus Arelatensem urbem interceptum, post varia cruciatuum tormenta, tandem neci datum. Renatus Frigeridus apud Gregorium Turonensem scribit Vandalos a Francis devictos acie, 20 ferme millibus ferro interemptis, Godegisilo, seu, uti a Procopio et Theophane appellatur, Godegisilo, seu Modigisilo, ut a Roderico Sanctio et abbate Usperg. rege eorum absumpto, cunctis, inquit idem Frigeridus, Vandalorum ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore subvenisset : quam quidem cladem intra ipsas Gallias accidisse idem testatur, proindeque ante Vandalorum in Hispanias adventum, ita ut dubium videatur an Godegisilus in Hispania consederit, quod volunt Procopius et Zonaras. Memoratur præterea ab Idatio gentis Vandalorum rex alter Fredibaldus, quem circa annum 417 Constantius, Placidiæ maritus, sine ullo certamine ingeniose captum ad imperatorem Honorium destinavit : is porro, ni fallor, Vandalis qui in Galliis remanserant, imperavit.

Gundaris vero, seu Guntharis, uti a Procopio, seu Gundericus, ut ab aliis appellatur, Godegisili filius, primus in Hispania Vandalis præfuit, qui, rupto pacis fœdere, Suevos pervasis montibus obsedit anno 419, ac tandem relicta Gallæcia, cum omnibus Vandalis in Bœticam transiit anno 420, captaque Hispali, cum irreverenter in basilicam S. Vincentii martyris manus extendisset, mox Dei judicio dæmone in ipsis templi foribus correptus, interiit anno Theodosii Junioris 4, Chr. 421, vel 26, ut alii volunt, cum imperasset annos 18. Procopius a fratre interemptum scribit.

Gaisericus seu Geisericus, Gotharis frater nothus, eidem in regnum successit : qui, ex catholico Arianus factus, de Bœticæ provinciæ littore, cum Vandalis omnibus, quos ad octoginta millia falso scribit Victor Vitensis, eorumque familiis, ad Mauritaniam et Africam relictis transiit Hispaniis anno 427, mense Maio, Hierio et Ardaburio coss. Scribit Theophanes Vandalos a Bonifacio Africæ prætore in Africam evocatos. Cum enim affectatæ tyrannidis apud Valentinianum imperatorem ab Aetio falso accusaretur, sibique ac vitæ timeret, Geisericum ex Hispaniis in Africam evocavit. Exinde probata per amicos fide apud Placidiam Augustam, exercitum in Vandalos Africam incursantes eduxit, a quibus superatus, Romam rediit, ubi ab Aetio interemptus est. At Geisericus, violato fœdere quod cum Valentiniano imp. pepigerat, Carthaginem metropolim post 14 mensium obsidionem occupat x Kal. Nov. anno Chr. 439. Hanc vero captivitatem Carthago subiit anno postquam Romana esse cœperat 585. Post hæc mediterranei maris insulas invadit, Siciliam tributario jure Odoacro Italia regi concedit : inde ab Eudoxia Valentiniani jam defuncti uxore invitatus Romam ingreditur, rebus omnibus per 14 dies spoliat, secumque inde Eudoxiam cum duabus filiabus abducit ann. Chr. 455. Tandem post multarum provinciarum clades, et Christiani apud Africam B populi spolia et neces moritur anno 466, cum imperasset annos 40, juxta Victorem Tununensem : quanquam Victor alter Vitensis annos regni 27 et menses 3, duntaxat putet. Ita enim legendum, non ut libri editi præferunt, 37; nam Geiserici regni annos Victor auspicatur a capta Carthagine Africæ metropoli, quod ex tempore captæ Romæ liquet, quam captam scribit anno Geiserici 15, hoc est, a capta, ut dixi, Carthagine, ut recte observatur a Franc. Balduino. Quatuor illi fuere filii, *Hunnericus, Genzo*, seu *Gentho*, cui regni partem reliquit pater, *Theodericus*, et *Theodatus*, qui patre superstite obiit. Porro quantas calamitates Africæ intulit, dum catholicam fidem Ariana impietate intra regni sui fines subvertere nititur, pluribus prosecuti sunt idem Victor Vitensis, Possidius Calamensis, Prosper Aquitanus, Justinianus imp. et alii ejusce ævi scriptores.

XI. Tiberius ab Eutychio patriarcha coronatus, uxorem quoque suam Anastasiam Augustam salutavit: quæ duas ei filias peperit, Charitonem et Constantinam. Sophia vero Justini vidua, relicta aula in regiam sibi cognominem migravit, regio comitatu ci a Tiberio tanquam matri suæ attributo. Ad Hormisdam Persarum regem de pace renovanda legatos misit: qui cum renovationem eam recusasset, Tiberius ad bellum Persicum ingentes copias conscribit, et Justinianum virum illustrem, Orientis ducem creat. Qui contra Persas profectus, castris prope illos positis, et ad colloquium evocatis, persuadet, ut triennii pacem cum Romanis faciant. Tertio anno jam excunte, Hormisdas Persarum dux cum suis copiis Armeniam invadit: quæ res terrorem incussit Romanis legionibus, sed ducis sui cohortationibus animis receptis, pugnare cum Hormisda non recusarunt. Ac quandiu Persæ sagittis utebantur, Romanis superiores esse videbantur, qui se clypeis obsepiebant, nec contra ibant. Sed cum animadverterent Persas jam pharetras exhausisse, densatis clypeis, et clamore bellico sublato, illos invaserunt, cominus hastis et gladiis rem gerentes. Ibi hostes nec ad exiguum tempus eorum impetu tolerato in fugam versi plerique cadunt, castrisque direptis regium Hormisdæ tabernaculum et omnis ejus supellex
73 et elephantes, imperatori seliguntur, cætera militibus concessa. Romani in Persidis interiora progressi, longe lateque prædas egerunt. Tunc Tiberius balneas Blachernias ædificare cœpit, multas et sacras et publicas ædes instauravit, ut hospitia et senum receptacula, et aureum triclinium a Justino conditum renovavit. Eutychio patriarcha, cum Byzantinam sedem per IV annos secundum ornasset, mortuo, patriarcha eligitur Magnæ Ecclesiæ diaconus Joannes Jejunator, vir sanctissimus. Persas captivos Constantinopolim perductos, imperator omnes magnifice vestitos domum redire sivit: quos ipsorum cognati præter spem conspicati, magna cum admiratione imperatorem collaudarunt. Cæterum Chaganus Avarum dux a Tiberio

Variæ lectiones et notæ.

(31) *Κόμητα.* Notarii dignitatem obiisse Tiberium scribit Eustathius in Vita S. Eutychii Patr. Constantinopol. n 67, scilicet *ordinis primi*, quomodo eam vocat Lactantius, in libro *De mortibus persecutorum*, cap 10

(32) *Προσεκαλέσατο.* Eustathius in Vita S. Eutychii Patr. Constantinopol. n. 70 et seqq.

fabros petiit, qui sibi balneas ædificarent. Iis missis, pontem in Danubio struere coegit opifices, ut flumen citra periculum trajicere, et Romanas provincias populari posset. Imperator autem exercitum XII millium robustorum juvenum ex gentibus coegit, quem ex suo nomine vocavit, et Mauricio comite fœderatorum illis præposito, eique cubiculario legato addito, contra Persas ablegavit. Pugna commissa, Romanus prælio victor, multas urbes et multum agri Barbaris ademit. Mauricium reversum imperator honorifice excipit, et desponsa Constantina filia generum asciscit. Alteram Charitonem duci Germano in matrimonium dedit, et utrumque Cæsarem designavit. Cum autem tabe laboraret, lectica in Tribunalium perlatus, Mauricium imperatorem proclamari jussit, Joanne patriarcha præsente cum Patribus conscriptis, morbo ita confectus, ut orationem in concilio habere non posset: quare scripto suam sententiam proposuit. Reversus in regiam, naturæ debitum persolvit. Regnavit annos quatuor, menses decem, et dies octo.

A ἐκόσμησεν. Εὐτυχίου δὲ τοῦ πατριάρχου ἐπὶ τέσσαρας ἐνιαυτοὺς τὸ δεύτερον τὸν θρόνον τῆς Βυζαντίδος κοσμήσαντος καὶ ἐκλελοιπότος (33), χειροτονεῖται πατριάρχης διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Ἰωάννης ὁ Νηστευτὴς (34), ἀνὴρ ἱερώτατος. Τοὺς δ' εἰς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἀχθέντας δορυαλώτους Πέρσας ἅπαντας μεταμφιάσας ὁ βασιλεὺς μεγαλοπρεπῶς, εἰς τὰ οἰκεῖα ἀφῆκεν ἐπανελθεῖν· οὓς ἀνελπίστως οἱ προσήκοντες θεασάμενοι, ὑπερεθαύμασαν, καὶ δι' ἐπαίνων τὸν βασιλέα πεποίηντο. Ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέως ὁ Χαγάνος ὁ τῶν Ἀβάρων (35) ἀρχηγὸς, ᾐτήσατο σταλῆναι αὐτῷ οἰκοδόμους, ἵνα αὐτῷ δομήσωνται λοετρόν. Σταλέντων δὲ, γέφυραν παρὰ τὸν Δάνουβιν ᾠκοδόμησε, βιασάμενος (36) πρὸς τοῦτο αὐτοὺς, ἵνα δι' αὐτῆς ἀπόνως B περαιούμενος, τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους λῄζηται. Ἐξ ἐθνικῶν δὲ πλῆθος ἐς χιλιάδας δώδεκα συνιστάμενον ἀθροίσας ὁ βασιλεὺς νέων (37) καὶ σφριγώντων ἀνδρῶν, ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι (38) τούτους συνεκρότησε στράτευμα, καὶ στρατηγὸν αὐτοῖς ἐπιστήσας Μαυρίκιον (39) τὸν κόμητα τῶν φοιδεράτων, καὶ ὑποστράτηγον Ναρσῆν τὸν κουβικουλάριον ἐκπέπομφε κατὰ τῶν Περσῶν. Πολέμου δὲ συῤῥαγέντος, τὸ Ῥωμαϊκὸν ὑπερτέρησε στράτευμα, καὶ πόλεις τῶν Βαρβάρων καὶ πολλὴν χώραν ἀφείλετο. Ὑποστρέψαντα δὲ τὸν Μαυρίκιον μετὰ τιμῆς ὁ βασιλεὺς ὑπεδέξατο, καὶ κηδεστὴν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Κωνσταντίνῃ αὐτὸν ἐποιήσατο. Τὴν δ' ἑτέραν τὴν Χαριτὼ τῷ στρατηγῷ συνέζευξε Γερμανῷ, καὶ ἄμφω δὲ τετίμηκε Καίσαρας. Νόσῳ δὲ φθινάδι περιπεσὼν, ἐν τῷ τριβουναλίῳ φοράδην ἐκκομισθεὶς, ἐκεῖ τὸν Μαυρίκιον ἀναῤῥηθῆναι βασιλέα πεποίηκε, παρόντος τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς. Οὕτω δὲ ὑπὸ τῆς νόσου κατείργαστο, ὡς μὴ δὲ δύνασθαι τοῖς συνειλεγμένοις ὁμιλῆσαι, διὸ καὶ διὰ γραφῆς τούτοις τὸ ἑαυτοῦ παρέστησε βούλημα. Ὑποστρέψας δ' ἐκεῖθεν εἰς τὰ βασίλεια, τὴν ζωὴν ἐξεμέτρησε, βασιλεύσας ἔτη τρία, μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ὀκτώ.

XII. Mauricius, a patriarcha Joanne Jejunatore coronatus, rerum administrationem suscepit, natus annos tres et quadraginta. In contractibus scribebatur Mauricius qui et Tiberius. Chaganus autem, Sirmio potitus, postulavit, ut LXXX millibus annui tributi adhuc viginti millia adderentur: quod additamentum Mauricius imperator, pacis **74** conservandæ studio non detrectavit. Postea etiam elephantem petenti, quod ejusmodi belluam nunquam vidisset, maximum eorum quos habebat misit. Verum homo insatiabilis, aut rumpendæ pacis causas quæritans, centenis illis alia vicena millia postulavit adjici. Quod cum imperator recusaret, ille bello Romanis illato multas urbes

C ΙΒ'. Μαυρίκιος δὲ τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως εἴχετο, στεφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ. Ἦν δὲ, ὅτε τῆς αὐταρχίας ἐπέβη, ἐτῶν τεσσαράκοντα πρὸς τρισίν. Ἐγράφετο δὲ ἐν τοῖς συμβολαίοις, Μαυρίκιος ὁ καὶ Τιβέριος. Χαγάνος δὲ ὁ τῶν Ἀβάρων ἀρχηγὸς τὸ Σίρμιον χειρωσάμενος ἐξῄτησε προστεθῆναι ταῖς ὀγδοήκοντα χιλιάσι ταῖς ἐτησίως αὐτῷ παρεχομέναις, καὶ ἑτέρας εἴκοσιν· καὶ ὁ βασιλεὺς εἰρηνεύειν ἐθέλων, τὴν προσθήκην ταύτην ἐποίησε. Ὁ δὲ καὶ ἐλέφαντα ᾔτησε, μήπω τὸ ζῶον ἰδὼν, τὸν μείζονα τοίνυν ὧν εἶχεν ὁ βασιλεὺς αὐτῷ πέπομφεν. Ὁ δὲ Χαγάνος (40) ἀπληστευόμενος, ἢ προφάσεις τοῦ μὴ εἰρηνεύειν ζητῶν, ἑτέρας εἴκοσι χιλιάδας ταῖς ἑκατὸν προστεθῆναι ἀπῄτησε. Μὴ

Variæ lectiones et notæ.

(33) *Καὶ ἐκλελοιπότος*. Obiit S. Eutychius ea Dominica quam Græci δευτεροπρώτην, Latini, *in albis* vocant, 5 April. an. Ch. 582, Eustath. n. 96. Postridie illius memoriam agi observant Menæa.

(34) *Ἰωάννης ὁ Νηστευτής*. Cujus memoriam et synaxin agunt Græci 2 Septemb. et encomium descripsit Callistus Patr. Constantinopol. quod habetur in cod. Reg. 275. Hujus Canones pœnitentiales edidit Morinus in libris *De pœnitentia*. Praxin vero ab eo Græcis præscriptam in confessione peragenda, Leo Allatius, lib. III *De utriusque Eccl. consensione*, cap. 17, n. 10.

(35) *Ὁ τῶν Ἀβάρων*. Joan. Biclariensis an. 1 Tiber.

(36) *Βιασάμενος*. Codd. mss. βιασάμενος τοὺς τεχνίτας πρὸς τὴν ταύτης οἰκοδομὴν, ἵνα δι' αὐτῆς

D εὐμερῶς περαιούμενος, etc.

(37) *Νέων*. Codd. mss. νέων σφιγγόντων ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι.

(38) *Ἐπὶ τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματι*. Theophan. an. 4 Tiberii.

(39) *Μαυρίκιον*. Joan. Biclariensis an. 2, 3 et 4 Tiberii.

(40) *Χαγάνος*. Varias Chagani Avarum in imperii provincias excursiones subinde memorat Theophylactus Simocatta in *Hist. Mauriciana*, et ex eo alii: sed nullus, ni fallor, meminit Thessalonicæ ab eo obsessæ, et S. Demetrii ope ab ea obsidione liberatæ, de qua laudatur a Leone Allatio in Diatriba de Symeonibus, narratio scripta ab auctore qui ipso Mauritio imperante vixit, et prorsus in obsidione scripsit.

καταδεξαμένου δὲ καὶ ταύτην τὴν προσθήκην τοῦ A βασιλέως, ἐστράτευσε κατὰ Ῥωμαίων ἐκεῖνος καὶ πόλεις πολλὰς τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐχειρώσατο· ἠπείλει τε καὶ τὸ Μακρὸν καταστρέψαι Τεῖχος. Στείλας οὖν πρέσβεις πρὸς τὸν βάρβαρον ὁ Μαυρίκιος σπονδὰς ἔθετο. Ὁ μέντοι Χαγάνος, ἄπληστός τε καὶ ἄπιστος ὤν, δόλῳ κατὰ Ῥωμαίων ἐγίνετο, αὐτὸς μὲν ἡσυχάζων, ἔθνη δέ τινα τῶν Σκλαβηνῶν παρασκευάσας τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους λῄζεσθαι, οἳ καὶ μέχρι τοῦ Μακροῦ Τείχους πεφθάκασιν. Ὁ Βασιλεὺς δὲ Κομεντίολον στρατηγὸν προβαλλόμενος, καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς Βαρβάροις ἀθρόον ἐπεξελθὼν, τῶν Ῥωμαϊκῶν αὐτοὺς ὁρίων ἀπήλασεν, ἀναιρεθέντων πολλῶν, καὶ τὴν λείαν ὅσην ἔλαβον, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐπανεσώσατο. Φιλιππικῷ δὲ τὴν ἰδίαν συζεύξας ἀδελφὴν, κατὰ Περσῶν αὐτὸν σὺν βαρεῖ στρατεύματι B ἐξαπέστειλεν. Ὁ δὲ ἄγχιστα τῇ Νισίβει γενόμενος, κἀκεῖθεν ἐμβαλὼν τῇ Περσίδι, ἤλασεν ἐκεῖθεν λείαν πολλὴν, καὶ ἐπανιὼν, τῇ τῶν Μήδων χώρᾳ προσέβαλε, καὶ ταύτης οὐ μείω τινὰ λῃσάμενος ἐπανῆλθεν εἰς τὰ Ῥωμαίων. Καὶ αὖθις δὲ τοῖς Περσικοῖς ἐπελθὼν χωρίοις, ὁμοίως εὐτύχησε. Νοσήσας μέντοι εἰς Μαρτυρόπολιν (41) παραγίνεται, κἀκεῖθεν ἐπανῆλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον. Ἐτέχθη δὲ τῷ Μαυρικίῳ υἱὸς ὃν ὠνόμασε Θεοδόσιον. Φιλιππικὸς δὲ καὶ πάλιν κατὰ Περσῶν ἐξεστράτευσε, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν στρατιωτικὸν ἠρώτησεν, εἰ πρόθυμοι τοῖς Πέρσαις εἶεν μαχέσασθαι; Οἱ δὲ καὶ ὅρκοις τὸ πρόθυμον αὐτῶν ἐβεβαίουν. Ὡς οὖν συνέβαλον τοῖς ἐναντίοις, μέχρι μέν τινος ἀντεῖχον οἱ Βάρβαροι. C Ἐπεὶ δὲ τοὺς ἵππους πλήττειν αὐτῶν ὁ στρατηγὸς τοῖς οἰκείοις παρεκελεύσατο, καὶ πολλοὶ τῶν ἵππων πληττόμενοι ἔπιπτον, ἐτράπη τὸ Περσικὸν, καὶ τὸ μὲν ἥττητο κραταιῶς, καὶ πολὺ τούτου μέρος διέφθαρτο· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι λαμπρῶς νενικήκασι, καὶ ζῶντας τῶν πολεμίων περὶ δισχιλίους συνέλαβον. Ὁρμίσδας δὲ ὁ τῶν Περσῶν ἀρχηγὸς, Βαρὰμ προχειρισάμενος στρατηγὸν, συμβαλεῖν Ῥωμαίοις ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ συμβαλὼν ἡττᾶται· ὃ γνοὺς Ὁρμίσδας γυναικείαν ἐσθῆτα (42) στέλλει αὐτῷ, καὶ τὴν στρατηγίαν ἀφείλετο, καὶ τῷ ὑποστρατήγῳ αὐτοῦ διὰ γραφῆς ἐνετείλατο τὸν Βαρὰμ ἀνελεῖν. Ὁ δὲ οἷον κακοῦ γέγονεν ἐννοήσας, γράμματα ὡς ἐξ Ὁρμίσδου αὐτῷ σταλέντα ἐπλάσατο, ὀργὴν ἐμφαίνοντα κατὰ παντὸς τοῦ στρατεύματος, καὶ συναθροίσας αὐτὸ, τά D τε γράμματα εἰς ἐπήκοον ἀναγνωσθῆναι πεποίηκε, καὶ αὐτὸς ἀνεμίμνησκε τῆς ἀπηνείας Ὁρμίσδου καὶ τῆς ὠμότητος, καὶ διὰ τούτων ἀντᾶραι χεῖρας ἠρέθισε κατὰ τοῦ σφῶν ἀρχηγοῦ. Ἐπελθόντες (43) οὖν ἀθρόον αὐτῷ, κατέσχον, καὶ ἐνέβαλον εἰς εἱρκτήν. Ὁ δὲ ὑποθέσθαι αὐτοῖς περὶ τῆς τῶν Περσῶν ἀρχῆς ἠξίου, ἅττα τῷ ἔθνει γινώσκει συμφέροντα, καὶ συνεβούλευε μὴ τὸν Χοσρόην υἱὸν αὐτοῦ ὄντα προκριθῆναι εἰς τὴν ἀρχὴν, ἄπληστον

Illyrici subegit, minatus se Longum Murum etiam eversurum. Itaque Mauricius, missis ad Barbarum legatis, pacem cum eo facit. Sed Chaganus, ut insatiabilis et perfidus, dolo Romanos aggressus, ipse quievit: Sclavorum vero gentes quasdam ad populandas provincias concitavit, quæ usque ad Longum Murum sunt progressæ. Quapropter imperator, Commentiolo duce creato, Barbaros improviso adventu Romanis finibus expulit, multis cæsis, et præda omni captivisque receptis. Philippicum sorore desponsa cum manu validissima contra Persas misit, qui cum proxime Nisibim pervenisset, atque inde in Persiam irrupisset, multa præda abacta, in reditu impressionem in Mediam fecit, et ibi quoque præda non minore parta, in Romanas provincias rediit: inde iterum Persicos fines ingressus, rem æque prospere gessit. Sed propter morbum Martyropolim, atque inde Byzantium rediit. Mauricio natus est filius quem Theodosium nominavit. Philippicus denuo Persas oppugnaturus, milites suos percontatur an alacres essent ad pugnandum cum Persis? iis vero etiam jurejurando alacritatem suam testatis, hostes aggreditur: qui etsi ad tempus restiterunt, tamen cum dux equos illorum cædi jussisset, et multi equi vulnerati cecidissent, Persæ fugam ceperunt, potenter victi, magnaque clade accepta: Romani vero illustrem victoriam consecuti, hostium ad duo millia viva ceperunt. Hormisdas Persarum rex Baramum ducem congredi cum Romanis jussit. Quem ut victum esse cognovit, abrogato illi imperio vestem muliebrem mittit, ac legato ejus per litteras mandat, ut eum occidat. Cæterum Baramus quantis in malis esset reputans, litteras ab Hormisda ad se missas esse comminiscitur, quibus iracundiam suam adversus omnem exercitum declaret, easque militibus convocatis, palam omnibus recitari **75** jubet, ac Hormisdæ sævitia et immanitate commemorata, eos concitat ad bellum ei inferendum. Subito igitur eum aggressi, captum in carcerem conjecerunt. At ille professus, se consilium eis de Persarum imperio daturum, quod toti nationi sciat bono futurum, monet ne filium suum Chosroem regem creent, hominem inexplebilem, injustum, insolentem, atque intolerandi supercilii, sed alium e suis filiis. Sed ei sententiæ procerum nonnullis refragatis, populares contra eum concitati, filium cui regnum decreverat, et matrem illius, in conspectu ejus statim occiderunt: ipse oculis erutis, in carcerem compactus; Chosroes a tota gente rex electus. Is ad tempus patrem bene tractavit, et quanquam e custodia non eduxit, in ea tamen omnem ei cultum et obsequium præstitit. Qui cum nihil quod a filio proficisceretur, gratum ha-

Variæ lectiones et notæ.

(41) *Μαρτυρόπολιν*. Cujus urbis meminit præ cæteris Simocatta, lib. IV, cap. 15 et Theophanes an. 5 Mauricii.

(42) *Γυναικείαν ἐσθῆτα*. Simocatta, lib. III, cap. 8; Theophan. p. 222. Vide Notas ad Cinnamum, p. 431.

(43) *Ἐπελθόντες*. Simocatta, lib. IV, cap. 3, 4, 5, 6.

beret, imo contumelias pro beneficiis reponeret: A iratus Choroes eum latera fustibus tundendo occidi jussit. Id facinus odium Persarum ei peperit. Suscepta contra Baramum expeditione, quosdam ex proceribus suis illi studere suspicatus occidit, ac militari seditione perterritus, cum paucis ad Romanos confugit. Eo Mauricius cognito, prætori provinciæ mandat, ut Chosroen regio cultu et honore suscipiat, et Narsetem cum legionibus auxilio mittit, ad regnum recuperandum. Is igitur cum Baramo congressus, illustri victoria potitur, Persarum multis occisis, et ad sex millia captis, quos Chosroes ad se adductos jaculis omnes confecit. Qui vero ex Barami fœderatis Turcicæ nationis erant, eos ad Mauricium misit, quorum multi B cruces in frontibus gerebant, compunctis superciliis in crucis modum, infusoque atramento. Cujus rei quæsita causa, responderunt, superiori tempore cum sua gens fame periclitaretur, se a Christiano quodam monitos hoc fecisse, nec ullum ex eis qui paruerit, fame periisse. Baramus superatus, fuga salutem quæsivit, Chosroes in suum regnum est reversus. Fertur autem cum ante victoriam dux Romanorum certam belli administrandi rationem secuturus esset, instituisse Chosroes, ne id consilium exsequeretur, et alium instruendæ aciei modum proposuisse: quem cum
76 dux inutilem esse affirmaret, neque tamen Chosroes de sententia sua decederet, etiam salibus C incessit regem, ut rei militaris et instruendæ aciei imperitum. Iis Chosroen irritatum, qui motus astrorum peritus esset, atque futurarum rerum præscientia gloriaretur, dixisse: *Nisi tempori serviendum esset, non auderes, dux, magnum regem salibus incessere. Quia vero successibus præsentibus insolescis, audito, quid in futurum dii constituerint. Scito res adversas ad vos Romanos esse redituras, et gentem Babylonicam triplici annorum septenario circuitu Romanam ditionem obtenturam. Post illud autem, vos Romani, quintum septenarium annorum Persas servitute premetis. Iis peractis dies sine vespere hominibus illucescet.* Hæc ille. Mauricius autem filium Theodosium imperatorem appellat, eumque patriarcha Joannes in Paschate coronat. D Ædem Quadraginta Martyrum, inchoatam pridem a Tiberio, necdum perfectam, absolvit. Pace cum Persis facta, legiones ex Oriente in Thraciam revocavit, et ipse Byzantina terra egressus, loca a Barbaris eversa contemplari voluit. Quo tempore et sol defecit, et mulier quædam in Thracia puerum peperit, sine oculis, sine palpebris, sine manibus et brachiis, cauda piscina usque ad coxendices sursum porrecta. Verum Chagano cum infinita

A ὄντα καὶ ἄδικον, ὑβριστήν τε καὶ ἀλαζονικώτατον, ἀλλ' ἕτερον υἱὸν αὐτοῦ προχειρισθῆναι τοῦ ἔθνους ἄρξειν. Ἀντιπεσόντων δὲ τοῖς λόγοις τούτου ἐνίων τῶν ἐν ὑπεροχαῖς, καὶ κατ' αὐτοῦ τοὺς Πέρσας ἐκμηνάντων, ὁ μὲν υἱὸς αὐτοῦ, ὃν εἰς τὴν ἀρχὴν ἐκεῖνος προέκρινε, καὶ ἡ μήτηρ ἐκείνου ἐνώπιον αὐτοῦ εὐθὺς ἀνῃρέθησαν παρὰ τοῦ πλήθους, καὶ αὐτὸς δὲ ἐξεκόπη τὰ ὄμματα, καὶ οὕτω καθείρχθη. Ὁ δέ γε Χοσρόης (44) εἰς τὴν ἀρχὴν ᾑρέθη παρὰ τοῦ ἔθνους παντός. Καὶ μέχρι μέν τινος πρὸς τὸν πατέρα φιλοφρόνως διέκειτο, τῆς μὲν φρουρᾶς οὐ λύσας αὐτὸν, πᾶσαν δὲ θεραπείαν αὐτοῦ ἐκεῖσε πο[illegible]μενος. Ὁ δὲ οὐδὲν τῶν παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῷ στελλομένων προσίετο, ἀλλὰ καὶ ὕβρεσι μᾶλλον τὰς φιλοφροσύνας ἠμείβετο. Θυμῷ γοῦν διὰ ταῦτα B ληφθεὶς ὁ Χοσρόης, ῥοπάλοις ἐκέλευσε κατὰ τῶν λαγόνων τυπτόμενον τὸν πατέρα θανεῖν. Τοῦτο μῖσος ἐγγενέσθαι τοῖς Πέρσαις κατὰ τοῦ Χοσρόου ἐποίησε. Ὁ δὲ κατὰ Βαρὰμ (45) ἐξεστράτευσε, καὶ τινὰς τῶν παρ' αὐτῷ μεγιστάνων τῷ Βαρὰμ προσκεῖσθαι ὑποπτεύσας, ἀνεῖλεν αὐτούς. Τοῦ δὲ στρατεύματος κατ' αὐτοῦ στασιάσαντος, δείσας ἐκεῖνος, μετά τινων ὀλίγων ἀποδιδράσκει (46), καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἀφίκετο. Ὃ μαθὼν ὁ Μαυρίκιος, κελεύει τῷ στρατηγοῦντι τῆς χώρας, ὑποδέξασθαι τὸν Χοσρόην βασιλικαῖς θεραπείαις καὶ δεξιώσεσι. Στέλλει δὲ Ναρσῆν μετὰ στρατευμάτων συμμαχῆσαι Χοσρόῃ, καὶ ἀποκαταστῆσαι αὐτὸν εἰς τὴν οἰκείαν ἀρχήν. Συμβαλὼν τοίνυν ὁ Ναρσῆς C τῷ Βαρὰμ, νίκην ἤρατο περιφανῆ, πολλοὺς μὲν τῶν Περσῶν ἀνελὼν, ζωγρήσας δὲ περὶ ἑξακισχιλίους, οὓς τῷ Χοσρόῃ προσήγαγεν· ὁ δὲ κατηκόντισεν ἅπαντας. Ὅσοι δὲ ἐν τοῖς ζωγρηθεῖσιν ἦσαν τοῦ Τούρκων (47) γένους τῷ Βαρὰμ συμμαχοῦντες, τούτους ἀνέπεμψεν εἰς Μαυρίκιον, ὧν πολλοὶ ἐπὶ τῶν μετώπων σταυροὺς ἔφερον, καταστιχθέντων αὐτοῖς τῶν ἐπισκυνίων, καὶ μέλανος ἐγχυθέντος τοῖς στίγμασιν εἰς τύπον σταυροῦ. Οἱ περὶ τούτου ἐρωτώμενοι, ἔλεγον πρὸ καιροῦ ἱκανοῦ λιμῷ τὸ γένος αὐτῶν διαφθείρεσθαι, τινὰς δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς Χριστιανῶν ὑποθέσθαι τοῦτο αὐτοῖς, καὶ μηδένα τῶν τοῦτο πεποιηκότων κινδυνεῦσαι ἐκ τοῦ λιμοῦ. Ὁ μὲν οὖν Βαρὰμ ἡττηθεὶς φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο. Ὁ δὲ Χοσρόης εἰς D τὴν ἰδίαν ἀρχὴν καὶ χώραν ἐπανελήλυθε. Λέγεται δὲ (48) πρὸ τῆς νίκης, τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἄλλως διατιθέναι σκεπτομένου τὸν πόλεμον, τὸν Χοσρόην ἐνίστασθαι μὴ κατὰ τὸ δοκοῦν ἐκείνῳ συγκροτῆσαι τὴν μάχην, ἀλλ' ἄλλων ὑποτιθέναι τρόπον· τὸν δὲ στρατηγὸν ἀσύμφορον εἶναι λέγειν, τὸ οὕτω μαχέσασθαι, καὶ τὸν Χοσρόην τοῦ σκοποῦ μὴ μεθίεσθαι, ὥστε παροξυνθέντα τὸν στρατηγὸν, ἀποσκῶψαι πρὸς τὸν Χοσρόην, ἀστρατήγητον αὐ-

Variæ lectiones et notæ.

(44) *Χοσρόης*. Idem Simocatta, lib. IV, cap. 7. Theophan. an. 7 Mauricii.

(45) *Κατὰ Βάραμ*. Simocatta, lib. IV, cap. 9 et seq.

(46) *Ἀποδιδράσκει*. Simocatta, lib. IV, cap. 10; *Chronic. Alexandr.* an. 9 Mauricii.

(47) *Τούρκων*. Simoc. lib. V, cap. 10, Theophan. an. 7 Mauricii.

(48) *Λέγεται δέ*. Simoc. lib. V, cap. 15.

τὸν εἰπόντα καὶ ᾄδοντα πολεμικῶν παρατάξεων. Τὸν δὲ δηχθέντα ἐπὶ τοῖς σκώμμασιν, ὄντα δὲ καὶ ἐν γνώσει τῆς κατὰ τοὺς ἀστέρας κινήσεως, κἀντεῦθεν αὐχοῦντα γινώσκειν τὰ μέλλοντα, φάναι, *Εἰ μὴ ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐτυραννούμεθα, οὐκ ἂν ἐθάρσησας, στρατηγὲ, τὸν μέγαν βασιλέα* (49) *βάλλειν τοῖς σκώμμασιν. Ὅτι δὲ τοῖς παροῦσι μέγα φρονεῖς, ἄκουσον τί δῆτα τοῖς θεοῖς ἐσύστερον μεμελέτηται. Ἀντικαταῤῥεύσει, εὖ ἴσθι, εἰς τοὺς Ῥωμαίους ὑμᾶς τὰ δεινά. Ἔξεται δὲ τὸ Βαβυλώνιον φῦλον τῆς Ῥωμαϊκῆς χώρας τρίτην κυκλοφορικὴν ἑβδομάδα ἐτῶν. Μετὰ δὲ τοῦτο, πεμπταίαν ἑβδομάδα ἐτῶν, Ῥωμαῖοι Πέρσας δουλαγωγήσετε. Τούτων δὲ διηνυσμένων, ἡ ἀνέσπερος ἀνθρώποις ἐνδημήσει ἡμέρα, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ.* Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τὸν υἱὸν Θεοδόσιον ἀνηγόρευσε βασιλέα, κατὰ τὸ Πάσχα στεφθέντα ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου. Καὶ τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Τεσσαράκοντα Μαρτύρων πρώην ἀρχθέντα κτίζεσθαι παρὰ Τιβερίου, ἀτελῆ δὲ καταλειφθέντα αὐτὸς ἀνεπλήρωσεν. Εἰρήνης δὲ γεγονυίας πρὸς Πέρσας, τὰς δυνάμεις ἐξ Ἑῴας ἐπὶ τὴν Θρᾴκην μετήνεγκε, καὶ αὐτὸς ἐξῆλθε τῆς Βυζαντίδος, τὰ ὑπὸ τῶν Βαρβάρων κατεστραμμένα θεάσασθαι. Ὅτε καὶ ὁ ἥλιος ἐσκιάσθη (50) καὶ γυνή τις (51) ἐν Θρᾴκῃ παιδίον ἔτεκεν, οὔτε ὀφθαλμοὺς οὔτε βλέφαρα ἔχον οὔτε χεῖρας οὔτε βραχίονας, ἰχθύος δὲ οὐραῖον πρὸς τὸ ἰσχίον ἄνω προβεβλημένον. Τοῦ μέντοι Χαγάνου τῇ Θρᾴκῃ ἐπελθόντος μετὰ πλήθους ἀπείρου, ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς Πρίσκος δείσας εἰς τὸ φρούριον Τζουρουλοῦ συνέκλεισεν ἑαυτόν. Ὁ δὲ Βάρβαρος πολιορκεῖν αὐτὸ ἡτοιμάζετο. Τότε κατεστρατήγησεν ἐκεῖνον Μαυρίκιος τρόπῳ τοιούτῳ· γράμματα πρὸς Πρίσκον (52) συντίθησιν, ἀντέχειν αὐτὸν παραινῶν· μικρὸν γὰρ ὅσον τοὺς Βαρβάρους μετ' αἰσχύνης ἀναχωρῆσαι. Στέλλεσθαι γὰρ τριήρεις εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, σὺν στρατεύμασι λῃΐσασθαι τὰς οἰκίας αὐτῶν, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν δορυαλώτους ἑλεῖν. Τοῦτο τὸ γράμμα δίδωσί τινι, ἐπισκήψας αὐτῷ περιπεσεῖν τοῖς Βαρβάροις ἐν τῷ πρὸς Πρίσκον δῆθεν πορεύεσθαι. Οὗ γενομένου, τὴν ἐπιστολὴν ὁ Βάρβαρος ἀναγνοὺς, καὶ δείσας περὶ τῶν οἰκείων, σπένδεται (53) πρὸς Πρίσκον ἐπὶ δώροις ὀλίγοις, καὶ ἄπεισιν. Ἔκτισε δὲ Φιλιππικὸς ἐν Χρυσοπόλει μονὴν (54) ἐπ' ὀνόματι τῆς Θεοτόκου, καὶ οἶκον ἐν ταύτῃ λαμπρότατον, ἵν' ἐν αὐτῷ τὸν Μαυρίκιον ὑποδέχοιτο.

ΙΓ'. Ὁ δέ γε Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννης ὁ Νηστευτὴς, καὶ πατριάρχης, τὸν βίον λιπὼν, πρὸς τὰς ἀϊδίους μετέστη μονὰς, κοσμήσας τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἐπὶ ἔτη τρισκαίδεκα, καὶ ἐπέκεινα. Προεχειρίσθη γοῦν πατριάρχης Κυριακὸς (55), ἱερεὺς καὶ οἰκονόμος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας. Ὑφ' οὗ ὁ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ναὸς ὃς τῆς Διακονίσσης λέγεται, ᾠκοδόμηται. Καὶ Πέτρος ὁ τοῦ Μαυρικίου ὅμαιμων τὸν ναὸν, ὃς τοῦ Ἀρεοβίνδου καλεῖται, τῇ Θεοτόκῳ ἀνήγειρε. Σοφία δὲ ἡ βασιλὶς, καὶ ἡ Αὐγοῦστα Κωνσταντῖνα στέμμα προσήνεγκε τῷ βασιλεῖ, λίθοις ὑπερτίμοις καὶ μαργάροις ὑπερφυέσι κεκοσμημένον (56). Ὁ δὲ τοῦτο λαβὼν ἀνέθετο τῷ Θεῷ, τῇ ἐκκλησίᾳ προσαγαγών. Ὁ Χαγάνος μέντοι καὶ αὖθις πρὸς τὰ Ῥωμαίων ἐχώρησε. Καὶ τούτῳ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων

A multitudine Thraciam ingresso, Romanorum dux territus in castello quodam Tzuruli se conclusit. Mauricius autem Barbarum obsidionem parantem tali solertia circumvenit. Litteras ad Priscum scribit, monens, ut obsidionem toleret. Nam Barbarum intra exiguum tempus cum ignominia recessurum : missis enim in regionem ejus triremibus, domibus eorum direptis, uxores et liberos captivos abduci. Eas litteras cuidam tradit, ac mandat, ut in itinere ad Priscum, de industria se Barbaris offerat : quo facto, cum Chaganus lectis litteris, suis timeret, pacem cum Prisco facit, paucisque muneribus acceptis, domum redit. Philippicus monasterium nomine Deiparæ Chrysopoli condidit, atque ædes splendidissimas, quibus Mau-B ricium exciperet.

C XIII. Interea Joannes Jejunator, patriarcha Constantinopolitanus, vita relicta in æternas mansiones discessit, cum sedem pontificiam ultra XIII annos ornasset. Ei successit Cyriacus presbyter et œconomus Magnæ Ecclesiæ, a quo sacrosanctæ Deiparæ ædes, quæ Diaconissæ dicitur, exstructa est. Petrus item Mauricii frater ædem Areobindi Deiparæ condidit. Sophia vero imperatrix et Augusta Constantina coronam imperatori gemmis pretiosissimis et margaritis insignibus ornatam, obtulerunt : eam ille in ecclesiam perlatam Deo consecravit. Chaganus Romanas provincias rursus aggressus, missas contra se legiones, alias vincebat, alias vincebatur. Ejus filii septem, uno die partim febri, partim peste sunt mortui. Imperator, misso D Commentiolo cum numerosissimo exercitu man-

Variæ lectiones et notæ.

(49) *Τὸν μέγαν βασιλέα.* Eo quippe titulo donati Persarum reges. Vide Dissert. XXVII ad Joinvillam.

(50) *Ἥλιος ἐσκιάσθη.* An. Mauricii 9. Simoc. lib. V, c. 16.

(51) *Γυνή τις.* Theophan. an. 13 Maur.

(52) *Γράμματα πρὸς Πρίσκον.* Simoc. lib. VI, cap. 5.

(53) *Σπένδεται.* Huc spectant ista Joannis Tzetzæ chil. 3, cap. 72.

Ὁ δ' ἰατρὸς Θεόδωρος σταλεὶς ἐκ Μαυρικίου,
Χαγάνον ἐφιλίωσε τῷ γένει τῶν Ῥωμαίων.
Εἰπὼν τὴν τῆς Σεσώστριδος ἣν ἔφην ἱστορίαν,
Καὶ δι' αὐτῆς τὸ ἄδηλον καὶ τὸ τρεπτὸν τῆς τύχης,
Πανσόφως αἰνιξάμενος, καὶ τοῦτον καταπείσας,
Καὶ πρὸς φιλίαν καὶ σπονδὰς εὐθέως μετατρέψας.

(54) *Ἐν Χρυσοπόλει μονήν.* Theophan. an. 12 Mauric.

(55) *Κυριακός. Chron. Alexandr.* an. 12 Mauricii.

(56) *Κεκοσμημένον.* Codd. mss. Καὶ οἱ αὐτοὶ προσήνεγκαν.

dasse fertur, ut legiones, quibus ob seditiones quasdam et tumultus infensus erat, proderet hostibus. Itaque temere cum Barbaris congressus Commentiolus, ipse cum suis fugam, cui se ante pararat, capessit: cæteris partim cæsis, partim captis, ad numerum duodecim millium. Ea victoria Chaganus elatus, usque ad Longum Murum processit. Verum imperator, delectu habito, milites ad ejus defensionem misit. Neque vero Chagani duntaxat filii peste, ut dictum est, obierunt, sed et Barbarorum ingens multitudo. Qua de causa Barbarus animo æger domum properans, Mauricio significat, si captivos redimere velit, ut in singulos nummum unum pendat. Recusante Mauricio, medium nummum postulat. Cum vero ille nec tanti milites redimere vellet, partim ex tenacitate (sordidus enim erat), partim militum odio, Barbarus furore correptus, iis omnibus obtruncatis, domum rediit. Hinc omnium odia in imperatorem nata, ut nec a conviciis temperarent. Exercitus vero Commentiolum proditionis reum fecit, atque ex accusatoribus miles quidam Phocas, adeo impudenter cum imperatore disseruit, ut ea de causa a quibusdam vapularet. Verum Mauricius, repudiata Commentioli delatione, accusatores infecta re dimisit. Postea cum supplicaret, seditione populi coorta, etiam lapides a nonnullis contra eum jacti, quorum aliquot indagatos supplicio affecit. Theodosio filio Germani patricii filiam despondit, nuptiarum cæremonias patriarcha Cyriaco peragente. Cæterum monachus quidam strictum **78** gladium tenens, a foro usque ad Chalcen progressus, Mauricium brevi periturum esse gladio exclamavit. Mauricius igitur injuriam captivorum reputans, Deum oravit, ut in hac vita pœnas de se sumat, et quoquoversum misit, petens ab omnibus ut id a Deo precibus impetrarent. Cum autem fama teneret, successurum ei cujus nomen a Φ inciperet, Philippicum generum eum esse credens, hominem suspectum habere cœpit: ac illi ne dejeranti quidem nihil tale sibi unquam in mentem venisse fidem habuit prius, quam hujusmodi somnium vidisset. Putabat magnam turbam insistere effigiei Servatoris nostri, quæ supra Æream portam est, et contra imperatorem vociferari, audirique vocem ex imagine, quæ Mauricium adesse juberet, eumque statim adductum interrogari, utro in loco facinoris in captivos admissi pœnas dare mallet, in hac vita, an in

A ἀντιταττομένων, ποτὲ μὲν ἐκράτει, ἐνίοτε δ' ἡττᾶτο. Ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ (57) υἱοὶ αὐτοῦ ἑπτὰ ἐκ νόσου λοιμικῆς καὶ πυρετοῦ ἐτελεύτησαν. Κομεντίολον δὲ στείλας ὁ βασιλεὺς κατὰ τοῦ Χαγάνου μετὰ πολυπληθοῦς στρατιᾶς, λέγεται ἐντείλασθαι αὐτῷ προδοῦναι τοῖς ἐναντίοις τὸ στρατιωτικὸν διά τινας στάσεις καὶ ἀταξίας, τούτοις μνησικακῶν. Καὶ συμβαλὼν τοῖς Βαρβάροις ἀσυντάκτως ὁ Κομεντίολος, αὐτὸς μὲν μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν, εἰς φυγὴν ἐτράπη, πρὸς τοῦτο προπαρασκευασάμενος. Τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν ἔπεσον, οἱ δὲ ἐζωγρήθησαν. Εἶναι δὲ τοὺς ζωγρηθέντας φασὶ περὶ δώδεκα χιλιάδας. Καὶ ὁ Χαγάνος (58) τῇ νίκῃ ταύτῃ ἐξογκωθεὶς, ἄχρι τοῦ Μακροῦ Τείχους ἀφίκετο. Συλλέξας δὲ ὁ βασιλεὺς λαὸν, εἰς φυλακὴν τοῦ τείχους τούτους ἐξέπεμψεν.
B Ἐκ δὲ τῆς λοιμικῆς νόσου οὐ μόνον οἱ τοῦ Χαγάνου υἱοὶ, ὡς εἴρηται, ἔθανον, ἀλλὰ καὶ πλῆθος τῶν Ἀβάρων πολύ· ὅθεν ἀθυμήσας ὁ Βάρβαρος ἔσπευσεν εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπαναζεῦξαι. Δηλοῖ (59) γοῦν τῷ Μαυρικίῳ (60) ἐξωνήσασθαι τοὺς αἰχμαλώτους, ἓν ἐφ' ἑκάστῳ διδόντι νόμισμα. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐ κατένευσε. Καὶ ὁ Χαγάνος ᾔτησε λαβεῖν εἰς ἕκαστον τῶν αἰχμαλώτων ἀνὰ ἥμισυ τοῦ νομίσματος. Ὁ δὲ οὐδὲ τοσούτου τοὺς ἁλόντας ἠθέλησε πρίασθαι, τὸ μέντοι ἐκ φειδωλίας (ἥττητο γὰρ χρημάτων), τὸ δέ τοι τοῖς στρατιώταις μνησικακῶν. Ἐκμανεὶς οὖν ὁ Βάρβαρος πάντας ξίφεσιν ἐξεθέρισε (61), καὶ ἀνέζευξεν. Ἐντεῦθεν πᾶσι μῖσος κατὰ τοῦ βασιλέως ἐφύετο, καὶ πρὸς πάντων ἐλοι-
C δορεῖτο. Ὁ δὲ στρατὸς κατὰ Κομεντιόλου ἀναφορὰν ἐποιήσατο, ὡς προδόντος ἐν τῷ πολέμῳ τὸ στρατιωτικόν. Τοῖς δὲ τὴν ἀναφορὰν ταύτην ποιουμένοις συνῆν καὶ ὁ στρατιώτης Φωκᾶς, καὶ ἀναιδῶς τῷ βασιλεῖ διελέγετο, ὡς διὰ τοῦτο καὶ τυπτηθῆναι παρά τινων. Ὁ δὲ βασιλεὺς μὴ προσχὼν τοῖς κατὰ Κομεντιόλου αἰτιάμασιν, ἀπράκτους τοὺς αὐτὸν αἰτιωμένους ἀπέπεμψεν. Λιτανεύοντος οὖν τοῦ βασιλέως, στάσις ἠγέρθη παρὰ τοῦ δήμου, καὶ λίθοι κατ' αὐτοῦ παρά τινων ἠκοντίσθησαν· ὧν ζήτησιν ὁ βασιλεὺς ποιησάμενος, καί τινας εὑρηκὼς, ἐκόλασε. Τῷ γε μὴν υἱῷ αὐτοῦ Θεοδοσίῳ κατηγγύησε τὴν θυγατέρα Γερμανοῦ Πατρικίου, τοῦ πατριάρχου Κυριακοῦ τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ πληρώσαντος τελετήν. Μοναχὸς δέ τις (62) ξίφος κατέχων
D γυμνὸν, ἀπὸ τοῦ φόρου μέχρι τῆς Χαλκῆς προσελήλυθεν, ἐν φόνῳ μαχαίρας λέγων τεθνήξεσθαι τὸν Μαυρίκιον. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ ἐπὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ἀνόμημα ἀναλογισάμενος, ἱκέτευε τῷ Θεῷ (63) ἐν

Variæ lectiones et notæ.

(57) *Ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ*. Simocatta, l. VII, c. 15.

(58) *Καὶ ὁ Χαγάνος*. Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν αἰχμαλώτων λαβεῖν ᾔτει νομίσματος ἥμισυ.

(59) *Δηλοῖ γοῦν*. *Chronicon. Alexandr.* an. 1 Phocæ. Theophanes anno 18 Maur.

(60) *Τῷ Μαυρικίῳ*. Τοὺς αἰχμαλ. ἐκπρίασθαι ἓν ἐφ' ἑκάστῳ καταβάλλοντι νόμισμα.

(61) *Πάντας ξίφεσιν ἐξεθέρισε*. Hanc captivorum cædem ad an. 18 Mauricii referunt Theophanes et Cedrenus, de qua prorsus silet Theophylactus Simocatta. Chronicon ms. ab Adamo ad Leonem Philos. Καὶ μηδὲ τοῦτο καταδεξαμένου τοῦ βασιλέως, θυμωθεὶς ὁ βάρβαρος ἀπέκτεινε χιλιάδας ιβ', ἐν τῷ κάμπῳ τοῦ Τριβουναλίου, τῷ ὄντι πλησίον τοῦ Ἑβδόμου. Sed an Avares ad urbem usque tum accesserint, vix est ut credam, cum ad Singidonem hæc ferme gesta scribantur.

(62) *Μοναχός τις*. Simocatta, l. VII, c. 12. Theophan. an. 19.

(63) *Ἱκέτευε τῷ Θεῷ*. Glycas seu Zonaras epist. 26: Ἀλλὰ καὶ ὁ Βασιλεὺς Μαυρίκιος ἁμαρτίᾳ περιπεσὼν μείζονι τοῦ ἀφεθῆναι αὐτῷ, μυριοπληθῆ γὰρ στρατὸν μαχαίρᾳ παρέδωκε βαρβαρικῇ, εὐχαῖς ἀνδρῶν ὁσίων ἐξέφυγε τὴν αἰωνίζουσαν κόλασιν.

τῇ παρούσῃ ζωῇ τὴν ὑπὲρ τούτου δίκην ἐκτίσαι, A καὶ πανταχοῦ διεπέμψατο, ἀξιῶν πάντας τοῦτο αἰτεῖν τὸν Θεόν. Φήμης δὲ (64) κρατούσης ὅτι τοῦ μέλλοντος αὐτὸν διαδέξασθαι ἐκ τοῦ Φ στοιχείου τὸ ὄνομα ἄρχεται, τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ Φιλιππικὸν ᾤετο εἶναι τοῦτον. Καὶ ἦν αὐτῷ δι' ὑποψίας ὁ ἄνθρωπος, καὶ διομνύμενος μή ποτέ τι κατὰ νοῦν τοιοῦτον βαλέσθαι, οὐκ ἔπειθεν. Ὄναρ (65) δέ ποτε τῷ βασιλεῖ θεαθὲν τὴν κατὰ τοῦ Φιλιππικοῦ ἔλυσεν ὑποψίαν. Τὸ δὲ ὄναρ· ἐδόκει πλῆθος παρεστάναι πολὺ τῷ ἄνωθεν τῆς Χαλκῆς πύλης τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ἐκτυπώματι, καὶ τοῦ βασιλέως καταβοᾷν, φωνὴν δ' ἐκ τῆς εἰκόνος γενέσθαι, παρεστάναι καὶ τὸν Μαυρίκιον, καὶ τὸν αὐτίκα ἀχθῆναι, καὶ ἐρωτᾶσθαι ὅπῃ βούλεται τὴν ἔκτισιν ἀποδοῦναι τοῦ ἀνομήματος, οὗ εἰς B τοὺς αἰχμαλώτους εἰργάσατο, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι; Τὸν δὲ *Ἐνταῦθα*, φάναι, *φιλάνθρωπε Δέσποτα*· καὶ ἀκοῦσαι φωνῆς λεγούσης *Παράδοτε γοῦν αὐτὸν παγγενῇ Φωκᾷ τῷ στρατιώτῃ*. Διυπνισθεὶς τοίνυν ἐκ τῆς ἀγωνίας ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸν Φιλιππικὸν μετακαλεσάμενος, πρῶτον μὲν συγγνώμην ᾔτει, ὡς μάτην ὑπονοῶν κατ' αὐτοῦ. Εἶτα ἤρετο εἰ ἐν τοῖς Ῥωμαίων τάγμασιν οἶδεν Φωκᾶν στρατιώτην; Ὁ δὲ εἰδέναι ἀνταπεκρίνατο, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν πρὸ μικροῦ σταλέντα παρὰ τῆς στρατιᾶς, ὅς σοι καὶ ἰταμώτερον διελέγετο. Καὶ ὁ βασιλεὺς, οἷός ἐστιν ὁ ἀνὴρ τὴν ἡλικίαν, καὶ τὸ ἦθος προσήρετο· καὶ ὁ Φιλιππικὸς νέον εἶναι τὸν Φωκᾶν εἶπε, τὸν δὲ τρόπον θρασὺν καὶ δειλόν. Πρὸς δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς ἀντεφθέγξατο· *Εἰ δειλὸς, καὶ φονεύς*· καὶ διηγήσατο τὸ ὄναρ αὐτῷ. Ἐφάνη δὲ τότε καὶ κομήτης ἀστὴρ, ὁ λεγόμενος Ξιφίας. Τῷ γοῦν ἀδελφῷ αὐτοῦ Πέτρῳ στρατηγοῦντι τότε ἐπιστέλλει ὁ βασιλεὺς, διαβάντα τὸν Ἴστρον μετὰ τῆς στρατιᾶς, ἐκεῖθεν αὐτῇ τὰ πρὸς τὴν χρείαν πορίζεσθαι. Ἦν δὲ τοῦτο διὰ φιλαργυρίαν οἰκονομούμενον, ἵνα ληϊζόμενον τὸ ὁπλιτικὸν ἀποτρέφοιτο, καὶ αὐτὸς κερδήσῃ τὸ στρατιωτικὸν σιτηρέσιον. Τοῦτο στάσιν (66) τῇ στρατιᾷ ἐνεποίησε, καὶ αὐτίκα βασιλεὺς παρ' αὐτῶν ὁ Φωκᾶς ἀνηγόρευτο· ἐτύγχανε δ' ὢν ἑκατόνταρχος. Ὁ δὲ στρατηγὸς Πέτρος τοῦτο μαθὼν ἔφυγε, καὶ τῷ βασιλεῖ αὐτάγγελος τοῦ γεγονότος ἐγένετο. Ὁ δὲ, καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει στασιαζόντων· ὑπεξῆλθε τῶν ἀνακτόρων, καὶ δρόμωνι ἐμβεβηκὼς μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων ἀπέδρα· τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ Θεοδόσιον πρὸς Χοσρόην ἀπέστειλεν, ἵνα ἀπομνημονεύσας ἐκεῖνος τῶν ὑπὸ Μαυρικίου γενομένων αὐτῷ, κἀκεῖνος εἰς αὐτὸν τὰ ἴσα ἐνδείξηται. Ὡς δ' ἐγνώσθη τῷ πλήθει, ἡ τοῦ βασιλεύοντος ὑποχώρησις (67), καὶ τὴν στάσιν ἐπὶ μεῖζον ἦρε, καὶ τὸν Μαυρίκιον δυσφημεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς παρεσκεύασεν.

futura? Eum dixisse : *In hac, humane Domine*; et audisse vocem quæ diceret : *Tradite eum ergo cum omni familia Phocæ militi*. Experrectus ab eo angore imperator, accersito Philippico, primum veniam petit inanis de eo suspicionis; deinde rogat, an inter Romanas legiones militem noverit Phocam nomine. Ille respondet, se nosse ; atque eum esse, qui dudum insolentius cum ipso collocutus esset. Post hoc rogat imperator, qua sit ætate, quoque ingenio. Respondente Philippico, esse juvenem, et ingenio partim audaci, partim timido : *Si*, inquit, *timidus est*, *homicida est*, eique somnium narrat. Eo quoque tempore cometa apparuit, qui ab ensis specie Xiphias dicitur. Dehinc fratri Petro exercitum ducenti scribit, ut, Istro cum copiis trajecto, inde commeatum peteret : id consilium ab avaritia est profectum, ut legionibus latrocinio se sustentantibus, militaria stipendia lucraretur. Ea res seditionem inter milites concitavit, qui statim Phocam centurionem imperatorem crearunt. Quo cognito dux fuga arrepta, ipse quid accidisset imperatori nuntiat. Qui orto etiam in urbe tumultu, ex regia se subducit, et dromone cum uxore et liberis conscenso, aufugit, filium vero Theodosium ad Chosroem ablegat, ut commemorato suo in illum beneficio, par sibi gratia referatur. **79** Fuga imperatoris populo cognita, et seditio aucta est, et Mauricius per forum conviciis proscissus est.

ΙΔ'. Ἤδη δὲ τοῦ Φωκᾶ μὴ πόῤῥω τῆς Βυζαντίδος C τυγχάνοντος, οἱ τοῦ δήμου τῶν Πρασίνων ἐξῆεσαν εὐφημοῦντες αὐτὸν, ὃς σὺν αὐτοῖς ἐν τῷ Ἑβδόμῳ παραγενόμενος, ἐκεῖ παρὰ τοῦ πατριάρχου ταινιοῦται τὴν κεφαλήν· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὴν γυναῖκα Λεοντίαν Αὐγούσταν εὐθὺς ἀνηγόρευσε, τῶν δήμων παρόντων. Τότε διὰ τόπους (68) ἐν οἷς ἵσταντο ἀμφιβολίας γενομένης τοῖς Πρασίνοις καὶ τοῖς Βενέτοις, στασιάζειν ἤρξαντο κατ' ἀλλήλων. Πέμψας δέ τινας ὁ Φωκᾶς, κατευνάζειν αὐτοῖς τὴν στάσιν ἐπεχείρει. Ἑνὸς οὖν τῶν σταλέντων τὸν τῶν

XIV. Cum Phocas jam prope ab urbe Byzantio abesset, qui ex factione Prasina erant, ad eum salutandum egrediuntur : qui cum eis Hebdomum ingressus, ibi a patriarcha diademate ornatur. Inde in regiam se contulit, et statim Leontiam uxorem Augustam salutat, præsentibus factionibus : ubi inter Prasinos et Venetos de stationibus ortam controversiam Phocas componere volens, satellites quosdam misit : quorum unus cum tribunum Venetorum per contumeliam pepulisset, populus id non ferens exclamat : *Abi*, *disce modeste*

Variæ lectiones et notæ.

(64) *Φήμης δέ*. Theophan. an. 20.
(65) *Ὄναρ*. Ibid.
(66) *Τοῦτο στάσιν*. Simocatta, l. VIII, c. 6, 7.
(67) *Ὑποχώρησις*. Ibid. c. 8, 9.
(68) *Διὰ τόπους*. Id est βάθρα. Theophanes habet διὰ στάσεις τόπων, in quibus sedere consueverant, unde docemur cur τόπων appellatio indita sit urbis tractui, de quo egimus in nostra *Constantinopoli*, lib. II, p. 189.

agere ; Mauricius vivit. Ea voce tyrannus ad cædem illius incitatus est, eoque in Eutropii portum Chalcedonem perducto, in conspectu ejus liberi sunt occisi. Tum ille : *Justus es*, inquit, *Domine, et recta sunt judicia tua*, calamitatem fortiter ferens. Ac animum ejus generosum illud in primis declarat, quod cum ultimum ejus filiolum adhuc lactantem nutrix suffurata, ne Mauricii familia funditus interiret, suum filiolum ad cædem obtulisset, id ille non passus est, sed suum offerri jussit, deinde et ipse magno animo jugulum carnifici præbuit. Fertur etiam filius ejus Theodosius, dum ad Chosroem iret, interceptus, atque ad Phocam perductus, occisus esse, necnon Constantina imperatrix cum tribus filiabus, qui in æde divi Mamantis vicina mœnibus sepulti sint, a Pharasmane eunucho Justiniani cubiculario condita. Sepulcro hæc elegia est inscripta :

A Βενέτων ὑβρίσαντος δήμαρχον, καὶ τοῦτον ὠθήσαντος, μὴ ἐνεγκόντες οἱ τοῦ δήμου τοῦτο, ἔκραζον, *Ἄπιθι* (69), *μάθε κατάστασιν* (70), *ὁ Μαυρίκιος ζῇ*. Ἐντεῦθεν ὁ τύραννος εἰς τὸν τοῦ Μαυρικίου φόνον ἠρέθιστο, καὶ ἀχθέντος εἰς τὸν ἐν Χαλκηδόνι τοῦ Εὐτροπίου λιμένα (71) προανῃρέθησαν ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ οἱ παῖδες αὐτοῦ. Ὁ δὲ, *Δίκαιος εἶ, Κύριε, εὐθεῖαι αἱ κρίσεις σου*, ἐφ' ἑκάστῳ ἐφθέγγετο, γενναίως φέρων τὴν συμφοράν. Ἔδειξε δὲ μᾶλλον τὴν τοῦ ἀνδρὸς γενναιότητα, καὶ τὸ φέρειν εὐγνωμόνως τὸν πειρασμὸν, ὕστατον αὐτοῦ παιδίον καὶ ὑπομάζιον· τῆς γὰρ αὐτὸ τιθηνούσης, ἵνα μὴ πάντη τὸ γένος Μαυρικίου ἀπόλυται ὑποκλεψάσης τὸ τιθηνούμενον, ἀντιδούσης δὲ τὸ οἰκεῖον πρὸς τὴν σφαγὴν, ὁ Μαυρίκιος τὸ ἑαυτοῦ ἐνεχθῆναι ἐζήτησεν. B Εἶτα καὶ αὐτὸς μεγαλοψύχως (72) ἐδέξατο τὴν σφαγήν. Λέγεται δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεοδόσιον (73), ἀπιόντα πρὸς Χοσρόην κατασχεθῆναι, καὶ ἀχθέντα πρὸς Φωκᾶν, ἀναιρεθῆναι, καὶ τὴν Βασίλισσαν Κωνσταντίναν, καὶ τὰς τρεῖς θυγατέρας αὐτῆς, καὶ ταφῆναι ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάμαντος (74), τῷ πλησίον τοῦ τείχους, ὃν ἔκτισε Φαρασμάνης ἐκτομίας, ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος γεγονὼς Ἰουστινιανοῦ. Ἐπεγράφησαν δὲ τῷ τάφῳ αὐτῶν τὰ ἡρωελεγεῖα (75) ταῦτα

O ego mille modis regum miseranda duorum
Mauricii conjux, filia Tiberii,
Edocui regina satis, secundaque mater,
Quam sint multorum commoda sceptra ducum,
Militis infidi jaceo populique furore,
Et mecum conjux, progeniesque jacet.
Næ miseræ Niobes ego sum vitale cadaver,
Plurane Cisseis, plura Jocasta tulit ?
Esto, jure pater ; cur pignora parva necantur,
Humani prorsus nescia turba doli ?
Non jam Roma meis carpes a frondibus umbram,
Erula Threicio stirps Aquilone jacet.

Ἆδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου δὲ δάμαρ.
Ἡ πολύπαις βασίλεια, καὶ ἡ δείξασα λοχίη (76),
Ὡς ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίη,
Κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ
Δήμου ἀτασθαλίῃ καὶ μανίῃ στρατιῆς.
Τῆς Ἑκάβης ἔτλην πολὺ χείρονα τῆς τ' Ἰοκάστης,
Αἲ αἲ, τῆς Νιόβης ἔμπνοος εἰμὶ νέκυς,
Ναὶ ναὶ τὸν γενέτην· τί μάτην τὰ νεογνὰ ἔκτειναν
Ἀνθρώπων κακίης μηδὲν ἐπιστάμενα;
Ἡμετέροις πετάλοισι κατάσκιος οὐκ ἔτι Ῥώμη,
Ῥίζα γὰρ ἐκλάσθη Θρηικίοις ἀνέμοις.

Variæ lectiones et notæ.

(69) *Ἄπιθι*. Theophanes, p. 243. Huc referri potest quod scribit Busbequius in epist. 1 Legationis Turcicæ, prætorianos milites Turcicos, quos Genizarios vocant, cum congiaria a supremo sultano petunt, si recusantur, subinde hæc ei verba inferre, *Salvus sit frater, fratrem nobis Deus servet*. Quibus quidem verbis minantur se sultanum de medio sublaturos; fratremque illius ad imperii fastigium educturos.

(70) *Μάθε κατάστασιν*. Ita etiam Theophanes, ubi Miscella : *Vade, disce ordinem*, id est, *disce modeste agere*, ut recte vertit Goarus, vel ut Wolfius in Notis, *Disce modestiam*. Ea enim vis est vocis Κατάστασις, ut in *Gloss. med. Græcit.* docemus.

(71) *Εἰς τὸν ἐν Καλχηδόνι τοῦ Εὐτροπίου λιμένα*. Ita scriptores omnes Byzantini, ex quibus errare constat Joannem Tzetzem chil. 3, cap. 85, qui in circo cæsum scripsit :

Τὰς συμφορὰς ἐκτραγῳδεῖν ἐῶ τοῦ Μαυρικίου,
Πῶς σὺν συζύγῳ καὶ παισὶ Φωκᾷ τοῦ τυραννοῦντι
Ἐξεδαμήθη πρόρριζος μέσον ἱπποδρομίας.

Exstitit etiam Constantinopoli tractus Eutropii dictus, cujus mentio est in Excerptis historicis in cod. Reg. 1534 : Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Τζιμισκῆ, σεισμὸς ἐγένετο οἷος οὐκ ἄλλος· ὅτε καὶ ἡ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ἀψὶς διεῤῥάγη, καὶ ὁ ἐν τοῖς Εὐτροπίου στύλος κατεβλήθη, ὅτε καὶ ὁ ἐπ' αὐτοῦ μονάζων τοῖς θαλαττίοις ἐναπεπνίγη ῥύμασιν.

(72) *Μεγαλοψύχως*. Non defuere qui Mauricium inter martyres collocavere, atque in primis auctor C Vitæ S. Joannis Jejunatoris, in concilio Nicæno II, act. 4 : Καὶ διεπορευόμεθα σὺν τάχει πολλῷ, ὡς δὴ κατὰ τὴν ἀντίπεραν γῆν Μαυρίκιον τὸν Βασιλέα καταληψόμενοι, Μαυρίκιον τὸν πάλαι μὲν δικαιότατον καὶ πραότατον, νῦν δὲ ἤδη καὶ μάρτυρα· τούτῳ γὰρ ὁ βύθιος αὐτῷ δράκων ὁ τύραννος καὶ μὴ βουλόμενος ἐχαρίσατο.

(73) *Θεοδόσιον*. Ibid. c. 9.

(74) *Ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάμαντος*. Scribit Georgius Monachus in Lacapeno n. 13, istius Augusti ætate inventas tres sepulcrales urnas in æde S. Mamantis, alteram cum figuris ac imaginibus, et alias duas absque figuris, illasque in Myrelæi monasterium ab ea conditum delatas. Verba Georgii sunt : Τηνικαῦτα δὲ καὶ Πετρωνᾶς αἰδεσιμώτατος προστάξει Ῥωμανοῦ βασιλέως ἤγαγε λάρνακα ἔνζωδον, καὶ ἕτερα δύο γλυφῆς ἀμοιροῦντα, ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Μάμαντος μονῆς ἀνδρείας τῆς πλησίον οὔσης τῶν Ξυλοκέρκου λεγομένης πόρτης, ἐν οἷς φασὶν ἐναποκεῖσθαι Μαυρίκιον σὺν αὐτοῦ παισίν· D ἃ καὶ ἀπετέθη ἐν τῇ τοῦ βασιλέως μονῇ, ἤτοι εἰς Μυρέλαιον.

(75) *Τὰ ἡρωελεγεῖα*. Recitat præterea Mauricii Epitaphium Cedrenus, quod versibus Latinis totidem reddiderat hoc loco Wolfius, ut et aliis Xylander apud eumdem Cedrenum : sed versionum istarum loco longe antiquiorem et venustiorem ex Epigrammatum veterum collectione Pithœana hic inserere operæ pretium visum est.

(76) *Λοχίη*. Ita codd. mss. At Cedrenus et Constantinus Manasses, p. 178, λοχείην habent.

Ἔθανε δὲ Μαυρίκιος ἐτῶν ἑξήκοντα καὶ τριῶν, εἴκοσι βασιλεύσας ἐνιαυτούς. Φωκᾶ δὲ κρατήσαντος, ὁ Ναρσῆς ἀπεστάτησε καὶ κατέσχε τὴν Ἔδεσαν. Προστάξει δὲ Φωκᾶ Γερμανὸς τῷ Ναρσῇ ἀντιμαχεσάμενος, συμμαχουμένῳ παρὰ Χοσρόου, ἡττήθη· καὶ πληγεὶς μεθ' ἡμέρας τέθνηκε. Μετὰ δὲ ταῦτα καταφυγὼν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν, Ναρσῆς καὶ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Φωκᾶ τοῦ μαγίστρου Δομεντζιόλου πίστεις ἐνόρκους λαβών, πρὸς Φωκᾶν ἀπεστάλη. Ὁ δὲ μηδὲν τοὺς ὅρκους ὑποσταλεὶς, πυρὶ αὐτὸν παραδέδωκεν. Οὗτος ὁ Ναρσῆς (77) τὸν τοῦ ἁγίου Παντελεήμονος ναὸν ἐδομήσατο, καὶ τὸν τῶν ἁγίων μαρτύρων Πρόβου, Ταράχου, καὶ Ἀνδρονίκου, καὶ τὸν ἐκεῖ Ξενῶνα. Οὐ τοῦτον δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν Μαυρικίου Πέτρον ἀνεῖλε, καὶ Γερμανὸν τὸν πενθερὸν Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ Μαυρικίου, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Γερμανοῦ, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ Μαυρικίου συγγένειαν. Φιλιππικὸς δὲ (78) κείρεται κληρικὸς, καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ μονὴν ἐν Χρυσοπόλει διέτριβε. Καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς ἔκτεινεν ὁ Φωκᾶς, καὶ ποιναῖς ἀπηνέσιν ἐκόλαζε. Κυριακοῦ (79) δὲ τοῦ πατριάρχου ἐκλιπόντος μετὰ ἐνιαυτοὺς ἕνδεκα ἐξότου προεχειρίσθη, πατριάρχης ἐγένετο Θωμᾶς (80) σακελλάριος, καὶ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας διάκονος. Πολυειδῆ μέντοι τότε κακὰ τοὺς Ῥωμαίους κατέλαβεν. Ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἑῴᾳ Πέρσαι τὴν Συρίαν, καὶ Παλαιστίνην, καὶ Φοινίκην ὑφ' ἑαυτοὺς ἐποιήσαντο. Τὴν Ἀρμενίαν δὲ, καὶ Καππαδοκίαν, καὶ τὴν Παφλαγονίαν, καὶ Γαλατίαν κατέδραμον, καὶ μέχρι Χαλκηδόνος προῆλθοσαν, ἅπαντα ληϊζόμενοι. Ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ Ἄβαρες (81) τὴν Θρᾴκην ἐδῄωσαν, καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατόπεδα ἃ ἐν ἀμφοτέροις ἦσαν τοῖς τμήμασι, διεφθάρησαν, καὶ ἄλλως δὲ πολλὴ τῶν ἀνθρώπων θνῆσις ἐγένετο, καὶ ἀφορία καρπῶν, καὶ ζώων φθορὰ ἐκ βαρυτάτων χειμώνων. Ἐπὶ πᾶσι καὶ ὁ ἀλάστωρ Φωκᾶς ἐν ἵππων ἁμίλλῃ τῶν δήμων πρὸς αὐτόν τι ἀποσκωψάντων ἐκμανεὶς πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πολλοὺς δὲ ἠκρωτηρίασεν, ἐνίους μέντοι καὶ κατεπόντωσε· πλείστους δὲ καὶ τῷ ἐπάρχῳ παρέδωκεν, ἵνα κολάσῃ αὐτοὺς, οἳ ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθείρχθησαν. Οἱ δὲ ὄχλοι ὁμοῦ γενόμενοι, ἐνέπρησαν τὸ πραιτώριον, καὶ οἱ καθειργμένοι διέφυγον. Ἑβραῖοι δὲ στασιάσαντες κατὰ Χριστιανῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἀνεῖλον τῶν Ἀντιοχέων πολλοὺς, καὶ αὐτὸν καὶ τὸν πατριάρχην τῆς πόλεως Ἀναστάσιον (82), καὶ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Στείλας δὲ ὁ Φωκᾶς οὓς μὲν ἀνεῖλεν, οὓς δὲ ἠκρωτηρίασεν, ἐκδιώξας τῆς πόλεως. Ὁ μέντοι πατριάρχης Θωμᾶς ἐπὶ τρία ἔτη καὶ μῆνας δύο τῆς ἐκκλησίας προστὰς, ἐτελεύτησε (83), καὶ

A **80** Mortuus est Mauricius anno ætatis sexagesimo tertio, regni vicesimo. Phoca rerum potito, Narses ab eo defecit, Edessa occupata, et acceptis a Chosroe auxiliis : contra quem jussu Phocæ profectus Germanus, victus est, et post aliquot dies ex vulnere mortuus. Narses vero cum Hierapolim confugisset, jurejurando firmata fide, a fratre imperatoris Domentiolo magistro, ad Phocam missus est, nullaque datæ fidei ratione habita, crematus. Hic Narses divi Panteleemonis et sanctorum martyrum Probi, Tarachi et Andronici ædem, atque vicinum hospitium condidit. Neque vero hunc solum, sed et Petrum fratrem, omnesque Mauricii cognatos, et Germanum Theodosii filii illius socerum una cum filia occidit. Philippicus autem clericus factus, B Chrysopoli in monasterio a se condito, vitam egit. Multos præterea sustulit Phocas, et diris suppliciis affecit. Cyriaco patriarcha, undecimo a designatione anno mortuo, patriarcha factus est Thomas sacellarius, Magnæ ecclesiæ diaconus. Eo tempore, variis malis Romani sunt oppressi. Nam in Oriente Persæ, Syriam, Palæstinam et Phœniciam subegerunt : in Armeniam, Cappadociam, Paphlagoniam et Galatiam incursiones fecerunt, populabundi Chalcedonem usque progressi. In Europa, Avares Thraciam vastarunt, Romanæque legiones in ambabus partibus perierunt. Absumpsit et pestilentia multos mortales, gravissimæque tempestates et frugum et animalium interitum attulerunt. C Super hæc omnia pestis humani generis Phocas, cum nescio quid factiones in eum cavillatæ essent, furore percitus multos occidit, multos truncavit, nonnullos in mari demersit, sed plurimos præfecto ad supplicium in prætorio custodiendos tradidit, quo a multitudine incenso, illi diffugerunt. Judæi quoque, mota Antiochiæ contra Christianos seditione, multos occiderunt, atque ipsum patriarcham Anastasium, ejusque cadaver in foro combusserunt. Eos Phocas partim occidit, partim mutilatos urbe exegit. Thomas patriarcha cum Ecclesiæ triennium præfuisset, obiit : in cujus locum suffectus est Sergius, Magnæ ecclesiæ diaconus. Filiam Domnentiam Prisco duci copiarum despondit, **81** cumque post nuptias ludis equestribus, Prisci uxorisque Domnentiæ imagines juxta suas astare vidisset, furore D percitus, factionum duces obtruncari jussit, eosque ægre a factionibus exoratus missos fecit. Ea de causa Priscus vitæ suæ metuens, consilia tollendi tyranni iniit, qui cum et in mulierum

Variæ lectiones et notæ.

(77) *Ὁ Ναρσῆς*. Theophan. et Cedrenus an. 1 et 2 Phocæ.

(78) *Φιλιππικὸς δέ*. Theophan. an. 4 Phocæ. Obiit an. 612, Heraclio imperante. Niceph. CP.

(79) *Κυριακοῦ*. Obiit Cyriacus 29 Octob. anno 4 Phocæ, ut est in *Chronico Alex.*

(80) *Θωμᾶς*. Creatus 23 Januar. anno 1 Phocæ. (Idem *Chron.*) Illius memoriam agunt Græci 21 Martii, ut est in Menæis.

(81) *Ἄβαρες*. Quorum frequens mentio in *Francicis Annalibus*. Chronicon S. Vincentii de Vulturno, p. 692 : *A Cacano rege Avarorum, qui et Hunni dicuntur.*

(82) *Ἀναστάσιον*. Ita etiam Theophanes et Cedrenus, an. 7 Phocæ : at *Chronicon Alex.* an. 8 ejusdem Phocæ a militibus interemptum ait.

(83) *Ἐτελεύτησε*. Moritur Thomas Patr. 20 Martii anno 8 Phocæ. *Chronic. Alex.*

agere ; Mauricius vivit. Ea voce tyrannus ad cædem illius incitatus est, eoque in Eutropii portum Chalcedonem perducto, in conspectu ejus liberi sunt occisi. Tum ille : *Justus es, inquit, Domine, et recta sunt judicia tua,* calamitatem fortiter ferens. Ac animum ejus generosum illud in primis declarat, quod cum ultimum ejus filiolum adhuc lactantem nutrix suffurata, ne Mauricii familia funditus interiret, suum filiolum ad cædem obtulisset, id ille non passus est, sed suum offerri jussit, deinde et ipse magno animo jugulum carnifici præbuit. Fertur etiam filius ejus Theodosius, dum ad Chosroem iret, interceptus, atque ad Phocam perductus, occisus esse, necnon Constantina imperatrix cum tribus filiabus, qui in æde divi Mamantis vicina mœnibus sepulti sint, a Pharasmane eunucho Justiniani cubicülario condita. Sepulcro hæc elegia est inscripta :

Βενέτων ὑβρίσαντος δήμαρχον, καὶ τοῦτον ὠθήσαντος, μὴ ἐνεγκόντες οἱ τοῦ δήμου τοῦτο, ἔκραζον, *Ἄπιθι* (69), *μάθε κατάστασιν* (70), *ὁ Μαυρίκιος ζῇ.* Ἐντεῦθεν ὁ τύραννος εἰς τὸν τοῦ Μαυρικίου φόνον ἠρέθιστο, καὶ ἀχθέντος εἰς τὸν ἐν Χαλκηδόνι τοῦ Εὐτροπίου λιμένα (71) προανῃρέθησαν ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ οἱ παῖδες αὐτοῦ. Ὁ δὲ, *Δίκαιος εἶ, Κύριε, εὐθεῖαι αἱ κρίσεις σου*, ἐφ' ἑκάστῳ ἐφθέγγετο, γενναίως φέρων τὴν συμφοράν. Ἔδειξε δὲ μᾶλλον τὴν τοῦ ἀνδρὸς γενναιότητα, καὶ τὸ φέρειν εὐγνωμόνως τὸν πειρασμὸν, ὕστατον αὐτοῦ παιδίον καὶ ὑπομάζιον· τῆς γὰρ αὐτὸ τιθηνούσης, ἵνα μὴ πάντη τὸ γένος Μαυρικίου ἀπόλυται ὑποκλεψάσης τὸ τιθηνούμενον, ἀντιδούσης δὲ τὸ οἰκεῖον πρὸς τὴν σφαγὴν, ὁ Μαυρίκιος τὸ ἑαυτοῦ ἐνεχθῆναι ἐζήτησεν. Εἶτα καὶ αὐτὸς μεγαλοψύχως (72) ἐδέξατο τὴν σφαγήν. Λέγεται δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεοδόσιον (73), ἀπιόντα πρὸς Χοσρόην κατασχεθῆναι, καὶ ἀχθέντα πρὸς Φωκᾶν, ἀναιρεθῆναι, καὶ τὴν Βασίλισσαν Κωνσταντίναν, καὶ τὰς τρεῖς θυγατέρας αὐτῆς, καὶ ταφῆναι ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάμαντος (74), τῷ πλησίον τοῦ τείχους, ὃν ἔκτισε Φαρασμάνης ἐκτομίας, ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος γεγονὼς Ἰουστινιανοῦ. Ἐπεγράφησαν δὲ τῷ τάφῳ αὐτῶν τὰ ἡρωελεγεῖα (75) ταῦτα

O ego mille modis regum miseranda duorum
Mauricii conjux, filia Tiberii,
Edocui regina satis, fecundaque mater,
Quam sint multorum commoda sceptra ducum,
Militis infidi jaceo populique furore,
Et mecum conjux, progeniesque jacet.
Næ miseræ Niobes ego sum vitale cadaver,
Pluraue Cisseis, plura Jocasta tulit ?
Esto, jure pater ; cur pignora parva necantur,
Humani prorsus nescia turba doli ?
Non jam Roma meis carpes a frondibus umbram,
Eruta Threicio stirps Aquilone jacet.

Ἃδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου δὲ δάμαρ.
Ἡ πολύπαις βασίλεια, καὶ ἡ δείξασα λοχίη (76),
Ὡς ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίη,
Κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ
Δήμου ἀτασθαλίῃ καὶ μανίῃ στρατιῆς.
Τῆς Ἑκάβης ἔτλην πολὺ χείρονα τῆς τ' Ἰοκάστης,
Αἶ αἶ, τῆς Νιόβης ἔμπνοος εἰμὶ νέκυς.
Ναὶ ναὶ τὸν γενέτην· τί μάτην τὰ νεογνὰ ἔκτειναν
Ἀνθρώπων κακίης μηδὲν ἐπιστάμενα ;
Ἡμετέροις πετάλοισι κατάσκιος οὐκ ἔτι Ῥώμη,
Ῥίζα γὰρ ἐκλάσθη Θρηικίοις ἀνέμοις.

Variæ lectiones et notæ.

(69) *Ἄπιθι.* Theophanes, p. 243. Huc referri potest quod scribit Busbequius in epist. 1 Legationis Turcicæ, prætorianos milites Turcicos, quos Genizarios vocant, cum congiaria a supremo sultano petunt, si recusantur, subinde hæc ei verba inferre, *Salvus sit frater, fratrem nobis Deus servet.* Quibus quidem verbis minantur se sultanum de medio sublaturos; fratremque illius ad imperii fastigium educturos.

(70) *Μάθε κατάστασιν.* Ita etiam Theophanes, ubi Miscella : *Vade, disce ordinem,* id est, *disce modeste agere,* ut recte vertit Goarus, vel ut Wolfius in Notis, *Disce modestiam.* Ea enim vis est vocis Κατάστασις, ut in *Gloss. med. Græcit.* docemus.

(71) *Εἰς τὸν ἐν Καλχηδόνι τοῦ Εὐτροπίου λιμένα.* Ita scriptores omnes Byzantini, ex quibus errare constat Joannem Tzetzem chil. 3, cap. 85, qui in circo cæsum scripsit :

Τὰς συμφορὰς ἐκτραγῳδεῖν ἐῶ τοῦ Μαυρικίου,
Πῶς σὺν συζύγῳ καὶ παισὶ Φωκᾶ τοῦ τυραννοῦντι
Ἐξεδαμήθη πρόῤῥιζος μέσον ἱπποδρομίας.

Η'. Καθ' ἑκάστην δὲ τῇ κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν μοναστηρίων μανίᾳ προσετίθει ὁ βέβηλος. Ἀκόλαστος δὲ ὢν καὶ τρεῖς γυναῖκας ἠγάγετο, καὶ ἐκ μὲν τῆς πρώτης ἔσχε παῖδα τὸν Λέοντα, ὃν καὶ τοῦ τῆς βασιλείας ὀνόματος κατηξίωσεν, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων Χριστοφόρον, Νικηφόρον τε καὶ Νικήταν. Καὶ τοὺς μὲν δύο Καίσαρας ἔστεψε, τὸν δὲ Νικήταν ἐτίμησε νωβελλίσιμον. Καὶ τῷ πρώτῳ υἱῷ αὐτοῦ καὶ βασιλεῖ ἠγάγετο γυναῖκα ἐξ Ἀθηνῶν, καὶ ἐμνηστεύσατο ταύτην αὐτῷ, στέψας αὐτὴν Αὐγοῦσταν, καὶ καλέσας Εἰρήνην, ἐξ ἧς ἐτέχθη τῷ Λέοντι παῖς Κωνσταντῖνος ὀνομασθείς· Αὖθις δὲ ὁ Κοπρώνυμος μετὰ σφόδρα πολλῶν τριηρῶν καὶ δρομώνων κατὰ Βουλγάρων ἐξώρμησε, βουλόμενος διὰ τοῦ Ἴστρου εἰς Βουλγαρίαν ἐπεμβαλεῖν. Εἶτα δεδειλιακὼς, ἀναζεῦξαι διεμελέτα. Καὶ οἱ Βούλγαροι (63) δὲ δείσαντες, σπονδὰς θέσθαι πρὸς εἰρήνην διεπρεσβεύσαντο, καὶ ἐσπείσαντο ἐπὶ συνθήκαις, τοῦ μήτε Βουλγάρους τὰ Ῥωμαίων λῄζεσθαι, μήτε μὴν Ῥωμαίους ἐπιέναι κατὰ Βουλγάρων. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπανελήλυθε. Τινὲς δὲ τῶν Βουλγάρων δώροις ὑποσυρέντες παρὰ τούτου τοῦ αὐτοκράτορος, ἐν ἀπορρήτοις ἐδήλουν αὐτῷ τὰ τῷ ἄρχοντι σφῶν βουλευόμενα· οἱ μεμηνύκασι τῷ Κωνσταντίνῳ, ὡς βούλεται ὁ σφέτερος ἀρχηγὸς λαὸν ἐκπέμψαι κατά τινας τῶν Ῥωμαίων χωρῶν, ἵν' ἐκεῖθεν λείαν κομίσαιτο. Καὶ ὃς κατασκόπους στείλας, ὅτε ὥρμησαν ἐκ Βουλγαρίας οἱ ληϊσάμενοι, κἀκεῖνος ἕτοιμος ὢν, αἰφνίδιον ἐπεκδραμὼν κατ' αὐτῶν, τοὺς μὲν διέφθειρε, τοὺς δὲ καὶ ἐζώγρησε, καὶ μετ' αἰχμαλωσίας πολλῆς ἐπανέστρεψε, καὶ πάλιν ἔνοπλος ἐθριάμβευσεν. Εἶτα πολλὰς τριήρεις ἑτοιμασάμενος κατὰ Βουλγάρων ἐκπέπομφε, καὶ κατὰ Μεσημβρίαν γενομέναις αὐταῖς, κλύδων ἐκ πνευμάτων βιαίων ἐμπεσὼν, σχεδὸν ἁπάσας κατέδυσεν. Ὁ τῶν Βουλγάρων δὲ

112 VIII. In dies autem homo profanus furori contra Ecclesias et monasteria adjecit aliquid : et quia intemperans erat, tres duxit uxores, e quarum prima filium Leonem suscepit, quem imperatorio nomine ornavit, e cæteris Christophorum, Nicephorum et Nicetam, ac priores duos corona Cæsarea ornavit, Nicetæ nobilissimi titulum tribuit. Primo filio et imperatori, uxorem Atheniensem despondit, et Augustam appellavit, indito Irenæ nomine, e qua Leoni filius Constantinus natus est. Post hæc denuo cum plurimis triremibus et expeditis navibus contra Bulgaros est profectus, per Istrum in Bulgariam irrupturus. Sed cum audacioris conatus pœniteret, de reducendo exercitu cogitavit. Bulgari quoque territi, missis legatis pacem petierunt, eamque his conditionibus impetrarunt, ut neque ipsi provincias Romanas vastarent, neque a Romanis invaderentur. His peractis domum rediit. Quidam tamen e Bulgaris adducti largitionibus clam imperatori ducis sui consilia aperuerunt : atque indicarunt, cum prædones in quamdam Romanam provinciam emissurum. Missis igitur exploratoribus, jamque instructus, cum illi prædatum exituri essent, derepente impetum in illos facto, multos interfecit, plurimos cepit, et cum multis captivis reversus, iterum armatus triumphavit. Neque multo post multas triremes contra eosdem ablegavit, quæ circa Mesembriam fere universa ventorum procellis sunt demersæ. At Telerichus Bulgarorum princeps, sua consilia imperatori a domesticis significata esse suspicatus, qui tamen illi essent, ignorans : astu Copronymi levitate circumventa, ex ipso quod ignorabat rescivit. Scripsit enim se clam illum aditurum, petiitque ut sibi significaret,

Variæ lectiones et notæ.

(63) *Καὶ οἱ Βούλγαροι δέ*, etc. Alius cod. Οἱ Βούλγαροι δὲ δείσαντες, πέμψαντες, πρὸς αὐτὸν σπονδὰς θέσθαι πρὸς εἰρήνην ἐζήτησαν.

num quos procerum apud Bulgaros amicos haberet, quibus arcanum committere auderet, sibique itineris comites adjungere. Ille præ stupore ingenii, quemadmodum apparet, consilio Barbari non animadverso, sui studiosos statim amenter prodidit, quos Barbarus omnes crudeliter atque immaniter interfecit. Imperator iterum, eamque postremam expeditionem contra Bulgaros suscepit, in qua dum circa Arcadiopolim in Thracia versaretur, pedes ejus carbunculus invasit, unde eum vehementes et calidæ febres **113** urebant, quarum nullum remedium excogitari poterat a medicis. Inde lectica Selybriam perlatus, et triremi est impositus, vociferans, *se viventem in ignem conjectum esse :* et statim cum Strongylum advenisset, aciem offensi numinis miser sensit, atque illic vitam violenter finiit : sublatis multis orthodoxorum millibus, monachorum præsertim, quorum monasteria partim incendit, partim destruxit, partim profanavit, ut et Dalmati monasterium vetustum, et omnium quæ Constantinopoli sunt antiquissimum, quod pulsis monachis militum diversorium fecit. Neque vero viventes duntaxat Christi servos exagitavit, sed et divis martyribus, et aliis Deo gratis insultare non destitit, quos nihil posse asserebat, eorumque intercessiones ficulnum præsidium appellabat ; reliquias autem partim per contumeliam terra obruit, partim demersit, partim in cineres redegit, ut et gloriosæ martyris Euphemiæ sanctum corpus, de quo duplex rumor est : nam alii ferunt nefarium Copronymum in animo habuisse id cremare, canibus et asinis una comburendis, sed institutum ejus successu caruisse, cum orthodoxi eo conatu cognito, id clam e loculo subreptum, alio transtulissent, et cadaver aliud supposuissent, quod a nefario illo sit crematum. Alii non crematum, sed una cum loculo in mari demersum esse corpus martyris affirmant : qui divina gratia gubernante, Lemno insulæ sit appulsus, et a fidelibus illius loci agnitus, illicque asservatus sit, et sub Irene, ejusque filio Constantino honorifice et magnifice in urbem imperatoriam relatus. Vita igitur tam fœde acta, violentissime interiit, ut narratum est, cum annos XXXIV et menses III rerum potitus esset, si eis id quoque biennium adnumeretur, quo Artabasdus illo superior imperavit.

ἀρχηγὸς Τελέριχος ὑποπτεύσας ὑπὸ τῶν οἰκείων μεμηνύσθαι ταῦτα τῷ βασιλεῖ τὰ αὐτῷ βουλευόμενα, μὴ εἰδὼς δὲ τίνες οὗτοι, κατασοφίζεται τὴν τοῦ Κοπρωνύμου κουφότητα, καὶ ἐξ αὐτοῦ μανθάνει τὸ ἀγνοούμενον. Γράφει γὰρ δι᾽ ἀποῤῥήτων βούλεσθαι προσελθεῖν αὐτῷ, καὶ ἠξίου δηλῶσαί οἱ, εἴ τινας ἔχει φίλους ἐκ τῶν παρὰ Βουλγάροις ἐξόχων, ἵν᾽ ἐκείνοις θαῤῥήσειε τὸ ἀπόῤῥητον, καὶ σὺν ἐκείνοις ἀφίκοιτο πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ παχὺς, ὡς ἔοικεν, ὢν, οὐ συνῆκε τὸ σκέμμα τὸ βάρβαρον, ἀλλ᾽ ἀνοήτως τοὺς αὐτῷ προσκειμένους εὐθὺς ἐξεκάλυψε. Καὶ ὁ Βάρβαρος συλλαβὼν αὐτοὺς, ὠμῶς ἀπαξάπαντας καὶ ἀπηνῶς διεχρήσατο. Καὶ αὖθις δὲ κατὰ Βουλγάρων ὁ αὐτοκράτωρ οὗτος τὸ λοίσθιον ἐξεστράτευσε, καὶ κατὰ τὴν ἐν Θρᾴκῃ Ἀρκαδιούπολιν στρατοπεδευομένου, οἱ πόδες αὐτοῦ ἀπηνθράκωντο, ὅθεν αὐτὸν λαῦροι πυρετοὶ καὶ φλογώδεις ἐξέκαιον, ὡς μηδέν τι τούτων μηδὲ παρ᾽ ἰατρῶν ἐπινοεῖσθαι ἀλέξημα. Ἐκεῖθεν ἐπὶ κλίνης φερόμενος μέχρι Σηλυβρίας κατήντησεν, ὅθεν διὰ τριήρους κεκόμιστο, βοῶν ὡς *Ζῶν ἔτι τῷ πυρὶ παραδέδομαι.* Ἄρτι εἰς τὸ λεγόμενον ἐφθακὼς στρογγύλον, τοῦ μεμεθυσμένου θείου ξυροῦ ὁ δείλαιος ἐπειράθη, καὶ βιαίως ἐκεῖ τὸν βίον κατέστρεψε, χιλιάδας τῶν ὀρθοδόξων πολλὰς ἀνελὼν, καὶ μάλιστα μοναστῶν, καὶ τὰ τούτων ἀσκητήρια τὰ μὲν πυρὸς θέμενος παρανάλωμα, τὰ δὲ καθελὼν, τὰ δὲ κοινώσας, ὥσπερ καὶ τὴν τοῦ Δαλμάτου λεγομένην μονὴν, ἀρχαίαν οὖσαν καὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει πρεσβυτέραν πασῶν, ἀφ᾽ ἧς ἀπελάσας τοὺς μοναχοὺς, στρατιωτῶν αὐτὴν πεποίηκε καταγώγιον. Οὐ μόνον δὲ κατὰ τῶν ζώντων Χριστοῦ δούλων ἐλύττησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς θείους μάρτυρας, καὶ τοὺς ἄλλως εὐαρεστήσαντας τῷ Θεῷ ἐμπαροινῶν οὐκ ἐπαύετο, μηδὲν αὐτοὺς δύνασθαι λέγων, καὶ συκίνην ἐπικουρίαν τὰς τούτων πρεσβείας ἀποκαλῶν, καὶ τὰ τούτων ἅγια λείψανα τὰ μὲν ἀτίμως καταχωννὺς, τὰ δὲ ποιῶν ὑποβρύχια, ἔνια δὲ καὶ ἀποτεφρῶν, ὥσπερ καὶ τὸ τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας ἅγιον σῶμα. Διττοὶ δὲ περὶ τούτου φέρονται λόγοι· ὁ μὲν γὰρ πυρίκαυστον αὐτὸ λέγει δόξαι ποιήσασθαι τὸν μιαρὸν ἐκεῖνον Κοπρώνυμον, κύνας καὶ ὄνους αὐτῷ συνεμπρήσαντα, καὶ τὴν τέφραν λικμήσαντα, μὴ μέντοι αὐτῷ εἰς ἔργον ἐκβῆναι τὸ βούλημα· φθῆναι γὰρ τοὺς ὀρθοδόξους μαθόντας τὸ βουλευόμενον, ἀφελέσθαι λαθραίως τὸ τῆς μάρτυρος σῶμα ἐκ τῆς σοροῦ, καὶ μεταθεῖναι αὐτό· ἕτερον δὲ νεκρὸν ἐνθεῖναι αὐτῇ κἀκεῖνον παρὰ τοῦ ἀλιτηρίου ἐκείνου παραδοθῆναι πυρί. Ὁ δ᾽ ἕτερος οὐ καυθῆναι, καταποντωθῆναι δὲ τὸ σῶμα λέγει τῆς μάρτυρος σὺν τῇ λάρνακι· τὴν δὲ χάριτι θείᾳ κυβερνωμένην προσοκεῖλαι τῇ νήσῳ Λήμνῳ, καὶ ὑπὸ τῶν ἐν τῇ νήσῳ πιστῶν γνωσθεῖσαν, κατατεθῆναι ἐκεῖ· ἐπὶ δὲ Εἰρήνης, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς Κωνσταντίνου, αὖθις ἀνακομισθῆναι εἰς τὴν ὑπερκειμένην τῶν πόλεων ἐντίμως καὶ μεγαλοπρεπῶς. Ὁ μὲν οὖν οὕτως αἰσχρῶς βιώσας, οὕτως ἀπεβίω βιαιότατα, ὡς ἱστόρηται, μοναρχήσας ἔτη τριάκοντα ἐπὶ τέσσαρσι, καὶ μησὶ τρισὶ, τούτοις καὶ τῶν δύο ἐνιαυτῶν συναριθμουμένων, οὓς ὁ Ἀρτάβασδος ἦρξε τούτου περιγενόμενος.

IX. Imperio autem potitus est filius ejus Leo Chazara natus, eodem impietatis morbo laborans,

Θ'. Ἐκράτησε δὲ τῆς βασιλείας ὁ τούτου υἱὸς Λέων ὁ ἐκ τῆς Χαζάρας (64) τεχθεὶς, νοσῶν τὴν αὐ-

Variæ lectiones et notæ.

(64) *Ὁ ἐκ τῆς Χαζάρας*. Addidimus τεχθεὶς, ex mss. Inde *Chazarus* vulgo appellatus Leo. *Chronicon Casinense*, lib. I, cap. 13 : ***Fuit autem temporibus*** *Leonis, qui et Zacharis*, pro ***Chazaris***.

τὴν κἀκεῖνος ἀσέβειαν, εἰ καὶ κατ' ἀρχὰς εὐσεβεῖν ὑπεκρίνετο, καὶ τοὺς μοναχοὺς τιμᾷν, ὥστε καί τινας τῶν μοναστῶν ἀρχιερεῖς τότε γενέσθαι ἐν ταῖς προβαθμιωτέραις τῶν μητροπόλεων. Πολλὰ δὲ χρήματα ἐν τοῖς δημοσίοις εὑρὼν θησαυροῖς, ἃ ὁ πατὴρ αὐτοῦ κακῶς συνήγαγε, καὶ ἀπεθησαύρισε, τούτοις καταχρησάμενος ἐξευμενίσατο τὸ ὑπήκοον, καὶ τῇ ἐπιπλάστῳ θεοσεβείᾳ. Ἀθροισθέντες οὖν οἱ τῆς πόλεως, κἀκ τῶν θεμάτων πολλοὶ ᾐτοῦντο χαριζόμενοι δῆθεν αὐτῷ, ἀναγορευθῆναι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον. Ὁ δὲ, εἰ τοῦτο βούλοιντο, ὀμόσαι αὐτοὺς ἀπῄτησεν, ὡς οὐ δέξονταί ποτε ἄτερ αὐτοῦ, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῶν, ἕτερον βασιλέα. Καὶ ὤμοσαν ἅπαντες, οὐχ οἱ τῆς συγκλήτου βουλῆς καὶ οἱ τοῦ στρατεύματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ δημώδης ὄχλος, καὶ ἔμποροι, καὶ οἱ τῶν ἐργαστηρίων προεστήκεσαν, καὶ ἔγγραφα περὶ τούτων ἐξέθεντο. Ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν τῆς ἑβδομάδος τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ Σωτῆρος γεγόνασι. Τῷ δὲ μεγάλῳ Σαββάτῳ τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν Εὐδόκιμον νωβελλίσιμον ὁ βασιλεὺς προεβάλλετο, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν τοῦ Πάσχα Κυριακὴν ἔστεψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τοῦ πατριάρχου τὴν κατ' ἔθος πεποιηκότος εὐχήν. Τεθνηκότος δὲ τοῦ πατριάρχου Νικήτα τοῦ ἐκτομίου, ὃς ἦν προεδρεύσας τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα· χειροτονεῖται πατριάρχης Παῦλος ὁ Κύπριος, ἀναγνώστης ὢν καὶ ὀρθόδοξος. Εὑρὼν δέ τινας τῶν ἐπισήμων τοῦ παλατίου ὁ Λέων ταῖς θείαις εἰκόσι προσκύνησιν ἀπονέμοντας, τὴν ἀλωπεκῆν ἀποδὺς, τὸν ἐντὸς κρυπτόμενον ἐδημοσίευσε λέοντα, ὠμότατα αὐτοὺς αἰκισάμενος, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐν ἀτίμῳ πομπῇ περιαγαγὼν, πρότερον ψιλώσας αὐτοὺς τῶν τριχῶν, οὕτως εἰς τὸ πραιτώριον ἐναπέθετο, ὅπου τινὲς αὐτῶν καὶ τὴν ψυχὴν τῷ Κυρίῳ παρέθεντο. Πέμπτον δ' ἀνύσας τῆς αὐταρχίας ἐνιαυτὸν, ἐτελεύτησεν. Ἐρασθεὶς γὰρ τοῦ στέμματος, ὅπερ ὁ Μαυρίκιος ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἀνέθετο, καὶ τοῦτο λαβὼν, καὶ τῇ κεφαλῇ περιθέμενος, εὐθὺς ἐλήφθη σφοδρῷ πυρετῷ, καὶ οὗτος αὐτὸν τῆς ζωῆς ἐπεξήγαγε.

A etsi principio religionem et observantiam erga monachos simulabat, quorum nonnullos in illustrioribus urbibus ad pontificatus evehebat. Cum autem magnam pecuniam in publicis thesauris reperisset, quam pater ejus per injuriam coegerat, ea et ficta religione, ad subditos conciliandos est abusus. Igitur cives, et **114** e provinciis multi congregati, in illius utique gratiam postulabant ut filius ejus Constantinus imperator appellaretur. At ille vicissim ab iis petiit, si id vellent, ne quem alium nisi se et filium suum, suamque progeniem in imperium admitterent. Jurarunt omnes, non senatores tantum et milites, sed et plebeia turba et mercatores et opifices, et hoc jusjurandum in publicas litteras retulerunt. Hæc sexto die hebdomadis salutaris passionis Servatoris nostri acta sunt. B Magno Sabbato fratrem suum Eudocimum nobilissimum designavit, et in ipsa Paschatis Dominica Filium suum coronavit, solemnibus precibus a patriarcha peractis. Mortuo Niceta castrato patriarcha, cum Ecclesiæ Constantinopolitanæ per annos quatuordecim præfuisset: Paulus Cyprius patriarcha eligitur, qui lector fuit, et orthodoxus. Cum autem Leo proceres quosdam aulicos divinas imagines adorantes deprehendisset, exuta vulpina pelle, latitantem sub ea leonem in apertum protulit, eosque crudelissime excruciatos, ignominiosoque spectaculo per forum circumductos, cum prius pilis nudasset, in prætorium inclusit, ubi eorum quidam animas suas in manus Domini deposuerunt. C Obiit anno imperii quinto. Adamata enim corona, quam Mauricius in Magna Ecclesia Deo consecrarat, eaque capiti suo accommodata, statim vehementi febri est correptus, quæ vitæ finem ei attulit.

Γ'. Τοῦ δὲ θανόντος, ἡ Αὐγοῦστα Εἰρήνη σὺν τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ δέκατον ἐνιαυτὸν τῆς ἡλικίας ἀνύοντι, τὴν βασίλειον ἀρχὴν διεδέξαντο. Ἦσαν δὲ ἄμφω τῶν σεβασμίων εἰκόνων προσκυνηταὶ, ἀλλ' οὔπω τοὺς πόδας τῇ βασιλείᾳ βεβαίως ἐρείσασι, τινὲς αὐτοῖς ἐπεβούλευσαν, ἵνα τὸν Καίσαρα Νικηφόρον τὸν τοῦ θανόντος βασιλέως Λέοντος ἀδελφὸν βασιλεύσωσι. Γνωσθείσης δὲ τῆς συνωμοσίας, τοὺς μὲν τῆς ἐπιβουλῆς μετασχόντας αἰκισαμένη ἡ βασιλὶς, καὶ τὴν τρίχωσιν αὐτοῖς ἀποθρίξασα, ὑπερορίαν τούτων κατεψηφίσατο, τοὺς δὲ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἀδελφοὺς τούς τε Καίσαρας καὶ τοὺς νωβελλισίμους καρῆναι παρασκευάσασα, καὶ ἱερωσύνης ἀξιωθῆναι, καὶ μεταδοῦναι τῷ λαῷ τῶν ἁγιασμάτων ἐποίησε κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς τοῦ Σωτῆρος Γεννήσεως. Ἐκείνη δὲ σὺν τῷ υἱῷ προελήλυθε μετὰ τῆς συνήθους τοῖς βασιλεῦσι δορυφορίας, καὶ ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ γενομένη, τὸ στέμμα, ὃ ἐκεῖθεν ἀφείλετο ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, προσήνεγκε, κόσμῳ πλείονι τοῦτο ἐπικοσμήσασα. Ἔστειλε δὲ καὶ κατὰ τῶν Ἀράβων στράτευμα, ἵνα ἀνακόπτῃ τὰς ἐκείνων

X. Eo mortuo, Irene Augusta, et filius ejus Constantinus, decimum ætatis annum agens, ambo venerandarum imaginum adoratores, imperium susceperunt: eoque nondum firmato, insidiis appetiti sunt a quibusdam, Nicephoro Cæsari, mortui Leonis fratri, summam rerum deferre cupientibus. D Conjuratione detecta imperatrix insidiatores excruciatos, et pilis nudatos relegavit, mariti vero sui fratres tam Cæsares quam nobilissimos radendos, et in sacerdotum ordinem allegendos curavit, ut res sacras populo impertirentur in festo Nativitatis Christi, ipsaque cum filio imperatoriis satellitibus stipata processit, cumque in ecclesiam pervenisset, coronam a marito suo ablatam, pluribus ornamentis additis restituit. Misit etiam legiones **115** ad reprimendas Arabum grassationes. Agareni igitur prædatum egressi, cum in Romanum exercitum incidissent, in fugam vertuntur, multis eorum interfectis. In Thracia versus Longum Murum quidam inter fodiendum in lapideam cistam incidit, quæ humanum cadaver continebat, incisis

in ea litteris hujusmodi : *Christus nascetur e Virgine, et credo in eum. Verum sub Irene et Constantino rursus me videbis Sol.* Imperatrix filio uxorem datura, legatos ad Carolum regem Francorum misit, ad ejus filiam ambiendam. Deinde ea affinitate omissa ex metu et imperii cupiditate, ne filii opes Francorum necessitudine augerentur : ex Oriente puellam accersivit. Hanc quidam ex Armeniaca provincia, alii e Paphlagonia originem ducere tradunt, Philareti, benignitate in egenos celebris, filiam, eamque Constantino invito et ab his nuptiis abhorrenti despondit. Supra modum enim Caroli filiam ducere cupiebat. Aaron dux Arabum suscepta contra Romanos expeditione, Chrysopolim usque processerat, contra quem Constantinus misso exercitu Banes paludem occupavit : quo Arabes cognito, pacem a Romanis petiverunt. Magistratus igitur, dum non acceptis prius illustribus ex ea gente obsidibus, ad Aaronem, ut cum eo paciscerentur, abeunt : retenti et in vincula conjecti sunt. Quare coacti imperator et imperatrix propter magistratus, pacem cum Arabibus fecerunt, tributum polliciti. Illi igitur ea conditione discesserunt. Imperatrix vero cum Elpidium patricium, quem Siciliæ prætorem crearat, Cæsaribus studere cognovisset, reduci jussit. Quem quia Siculi a legatis capi non sinebant, ira percita uxorem ejus et liberos flagris cæsos et rasos in carcerem Prætorianum conjecit, et exercitum contra illum misit, quodam ex fidelissimis suis eunuchis ei præposito. Crebris vero præliis commissis profligatus Elpidius, in Africam ad Arabes confugit : a quibus susceptus, et regio diademate ornatus est, ac rex salutatus, quamvis ei nihil ex animi sententia succederet. Imperatrix Arabico metu per pacem adempto, cum filio magnisque copiis et musicis instrumentis in Thraciam abiit, ac Beroen profecta, castellum urbis instauratum Irenopolim appellavit, sed et **116** Anchialum ædificavit, et Philippopolim usque progressa, reversa est.

A ἐπιδρομάς. Ἐξελθόντες οὖν ἐπὶ λεηλασίαν Ἀγαρηνοὶ συναντῶνται παρὰ τῆς σταλείσης Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς, καὶ τρέπονται, καὶ ἀναιροῦνται πολλοί. Ἐν δέ γε τῇ Θρᾴκῃ κατὰ τὸ Μακρὸν Τεῖχος τότε τις ὀρύττων λάρνακι ἐντυγχάνει λιθίνῃ, ἀνθρώπου φερούσῃ νεκρὸν, καὶ γράμματα ἐγκεκολαμμένα ἐχούσῃ λέγοντα, *Χριστὸς μέλλει γεννᾶσθαι ἐκ παρθένου, καὶ πιστεύω εἰς αὐτόν· ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῶν βασιλέων πάλιν, Ἥλιε, ὄψεις με.* Βουληθεῖσα μέντοι ἡ βασιλὶς Εἰρήνη γυναῖκα μνηστεύσασθαι τῷ υἱῷ, ἔπεμψε πρὸς Καροῦλον τὸν ῥῆγα τῶν Φράγγων, τὴν ἐκείνου παῖδα τῷ οἰκείῳ μνωμένη παιδί. Εἶτα τὸ τοιοῦτον κῆδος καταλιποῦσα διὰ φόβον καὶ φιλαρχίαν, ἵνα μὴ διὰ τὴν ἀγχιστείαν τὴν τῶν Φράγγων δύναμιν ὁ B υἱὸς αὐτῆς περιβέβληται, ἐξ Ἑῴας ἤνεγκε κόρην ἣν οἱ μὲν ἐκ τοῦ τῶν Ἀρμενιακῶν θέματος ὁρμᾶσθαι λέγουσιν· ἕτεροι δ' ἐκ Παφλαγόνων, οὖσαν τοῦ ἐπὶ ἐλεημοσύνῃ διαβοήτου Φιλαρέτου θυγατριδῆν, καὶ ταύτην τῷ Κωνσταντίνῳ συνέζευξεν ἄκοντι, καὶ τὸν γάμον αὐτῆς ἀποστέργοντι· ὅτι τὴν τοῦ Καρούλου παῖδα ἐκτόπως ἀγαγέσθαι ἐβούλετο. Ἀαρὼν δὲ ὁ τῶν Ἀράβων ἀρχηγὸς κατὰ Ῥωμαίων στρατεύσας, μέχρι Χρυσοπόλεως ἦλθεν. Ὁ δὲ Κωνσταντῖνος στράτευμα πέμψας, τὴν λίμνην Βανῆς δι' αὐτοῦ κατέσχε· καὶ τοῦτο μαθόντες οἱ Ἄραβες, σπείσασθαι Ῥωμαίοις ᾐτήσαντο. Ἀπελθόντες οὖν οἱ τῶν κοινῶν διοικηταὶ πρὸς τὸν Ἀαρὼν, ἵνα συνθήκας ποιήσωσι, καὶ μὴ φροντίσαντες πρότερον ὁμήρους τῶν παρ' C ἐκείνοις ἀναγκαίων λαβεῖν, κατεσχέθησαν παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐν πέδαις κατείρχθησαν. Ὅθεν βιασθέντες οἱ κρατοῦντες διὰ τοὺς ἄρχοντας ἐσπείσαντο, συνθέμενοι φόρους διδόναι τοῖς Ἄραψιν. Οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τοιαύταις συνθήκαις ἀνέζευξαν. Ἡ δὲ βασίλισσα Ἐλπίδιον τὸν πατρίκιον στρατηγὸν Σικελίας προεχειρίσατο· εἶτα μαθοῦσα ὅτι τὰ τῶν Καισάρων φρονεῖ, ἔστειλε τοὺς ἄξοντας ἐκεῖθεν αὐτόν. Τῶν δὲ Σικελιωτῶν μὴ παραχωρησάντων τοῖς σταλεῖσι λαβεῖν τὸν Ἐλπίδιον· ἡ Εἰρήνη θυμῷ ληφθεῖσα τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας μαστίξασα ἐκείνου, καὶ τῶν τριχῶν ἀφελομένη, ἐν τῷ Πραιτωρίῳ καθεῖρξε· κατ' ἐκείνου δ' ἐκπέπομφε στράτευμα, εὐνοῦχον αὐτοῖς ἐπιστήσασα τῶν πιστοτάτων αὐτῇ. Πολέμων καὶ συνεχῶν γενομένων, τρέπεται ὁ Ἐλπίδιος, καὶ ἀπέδρα εἰς Ἀφρικὴν, καὶ τοῖς Ἄραψιν προσεχώρησεν. Οἱ δὲ τοῦτον δεξάμενοι, βασιλικὴν ταινίαν αὐτῷ περιέθεντο, καὶ ὡς βασιλεὺς αὐτοῖς ἀνηγόρευτο, εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ κατὰ σκοπὸν προεχώρησε. Τῆς δὲ περὶ τῶν Ἀράβων φροντίδος ἀπαλλαγεῖσα διὰ τὴν εἰρήνην ἡ βασιλὶς ἐξῆλθε σὺν τῷ υἱῷ κατὰ Θρᾴκην δύναμίν τε πολλὴν ἐπισυρομένη καὶ ὄργανα μουσικὰ, καὶ ἀπελθοῦσα εἰς Βερόην, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ φρούριον ἀνοικοδομήσασα, καὶ Εἰρηνόπολιν αὐτὸ ὀνομάσασα· ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν Ἀγχίαλον δειμαμένη, καὶ ἕως Φιλιπποupόλεως προελθοῦσα, ὑπέστρεψε.

XI. Cum patriarcha Paulus morbo affectus ab Ecclesia se subduxisset, et rasus esset, imperatrix cum filio eum convenit, ob secessum expostulantes. At ille : *Utinam*, inquit, *nunquam in pontificatus solio consedissem, tyrannide oppressa Ecclesia, et*

D ΙΑ'. Τοῦ δὲ πατριάρχου Παύλου (65) νοσήσαντος, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὑποχωρήσαντος, καὶ ἀποκαρέντος (66), ἡ βασιλὶς μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς προσῆλθεν αὐτῷ, αἰτιωμένη αὐτὸν τῆς ὑποχωρήσεως. Ὁ δὲ, *Εἴθε*, εἶπε, *μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς*

Variæ lectiones et notæ.

(65) *Τοῦ δὲ πατριάρχου Παύλου.* Hunc juniorem cognominarunt Græci, ad discrimen Pauli qui eamdem dignitatem obtinuit sub Constantio, illiusque memoriam agunt xx Aug. ut est in Menæis.

(66) *Ἀποκαρέντος.* Secesserat nempe Paulus in monasterium Flori, πρὸς τὴν μονὴν τῶν Φλώρου, ut est in Chronico ms. Georgii Hamartoli.

ἀρχιερωσύνης Ἐκάθισα, τῆς Ἐκκλησίας τυραννουμένης, καὶ σχίσματος ὄντος μέσον αὐτῆς, καὶ τῶν ἄλλων καθολικῶν θρόνων. Εἶτ' αὖθις ἐκ τῆς συγκλήτου λογάδας ἀπέστειλεν, ἐρωτῆσαι ὅ τι ἂν εἰς θέαν οἰκονομηθείη; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο ὡς *Εἰ μὴ διὰ συνόδου καθολικῆς τὸ σφάλμα διορθωθῇ, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν προβαίη ἕνωσις, οὐκ ἔστιν ἡμῖν σωτηρία.* Καὶ οἱ συγκλητικοὶ, *Διὰ τί γοῦν*, εἶπον, *αὐτὸς ἐν τῷ χειροτονεῖσθαι, συνέθου τὰς εἰκόνας μὴ προσκυνεῖν;* Ὁ δὲ ἀντεπήγαγε, *Διὰ τὴν τῶν κρατούντων μανίαν καὶ τὴν ὑμετέραν ἀπήνειαν. Ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο θρηνῶ, καὶ διὰ μετανοίας πρὸς τοὺς οἰκτιρμοὺς καταφεύγω τοῦ Θεοῦ, δεόμενος μὴ ὡς ἀρχιερεὺς κριθῆναι.* Ὁ μὲν οὖν ἐν τούτοις τὸν βίον κατέλυσεν. Οἱ δὲ κρατοῦντες τὸν ἀοίδιμον Ταράσιον (67) Ἀσηκρῆτις ὄντα πατριάρχην προεχειρίζοντο, καὶ ὁ λαὸς ἅπας ἐπεψηφίζετο. Ὁ καὶ ἀνένευε, μὴ δύνασθαι λέγων προστῆναι τῆς Ἐκκλησίας ἀπεσχισμένης τῶν λοιπῶν τυγχανούσης Ἐκκλησιῶν, καὶ ὑπ' ἐκείνων ὑποβαλλομένης τῷ ἀναθέματι. Ἐγκειμένων δὲ καὶ τῶν βασιλέων καὶ τοῦ λαοῦ, *Εἰ συντίθεσθε*, εἶπε, *σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀθροισθῆναι, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν γενήσεσθαι ἕνωσιν, δέξομαι καὶ αὐτὸς τὴν προχείρισιν.* Συνθεμένων δὲ πρὸς τοῦτο πάντων, ἐχειροτονήθη ὁ θεῖος Ταράσιος, καὶ στέλλει αὐτός τε καὶ οἱ κρατοῦντες εἴς τε τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην, Ἀδριανοῦ ἐν αὐτῇ προεδρεύοντος, καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς πατριάρχας, ζητοῦντες σταλῆναί τινας παρ' αὐτῶν, τοὺς ἐπὶ τῇ συνόδῳ παρουσιάσοντας, καὶ παρὰ πάντων ἐστάλησαν. Ἀθροισθέντων δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων (68) καὶ μοναχῶν ἐν Νικαίᾳ τῇ Βιθυνίας, καὶ ὁ πατριάρχης ἐξῆλθε Ταράσιος, καὶ συνέστη ἐκεῖ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἑβδόμη, καὶ ἐκυρώθη τὰς σεπτὰς εἰκόνας καὶ προσκυνεῖσθαι καὶ σέβεσθαι, ἀναθέματι δὲ κατεκρίθησαν, καὶ οἱ τρεῖς οἱ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει προεδρεύσαντες Ἐκκλησίας, ὅ τε Ἀναστάσιος, καὶ ὁ Κωνσταντῖνος, καὶ ὁ Νικήτας, καὶ τόμῳ τῇ ἱερᾷ συνόδῳ τὰ δόξαντα ἐνεγράφησαν. Ἐκ δὲ Νικαίας εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν ἐνδημήσαντες οἱ τῆς συνόδου, καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις γενόμενοι, προκαθημένων καὶ τῶν βασιλευόντων, εἰς ἐπήκοον πάντων τὸν τόμον ἀνέγνωσαν· ὃς αὐτίκα παρὰ τῶν κρατούντων κεκύρωτο ὑποσημηναμένων αὐτὸν, καὶ οὕτω τὰ ἱερὰ ἐκτυπώματα ἐν τοῖς θείοις ναοῖς ἀνεστήλοντο, καὶ αἱ Ἐκκλησίαι ἅπασαι ἡνῶντο. Τὰ μὲν οὖν μέχρι τοῦδε παρὰ τῆς βασιλίσσης, καὶ τῶν αὐτῇ προσῳκειωμένων τὰ τῆς βασιλείας ἰθύνοντο. Ἤδη δὲ τὸν μείρακα παρελάσας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, καὶ εἰς νεανίας τελεῖν ἠργμένος (εἰκοσαέτης γὰρ ἦν) καὶ ὁρῶν ἅπαντα παρὰ τῆς μητρὸς οἰκονομούμενα, καὶ Σταυράκιον πατρίκιον καὶ λογοθέτην τὰ πάντα δυνάμενον, ἑαυτὸν δὲ μηδενὸς

A *discidio inter eam et alias catholicas sedes orto.* Deinde rursus eruditos senatorii ordinis viros ad eum misit, sciscitans, quo pacto res rite administrandæ essent? Tum ille : *Nisi erratum synodo catholica correctum, et Ecclesiæ concordia restituta fuerit, salvi esse non possumus.* Senatoribus autem interrogantibus, cur ipse cum eligeretur, non adorandas esse imagines assensus esset, respondit, *ob eorum insaniam qui rerum potiebantur, et vestram crudelitatem. Sed hoc lugeo, ac pœnitentiam ad Dei misericordiam confugi, orans ut de me non tanquam de pontifice, judicium fiat.* At ille hoc modo vitam finiit. Imperatores autem inclytum Tarasium a secretis patriarcham designarunt, approbante omni populo. Sed ipse recusavit : neque enim se præ- B esse posse Ecclesiæ a reliquis Ecclesiis avulsæ, et anathemati subjectæ. Instantibus autem imperatoribus et populo : *Si permittitis*, inquit, *ut synodus œcumenica convocetur, et Ecclesiæ uniantur, et ipse designationem admittam.* Assensis omnibus, patriarcha electus divinus Tarasius, et ipse et imperatores veterem Romam mittunt, cui Adrianus præsidebat, et ad cæteros patriarchas, petentes ut aliqui ab eis mitterentur, qui concilio interessent. Missi igitur sunt ab omnibus, et cæteris pontificibus et monachis Nicææ Bithyniæ congregatis : etiam patriarcha Tarasius est egressus, ibique septimum œcumenicum concilium est constitutum, ac decretum venerabiles imagines et adorandas et C colendas esse, et tres anathemate notati, qui Constantinopolitanæ Ecclesiæ præfuerunt, Anastasius, Constantinus et Nicetas, sanctique concilii decreta in commentarios relata sunt. Deinde qui concilium celebrarant, in urbem imperatoriam profecti, decreta in regia, imperatoribus præsidentibus, atque omnibus audientibus, recitarunt, quæ statim ab imperatoribus approbata et subsignata sunt, atque ita sacræ imagines templis restitutæ, et Ecclesiæ **117** universæ unitæ. Hactenus ab imperatrice ejusque familiaribus regnum administratum est. Cæterum Constantinus annos pueritiæ egressus, factusque adultior (nam xx annos natus erat), cum matrem pro auctoritate agere omnia videret, et Stauracium patricium et logothetam nihil non D posse, sui vero nullam rationem haberi : ægre illetulit, et consilio cum quibusdam senatoribus suisque ministris inito, de magistratu Stauracio abrogando, eoque relegando cogitavit. Eo consilio cognito, imperatrix, ministros imperatorios illius rei conscios omnes verberibus affectos et pilis nudatos, alios alio relegavit. Senatores ignominia notatos, partim domo exire vetuit, partim in exsilium misit. Sed et filium excruciavit, et conviciis inse-

Variæ lectiones et notæ.

(67) *Ταράσιον*. Cujus festum agunt Græci 25 Febr.

(68) Ἀρχιερέων. Sanctorum Patrum qui huic synodo adfuere festum celebrant Græci 11 Octobr. Menæa : Κατὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ παρόντος μηνὸς μνήμην ἐπιτελοῦμεν τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων τὸ δεύτερον, etc.

ciata, prodire in publicum prohibuit : quin et legiones sacramento adegit, ne se vivente filium ad imperium admitterent. Ac cæteri vel inviti jurarunt ; sed Armeniacæ legiones mulieri non cesserunt, seque Constantinum imperatorem agnoscere, et ante matrem initio proclamatum esse dixerunt, atque ita rursus cum lætis ominibus prosequi voluerunt. His Irene cognitis, Alexium Moselem spatharium, eumdemque Drungarium Vigiliæ, ad eas conciliandas misit. At illi duce suo in custodiam tradito, et Mosele provinciæ præside designato, solum Constantinum pro imperatore celebrarunt. Hinc orto initio, etiam aliarum provinciarum exercitus idem fecerunt, et congregati communiter eum proclamarunt. Igitur Irene legionum concordiam verita, filium produxit. Is Stauracium et honoratiores ex maternis ministris excruciatos statim relegavit : ipsam vero matrem regia honorifice eductam, in ipsius ædibus, quas in Eleutherii tractu struxerat, vitam degere jussit.

A ἀξιούμενον λόγου ἤχθετο, καὶ μετά τινων τῶν τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ ἐμελέτησε τὸν Σταυράκιον τῆς ἀρχῆς καθελεῖν, καὶ ποιήσασθαι ὑπερόριον. Γνωσθέντος δὲ τοῦ βουλεύματος, τοὺς μὲν τοῦ βασιλέως θεράποντας τοὺς αὐτῷ συμμετέχοντας τύψασα πάντας καὶ ψιλώσασα τῶν τριχῶν ἡ βασίλισσα, ἄλλους ἄλλῃ ἐξώρισε. Τοὺς δὲ ἐκ τῆς συγκλήτου ἀτιμίᾳ περιβαλοῦσα, τοὺς μὲν ἀπροΐτους τῶν ἰδίων οἴκων εἶναι κεκέλευκε, τῶν δὲ καὶ ὑπερορίαν κατεψηφίσατο. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν υἱὸν αἰκισαμένη καὶ λοιδορησαμένη, προϊέναι καὶ δημοσιεύειν κεκώλυκε. Τὰ δὲ στρατεύματα ὀμνύειν ἠνάγκαζε, μὴ δέξασθαι τὸν υἱὸν αὐτῆς εἰς αὐταρχίαν, ζώσης αὐτῆς. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι καὶ ἄκοντες ὤμνυον. Οἱ δὲ τοῦ θέματος τῶν Ἀρμενιακῶν οὐχ ὑπέκυψαν, B ἀλλὰ καὶ βασιλέα γινώσκειν εἶπον τὸν Κωνσταντῖνον, καὶ πρὸ τῆς μητρὸς ἐξ ἀρχῆς ἀναγορευόμενον, καὶ οὕτως αὖθις αὐτὸν ἤθελον εὐφημεῖσθαι. Ταῦτα ἡ Εἰρήνη μαθοῦσα ἔστειλε τὸν σπαθάριον Ἀλέξιον καὶ δρουγγάριον τῆς Βίγλας τὸν Μωσηλὲ, ἵν' αὐτοὺς εἰς τὸ αὐτῆς μετάθηται θέλημα. Οἱ δὲ τὸν μὲν στρατηγὸν ἑαυτῶν συνέσχον ὑπὸ φρουρὰν, τὸν δὲ Μωσηλὲ ἄρχοντα τοῦ θέματος εἵλοντο, καὶ μόνον τὸν Κωνσταντῖνον εὐφήμησαν αὐτοκράτορα. Ἐντεῦθεν ὁρμηθέντες καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεμάτων μόνον τὸν Κωνσταντῖνον ἀνηγόρευον βασιλέα, καὶ ἀθροισθέντες κοινῇ ἐκεῖνον μόνον ἀνεκήρυττον αὐτοκράτορα. Δείσασα δὲ τὴν τῶν ταγμάτων ὁμόνοιαν ἡ Εἰρήνη προήνεγκε τὸν υἱόν. Ὁ δὲ αὐτίκα τὸν Σταυράκιον αἰκισάμενος, καὶ τοὺς ἐντιμοτέρους τῶν θεραπόντων τῶν μητρικῶν ὑπερώρισεν· αὐτὴν δὲ τὴν μητέρα τῶν βασιλείων ἐντίμως καταγαγὼν, εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, ὃν ἐν τοῖς Ἐλευθερίου ἐδείματο, διάγειν ἐκέλευσε.

XII. Et hæc ita acta fuerunt : orto autem incendio magnum sacri palatii triclinium, quod Thomaitem vocant, conflagravit, unaque cremata esse feruntur eo in loco sita commentaria quædam in sacras litteras Joannis Chrysostomi. Imperator Constantinus Bulgaris, quorum princeps tum Cardamus erat, bellum intulit : levi autem pugna commissa, terror utrumque exercitum invasit. Itaque imperator in magnam urbem rediit, Bulgari in **118** suas sedes se receperunt. Sed et contra Arabes profectus nihil memorabile gessit. Matrem, ab ipsa et quibusdam ex primoribus oratus, in regiam reduxit, et una secum celebrari passus est. Omnes itaque provinciarum legiones iteratam Irenes proclamationem admiserunt; solis Armeniacis per seditionem adversantibus, et Alexium Moselem ducem, ut dictum est, pridem suum accersentibus, quem imperator ante revocatum, et patricii dignitate ornatum apud se habebat. Sed quia fama erat imperaturum esse, et quia a seditiosis accersebatur, eumdem ex metu in Prætorianum carcerem conjecit, flagris prius cæsum, comaque detonsa. Principi Bulgarorum Romanam ditionem aggresso, im-

ΙΒ'. Καὶ τὰ μὲν οὕτως ἔσχον. Ἐμπρησμοῦ δὲ συμβάντος, ὁ μέγας τρίκλινος τῶν ἱερῶν ἀνακτόρων, ὁ C Θωμαΐτης (69) λεγόμενος, ἔργον γέγονε τοῦ πυρός· ὅτε λέγεται καυθῆναι καὶ τὰ σχεδιάσματα τῶν ἐξηγήσεων τῆς θείας Γραφῆς, ἃ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν συνεγράψατο Ἰωάννης, ἐκεῖσέ που ἀποκείμενα. Ὁ δέ γε βασιλεὺς Κωνσταντῖνος κατὰ Βουλγάρων ἐξεστράτευσε, τοῦ Καρδάμου τοῦ ἔθνους ἀρχηγετοῦντος· μικρᾶς δὲ προσβολῆς γενομένης, ἀμφοῖν τοῖν ἀντιθέτοιν μεροῖν δειλία ἐνέσκηψε. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπανέζευξεν εἰς τὴν Μεγαλόπολιν, οἱ δὲ Βούλγαροι εἰς τὰ ἤθη ἑαυτῶν. Ἀλλὰ καὶ κατὰ Ἀράβων ὁρμήσας, οὐδέν τι λόγου ἄξιον ἤνυσε. Παρακληθεὶς καὶ ὑπὸ τῆς μητρὸς, καὶ τῶν ἐν τέλει τινῶν, αὖθις ἀνάγει ταύτην εἰς τὰ βασίλεια, καὶ ἑαυτῷ συνευφημεῖσθαι παραχωρεῖ, καὶ πάντα μὲν τὰ τῶν θεμάτων τάγματα ἐδέξαντο τὴν τῆς Εἰρήνης αὖθις ἀνάρρησιν. D Οἱ δὲ τοῦ θέματος τῶν Ἀρμενιακῶν ἀντέπιπτόν τε καὶ ἐστασίαζον, καὶ ἐπεκαλοῦντο τὸν πρώην αὐτῶν, ὡς εἴρηται, στρατηγήσαντα Ἀλέξιον τὸν Μωσηλέ. Ἔφθη γὰρ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἐκεῖθεν μεταπεμψάμενος, καὶ τιμήσας πατρίκιον, εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ, φήμης ἐπικρατούσης μέλλειν βασιλεύειν τὸν ἄνδρα. Διὰ ταύτην τοίνυν καὶ ὅτι παρὰ τῶν στασιαζόντων

Variæ lectiones et notæ.

(69) *Θωμαΐτης*. Triclinii, patriarchii, Thomaitæ dicti, conditor fuit Thomas patriarcha Constantinopolit., qui Cyriaco successit. Nicephorus Callist. l. XVIII, c. 44 de Thoma : Τὸν μέγιστον οἶκον δειμάμενος τῷ ἐπισκοπείῳ, ὃς τὸ τοῦ δομησαμένου κληρωσάμενος ὄνομα, Θωμαΐτης ἐς δεῦρο τὸ ἐπώνυμον ἔχει. Plura de hoc triclinio congessimus in *Constantinopoli Christ.* lib. II, sect. 8. In eo triclinio exstitit bibliotheca patriarchæ, quam inde patriarchalem bibliothecam S. Thomæ perperam vocavit Combefisius apud Continuatorem Theophanis, lib. III, n. 14. Meminit præterea Balsamon ad Nomocanonem Photii, p. 212 I edit. Justelli in versione Latina, ejusdem triclinii : nam hæc vox abest in Græco textu.

ἐπεκαλεῖτο, δείσας ὁ βασιλεὺς καθεῖρξεν ἐν τῷ πραιτωρίῳ αὐτὸν, τύψας πρότερον, καὶ τὴν κόμην περιελών. Τοῦ δὲ τῶν Βουλγάρων ἀρχηγετοῦντος ὡρμηκότος κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας, ἀσυντάκτως ὁ βασιλεὺς αὐτῷ ἐπελθὼν ἡττᾶται, καὶ πλῆθος πολὺ στρατευομένων ἀπόλλυσιν, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν μεγιστάνων πολλούς. Αἱ δὲ στρατιωτικαὶ συντάξεις ἀθροισθεῖσαι κατὰ τὴν Μεγαλόπολιν, ἐβουλεύσαντο βασιλεῦσαι τὸν ἀπὸ Καισάρων Νικηφόρον, τὸν τοῦ Κωνσταντίνου πατράδελφον. Ἀλλὰ τὸ σκέμμα οὐκ ἔλαθε· διὸ αὐτὸς μὲν ὁ Νικηφόρος ἐξεκόπη τὰ ὄμματα· ὁ δέ γε Χριστοφόρος, καὶ ὁ Νικήτας, ὁ Ἄνθιμός τε καὶ Εὐδόκιμος τῶν γλωσσῶν ὑπέστησαν ἐκτομήν. Ἀλλὰ καὶ τὸν Μωσηλὲ τὸν Ἀλέξιον ὁ βασιλεὺς ἐξετύφλωσεν, ὑποθήκαις ταῦτα μητρικαῖς ἐργασάμενος. Οἱ δὲ τοῦ θέματος τῶν B Ἀρμενιακῶν τὴν τοῦ Ἀλεξίου μαθόντες τύφλωσιν τὸν σφέτερον στρατηγὸν ἐποίησαν ἔμφρουρον. Ἦν δ' οὗτος ὁ Καμουλιανὸς ὁ πατρίκιος. Ὡς οὖν ἀνηνέχθη τοῦτο τῷ βασιλεῖ, στέλλει κατ' αὐτῶν σὺν δυνάμει Κωνσταντῖνον τὸν Ἀρτασήραν, καὶ τὸν χρυσόχειρα στρατηγὸν τῶν βουκελλαρίων τυγχάνοντα. Καὶ κροτηθέντος πολέμου, πολλοὶ μὲν ἔπεσον ἀμφοτέρωθεν, τρέπονται δὲ οἱ βασιλικοὶ, καὶ ἄμφω ζωγρηθέντων τῶν στρατηγῶν, οὓς οἱ Ἀρμενιακοὶ αὐτίκα ἐτύφλωσαν. Εἶτα καὶ αὐτὸς ὁ κρατῶν κατ' αὐτῶν ἐξεστράτευσε, καὶ χειροῦται αὐτοὺς, καὶ τοὺς μὲν προὔχοντας ἀναιρεῖ, τοῖς δὲ λοιποῖς δήμευσιν τῶν ὑπαρχόντων τὸ ἐπιτίμιον ἔταξε. Χιλίους δὲ τῶν ἐκ τῆς αὐτῶν μητροπόλεως δεσμήσας, καὶ εἰς C τὴν Μεγαλόπολιν ἐνεγκὼν, τὰς ὄψεις τε σφῶν καταστίξας ἐν γράμμασι, μέλανος ἐγχεομένου τοῖς στίγμασιν· ἔλεγε δὲ ἡ γραφὴ, *Ἀρμενιακὸς ἐπίβουλος*, διέσπειρε τούτους ἐν Σικελίᾳ, καὶ νήσοις ἄλλαις. Τὴν δὲ αὐτοῦ γυναῖκα Μαρίαν ἀποστέρξας οὗτος ὁ βασιλεὺς, ἀποκαρῆναι ταύτην ἐξεβιάσατο, συμβουλῇ, ὡς λέγεται, τῆς μητρὸς αὐτοῦ, ἵν' ὑπὸ πάντων μισηθείη, καὶ εἰς αὐτὴν πάλιν ἡ τῆς βασιλείας ἀντιπεριενεχθείη πᾶσα διοίκησις. Κἂν γὰρ συνῆν τῷ υἱῷ περὶ τὰ ἀνάκτορα, ἀλλ' οὐ συμμετεῖχε τῆς ἐξουσίας, μόνης δέ γε τῆς εὐφημίας, λίαν δ' ἐνόσει τὸ φίλαρχον. Μεταμφιασαμένης οὖν τῆς τοῦ κρατοῦντος συμβίου, καὶ περιβαλομένης ἀκούσης ἀντὶ τῆς βασιλείου στολῆς μονάζουσης ἄμφια μέλανα, Θεοδότην τινὰ κουβικουλαρίαν ἐκεῖνος ἠγάγετο (70), D Αὐγούσταν στέψας αὐτήν. Εἶτα κατὰ τῶν Ἀράβων ἐπιστρατεύσας, τρόπαιον ἵστησι. Τοῦ μέντοι Καρδάμου, ὃν λόγος τῶν Βουλγάρων ἐγνώρισεν ἀρχηγὸν, φόρους ἀπαιτοῦντος αὐτῷ τελεῖσθαι παρὰ Ῥωμαίων, καὶ περὶ τούτου διαπεμψαμένου πρὸς τὸν κρατοῦντα, ἢ τὴν Θρᾴκην ἄχρι τῆς πόλεως ἀπειλοῦντος ληΐσασθαι, ἐκεῖνος κόπρον ὑποζυγίων τῷ Βαρβάρῳ ἐπέστειλεν, ἐπιστείλας αὐτῷ, *Ὅτι γέρων εἶ, καὶ μὴ κοπιάσῃς ἐνταῦθα ἐρχόμενος· ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἐλεύσομαι ἐπὶ σέ.* Καὶ αὐτίκα τὰς Ῥωμαϊκὰς ἀθροίσας δυνάμεις, ἄπεισι κατὰ Βουλγάρων, καὶ ἤδη πλησίον ἀλλήλων γενομένων τῶν στρατευμάτων, καὶ τοῦ βασιλέως εἰς μάχην προκαλουμένου τοὺς Βαρβάρους, ὁ Κάρδαμος σὺν τοῖς οἰκείοις στρατεύμασιν ἀποδειλιάσας, φυγὰς ᾤχετο. Ἀλλὰ καὶ οἱ Ἄραβες κατὰ τοῦ Ἀμορίου χωρήσαντες, οὐδέν τι ἔσχον πρὸς τὴν πόλιν ἀνύσιμον, λείαν δὲ λαβόντες, ὑπέστρεψαν.

A perator incomposito agmine obviam profectus vincitur, multis et militibus et proceribus amissis. Quamobrem militares ordines in magna urbe congregati, de Nicephoro Cæsare, Constantini patruo, ad imperium evehendo consilia inierunt. Sed cum illa clam non fuissent, Nicephoro ipsi oculi sunt effossi, Christophoro, Nicetæ Anthimo et Eudocimo linguæ præcisæ. Sunt et Alexio Moseli de matris consilio eruti oculi. Cujus excæcatione Armeniaci cognita, Camulianum patricium, suum ducem in custodiam dederunt. Eo ad imperatorem relato, Constantinum Artaseram et Chrysochirem buccellariorum ducem cum copiis contra illos mittit. Prælio commisso, utrinque multi ceciderunt: sed imperatoriis profligatis, ambo duces capti, et ab Armeniacis cæcati sunt. Post ipse imperator contra eos proficiscitur, victoriaque potitus, proceres occidit, cæteros publicatione bonorum multat. Sed mille ex eorum metropoli vinctos in magnam urbem misit, eorumque vultus compunxit, atramento litteris infuso, quæ erant, *Armeniacus insidiator*, eosque in Sicilia et aliis insulis dispersit. Uxorem Mariam, cum ejus pertæsum esset, tonderi coegit de consilio matris, ut aiunt, ut omnium odiis ab illo susceptis, summa rerum denuo ad ipsam rediret. Etsi enim cum filio in regia degebat, potestatis tamen particeps non erat, sed nominis duntaxat, cum imperii cupiditate supra modum æstuaret. Imperator igitur, cum uxor ornatum regium invita cum nigro monastico **119** vestitu commutasset, Theodotam quamdam cubiculariam duxit, et augustali corona ornavit. Post prospere cum Arabibus dimicavit, et Cardamo Bulgarorum principi, qui per legatos tributa sibi a Romanis pendi postulabat: quod nisi fieret, Thraciam se usque ad urbem populaturum minabatur, stercora jumentorum misit, additis litteris: *Quia senex esset, supersedendum ei esse molestia itineris: nam seipsum ad eum venturum.* Ac statim Romanis legionibus coactis, contra Bulgaros est profectus. Cum ambo exercitus in propinquo essent, et imperator Barbaros ad bellum evocaret: Cardamus cum suis copiis territus fugam cepit. Sed et Arabes Amorium aggressi, re infecta, præda duntaxat capta, discesserunt.

Variæ lectiones et notæ.

(70) *Θεοδότην τινὰ ἠγάγετο.* Nuptiarum benedictionem faciente Josepho M. Ecclesiæ œconomo, in quem gravius invehitur ob has incestas nuptias, et in Tarasium patriarcham Constantinopolit., qui eidem Josepho communicabat, Theodorus Studita in aliquot Epistolis editis a Baronio, an. 808 et seqq. ubi *conjugationis* voce utitur pro matrimonii sacramento.

XIII. — Plato monasterii Saccudionis abbas, cum Tarasio patriarcha communicare non sustinuit, quod ille imperatorem ad communionem admisisset, qui deserta uxore, aliam contra instituta Christianorum matrimonio sibi junxisset, quod factum, adulterium appellabat. Eum imperator in Palatinum carcerem compegit; sed mater illius defensionem ideo suscepit, quod filium probro affecisset. Prusam cum matre profectus, cum sibi filiolum natum esse audisset, matre illic relicta, propere reversus est. Tum illa nacta opportunitatem, tribunis militum largitionibus et pollicitationibus conciliatis, persuasit, ut promitterent se imperium filio ademptum, in eam solam collaturos. Quo impetrato, occasionem rei conficiendæ quæritabat. Verum imperatore, filioli, quem Leonem nominarat, obitum deplorante, ii qui matris contra eum insidiarum conscii erant, veriti ne mora interposita dilatoque facinore deprehensi perirent, ei subito sub horam nonam oculos in palatio crudelissime eruunt, parati non lumine duntaxat, sed vita etiam ipsa privare. Tum accidit ut sol per dies XVII non splenderet, sed obscuri et tenebrosi essent dies illi, quod haud scio fortuito ne acciderit, an ob Constantini excæcationem, ut tum hominibus videbatur, quasi divina Providentia cladem illam aversaretur filio a matre illatam. Oculi ei eruti sunt eodem die quo ipse patruum suum Nicephorum et Moselem excæcarat, et reliquis, ut dictum **120** est, linguas præciderat, annis interim quinque elapsis. Irene vero denuo imperium consecuta est. Adriano veteris Romæ papa mortuo, Leo suffectus est, vir reverendus et honorabilis: sed Adriani defuncti necessarii, populo contra illum concitato, ei læserunt oculos, non tamen ademerunt. Nam ii quibus mandata erat excæcatio, pepercerunt homini, ejusque miserti, extrinsecus oculos læserunt, sed lumine non privarunt. Qui cum deinde se ad Carolum Francorem regem contulisset, ab illo sedi Romanæ restitutus, inimicos suos ultus est: ab eoque tempore Roma prorsus Franci potiti sunt, Carolo a Leone coronato, et Romanorum imperatore appellato. Nam sub priore Justiniano Franci Germa-

A ΙΓ΄. Πλάτων (71) δὲ ὁ καθηγητὴς τῆς Σακκουδίωνος μονῆς τῷ πατριάρχῃ Ταρασίῳ (72) κοινωνεῖν οὐκ ἠνείχετο ὅτι ἐκεῖνος τὸν βασιλέα εἰς κοινωνίαν ἐδέξατο, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα καταλιπόντα, καὶ ἑτέρᾳ παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς συνοικήσαντα· μοιχείαν γὰρ ὠνόμαζε τὸ γενόμενον. Ὃν ὁ βασιλεὺς ἀγαγὼν ἐν τῷ παλατίῳ καθεῖρξεν· ἡ δὲ τούτου μήτηρ ἀντεποιεῖτο τοῦ Πλάτωνος ὅτι κατῄσχυνε τὸν υἱὸν αὐτῆς. Ἐκδημήσας δὲ τῆς πόλεως ὁ κρατῶν μετὰ τῆς οἰκείας μητρὸς, εἰς Προῦσάν τε γεγονὼς, καὶ μαθὼν τεχθῆναί οἱ παιδίον ἄῤῥεν, ἐκεῖ τὴν μητέρα καταλιπὼν, σπουδαίως ὑπέστρεψεν. Ἡ δὲ λαβομένη ἀδείας, τοὺς τῶν ταγμάτων ἄρχοντας δωρεαῖς τε καὶ ὑποσχέσεσιν ὑποποιησαμένη, πέπεικε συνθέσθαι καθελεῖν μὲν τὸν υἱὸν αὐτῆς, αὐτῇ δὲ
B μόνῃ τὴν ἀναρχίαν περιποιήσασθαι. Καὶ συνθεμένων, εὐκαιρίαν ἐζήτει. Τέθνηκε δὲ τὸ τεχθὲν παιδίον τῷ βασιλεῖ, ὅπερ ὠνόμασε Λέοντα, καὶ ἐθρηνήθη παρὰ τοῦ πατρός. Οἱ δὲ τῆς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλῆς συνίστορες τῇ μητρὶ αὐτοῦ, δείσαντες μὴ τοῦ καιροῦ τριβομένου, καὶ ὑπερτεθειμένης τῆς πράξεως γνωσθῶσι, καὶ κατασχεθέντες ἀπόλωνται, σπεύσαντες συνέσχον τὸν βασιλέα ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ περὶ ὥραν ἐννάτην τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὠμότατα ἐξορύττουσι (73), προνοούμενοι μὴ μόνον τοῦ φωτὸς στερηθῆναι αὐτὸν, ἀλλ' αὐτῆς τῆς ζωῆς. Ὅτε συνέβη ἐφ' ἡμέρας ἑπτακαίδεκα μὴ λάμψαι τὸν ἥλιον, ἀλλ' ἀλαμπεῖς εἶναι καὶ σκοτώδεις τὰς ἡμέρας ἐκείνας, οὐκ οἶδα εἴτε τυχαίως οὕτω συμβὰν, εἴτε
C καὶ διὰ τὴν τοῦ Κωνσταντίνου τύφλωσιν, ὡς τηνικαῦτα τοῖς ἀνθρώποις ἐδόκει, οἷα τῆς θείας προνοίας νεμεσησάσης τῷ πάθει, ὡς ἐκ μητρὸς εἰς υἱὸν γενομένῳ. Καὶ ὁ μὲν οὕτω τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυκτο κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ἐκεῖνος τὸν θεῖον αὐτοῦ Νικηφόρον καὶ τὸν Μωσηλὲ ἐξετύφλωσε, καὶ τῶν λοιπῶν, ὡς εἴρηται, τὰς γλώσσας ἐκτέτμε, πέντε μεταξὺ παρεληλυθότων ἐνιαυτῶν. Ἡ δὲ Εἰρήνη καὶ αὖθις τῆς μοναρχίας ἐπείληπτο. Καὶ ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ τοῦ πάπα θανόντος Ἀδριανοῦ, Λέων κεχειροτόνητο, ἀνὴρ αἰδοῖος καὶ τιμιώτατος. Οἱ δὲ τῷ θανόντι Ἀδριανῷ προσήκοντες στασιάσαι τὸν λαὸν ἠρέθισαν κατ' αὐτοῦ, καὶ συσχόντες αὐτὸν, ἐλωβήσαντό οἱ τὰ ὄμματα, ἀλλ' οὐκ ἐξετύφλωσαν. Οἱ γὰρ ἐπιτραπέντες τὴν τύφλωσιν

Variæ lectiones et notæ.

(71) *Πλάτων δὲ.* Totam hanc controversiam attigimus in *Gloss. med. Græcit.* in v. *Μοιχιανοί.* Fuit porro hic Plato Secundionis monasterii hegumenus (*præceptorem* perperam verterat interpres) alter a Platone monasterii Studii abbate, cujus infra mentio est in Michaele Rhangabe. Fuit etiam S. Plato, frater S. Antiochi, cui ædes sacra Constantinopoli ædificata ab Anastasio Dicoro, ut observamus in nostra *Constantinopoli*, cujus situs indicatur in Synaxario ms. 18 Nov. Ἡ δὲ σύναξις αὐτοῦ τελεῖται ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτοῦ τῷ ὄντι ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις. Theodorus Studita in Vita ejusdem S. Platonis, n. 26: Κωνσταντῖνος ὁ τῆς Εἰρήνης ῥάδαμνος, οὗ ἡ πίστις μὲν ὀρθὴ ἐκ μητρικῆς εὐσεβείας ἐσφραγισμένη, ὁ βίος δὲ σκαμβὸς ἐξ αὐτοκρατορικῆς ἀκολασίας οἰστρηλατημένος· ἄρτι γὰρ κρατήσας ἐν νεαζούσῃ ἡλικίᾳ ὁμοῦ μὲν τῆς
D μητρῴας αἰδοῦς καὶ φυλακῆς ἀφηνιάσας, ὁμοῦ δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων ὑπερφρονήσας, ἐκβαλὼν τὴν νομίμως αὐτῷ συναφθεῖσαν γυναῖκα, μοιχεύει κατὰ τὸν Ἡρώδην, etc. Mox narrat ut has adulterinas nuptias redarguerit, et in exsilium missus sit.

(72) *Τῷ πατριάρχῃ Ταρασίῳ.* At hisce ridiculis et nefastis nuptiis fortiter antea restiterat Tarasius, ut scribit Ignatius episcopus in ejusdem Tarasii Vita, c. 7; sed et utrique nuptiales corollas imponere abnuerat.

(73) *Ἐξορύττουσι.* Matre inscia, nec tanti facinoris participe. Georgius Hamartolus in Chron. ms. Καὶ δὴ παραγενομένου ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ παρούσης, μήτε γινωσκούσης τὴν βουλὴν αὐτῶν, ἐκτυφλοῦσιν αὐτὸν, καὶ μετὰ χρόνον τινὰ τέθνηκε.

